Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

FL. IOSEPHI
OPERA, QVAE AD NOSTRAM AETATEM PERVENERVNT, OMNIA:

De antiquitatibus Iudaicis lib. XX; cum vita Autoris ab ipso conscripta.
De bello Iudaico lib. VII.
Contra Apionem lib. II.
De imperio rationis, siue de Macchabæis, lib. I.

STVDIO ET OPERA SIGISMVNDI GELE-nij olim in linguam Latinam translata, & ad exemplum Grecorum Codicum accuratè distincta.

ACCESSIT IN NOVA HAC EDITIONE PRAETER illustres & artificiosissimas picturas, ad folij cuiusq; caput annorum mundi cæterorum notatio.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.




FRANCOFORTI AD MOENVM, IMPENSIS Sigismundi Feyrabendi.

1584.

AMPLISSIMAE DIGNITATIS VIRO, DOCTRINA SAPIENTIAQVE ET MVLTO RERVM VSV PRAESTANTISSIMO DN. ERASMO NEVSTETTERO, cognomento Sturmero, Praeposito Combergensi, Ecclesiarum Bamberg. & Herbipol. Canonico, &c. Equiti Franco,

S. P. D.



EPIGRAMMA.

CVIlibet ut genti proprium est insigne, quod exstet
Perpetuae in subolem nobilitatis bonos;
Terminus hic anceps sic partem in vtramque paratus
Sturmeridûm ingenui stemmatis indicium est.
Terminus hic clipeum, sed cassida pileus ornat,
Qui Libertatis symbola Franca refert.
Cui primùm libuit gerere haec insignia, fallor,
Scirpis an auctori tale noëma fuit?
Cedendum non esse malis, sed pectore forti
Durandum. Statua haec non ratione caret.
Francum ecquem vocites, nisi ei constantia cordi est;
Ipsaque Libertas per mala quaeque comes?

Paulus Melissus, Comes Palatinus & Eques torquatus, ciuis Romanus.

CVM Fl. Iosephi illa à Sigismundo olim Gelenio, V.CL. latinè edita opera denuò typis hîc elegantioribus adornanda picturisque illustranda curâssem; non modò ad nouae huius editionis laudem interesse putabam, si tuae, Antistes optime, inscriberem ea reuerendae amplitudini, sed & fore persuasum mihi erat, vt in nomine tuo firmissimum esset situm ipsis aduersus iniquiores Criticorum calculos præ-

ſidium,tantoque venirent amabiliora, etiam quo prodeunt ornatiora. Equidem reuerendam amplitudinem tuam, honoribus ætateq; proiectam,non ignorabam negocijs aſſiduè grauioribus diſtineri, & curis occupari maioribus. Itaque interpellare eam, atque has illi opinione multorum inanes,quaſi merces obtrudere primùm verebar. Verùm vbi reuer.amplitudinis tuæ ingenium humanitatemq; animo intuerer, ad tuamque multorum annorum in fouendis literarum ſtudijs conſuetudinem mentem referrem,nihil metui, à tuo vnus ipſe vt patrocinio excluderer,ſummæque vt liceret obſeruantię erga te meæ libri recentis inſcriptione ſatisfacere, nimirum cùm ſummiſſæ id erga te affectionis ſit argumentum,non animum meum hoc ex munuſculo, ſed munuſculum ex animo meo æſtimabis, reſpecturus ſcilicet non quid reuer.amplitudinis tuæ dignitas poſtulet,ſed quid mea poſſit tenuitas.

Gentis id tuæ proprium eſt;artium opt.curam ſuſcipere, paſſimque iacentibus diſciplinis opem ferre, & hoc genus munuſculorum non aſpernando οὐκ ἦθος ὅπως φιλάνθρωπον ἔσται, ſecundum Artaxerxem Perſarū regem, τὸ μεγάλα διδόναι τὸ μικρὰ λαμβάνειν ἡμερᾶς. Exempla maiorum tuorum vetuſtiora non adducam,vno iam propinquo tuo Daniele Stibaro contentus; quo in Germania olim tum amico homines docti tum patrono vſi nomen eius & egregia in Remp. merita per orbem terrarum ſcriptis celebrârunt immortalibus.Ille Herbipolenſis Eccleſiæ columen,reuerēdi collegij ſplendor,totius orientalis Francię decus Muſis errantibus, ceu illuſtrem de editiore ſpecula facē prætendens iter oſtendebat & hoſpitium,earumque conſuetudine in omni vita ſua delectatus, ſubueniebat egentibus, afflictas excitabat. Tuam ille indolem, & maiores ætate ad virtutem impetus cùm animaduerteret,à prima te pueritia ſingulari amore complexus eſt,tuamque te olim familiam illuſtraturum auguratus, in aula ſua moribus & literis expolitum,ad ſui imitationem, & quaſi imaginem totum effinxit. Adoleſcens igitur cùm aliquam latinæ iam linguæ facultatem conſecutus, cogitationes tuas omnes ad maiores in ſtudijs progreſſus conuertiſſes; autoritate illius Louanium, atque in eminentiores cum Gallię tum Italię deinceps Academias profectus es; vbi tuum te ingenium,tui te mores ita liberalium diſciplinarum,& Iuris vtriuſque Profeſſoribus,cæterisque viris quibuſcum vixiſti præſtantiſsimis, commendârunt,vt incredibili eos ſtudio tui incenderes.

Præclaram verò eruditionem tuam, tot partam vigilijs & peregrinationibus, vbi bene viuendi conſuetudine confirmâſſes, & tui illius, quem dixi,propinqui de te opinionem comprobaret euentus; inſignes patria tibi eximia,tum rerum cognitione,tum linguarum peregrinarum facultate prædito,honores tribuit,& campum,in quo virtus tua excurreret,aperuit latiſsimum.Impendebat tremenda communi patriæ,cùm odijs capitalibus aucta,tum diffidentia inuidiaque confirmata perturbatio; & tempora omnibus propè Reip. membris conuulſis, & quaſi luxatis multiplici iam tum calamitate grauida eſſe videbantur. Iſtum igitur quaſi partum modis omnibus auertere cupiētes, Eccleſiarum tum Bambergenſis tum Herbipolenſis Proceres, acerrimo in æſtimandis hominum moribus iudicio pręditi, ſingulari te ſtudio collegam aſciuerunt, atque ita affecti, vt quę virtuti præmia debentur libentiſsimè perſoluant,eximijs te ſacerdotijs collocupletârunt, ad quos ſcilicet honorum gradus non illorum te fauor,ſed excellens ingenium tuum euexit.

Tum

Tùm verò magiſtratus, quod aiunt, virum indicauit, & quæ cum voluntatis tum induſtriæ tuæ eſſet præſtantia oſtendit. Quot ſubijſti enim pro communi patria tempeſtates? quantis ſæpe laboribus es perfunctus? dum eò conſilia tua omnia, omnes cogitationes conuertis, qua ratione ſimultatum illæ ac diſsidiorum procellæ, quę infeſtare nos multis ab hinc annis cœperunt, vel auerti penitus, vel ita ſaltem ſuſtineri poſſint, ne ſalutem populi in diſcrimen adducant. Itaque obeundis ſæpe legationibus, multisque periculorum difficultatibus ſuperatis, demonſtrâſti tuam te ſalutem poſteriorem ſalute communi ducere. Quæ res tibi cùm ſolidam peperit gloriam, tum reuerendam amplit. tuam ad ſublimiores quoque honorum gradus extulit.

Inſignis Comburgenſium Eccleſia te Decano annis pluribus quàm triginta æquabili proſperáq; fortuna vſa nunc eodem te floret Præpoſito. Annuos ibi reditus maiorem in modum auxiſti; ædificia magnifica picturis exornata artificioſiſſimis extruxiſti; Bibliothecam optimorum, manuſcriptorum etiam, librorum copia inſtructam aperuiſti, ſuſpiciendum ad omnem poſteritatem meritorum tuorum monumentū. Cumq; nihil ſit difficilius, quàm rebus ſecundis, atque ad voluntatem noſtram fluentibus ſeruare conſtantiam, & ſic vti fortuna, vt beneficentię non arrogantię facultatem dediſſe videatur; in ſublimi dignitate iſta rerumque omnium abundantia, nunquam reuerenda ampl. tua efferri, nunquam commoueri, nunquam ad ſe ipſam referre quicquam, ſed cuncta Deo, perenni bonorum fonti, aſſcribere viſa eſt; neque ſuo vnquam ſe rectius officio perfuncturam exiſtimauit, quàm de communi hominum ſocietate bene merendo.

Imprimis verò cùm, vt ait ex Ennio M. Tullius, benefacta malelocata malefacta ſint, reuer. amplitudinis tuę liberalitatem commendat eorum, quos beneficijs afficiendos cenſes delectus. Beneficia enim illa temeraria, in quibus neque dignitas accipientium, neque iudicium conferentium agnoſcitur, nullam exiſtimas laudem mereri. Illis igitur potiſſimùm reuer. amplitudinis tuæ benignitas rem familiarem aperit, quos vitæ morumq; probitas à cętera clientum turba diſtinguit, quique ingenio præſtantes ſuos iam ſtudiorum edunt fructus.

Aſſentari neſcio, &, vt ſciam, non volo; neque reuer. amplitudinis tuæ ſeruio auribus. Aſtipulatur in ſcriptis hominum vox eruditiſſimorum, qui æternis ingenij monumentis virtutum tuarum exempla ad poſteritatis memoriam tranſmittunt. Quid referam enim illuſtria illa Germaniæ lumina Lotichium, Poſthium, Rudigerum, Meliſſum, Modium? quorum ſplendida iampridem & plena venuſtatis poëmata reuerendæ amplitudinis tuæ nomen in omnes vbi humanitas colitur partes Europę diſſipârunt.

Non igitur grauatè reuer. amplit. tua, cùm eruditorum neminem à ſuo congreſſu atque ſermone vnquam excluſerit, ſed ſui copiam adhuc fecerit omnibus, erga Ioſephum hunc noſtrum patroni partes ſuſcipiet, & qua alios eâdem & ipſum benignitate complectetur. Etenim nulla reuer. amplitudini tuæ res adhuc eſſe potuit tanti, vt vllam putaret voluptatem ea cum voluptate eſſe conferendam, qua legentes ſcribentésve afficimur. Legere memini me factos à reuer. amplit. tua verſiculos canoros & concinnos, illuſtria ingenij ſtudiorumq; tuorum argumenta. Herbipolenſis igitur Eccleſiæ tibi ſeptem iam annis Decano cùm ſublimio-

res ante oculos honores obuerſarentur, vltro ea te dignitate abdicâſti, dignusque ea, vt eras, videri maluiſti, quàm eadem gerenda occupatus à ſtudijs humanioribus diuelli. Oſtendiſti ſcilicet, virtutem magis ipſam te diligere quàm virtutis inſignia. Verè igitur, ſecundum Poſthium noſtrum,

Tu contemnendo quæ alij mirantur & optant,
Eſſe animo oſtendis cuncta minora tuo.

Iſtud igitur, Antiſtes ampliſſime, hiſtorię ſacrę compendium, 4035 annorum geſta vno volumine complectens, ſuſcipe; &, quoniam conſuetudine virorum illuſtrium delectaris, cum Regibus hîc & Principibus, cumq; prudentiſſimis Rerump. gubernatoribus, imò cum Deo ipſo, loquere.

Prædicari verò à me hîc aut commendari autorem non eſt neceſſe; ipſa eum hæc opera commendant, &, quod dici ſolet, αὐτὸ τὸ ἔργον artificem demonſtrat, neque etiam notiſſima illa multis in locis commemorata ab alijs Hiſtorię prędonia, ne actum agerem, hîc retexenda putaui. Quod igitur reſtat, Deum Opt. ter max. qui reuer. amplitudini tuæ iſtam mentem dedit atque autoritatem, oro toto pectore, vt tuum communibus ſtudijs patrocinium velit eſſe maximè diuturnũ, annosque tuos æquet cum ijs bonis, quæ in te contulit ſumma. Vale. Data ex ædibus meis Francofordiæ ad Mœnum, Calend. Febr. Anno M. D. LXXXIIII.

Reuerendæ amplitudinis tuæ

obſeruantiſſimus

Sigiſmundus Feyerabend,
ciuis & Bibliopola
Francofordenſis.




AVTORES QVORVM POTISSIMVM TESTIMONIO PARTIM COMPRObato, partim confutato, Ioſephus hiſtoriæ ſuæ fidem facit.

Acuſilaus Argiuus
Agatharchides Gnidius
Alexander Polyhiſtor
Andreas
Apion grammaticus
Apollonius Molo
Apollodorus
Ariphanes
Ariſtaus
Ariſtoteles
Beroſus Chaldæus
Cadmus Mileſius
Caſtor Chronographus
Charemon
Chœrilus poëta
Conon hiſt.
Demetrius Phalereus
Dius hiſt.
Ephorus
Eſtius
Euhemerus
Eupolemus
Hecataus Abderita
Hellanicus
Hermippus
Hermogenes
Herodotus
Heſiodus
Hieronymus AEgyptius
Homerus
Iſidorus
T. Liuius.
Lyſimachus
Manethon
Menander Epheſius
Mnaſeas Damaſcenus
Mochus
Nicolaus Damaſcenus
Pherecydes Syrius
Philon ſenior
Philoſtratus
Polybius Megalopolitanus
Polycrates
Poſidonius
Pythagoras
Strabo
Thales
Theodotus
Theophilus
Theopompus
Theophraſtus
Thucydides
Timæus
Zopyrion.

PERIOCHA GENES. I. II. III. IIII. CAP.

Conditor è nihilo cœliq́, terreq́, verendus,
Digestum alterno segregat igne diem.
Exanima & senis faciens animata diebus,
Festum qui sequitur præcipit ire diem.

Mox animam inspirat formato è pulvere Adamo,
Qui proprio dominus nomine bruta vocat.
Cui rerum consors è costa jungitur vxor,
Et fonte irrigui cura docetur agri.



Ex vetito gustant conjunx cum conjuge fructu,
Ficulniq́, tegunt nuda pudenda coma.
Vir terra, tristi damnatur fœmina partu,
Serpens pulverea lubricus inq́, solum.

Liuida damnantur paricida vota Caini,
Pondera, mensuras, mœnia, finit agros.
Sed pia divini soboles cœlestis Sethi
Rimatur, geminas scribit & in stateras.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER PRIMVS,

SIGISMVNDO GELENIO INTERPRETE.

SVMMA CAPITVM LIBRI PRIMI ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Procemium, continens causas & summam sequentis descriptionis.
II. De mundi creatione, & elementorum dispositione.
III. De posteritate Adami, & decem ætatibus vsque ad Diluuium.
IIII. De Diluuio, & quomodo Noe in Arca cum familia seruatus habitauerit in campo Senaar.
V. De turri Babylonica, deque linguarum mutatione.
VI. Quomodo Noe posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupauerint.
VII. Quòd gentes singulæ à suis autoribus nomina traxerint.
VIII. Quomodo Abraham generis nostri autor è Chaldæorum terra profectus habitauerit regionem quondam Chananæam, quæ nunc Iudæa dicitur.
IX. Fame Chananæam premente, Abrahamus in Aegyptū est profectus: & ibi aliquantisper commoratus, retrò vnde venerat est reuersus.
X. Sodomitarum clades ab Assyriis accepta.
XI. Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus, tàm captiuos quàm reliquam prædam victor reduxerit.
XII. Quomodo Deus Sodomitarum gentem exciderit, flagitiis eorum offensus.
XIII. De Ismahele Abrahami filio, eiusque posteris Arabibus.
XIIII. De Isaaco legitimo Abrahami filio.
XV. Saræ Abrahamj coniugis obitus.
XVI. Quomodo è Chætura Abrahamo nupta Troglodytarum gens prouenerit.
XVII. De obitu Abrahami.
XVIII. De Isaaci filiis Esao & Iacobo, & natiuitate eorum ac educatione.
XIX. De Iacobo metu fratris in Mesopotamiam profugo,
XX. Mors Isaaci & sepultura in Hebrone.

PROOEMIVM CONTINENS CAVSAS & summam sequentis descriptionis.

CAP. I.

AD scribendas historias qui se conferunt, non vnam neq; eandem sui propositi causam habere mihi videntur, sed plures easq; multum inter se differentes. quidam enim ostentandæ eloquentiæ causa, gloriaq; ex ea captandæ, ad hoc studiorum genus se applicant. alij quò gratiam illis referrent, quorum res gestas scribendas sibi sumpserunt, nulli labori, quantum in se fuit, pepercerunt. Sunt quos res ipsa compulit, vt quibus gerendis interfuerant, ea scripto complexa in vulgum proderent. nec defuerunt,

Variæ Historiographorum differentiæ.

Impulsiuæ cauſæ huius Hiſtoriæ conſcribendæ.

qui res inſignes, cognituq; dignas in obſcuro latêre non ferrent, atque ideo narrationem earum in communem vtilitatem proferrent. Ex iam dictis cauſis poſtrema duæ me quoque ad idem permouerunt. Bellum enim quod cum Romanis habuimus, & res vtrinque geſtas, ac demum euentum, quæ omnia præſens ipſe meo periculo didici, narrare coactus ſum propter quoſdam qui ſcriptis ſuis veritatem deprauauerunt. Præſens verò opus aggreſſus ſum, ratus Græcis omnibus cognitu non iniucundum fore. Complectetur enim vniuerſam noſtræ gentis antiquitatem, formamq; reipublicæ, ex Hebraicis literis tranſlatam. Cogitaueram equidem & antea, iam tum cum hiſtoriam de bello ſcriberem, docere, vnde primum oriundi Judæi, quàm varia fortuna vſi, ſub quali legiſlatore ad pietatem cæterasq; virtutes inſtituti, quibus bellis per tot ſecula geſtis, inuicti ad poſtremum contra Romanos bellum ſint pertracti: ſed quoniam prolixius erat hoc argumentum, ſeorſim illud propriè dicato opere exorſus

Ioſephus hanc hiſtoriam non Hebraica ſed peregrina lingua, Græca nimirum conſcripſit.

vſque ad finem ſuum perduxi. Procedente dein tempore, ſicut vſu venit his qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quædam ac ſegnities mihi inceſſit, tantam materiam in alienam ac peregrinam linguam traducturo: ſed fuerunt qui

Epaphroditus.

cupiditate cognoſcendi ad opus me adhortabantur, & præ cunctis Epaphroditus, vir cum omnis generis diſciplinarum, tum verò rerum geſtarum peritia cum primis auidus, vt qui ipſe in maximis negocijs & varijs fortunæ caſibus verſatus, in omnibus eximiam naturæ indolem præ ſe tuliſſet, inconcuſſumq; virtutis ſtudium perpetuò retinuiſſet. Huic igitur morem gerens, aſſiduo cunctorum vtile aliquid ac honeſtum molientium fautori, cum me mei iam ſuppuderet, ſi viderer ignauiam ſpecioſiſſimo labori anteponere, vires animumq; reſumpſi: ſimul hac quoque reputatione non leuiter permotus, quòd & maiores olim noſtri exteris ſua benignè communicauerunt, & Græcorum nonnulli vehementi res noſtras cognoſcendi ſtudio flagrauerunt. Itaque inuenio

Ptolemæus Philadelphus.

literis proditum, quòd Ptolemæus ſecundus eius nominis Rex, totus diſciplinis colligendisq; libris deditus, magnopere contenderit legem noſtram, eiusq; inſtituta, & viuendi formam præſcriptam, in Græcum eloquium transferri.

Eleazarus.

Eleazarus autem pontificum noſtrorum nemini ſecundus, Regi hanc vtilitatem non inuidit, reclamaturus omninò, niſi conſuetudinem haberemus à maioribus acceptam, res bonas & honeſtas celare neminem. Proinde mihi quoq; conuenire duxi, vt & pontificis noſtri imitarer magnanimitatem: & hodie quoque Regis illius multos per ſimiles putarem, duntaxat quod ad diſcendi cupiditatem attinet. neq; enim totam ſcripturam occupauit ille, ſed legem ſolã ei tradiderunt

Septuaginta interpretes.

interpretes, qui ob hoc Alexandriam miſſi fuerant. Sunt autem innumera ſacris literis prodita, vt quæ quinq; millium annorum hiſtoriam in ſe complectatur, in qua diuerſi ſunt inopinati caſus, varia belli fortuna, multa imperatorũ præclara facinora, multæ rerum publicarum mutationes. In vniuerſum autem

Anno 268. ante Chriſtum natũ.

Quid potiſsimum ex huius hiſtoriæ lectione cognoſcere licet, quòd his qui Dei voluntati obſequuntur, & leges benè latas tranſgredi verentur, omnia proſperè ſuccedunt ſupràquàm credi poſſit, & felicitas illis præmium à Deo proponitur. quòd ſi ab illarum diligenti obſeruatione diſcedant, neque conſilia eorum exitum inueniunt, & boni ipſorum opinione conatus in calamitates immedicabiles deſinunt. Quapropter iam nunc lecturos hæc volumina adhortor, vt Deo mentem adhibeant, & legiſlatorem noſtrum probent, ſi naturam, vt dignum eſt,*

Ad Lectorem Ioſephi adhortatio.

conſi-

consideravit, & virtuti eius conuenientes semper operationes assignauit, puramq; suam narrationem ab omni, qualis apud alios est, fabularum vanitate conseruauit: tametsi quantum ad longitudinem temporis, rerumq; vetustatem attinet, impune poterat qualibet mendacia confingere. Natus enim est ante annos bis mille, cum ad tot retro secula etiam Poëtæ ne Deorum quidem suorum natales, nedum mortaliũ leges aut res gestas referre ausi fuerint. Sed hæc omnia procedens oratio accuratè suo quaq; ordine docebit, ita vt nos facturos sumus polliciti, neque subtrahendo quicquam, nec addendo. Cæterum quoniam fermè omnia pendent à Mosis legislatoris sapientia, necesse habeo paucis de illo præfari, ne quem fortè cogitatio subeat, quî factum sit, vt quum operis inscriptio res gestas polliceatur, tam multa ad naturæ cognitionem spectantia scriptis nostris inseruerimus. Scire igitur oportet, quòd vir ille ante omnia necessarium existimauit, vel vitam suam rectè dispositurο, vel aliis leges posituro, vt in primis naturæ Dei cognitionem habeat, atque ita consideratis eius operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum in suis viribus est, & sectari conetur. alioquin absque hac contemplatione neque legislatorem ipsum vnquam bonam mentem sibi paraturum, neque scripta eius vllum momentum ad virtutem auditorum allatura, nisi ante omnia discerent, quòd Deus cum sit parens omnium ac Dominus, omniaq; contueatur, eis quidem qui se sectantur, felicem vitam donat: qui autem à virtutis tramite digrediuntur, illos maximis calamitatibus inuoluit. Norma Magistratus & Legislatorum.

Hanc doctrinam ciues suos docere volens, non à pactis aut conuentis & mutuo circa hæc iure leges est auspicatus, quemadmodum alij solent: sed ad Deum & mundum ab eo conditum erectos mente, & persuasos quòd in terris pulcherrimum Dei opus simus homines, cum iam ad pietatem haberet obsequentes, facile deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaque alij Legislatores priscas fabulas sequuti, pudenda hominum peccata in Deos suos verbis transtulerunt, atque hoc pacto hominibus malis magnũ incitamentum ad maliciam addiderunt. at noster Legislator posteaquam puram virtutem habere Deum docuisset, censuit prosequenque adniti oportere, vt in partem eius aliquam peruenire possit: in eosq; qui neque sapiunt, hæc neque credunt, seuerè admodum animaduertit. Discrimen Mosis & aliorũ Legislatorũ.

Ad hoc igitur præscriptum volo Lectorem hæc nostra examinare. namq; sic considerantibus nihil vel absurdum, vel Dei magnificentia indignum esse videbitur. omnia enim summa concinnitate iuxta vniuersi naturã sunt dispositа, partim ita vt dignum erat à Legislatore subindicata, partim decentissimis allegorijs cõuestita: partim etiam disertè expressa, nimirum quæcunque absque ambagibus erant proferenda: quorum causas si quis singillatim considerare vellet, sublimis inde & valde Philosophica speculatio exoriretur, in aliud tempus differenda. Quòd si Deus longiorem ætatem concesserit, absolutis quæ nunc tractamus, vt illa quoq; perscribantur operam dabimus: nunc ad rerum seriem vertemus stylum, præmissis quæ Moses narrat de mundo condito: ea è sacris codicibus ita vt inuenimus transsumpta, in hunc fermè modum se habent. Epilogus Proœmij.

An. mundi 1.
Ante Christum
natum 3963.

CAP. II.

De mundi creatione, & elementorum dispositione.



Genes. 1. Hedio & Ruffinus Cap. 1. Creatio mundi.

IN principio creauit Deus cœlum & terram. Hæc cum in conspectum non veniret, alta caligine tecta, spiritusq́ eam supernè permearet, lucem Deus fieri iussit: quæ cum effulsisset, considerata tota materia, discreuit lucem à tenebris: & his nomen imposuit noctem, illam verò diem appellauit, vesperæ & mane vocabulo exordiis lucis & quietis indito. Atque hæc quidem prima dies extitit, Moses autem vnam eam dixit. Cuius causam possem equidem & nunc reddere: sed quoniam promisi me omnium causas proprio volumine conscriptas editurum, in illud tempus hanc quoque rationem differam. Post hæc secunda die cœlum vniuersitati rerum superimposuit, discretum à cæteris, & in sublimi per se collocatum, glacieq́ circumpactum, & humida ac pluuia natura ob terram irrorationeiuuandam competenter temperatum. Tertia verò terram statuit, mari vndiquaq́ circunfusam: eademq́ die continuò plantæ simul & semina è terra sunt exorta. Quarta verò cœlum sole ac luna, aliisq́ sideribus exornauit, mandato eis dato, vt suo motu & meatu temporũ anni reuolutionem manifestè indicarent. Quinta verò die animantia, tum natatilia, tum per sublime volantia, per altũ perq́ aërem dimisit, copulata prius & ad congressus genituræ causa comparata, quo genus eorum crescceret simul ac multiplicaretur. Sexta autem die quadrupedum genus condidit, masculo & fœmineo sexu distinctum: in hac verò hominem etiam finxit. atq́ ita mundum sex diebus vniuersum, & omnia quæ mundo continentur, Moses facta esse dicit: septima autem requieuisse Deum, & ab operibus cessauisse. quamobrem etiam nos vacationẽ à laboribus per hanc diem celebramus, appellantes eam Sabbatum: quæ vox requiem Hebræorum lingua significat. Quin etiam naturam interpretari post septimam diem Moses incepit, de hominis fabricatione in hunc modum disserens. Finxit

Prima dies.
Secunda dies
Tertia dies.
Quarta dies.
Quinta dies.
Sexta dies.
Sabbathum.

Deus

Deus hominem humo telluris ſumpta, immiſitq; in eum ſpiritum & animam: homo autem hic vocatus eſt Adamus. ſignificat autem hoc Hebræorum lingua rufum: quandoquidem è rufa humo fermentata eſt factus. talis enim eſt intacta terra & vera. Statuit autem Deus corã Adamo diuerſa animalium genera tàm maſculina quàm fœminina ei oſtendens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoq; nominantur. Videns autem Adamum carentẽ ſocietate & conuictu fœminæ (nondum enim erat) mirantemq; quòd reliqua animantes ita ſe haberent: ſopito illi coſta vna exempta, mulierem ex ea formauit: moxq; vt eſt adducta, ex ſe productam Adamus agnouit. Iſſa autem Hebræorum lingua vocatur mulier. huius autem nomen erat Eua, id ſignificat matrem omnium viuentium. Narrat præterea Deum hortum ad orientem plantaſſe omni virenti planta: & in his fuiſſe arborem vitæ, & aliam ſcientiæ, per quam dignoſceretur bonum à malo. in hunc hortum cum introduxiſſet Deus Adamum cum vxore, iußit eos plantarum curam habere. Rigatur autẽ hic hortus ab vno amne, vniuerſam in circuitu terrã luſtrante, qui in quatuor diuerſos alueos finditur. Horum qui Phiſon nominatur (ea vox multitudinem ſignificat) ad terram Indiam delatus, in illud ſe pelagus exonerat, Græcis Ganges appellatus. Euphrates autem & Tigris in rubrum mare exeunt: quorum Euphrates vocatur Phora, id ſignificat vel diſperſionem vel florem. Tigris autem Diglath, quod interpretatur anguſtus ſimul & velox. Geon autem Ægyptum mediã ſecat: id nobis ab oriente exortum ſignat, quem Græci Nilum appellare ſolent. Porrò Deus Adamum et vxorẽ de cæteris plantis guſtare iußit, vna arbore ſcientiæ ſolum illis interdixit, præmonitis ſi attigerint, confeſtim exitium eis affuturum. Cum autem per id tempus nullum eſſet inter animalia diſſidiũ, & ſerpens familiariter cum Adamo ac vxore degeret, inuidebat eis felicitatem venturam, ſi iußis Dei parere perſeuerarent: & ratus in calamitatem caſuros, ſi mandata neglexiſſent, maliciosè perſuadet mulieri vt de arbore ſcientiæ guſtaret, aſſeuerans ineſſe ei vim dignoſcendi boni ac mali, de qua ſi guſtaſſent, beatam nihiloq; deteriorem quàm Deus vitam acturos. atq; hoc pacto mulierem ſubuertit, vt mandatũ Dei contemneret: quæ guſtato arboris fructu, ciboq; hoc delectata, etiam Adamo vſum eius perſuaſit. iamq; ſe nudos eſſe ſentiebant, & de tegmento ſibi deſpiciebant. arbori enim acuminis & cogitandi vis inerat. Foliis igitur ficulnis ſeſe texerunt, atque ita conuelatis pudendis, videbantur ſibi feliciores, qui inueniſſent quo prius carebant. Mox cum Deus in hortum veniſſet, Adamus antea familiariter cum Deo colloqui ſolitus, conſcius ſibi iniuſticiæ ſecedebat. Deus autem miratus tauſam ſciſcitabatur, quid ita prius delectatus ſua conſuetudine, nunc fugitaret ac latitaret. Illo verò tacente præ conſcientia non ſeruati præcepti, Deus ita inſit: Equidem proſpexeram vobis, quomodo vitam felicem omniq; malí expertem viueretis, nulla noua cura in animo ſolicitati, omnibus quæcunque ad vſum ac voluptatem conferunt, ſua ſponte vobis prouenientibus, mea vnius prouidentia citra omnem veſtrum laborem aut ſolicitudinem: quibus fruentes vos neque ſenectus celeriter opprimeret, & vita diuturna quàm longiſſimè proferretur. tu verò hanc meam ſententiam ludibrio habuiſti, mandato meo contempto. non enim propter bonum aliquod taces, ſed propter malam conſcientiam. quare & ſenectus ocyor ſuperueniat. & vita veſtra minus ſit diuturna. Adamus autem excuſabat peccatum, & iram Dei deprecabatur,

Anno mundi 1. Ante Chriſtum natum 3963. Hedio & Ruffinus Cap. 1. Gen. 2.

Omnium rerum nominis origo.

Eua mater omnium viuentium.

Paradiſus.

Quatuor Paradiſi fluuij.

1. Phiſon ſiue Ganges. Γάγγης. Hed.

Seth.

2. Euphrates.

3. Tigris.

4. Geon, Nilus.

Hedio & Ruffinus Cap. 2.

Gen. 2.

Aſtus, ſerpentis.

Adami & Euę lapſus.

Anno mundi 1. Ante Chriſtum natum 3963.


Adamum Deus alloquitur.

Adamus iram Dei deprecatur.

An. mundi 1. Ante Christum natum 3963.

culpam in vxorem referens, & dicens, ab illa deceptum se peccauisse: at illa ser-
pentem accusabat. Tum Deus mulctauit eum, quòd muliebri consilio cessisset:
terramq; nullos posthac fructus sponte proferre iussit: laborantibus autem &

Adami pœna.



opere attritis alia dare, alia negare. Euam autem parturitionibus & hoc genus
doloribus castigauit, eo quòd ipsa à serpente decepta Adamum eisdem dolis ille-
ctum in calamitates coniecisset. quin & serpenti vocem ademit, iratus ob mali-
ciam, qua erga Adamum est vsus: venenumq; linguæ eius indidit, & hostem
eorum declarauit: admonuitq;, caput eius plagis impetendum esse, tum quòd in
hoc pernicies hominis sita sit, tum quòd ipsa bestia hoc pacto facilimè opprima-
tur: ad hæc pedibus priuatum trahi per terram, ac volui fecit. His pœnis impo-
sitis Deus Adamum & Euam ex horto in aliam regionem transtulit.

Euæ pœna.

Semẽ mulieris (hoc est Christus) contereret caput serpentis. Gen. 3.

Pœna serpentis.

CAP. III.

De posteritate Adami, & decem ætatibus vsq; diluuium.

Hedio & Ruffinus Cap. 4.

Gen. 4.

NATI sunt autem eis & filij mares duo, horum prior appellatus
est Cain, quod interpretatur acquisitio: Abel autem secundus,
ea vox luctum significat. Natæ sunt eis etiam filiæ. Hi fratres
suis quisq; studijs intenti erant. Abel iustitiam colebat, & omni-
bus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam da-
bat. pastoralis autem eius erat vita. Cain verò quum alioquin etiam pessimus
esset, lucrumq; solum spectaret, terram quoq; arare primus excogitauit: ac po-
stremò fratrem etiam interemit tali de causa. Quum visum eis esset sacrificare
Deo, Cain agri & arborum fructus obtulit, Abel lac & primogenita pecorum.
Huius sacrificiũ Deo fuit acceptius, quòd sponte naturæ genitis constaret, quàm
ea quæ homo auarus & industrius per vim quandam à natura extorserat. ideò
Cain ægrè ferens prælatum sibi à Deo Abelem, interfecit fratrem, & cadauere
eius abdito, rem clàm fore putabat. Quo cognito Deus venit ad Cain, rogans de
fratre, vbinam esset. multis enim diebus se non vidisse eum, quem reliquo omni
tempore cum ipso versari animaduertisset. Tum Cain anxius, nec habens quod
respon-

De Cain & Abel fratribus.

An. mundi 70. Ante Christum natum 3894.

Sacrificium Cain & Abel.

Abel à Cain interfectus.

Colloquium Dei & Cain.

reſponderet Deo, primùm ſe quoq; demirari ait, quî factum ſit, quòd frater nuſquam compareat. Inſtante verò Deo, & accuratius inquirente, iam commotior negauit ſe pedagogum fratris, aut rerum eius obſeruatorem eſſe. Tum An. mundi 70. Ante Chriſtum natum 3894.



Deus coarguit Cain parricidij, mirari ſe dicens, quòd negaret ſe quicquam de fratre ſcire, quem ipſe interemiſſet. & ſupplicium quidem quòd cade commerue-rat ei remittit, ſacrificio placatus ne grauius in ſupplicem ſæuiret: ſed malè o-minatus ei & poſteris ipſius, vſq; ſeptimam progeniem puniturum ſe eſt com-minatus: & ex illa regione extorrem vna cum vxore fecit. Illò autem timente, ne oberrans in feras incideret, atq; ita periret, ſecurum eſſe iußit, quod ad hoc periculum attinet, & impauidè terras peragrare: & ſigno ei indito quo noſci poſſet, abire procul iußit. Cain autem multas regiones vna cum vxore emenſus tandem Naida condidit: id loci nomen eſt: atque illic ſedem optauit, vbi etiam liberos procreauit. Caterùm tantum abfuit vt hac caſtigatione in melius vi-tam mutauerit, vt peior etiam ſit factus, ſuis voluptatibus vel cum aliorum iniuria indulgens: & facultates domeſticas per vim ac rapinas accumulans, ac-citis vndecunq; latrociniorum & nequitiæ ſocijs, magiſter illis ad facinoroſam vitam eſt effectus. Adhæc ſimplicem hactenus viuendi rationem, excogitatis menſuris & ponderibus immutauit, priſtinamq; ſinceritatem & generoſitatem ignaram talium artium in nouam quandam verſutiam deprauauit. Primus agrorum terminos fixit, vrbemq; extructam & communitam coactis in vnum domeſticis & clientibus inhabitandã tradidit, Enoſæ nomine impoſito ab Eno-ſo liberorum natu maximo. Is Jaredum genuit, ex quo Malehel, & ex eo de-inceps Mathuſala eſt progenitus. huic Lamechus fuit filius, qui liberos ha-buit ſeptuaginta & ſeptem, ex duabus ſuſceptos vxoribus, Sella & Ada. Ex his Jobel ex Ada natus, tabernaculis conſtructis paſtorali cultu ac victu fuit contentus. Jubal verò germanus eius Muſicæ operam dedit, pſalteriumq; & citharam inuenit. Thobel autem vnus ex altera vxore prognatorum viri-bus

Cain regione extorris.

Cain Dei caſtigatione haud melior redditur.

Menſuras & pondera Cain excogitat.

Enoſa vrbs prima.

Iubal Muſicæ inuentor.

An. mundi 70. Ante Christum natum 3894.

bus excellens rem militarẽ egregiè tractauit, cuius artibus & opes ampliores, & victum lautiorem sibi comparauit. quin & arariam primus est commentus, & filiæ factus est pater vnius, nomine Naama. Porrò Lamechus diuini iuris non imperitus, videns pœnas se exoluturũ parricidij à Caino perpetrati, vxoribus suis hoc indicauit. Caterũ superstite etiã tũ Adamo Caini soboles sceleratissima euasit, dum posterior quisq; fit deterior, nec solũ imitatur priorũ vitia, sed & superat, interim nec à bellis, nec à latrocinijs temperando: & qui à cadibus abstinebant, alioquin auarè & superbè inter suos viuebant. Adamus aũt qui primus è terra factus, vt ad illũ oratio nostra recurrat, post eaquã Abel esset mactatus, & Cain propter cadẽ solum vertisset, procreandis liberis operã dedit, quòd magno prolis desiderio teneretur, annos iã natus triginta supra ducentos: quibus cũ accessissent septingenti, tandẽ vita defunctus est. ex huius liberis, quos cõplures habuit, fuit etiã Sethus. sed quia de alijs longũ esset narrare, de solo Setho mẽtionem faciam. hic à patre educatus, vbi eò ætatis venit, vt iã quod rectũ est discernere valeret, virtutis studijs se totũ dedidit: & cum ipse vir optimus euasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit. qui quoniã erant omnes bona indole prediti, & patriã absq; seditione incolebant, in perpetua felicitate vitã exegerunt: & sideralẽ scientiam ac cœlestium rerum cognitionẽ excogitauerunt. ne aũt inuenta sua ex hominum noticia dilaberentur, & prius perirent quàm per noscerentur, scientes Adamum vniuersalẽ rerum interitum præcecinisse, vnum incendio, diluuio alterum, excitatis duabus columnis vtriq; sua inuenta inscripserunt, vt si lateritiam diluuio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. aiunt enim lapideam illam ab ipsis dedicatam, quæ & nostris temporib. extat in terra Syria.

Adami ætas. 930. anni.

Seth Adami filius vir optimus.

Columnæ duæ excitatæ.

CAP. IIII.

De diluuio, & quomodo Noe in arca cum familia seruatus habitarit in campo Senaar.

Hedio & Ruffinus Cap. 6. Gen. 5. 6.

IN hunc modum per septem generationes perseuerarunt vnum Deum colentes omnium rerum dominum, semperq; virtutis respectum habentes. Procedente dein tempore a patrijs institutis degenerarunt, neq; humana iura seruantes, neq; Deo consuetos honores persoluentes. & qui prius certatim virtutem exercuerant, postea duplo maiore studio maliciam consectabantur: atq; ita Deum infensum sibi reddiderunt. nam multi Angeli Dei cum mulieribus cõgressi progeniem procreauerunt insolentem, & fiducia roboris omne ius & fas contemnentem: quorum facinora non absimilia his quæ de gigantibus Græci memorant, posteritati sunt tradita. Noe autem facta eorum molestè & indignè ferens, suadebat vt in melius voluntates ac opera sua transmutarent: verum cum videret illos sibi non parêre, totosq; viciorum dulcedini succumbere, veritus ne & se & familiam suam interimerent, secedens cum suis in aliam regionẽ migrauit, tum Deus viri iusticia delectatus, nõ eius solum seculi homines extrema malicia damnauit: sed cum decreuisset vniuersum humanum genus extinguere, aliudq; nouum & à vicijs purum instaurare, primum vitam eorum breuiore spacio circumscripsit, & abrogata longæuitate intra centum & viginti annos coercuit, dein cõtinentem terrã in pelagi faciẽ transmutauit, atq; ita genus aliud aboleuit vniuersum. Noe autem solus est seruatus, diuino oraculo viam euadendi & rationẽ edoctus

Quos Iosephus hic Angelos, Moses Dei filios nominat. Gen. 6.

Noe in aliam regionem migrat.

talem.

talem. Arcam quatuor cõtignationum exſtruxit, longitudine cubitorum CCC. *latitudine* L. *patentem in altum cubitos* XXX. *in eam cum matre liberorum ſuorum, eorumq; coniugib. conſcendit: impoſitis prius quæ ad vitam ſuſtentandam forent vſui, & omne genus animantibus ad ſeminarium cõſeruandum iugatim pro ſexus ratione introductis, & quibuſdam ex his ſeptenariũ vſq; numerum. erat aũt arca tàm tecto quã laterib. firmis contra omnẽ vim tempeſtatum, & vndarum inſultum. In hunc modum ſeruatus eſt Noe cum familia, gentis ſuc-* Arca Noe.



ceſſione ab Adamo decimus. nam Lamecho eſt genitus, cui pater fuit Mathuſala. hic autẽ Enochi fuit filij Iaredi, Malahelo geniti, qui cum pluribus fratribus ex Cainane prognatus fuerat Enoſi filio. Enoſus verò Sethi filius erat, Adami nepos. contigit autem hac vaſtitas anno ætatis Noe ſexcenteſimo, menſe ſecundo, qui Dius à Macedonibus vocatur, ab Hebræis Marſonane. ſic enim Ægyptij diſtinxerunt annum. Moſes autem Niſan qui eſt Xanthicus, menſem primum in ſuis faſtis ordinauit; quòd per hunc Hebræos ex Ægypto eduxiſſet. eundem etiam omnium quæ ad rem diuinam pertinerent, exordium fecit: alioqui quod ad nundinationes rerum venalium reliquamq; diſpenſationem anni attinet, nihil de priſtino ritu innouauit. Vim autem imbrium cœpiſſe ait vigeſima ſeptima iam dicti menſis, poſt annum ab Adamo primo homine bis milleſimum ſexcenteſimum quinquageſimum ſextum. hoc ſpatium temporis relatum eſt in ſacros codices, diligenter annotantibus priſcis illuſtrium virorum tàm natales quàm obitus. Ada ſiquidem, qui nongentos & triginta vixit annos, cum eſſet triginta & ducentorum annorum, Sethus filius natus eſt. Sethus autem ducenteſimo & quinto anno genuit Enoſum. qui dum quinq; & nongẽtis vixiſſet annis, Cainani filio ſuo rerum curam tradidit, quem genuerat anno centeſimo nonageſimo. hic vixit annis decem & nongentis. Cainan cum vixiſſet decem & nongentis annis, Malalehelem filium dereliquit, quem genuit anno ætatis centeſimo ſeptuageſimo. Iſte Malalehel cum vixiſſet quinq; ac nonaginta & octingentis annis, defunctus eſt, Jaredum filium derelinquens, quem genuit quum ſexaginta duorum & centum eſſet annorum. cui nouem & ſexaginta & nongentis Genealogia Noe.

Diluuium. An. mũdi 1656. Ante Chriſtum natum 2308.

Niſan vel Xanthicus nobis eſt Aprilis.

Hæc cõputatio cum Hebræis & ſeptuaginta interpretibus exactè non conuenit.

An. mũdi 1656. Ante Christum natum 2308.

annis viuenti, Enochus filius succeßit, natus cum sexaginta duorum & centum annorum pater eius exiſteret. qui exactis trecentis ſexaginta quinq; annis, diſceßit ad Deum: vnde finis eius non inuenitur eſſe conſcriptus. Matuſala autem Enochi filius, quinto ei & centeſimo natus anno, Lamechũ filium habuit quum eſſet annorum octoginta ſeptem & centum: cui tradidit principatum, quem ipſe tenuerat annis nongentis ſexaginta & nouem. Lamechus autem cum habuiſſet principatum annis ſeptingentis & ſeptem, Noe filium ſuum rebus præfecit: qui de Lamecho natus eſt agente annum ætatis ſecundum & octogeſimum ſupra centeſimum. quiq; quinquaginta & nongentis annis rerum adminiſtrationi præfuit. Hi anni in vnam ſummam contracti ſupra ſcriptum tempus conficiunt. Non ſunt autem diſquirendi obitus virorum illorum: cum liberis enim ſuis agebant vitam, eamq; vſq; ad ipſorum nepotes extendebant: ſed natales tantum eorum in hac ratione ſunt ſpectandi. Cæterùm Deus ſigno dato imbres emiſit: qui cum nonaginta continuis diebus ruerent, ad quindecim cubitos aqua ſuper terram extitit: qua cauſa omnem ſalutem ademit, non habentibus quò ſe in tutum reciperent. centeſima autem & quinquageſima die poſtquam pluere deſiit, tandem cœperunt aqua ſidere, menſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die menſis. deſtituta deinde arca in vertice montis cuiuſdam in Armenia, ſentiens hoc Noe, aperuit eam: & videns circa ipſam aliquantulum terræ, meliore ſpe concepta pauliſper quieuit. mox poſt paucos dies magis recedente aqua, emiſit coruum, cupiens cognoſcere ſi qua alia parte terrarum aqua deceßiſſent, vt tutò exſcendere poſſet. at ille comperto totum adhuc ſtagnare, ad Noe eſt reuerſus. is poſt ſeptem dies columbam ad explorandum terræ ſtatum emiſit. quæ cum lutata & frondem oliuæ ferens rediſſet, intellecto terram à diluuio iam eſſe liberatam, poſtquam alios ſeptem dies expectaſſet, animantes ex arca emiſit: & ipſe quoque cum liberis egreſſus, mactatis Deo victimis, epulabatur vnà cum familia. Apobaterion, id eſt egreſſorium, loco nomen Armeni fecerunt. Huius autem diluuij & arcæ meminerunt omnes barbaricæ hiſtoriæ ſcriptores, & in his Beroſus Chaldæus. narrans enim de hoc diluuio, ſic fermè ſcribit: Fertur autem & nauigij huius pars in Armenia apud montem Cordæorum ſupereſſe, & quoſdam bitumen inde abraſum ſecum reportare: quo vice amuleti loci eius homines vti ſolent. Meminit horum & Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum ſcripſit, & Mnaſeas, & alij plures. quin & Nicolaus Damaſcenus libro XCVI. de his rebus narrat in hæc verba: Eſt ſuper regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluuij tempore ſeruatos ferunt, & quendã arca vectum in huius vertice hæſiſſe, ac reliquias lignorum eius longo tempore durauiſſe, qui fortaſſe is fuit de quo etiam Moſes ſcribit Judæorum legiſlator. Noe autem veritus ne Deus damnatis ad interitum hominibus, per ſingulos annos terram inundaret, victimis incenſis precabatur vt in poſterum priſtinus rerũ ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitàs, per quam vniuerſum animalium genus in ſalutis periculum adduceretur: vtq; affectis merito ſupplicio ſceleſtis, parceret innocentibus, quos ipſe ſuperſtites eſſe voluerit, & ſua ſententia abſoluerit. alioqui miſeriore conditione ipſos fore & grauius dãnatos, ſi non in vniuerſum incolumes alteri diluuio reſeruarentur, & prioris pauorẽ ac ſpectaculũ perpeſſi, & poſterioris exitio deſtinati. orabat igitur, acciperet ſacrificium propitius, néue

Gen. 7. 8. In Græco Codice & Moſe ſunt dies quadraginta.

Ex arca Noe coruum emittit.

Noe egreditur ex arca, mactatis Deo victimis.

Nicolaus Damaſcenus de arca Noe.

An. mũdi 1657. Ante Christum natum 2307. Hedio & Ruffinus Cap. 6.

Noe precatur ne Deus terram iterum inundaret.

Precibus & ſacrificijs Noe Deum propitiũ reddit.

néue vllam posthac tantam iram contra terrã conciperet: vt operibus suis eam excolerent, & vrbibus exstructis feliciter vitam degerent, nullis commodis carentes quibus ante cataclysmum fruebantur, & ad extremam senectutem longauitatemq́, qualis maiorum suorum fuerat, peruenientes. An. mũdi 1657. Ante Christum natum 2307.

His precibus finitis, Deus iusticia viri delectatus, votis eius annuit, negãs se deletis interitus autorem fuisse: sed ipsos sibi suapte malicia debitas pœnas acciuisse. Si enim deletos cuperet, nunquam in hanc vitam eos introducturum fuisse. Potius enim esse ne dare quidem vitam, quàm eos, quibus dederis, perdere. sed continuis, inquit, contumelijs quibus pietatem mihi debitam violabant, coëgerunt me vindictam de se sumere. non sum autẽ posthac tam iracundè pœnas peccatorum exacturus, præsertim te deprecatore. quòd si quando maiores tempestates concitauero, cauete expauescatis ob vim imbrium. nunquam enim in posterum aqua terram sunt inundatura. Jubeo tamen vt ab humana cede puras manus abstineatis, & qui contrà fecerit, seuerè puniatis. aliorum animalium vsum ad voluntatem ac libitum vestrum permitto. Dominos enim vos feci omnium tam terrestrium quàm natatilium & eorum quæ per sublime feruntur, absq; sanguine: nam in hoc inest anima. Arcus cœlestis signum vobis erit cessaturæ meæ iaculationis. nam iris arcus Dei apud illos habetur. His mandatis & promissis Deus abijt. Noe autem cum post diluuium superuixisset CCCL. *annos, totũq; hoc tempus feliciter exegisset, defunctus est expletis annis in vniuersum* DCCCCL. *Nec est cur aliquis præsentem vitam, annorumq; eius paucitatem cum priscorum rebus conferẽdo fidem nobis abroget, aut quia nunc eam non peræquè prorogari videt, coniecturam hinc de illorum longauitate faciat. Illi enim Deo chari quum essent, ipsiusq; recens etiam tum opificium, & commodiore victu ad diuturnitatem vterentur, merito per tam multos annos viuebant. Præterea tum propter studium virtutis, tum propter vtilitatem inuentarum artium, vt astronomiæ, ac geometriæ, Deus illis prolixiorem largitus est vitam: quarum certitudinem assequi non poterant, si minus* DC. *annis vixissent. ex tot enim magnus annus constat. Attestantur autem mihi omnes qui Græcas barbaricasue antiquitates literis prodiderunt. Namq; & Manetho Ægyptiarum rerum scriptor, & Berosus Chaldaicarum, adhæc Mochus, Hestiæus, Hieronymus Ægyptius, qui Phœnicum res prosequuti sunt, nobiscum consonant. Hesiodus quoq; cum Hecatæo, Hellanicus & Acusilaus, Ephorus & Nicolaus, narrant priscos illos ad mille annos vitam produxisse. De his igitur quisq; vt sibi visum fuerit, accipiat.*

Hedio & Ruffinus Cap. 7. Homo sui interitus autor, non Deus.

Fœdus Dei cũ Noë. An. mũdi 2007. Ante Christum natum 1957. Gen. 9.

Iris signum fœderis inter Deum & Noe. Hedio & Ruffinus Cap. 8.

Noe ætas, 950. anni.

Priscorũ vita quamobrem prorogata, nunc non peræquè.

μέγας ἐνιαυτός, Magnus annus.

CAP. V.

De turri Babylonica, deq; linguarum mutatione.

An. mũdi 1790. Ante Christum natum 2174. Gen. 10. Tres Noe filij.

TRES verò Noe filij, Semas, Japhetus, & Chamas, centum annis ante diluuium nati, primi relictis montibus planiciem habitare cœperunt, & alijs recenti etiam tum cladis memoria pauidis, nec audentibus à celsiore loco descendere, idem faciendi autores & exemplum fuere. Campo, quem primum colere sunt aggressi, nomen est Senaar. Cæterum Deo iubente vt propagandi multiplicandiq; generis gratia colonias deducerent, homines rudes non paruerunt: quamobrem calamitatibus implicati, offensum illum errore suo sunt experti. Cum enim florerent iuuentutis multitudine, Deus rursum de colonia deducenda admonebat.

Noe posteris vt terram colerent Deus mandat.

An. mũdi 1790. Ante Christum natum 2174. Hecto & Ruffinus Cap. 9.

Illi verò obliti se ipsius benignitate præsentibus commodis perfrui, totamq; illam felicitatem suis viribus acceptam ferentes, dicto eius non fuerunt obedientes. Et quod peius erat, consiliũ de coloniis non fauorem numinis, sed insidias interpretabantur, videlicet quo facilius dispersi possent opprimi. Hanc superbiam Deiq; contemptum excitauit in eis Nabrodes, nepos Chama, filij Noe, vir audax & manu promptus, subinde iactans, non Deo, sed propriæ virtuti præsentem felicitatem eos debere: atque ita paulatim rem ad Tyrãnidem trahebat, ratus fore vt homines ad se deficerent à Deo, si se illis ducem præberet, opem suam offerens contra nouum aliud diluuiũ intentantem. Turrim enim se exadificaturum, excelsiorem quàm quò aqua ascendere posset: & insuper maiorum suorum interitum

Nabrodes siue Nemroth Dei contemptus autor.

Nemroth primus Tyrannus turrim Babylonicã exædificat. Gen. 11.



vlturum. Vulgus autem facilè Nabrodis placitis obtemperabat, ignauum ratus Deo cedere: atq; ita structuram turris occœperunt, nulli labori parcentes, nihilq; sibi ad summam industriam reliquum facientes. Cumq; ingens esset operarum numerus, surgebat opus supra quàm sperauerant. Crassitudo enim erat tanta, vt proceritatem obscuraret. Struebant autem lateribus coctis, ad firmitatem bitumine ferruminatis. Hanc eorum vasaniam videns Deus, delere quidem omnes noluit, quando ne priore quidem clade ad meliorem mentem profecerunt, sed dissidium in eos immisit, linguis eorum variatis, ita vt ob diuersitatem sermonis mutuò se non intelligerent. Locus verò turris nunc Babylon vocatur, propter confusam linguam quæ prius omnibus ex æquo clara fuerat. Nam Hebræi confusionem nominant Babel. De turri autem hac, deq; linguis hominum mutatis, meminit & Sibylla his verbis: Cum vniuersi homines vno eloquio vterentur, turrim ædificauerunt excelsissimam, quasi ad cœlum per eam ascensuri. Dij verò procellis immissis turrim subuerterunt, & suam cuiq; linguam dederunt: qua causa fuit vt vrbs ea Babylonis vocabulum acceperit. De loco autem qui Senaar in Babylonia nominatur, meminit Hestiæus hoc modo: Aiunt sacerdotes cladis eius superstites, Enyelij Iouis sacra ferentes, in Senaar Babyloniæ peruenisse.

Linguarum cõfusio.

Sibyllæ de Babylonica turri vaticinium.

CAP. VI.

An. mũdi 1790. Ante Christum natum 2174.

Quomodo Noe posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupauerint.

Hedio & Ruffinus Cap. 10.

ILLO *ex tempore dispersi sunt passim, propter diuersitatem linguarum colonijs nusquam non deductis: & quò quenq; sors & Deus tulit, eam terram cum suis occupauit, vt tàm maritima quàm mediterranea cultoribus replerentur. Nec defuerunt qui conscensis nauibus ad insulas habitandas traijcerent. Porrò gentium quadam adhuc seruant deriuatam à suis cõditoribus appellationem, quadam etiam mutauerunt, nonnulla in familiarem accolis & notiorem vocem sunt uersa, Gracis potissimum talis nomenclaturæ autoribus. Hi enim posterioribus seculis veterem locorum gloriam sibi vsurpauerunt, dum gentes nominibus sibi notis insigniunt, dumq; tanquam ad suum ius attinerent, mores quoq; proprios in illas inuehunt.*

Nomina regionũ & gentium.

CAP. VII.

Quòd gentes singulæ à suis autoribus nomina traxerint.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. Genes. 10.

ERANT *autem Noe filiorũ liberi, in quorum honorem gentibus nomina imponebant, vt quisq; terram aliquam occupauerat. siquidem Iapheto Noe filio fuerunt septem. Horum sedes à Tauro & Amano montibus incipientes, pertinebant in Asia ad amnem vsq; Tanaim, in Europa vsq; Gades, in terris hactenus vacuis occupatæ: quo factum est, vt ipsorũ nomina gentibus imponerentur. Quos enim nunc Graci Galatas vocitant, Gomarenses olim dictos, Gomar condidit.* Galatæ à Gomar oriundi. *Magoges verò Magogarum à se denominatorum fuit autor, qui ab ipsis vocantur Scythæ. Ex aliis Iapheti filiis Iauane & Mado, ab hoc Madai descendunt, Gracis Medi nominati: à Iauane verò Ionia, totumq; Gracorum genus.* Iapheti Noe primogeniti progenies. *Quin & Thobelus Thobelis sedem dedit, qui nunc sunt Iberi: & Meschini à Mescho autore appellantur. Cappadocum enim appellatio noua est, veteris autem vestigium adhuc superest. Vrbs enim est apud eos hodie quoque Mazaca, satis indicans intelligere volenti, hoc priscum fuisse genti nomen. Thires autem Thiras de se vocauit, quorum fuit princeps: eos Graci Thracas dicere maluerunt. Et tot gentes à Japheti filiis sunt institutæ. Gomaris autem, trium liberorũ parentis, vnus filius Aschanaxes originem Aschanaxis dedit, qui nunc Rhegines à Gracis nominantur: Rhiphates verò Rhiphatæis, nunc Paphlagonibus: &* Progenies filiorum Gomar. *Thygrammes Thygrammæis, quos Phrygas Gracis libuit vocare. Iauanis item trium filiorum vnus Alisas Alisæis vt originem ita nomen dedit, qui hodie sunt Æoles: pariq; modo Tharsensibus Tharsus. Sic enim olim appellabatur* Progenies filiorum Iauani. Tharsus Pauli patria Actor. 9. *Cilicia: cuius rei signum est Tharsus vrbiũ eius celeberrima caterarumq; princeps, prima nominis litera in tau mutata. Porrò Chetimus insulam occupauit, tunc Chetimam, nunc Cyprum, quo factum est vt tum insulas omnes, tum pleraque loca maritima Hebræi gentili voce Chetim significent. atteſtatur mihi vnà è Cyprijs vrbibus, quæ adhuc nomen retinet. Citium enim vocatur ab his qui in Gracum sonum vocabula detorquent, ne sic quidem abludens à Chetimi nomine. Tot gentium fuere principes Iapheti filij nepotesq;. Caterum quod Graci fortassis iguorant prius dicam, deinde cœptam narrationem prosequar.*

An. mũdi 1790. Ante natũ Christum 2174.

Nomina ista decoris causa in Græcam formam mutari ad auriũ voluptatem. nostrates enim huiusmodi forma non vtuntur: sed eandem apud nos perpetuò

Mutatio nominum vnde orta.

speciem obtinent, nec terminationem variant. Adamus certè nobis Adam vocatur, & Noe qui Græcis Nochos diceretur, eaq; forma nullam variationem admittit. Chama verò filij Syriam & regionem Amano Libanoq; montibus ha-

Hedio & Ruffinus Cap. 12. Genes. 10.

rentem obtinuerunt, quicquid eius ad mare vergit occupando, & Oceanum vs-

De Chami filijs ipsorumq; progenie.

que ditionis terminos proferendo. vocabula tamen partim omnino euanuerunt, partim ita deprauata sunt in diuersum, vt haud facilè agnoscantur. ex quatuor enim Chama liberis Chuso nihil detrimenti tempus attulit. Æthiopes enim quibus præfuit, nunc quoque tam à seipsis, quàm ab Asianis omnibus Chusæi nominantur. Mesræis etiam sua mansit appellatio. Ægyptũ enim Mesren, & Mesræos Ægyptios vocamus quotquot eam regionem incolimus. Quin & Libyæ colonos dedit Phutes, deq; suo nomine Phutos dici voluit. extat & flumen in Mauritania hoc nomine: & complures apud Græcos historici eius mentionem faciũt,

Libya siue Africa.

sicut adiacentis etiam regionis, quæ Phute dicitur. mutuauit autem præsens nomen ab vno filiorum Mesræi, qui vocabatur Libys. cur autem Africa sit

Progenies Chananæorum.

dicta, paulo post docebimus. Quartus Chamæ filius Chananæus Iudæam nunc vocatam habitauit, gentemq; suam Chanaan nominauit. Hi quoque liberos genuerunt, & in his Chusus filios sex. quorum è numero Sabas Sabæorum author fuit, & Euilas Euilæorum, qui nunc Getuli appellantur. Sabathes verò Sabathenos, qui Græcis dicuntur Astabarri: Sabactas quoque Sabactenos instituit. Romus item Romæos condidit, & duos filios habuit. alter Iudas genti Iudæorum inter occidentales Æthiopes originem dedit & nomen, Sabæus alter Sabæis. Na-

Nabrodes siue Nemroth.

brodes autem manens apud Babylonios tyrannidem arripuit, sicut iam ante diximus. Mesræi verò filij numero octo quantum terrarum à Gaza Ægyptum

Palæstina à Philistino nominata.

vsque patet possederunt, sed solius Philistini nomen ipsius regio seruauit. Palæstinam enim Græci eius portionem vocant. reliquorum, Lumæi, Enamiæ, Labimi, qui solus colonis in Libyam ductis regionem à se denominauit, tum Nethemi, Phathrosimi, Chesiæmi, Chephthomi, tam res quàm nomina sunt in obscuro. Bello enim Æthiopico, de quo suo loco dicetur, vrbes eorum sunt euersæ. Cha-

Filij Chananæi.

nanæo quoque filij fuerunt hi. Sidonius, qui & vrbem sibi cognominem condidit in Phœnice, Sidonem à Græcis vocatam. Amathus verò Amathen habitauit, quæ adhuc extat, & ab accolis Amathe vocitatur: tametsi hanc Macedones Epiphaniam ab vno è Regum successoribus denominauerũt. Arudæus Aradum insulam obtinuit, Arucæus Arcen vrbem in Libano sitam. cæterorum septem, Euæi, Chettæi, Iebusæi, Eudæi, Sinæi, Samaræi, Gergesæi, præter nomina nihil in sacris codicibus superest. nam Hebræi vrbes eorum exciderunt, quæ clades causam habuit hanc.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. Genes. 9.

Postquam terra finito diluuio in pristinam naturam est restituta, Noe cœpit eam colere, quam cum vitibus conseuisset, suoq; tempore vindemiasset, in-

Noe inebriatur, nudatur, & pro ludibrio habetur, vnde deriserem diris deuouet.

uento vini vsu, sacris prius operatus epulabatur: ebriusq; factus ac sopore grauatus, parum decorè nudatus iacuit, id conspicatus filiorum natu minimus, per ludibrium fratribus indicauit: illi reuerenter parentem operuerũt. Sensit hoc Noe: & precatus alijs filiis felicitatem, ne Chamam quidem diris deuouit, respectu sui sanguinis, sed tantum eius posteros: quas cum cæteri euasissent, Chananæi liberos vltio diuina est cõsecuta. sed de his rebus dicemus postea. Sema verò tertio Noe

filio

filio filij fuerunt quinque, qui Asiam vsque ad Indicum Oceanum incoluerunt, ab Euphrate propagãdæ ditionis initio facto. nam Elymus posteros reliquit Elymos, à quibus Persa originem traxerunt. Assuras vrbem Ninum condidit, & subditos de se Assyrios denominauit, quorum opes præ cæteris efflorauerunt. Arphaxades eos qui nunc Chaldæi sunt Arphaxadæos nominauit, imperio gentis potitus. Aramæos Aramus tenuit, quos Græci Syros appellare malunt. qui verò Lydi nunc vocantur, olim Ludi dicti, Ludam autorem generis habuerunt. Ex Arami verò quatuor liberis Vses habitator Trachonitidis fuit, Damasciq; cõditor. ea sita est Palæstinam inter & Syriam cognomine Cœlen. Armeniã Otrus tenuit, Getheris Bactrianos: Mesas verò Mesanæos: nunc Pasini castrum vocatur. Ex Arphaxade prognatus est Sales, ex hoc Heberus, à quo Judæi Hebrai quondam appellabantur. Porrò Heberus Iuctam & Phalegum genuit, qui natus est dum habitationes distribuerentur. nam hæc vox Phalec partitionem Hebræis sonat. Iucta verò Heberi filio liberi fuerũt, Elmodadus, Salephus, Azermothes, Jraes, Edoramus, Vzalis, Daeles, Ebalus, Ebemaelus, Saphas, Ophires, Euilas, Jobelus. Hi à Cophena flumine India ad Assyriam vsque habitant. Hactenus de Sema progenie sit dictum: nunc de Hebræis erit narratio. Ex Phalego enim Heberi filio prognatus est Ragaus: ex hoc Serugus, ex quo Nachores est genitus, & ex hoc Tharrus. hic Abrahami fuit pater, qui fuit decimus à Noe, & natus est post diluuium anno secundo supra ducentesimum & nonagesimum. siquidem Tharrus septuagesimo anno genuit Abrahamum. Nachores cùm esset viginti & octo annorum genuit Tharrum. de Serugo autem Nachores nascitur circa annum trigesimum secundum. Ragaus factus est Serugi pater cùm esset annorum triginta duorum. totidem verò annorum Phalegus genuit Ragaum. Heberus autem quarto & tricesimo ætatis anno genuit Phalegum, ipse de Sale prognatus annum nato tricesimum: quem Arphaxades genuit quinto & tricesimo ætatis anno. Sema filius Arphaxades natus est post annos duos à diluuio. Abrahamus autem fratres habuit Nachoren & Aranen. Ex his Aranes relicto filio Lotho, & filiabus Sara & Melcha, in regione Chaldæorum est mortuus, in vrbe quæ Vra Chaldæorum vocatur, & sepulchrũ eius nunc vsque ostenditur. neptes verò ex fratre duxerunt coniuges, Melcham Nachores, Saram Abrahamus. Cæterum cùm Tharrus exosam haberet Chaldæam propter luctum Aranis, omnes simul migrauerunt Carras Mesopotamiæ, vbi etiam Tharrum defunctum sepeliuerunt, anno exacta vita ducentesimo quinto. Iam enim paulatim subtrahebatur de vita spatijs, vsque ad Mosis ætatem: post quem CXX. annorum terminus Deo finitore est statutus, quantũ temporis & Moses ipse vixit. Itaq; Nachores è Melcha octo filios suscepit, Vxum, Bauxum, Manhelem, Zachamum, Azamum, Pheldam, Iadelpham, Bathuelem. atque hi legitimi Nachoris filij fuêre. nam Tabæum, Gadamum, Tauaum & Macham è Ruma concubina genuit. Porrò Bathueli vni è legitimis Nachoris filiis nati sunt, Rebecca filia, & filius nomine Labanus.

An. mũdi 1790. Ante Christum natum 2174. Hedio & Ruffinus Cap. 14. Geneſ. 2. De filijs Sem, tertij Noe filij, & de progenie ipſorum & Abrahami.

Hebræorum origo

Genealogia Abrahami. An. mũdi 1950. Ante Christum natum 2014.

Hũmanæ vitæ terminus Anni 120.

Quomodo

CAP. VIII.

An.mũdi 2024. Ante Christum natum 1940.

Quomodo Abraham generis nostri autor è Chaldæorum terra profectus, habitauit regionem quondam Chananæam, quæ nunc Iudæa dicitur.

Hedio & Ruffinus Cap.15. Genes.11.12.

ABRAHAMVS verò Lotum Aranis fratris sui filiũ, Sara coniugis suæ fratrem, adoptauit, quòd germano filio careret: & cum iam esset annorum LXXV. monitus oraculo Chaldæam terram mutauit Chananæa: quam & ipse habitauit, & posteris reliquit: vir sapiens ex æquo & eloquens, & in coniectando sagax. Cumq; ob virtutem eximiã sapiens esset præ cunctis habitus, ausus est vulgo receptam de Deo persuasionem conuellere, & in melius vertere. Ergo primus omniũ clara voce prædicauit, vnum esse Deum rerum vniuersitatis conditorem: de cætero si quid ad felicitatem conferat, non nostris nobis viribus, sed illius voluntate contingere. Hoc verò ex terræ ac maris obseruatione colligebat, tum eorũ quæ circa solem ac lunam & reliqua sidera videbat accidere. esse nimirum potentiã quandam quæ horũ curam gerat, & omnia decenter administret, quæ cessante nihil nostris vtilitatibus seruiturum, cum nihil suapte virtute polleat, sed vniuersa omnipotenti ipsius volũtati obsecundent. quapropter huic vni honorem deberi, huic gratias agi oportere. Quamobrem cum Chaldæi Mesopotamitæq; cæteri contra se insurgerent, consilium migrandi cepit, & voluntate ac fauore Dei fretus terrã Chananæã tenuit: vbi sedibus positis Deo struxit aram, & hostias mactauit.

Sapientia Abrahami.

Abrahamus primus verbi diuini concionator.

Berosus.

Meminit autem patris nostri Abrahami Berosus quoque, non tamen eum nominans, his verbis. Post diluuium autem decima ætate apud Chaldæos erat quidam iustitiæ cultor, vir magnus, & sideralis scientiæ peritus.

Hecatæus.

Hecatæus verò non meminit tantum obiter, sed libro in hoc conscripto res eius posteritati tradidit.

Nicolaus Damascenus.

Nicolaus autem Damascenus in quarto Historiarũ sic scribit. Abrahamus regnauit apud Damascum aduena, vt qui cũ exercitu venerat è regione supra Babylonem sita, quæ Chaldæorum dicitur. nec ita multo pòst hinc quoq; migrans cum suo populo, sedem transtulit in terram tunc Chananæã, nunc verò Iudæam nominatam: eiusq; posteritas ibi creuit in ingentem numerum, quorum res alibi fusius narraturus.

Domicilium Abrahami.

Abrahami verò nomen etiam nunc est apud Damascenos celebre, & vicus ostenditur, quem vocant Abrahami domicilium.

CAP. IX.

Quòd fame Chananæam premente, Abrahamus in Aegyptum est profectus: & ibi aliquantisper commoratus, retrò vnde venerat est reuersus.

An.mũdi 2026. Ante Christum natum 1938.

Hedio & Ruffinus Cap.16. Genes.12,13.

FAME deinde Chananæam terram inuadente, Abrahamus audita Ægypti vbertate, proficisci illuc decreuit, tum vt copiis eorum frueretur, tum vt sententiam sacerdotum de diuinitate cognosceret: aut secuturus illorum opinionem, si modo melior esset, aut ipse rectiora eis commonstraturus. Cæterum cum & Saram secum duceret, veritus Ægyptiorum libidinem, ne fortè ob excellentem vxoris formam à rege interimeretur, artem commentus est talem. Fratrem eius se finxit, monita prius, vt ob præsentem necessitatem simulationi suæ subseruiat. Vt autem ventum est in Ægyptum, id, quod suspicatus fuerat, euenit: iam enim cõiugis pulchritudinem fama diuulgauerat. quamobrem Pharaothes gentis rex audita oculis suis cognoscere, ac muliere etiam potiri concupiuit. Huic mala libidini

Aegyptiorũ libido.

bidini Deus obſtitit, peſtilentia & ſeditione res regis infeſtans: cõſultiq́ de remedio Sacerdotes, quó ve modo placandum eſſet numen, hanc mali cauſam reſponderunt, quòd hoſpitis matrimonio iniuriã inferre parauiſſet. Rex territus primum ſcitatur, quanam ſit, quis ve eius comes. cognita deinde rei veritate, Abrahamo ſatisfecit: ſororem ſe putaſſe non vxorem, & affinitatem contrahere, non iniuriam inferre voluiſſe: donatoq́ magna pecunia, poteſtatem fecit cõgrediendi cum præſtantiſſimo quoq́ Ægyptiorum ac doctiſſimo: quo factum eſt vt virtutis nomine in maximam exiſtimationem veniret. nam cum ea gens in diuerſos ritus & opiniones ſcinderetur, & per mutuum contemptum atque inſectationem infenſis inter ſe animis agerent, colliſos inter ſe eorum de religione ſermones & à ſeipſis confutatos, vaniſſimos eſſe nihilq́ prorſus veritatis habere declarauit. ob has diſſertationes in precio habitus, vt qui magnam tam intelligendi, quàm eloquendi docendiq́ facultatem præ ſe ferret, & numerorum ſcientiã & ſiderum benignè illis communicauit. nam ante Abrahami ad ſe aduentũ Ægyptij rudes erant huiuſmodi diſciplinarum: quæ à Chaldæis ad Ægyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem peruenerunt. Reuerſus inde in Chananæam, agros cum Lotho diuiſit. orta verò inter opiliones contentione de iure ac terminis paſcuorum, arbitrium & opinionem Lotho permiſit: ipſe contentus relicta ſibi portione agri ſubmontani, domicilium elegit in oppido Hebrone. id ſeptem annis eſt antiquius quàm vrbs Ægypti Tanis. Lotho verò campi ceſſerunt, & planicies Iordani fluuio contigua, non longè à Sodomorum vrbe: quæ tunc bona & magna, nunc diuina vltione ac ira, vt ne veſtigium quidem ſuperſit, eſt delata: cuius rei cauſa mox ſuo loco dicetur.

An. mũdi 2026. Ante Chriſtum natum 1938.

Abrahamus Aegyptios religione docuit & artes.

Abrahamus egregius Aſtronomus.

Diuiſio agri Abrahami & Lothi.

CAP. X.

Sodomitarum clades ab Aſſyriis accepta.

EODEM tempore cùm Imperium Aſiæ penes Aſſyrios eſſet, Sodomitarum res tam opibus quàm numeroſa iuuentute florebãt, vt à quinque Regibus adminiſtrarentur. hi erant Ballas, Bareas, Senabarus, Symoborus & Balin, ſuo quiſque regno præpoſitus. Hos Aſſyrij bello petierunt, diuiſisq́ quadrifariam copijs ſub quatuor Imperatoribus, regionem illorum oppugnabant commiſſo tandem prælio victores Aſſyrij Sodomitarum Regibus tributum imperauerunt. cumq́ per duodecim annos imperata feciſſent, & tributa ſoluiſſent, decimotertio defecerunt: quo factum eſt vt noua in eos Aſſyriorum expeditio fieret, ductu & auſpiciis Marphadis, Ariochi, Chodollogomori, & Thargali. Hi & Syriam vniuerſam rapinis vaſtauerunt, & gigantum poſteros perdomuerunt. cumq́ in agrum Sodomorum eſſet ventum, caſtra metati ſunt in valle puteorum bituminis, tunc enim putei fuerant in eo loco: mox verò Sodomis deletis, lacus ibi, quem à ſcatenti bitumine Aſphaltitem dixere, repente extitit. eo de lacu paulò poſt dicemus. cæterum Sodomitæ cum Aſſyriis congreſſi, poſt egregiam pugnam editam, partim in acie ceciderunt, partim deditionem fecerunt, cum quibus & Lothus captiuus eſt abductus, qui Sodomitis in auxilium venerat.

An. mũdi 2021. Ante Chriſtum natum 1933. Hedio & Ruffinus. Cap. 17. Geneſ. 14.

Quinque Reges Sodomitarum.

Aſphaltites lacus.

An. mũdi 2031. Ante Christum natum 1933.

CAP. XI.

Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus tam captiuos quàm reliquam prædam victor reduxit.

Hedio & Ruffinus Cap. 18. Genes. 14.

His auditis Abrahamus, tum Lothi cognati, tum Sodomitarum amicorum ac vicinorum clade commotus, nil cunctatus in succursum eorum cum suis properauit: & quinta nocte hostem assecutus circa Danum (hoc alteri Jordanis fontium est nomen) oppressum ex improuiso facilè superauit. Securi enim & incauti partim in cubilibus inermes sunt casi, partim præ temulentia pugnæ inutiles in fugam se cõuerterunt, quos Abrahamus acriter à tergo sequenti quoq; luce perurgens ad Sobà Damascenorum compulit. Quo facto nemini dubium reliquit, victoriam non in multitudine militũ, sed in bellatorum alacritate consistere, & virtutem nulli numero succũbere, vt qui cum domestica tricenaria cohorte, & insuper decem octo vernaculis, triumq; amicorum auxilijs tantum exercitũ profligauerit. quotquot autem ex hac clade euadere contigit, cum ignominia domum se receperunt. Abraham verò captiuis incolumibus reductis, parta pace victor ad suos rediit. redeunti Rex Sodomitarũ vsq; in locum quem Campum regium vocant, gratulabundus occurrit: vbi à Solyma vrbis Rege Melchisedeco est exceptus. id nomen interpretatur, rex iustus, erat enim reuera talis, omnium consensu sacerdotio summi Dei ob iusticiam dignus habitus. Sed Solyma posterior ætas vocauit Hierosolyma. Hic Melchisedecus milites Abrahami hospitaliter habuit, nihil eis ad victum deesse passus: simulq; ipsum adhibitũ mensæ meritis laudibus extulit, & Deo cuius fauore victoria contigerat, debitos hymnos vt sua pietate dignum erat cecinit. Abrahamus contrà de manubijs decimas ei dono dedit. Rex verò Sodomorum Abrahamo prædã omnem cedens solos captiuos suæ regionis reposcebat. hanc conditionem ille non accepit, negans ad se quicquam inde rediturum, exceptis alimentis militum: amicis tantum in prædæ partem admissis. hi erant Eschol, Ennerus, & Mambres. Hac viri virtute delectatus Deus: non carebis, inquit, præmio quòd pro tot rebus egregiè gestis tibi debetur. Quo respondente, & quam voluptatem ista præmia mihi afferre poterunt, cum hærede caream? (nondũ enim pater factus erat) tum Deus & filium illi est pollicitus, & posteritatem ex eo tantam, qua stellas cæli posset æquare numero. His auditis lætus, sacrificiũ Deo iussu ipsius obtulit. Porrò sacrificij ritus erat hic. mactata iuuenca trienni, capra trienni, ariete item trienni, cæteras victimas vt iussus fuerat diuisit, solis auibus exceptis. deinde priusquã erigeretur ara aduolitantibus alitibus ad victimarum cruorem, oraculum redditur, prænuncians progeniem eius malos vicinos per annos CCCC. *in Ægypto habituram: quo tempore grauiter afflictos, victoriam tamen de inimicis reportaturos, deuictisq; Chananæis regionem eorum & vrbes occupaturos. Habitabat tum Abrahamus circa quercum quæ vocabatur Ogis. id agri nomen erat non longè ab vrbe Hebrone. Cæterum ægrè ferens coniugis sterilitatem, supplex à Deo petijt vt prolem sibi masculã largiretur. Tum Deus de cætero quoque bene sperare illum iussit, vt qui non temerè Mesopotamiam reliquisset, atque insuper liberos ei nõ defuturos promisit. ibi Sara Dei monitu in thalamum eius adducit vnam famularum nomine Agaren Ægyptiam genere, quo liberos sibi ex ea quæreret. & cũ vterum se gerere sensisset famula, cœpit cõtemptim habere*

In quibus victoria consistat.

Abraham Lothum captum cum Sodomitis reduxit.

Campus regius.

Melchisedech Rex iustus.

Solyma postea Hierosolyma vocata.

Genes. 14. Deus Abrahamo filium pollicetur.

Abrahamo Deus progeniem eius malos vicinos in Aegypto habituram prænunciat.

Genes. 16. Sara Abrahamo in thalamum adducit Agar.

Saram

Saram, ad principatum aſpirans, quaſi ad prolem ſuam dominatio peruentura eſſet. quapropter cùm Abrahamus vxori eam ad pœnam dediſſet, decreuit fugere non ferens afflictionem: Deumq́ rogabat vt ſui miſereretur. Itaq́ per deſertum abeunti occurrit Angelus iubens vt ad dominos reuerteretur. fore enim eam meliore conditione, modò ſe modeſte gerat. nunc enim ingratitudinis ac arrogantiæ pœnam luere. quòd ſi contemptis Dei iuſſis vlterius pergeret, præſens exitium eam manere aiebat. ſin retrò rediret, matrem futuram pueri, qui tandem regno eius regionis eſſet potiturus. Paruit famula, & reuerſa ad dominos, veniam eſt conſecuta: nec ita multo poſt Iſmahelem peperit, ac ſi dicas exoratũ eo quòd Deus preces matris exaudierit. Hunc Abrahamus ſextum ſupra octogeſimum annum natus genuit: cùm autem nonageſimum nonum attigiſſet, apparuit ei Deus, nuncians quòd è Sara ſuſcepturus eſſet filium. eum iuſſit vocari Iſacum, addens prodituras ex eo gentes magnas & Reges: easq́ iure belli occupaturas vniuerſam Chananæam à Sidone vſque Ægyptum. Juſſit etiam genus ipſius, quod nolebat cum aliis permixtum, pudenda circumcidi, idq́ octaua die natiuitatis. cauſam verò noſtræ circumciſionis dicam alibi. Conſulente verò Abrahamo & de Iſmahele, an eſſet victurus, reſponſum eſt, fore longæuũ ſimul & multarũ gentium parentem. Tum Abrahamus poſteaquã Deo gratias egiſſet, eueſtigio circũciſus eſt cum tota familia, ſimiliter & Iſmahel, annũ tunc agens decimumtertium: ipſe verò pater nonum iam agebat ſupra nonageſimum.

An. mũdi 2034. Ante Chriſtum natum 1930.

Agar Saram contemnit.

Iſmahel Deus exaudit.

Iſaac Abrahamo promiſſus. Geneſ. 17.

Circumciſio inſtituta.

CAP. XII.

Quomodo Deus Sodomitarum gentem excidit flagitiis eorum offenſus.

RE idem tempus Sodomitæ diuitijs & abundantia pecuniarum elati, tam in homines contumelioſi erant, quàm erga Deũ impij: quippe qui neque beneficiorũ eius meminerant, & hoſpites auerſabantur, denique mutuis etiam libidinibus ſeſe inceſtabãt. His rebus offenſus Deus decreuit ſuperbiæ pœnas de illis ſumere, & regionem eorum adeò vaſtam reddere, vt poſthac nec plantas nec fructũ vllum produceret. His ita decretis de Sodomis, Abrahamus conſpicatus tres Angelos (ſedebat enim ad quercum Mambræ pro foribus domicilij ſui) ratus eſſe hoſpites, aſſurgens ſalutauit eos, rogauitq́ vt ad ſe diuertentes fruerentur hoſpitio. illis verò annuentibus iubet panes è ſimila fieri, & mactatum vitulum ac aſſatum ſub quercu diſcumbentib. appoſuit. at illi viſi ſunt ei comedere, & de vxore quærebant, vbinam eſſet Sara. quo referente, intus eam eſſe: aiunt ſe aliquanto poſt reuerſuros, eamq́ inuenturos iam matrem. muliere autem arridente, & negante fieri poſſe vt liberos gigneret ipſa nonagenaria, è marito centeſimum annum agente: non ſuſtinuerunt amplius ſimulare: ſed faſſi ſunt ſe Dei eſſe Angelos: & quòd miſſi eſſent, vnus nunciatum de filio, duo verò ad delendos Sodomitas. Quo audito Abrahamus indoluit propter Sodomitas, & ſurgens deprecatus eſt Deum, ne promiſcuè iuſtos cum iniuſtis perderet. Deo verò negante quenquam Sodomitarum eſſe bonum, alioqui ſi vel decem inter eos eſſent, omnibus remiſſurum fuiſſe pœnam, Abrahamus deſtitit, Angeli verò peruenerunt Sodoma. ciues autem cum vidiſſent adoleſcentes forma præſtantes ad Lothum diuertiſſe, ad illudendum per vim ætati eorum ſunt verſi. Lotho verò ſuadente continerent ſe, néve in probrum hoſpitum ruerent, ſed hoſpitio ſuo

Hedio & Ruffinus Cap. 19. Geneſ. 18. 19. Sodomitarum flagitia.

Angelos Abrahamus ſuſcipit hoſpitio.

Angeli Abrahamo filium naſciturũ nunciant, & delendos Sodomitas.

Ad Lothum Angeli diuertunt.

An. mũdi 2048. Ante Christum natum 1916.

nonnihil honoris haberent: aut si temperare sibi non quirent, filias se pro illis eorum libidini exhibiturum: ne sic quidem parêre voluerunt. Deus autem illorum audacia commotus ad iram, ipsos quidem excaecauit, ne in ades introitum inuenire possent. caterum Sodomitarum populum vniuersum ad supplicium adiudicauit. Lothus autem ab ipso praemonitus de futuro excidio, discessit inde, assumpta etiam vxore & duabus filiabus etiam tum innuptis: sponsi enim earum monentem de exeundo contempserant vt delirum qui talia diceret. Tum Deus iaculatur telum in vrbem, eamq; cum ipsis incolis exurit, & agrum quoque pari deuastat incendio, quemadmodum mihi iam dictum est in commentariis quos de bello Judaico prodidi. Caterum Lothi vxor inter abeundum subinde

Sodomitas Deus execat.

Lothus cum suis seruatur.



ad vrbem respiciens, & curiosius cladem hanc contra mandatum Dei spectans, in statuam salis est versa. dictum est mihi iam & de illa: nam extat hodie quoque: ipse verò cum filiabus in paruum quoddam rus euasit, cui soli ignis omnia circumquaque vastans pepercit. id Zoor nunc vsque vocatur, sic paruum Hebraeorum lingua significante. In hac solitudine vitam inopem aliquantisper tolerauit. puellae verò vniuersum genus humanum extinctum rata, astu circumuento parente, cum incio sunt congressae, curantes ne totum genus deficeret. ex hoc congressu nati sunt filij: maiori Moabus, ac si dicas è patre: iuniori Ammanus, quod nomen significat filium generis. Horum alter Moabitarum fuit autor, magnae gentis etiam nostra aetate. alter verò Ammonitarum. vtrique Syriam Cœlen incolunt. Et in hunc modum Lothus reliquit Sodoma. Abrahamus autem migrauit in Gerara Palestina, Saram ac si sororem secum ducens, eadem arte qua quondam, nimirum insidiarum metu. timebat enim Abimelechum eius loci regem: qui & ipse amore Sarae captus, ea potiri cupiebat. eam cupidinem morbus grauis impediuit diuinitus immissus: atque ita medicorum ope destitutus, in somnis admonetur, abstineret se ab iniuria coniugis hospitis. mox cũ meliuscule habere cœpisset, indicat amicis, quòd Deus sibi hunc morbũ immisisset vindicans ius hospitis, & vxori eius ab iniuria cauens. non enim sororem esse

In Zoar Lothus euadit.

Explicatio nominis Moab & Ammon.

Hedio & Ruffinus Cap. 20. Genes. 20.

Abimelech amore Saræ captus.

esse, sed vxorem legitimam. Hæc locutus Abrahamum de consilio amicorum accersitum, securum esse de pudicitia coniugis iubet. Deum enim eius curam habere, cuius auxilio nihil turpe passam se illi restituere. idq; ita esse Deum testabatur, & mulieris conscientiam. ac ne expetiturum quidem eam fuisse, si nuptam esse sciuisset. ad hæc rogabat, vt æquo animo in se esset, Deumq; propitium redderet. Et siue apud se maneret, nihil ei defore: siue abire mallet, deductores est pollicitus, & omnia quorum causa ad ipsum venisset. Hæc locuto Abrahamus nec omninò fictam consanguinitatem aiebat: esse enim fratris filiam: & sine hac simulatione parum tutam peregrinationem credidisse. ac ne morbi quidem causam ei se fuisse excusabat. Quin & salutem regis sibi curæ futuram, & mansurum quoq; cum illo libenter. tum rex tàm agri quàm pecuniarum partem ei cessit: & conditiones pacis bona fide vtrinq; seruandas dixit, fœdere cum eo super puteo quodam icto, qui Bersabe vocatur. ea vox iuramenti puteum significat: & id nomen & hodie locus seruat. Nec ita multò post Abrahamus filium è Sara suscepit, iuxta promissa Dei, quem Isacum nominauit. Sic risus Hebræis significatur. siquidem risus Saræ, dum proles ei iam natu grandi præter expectationem promittitur, in causa fuit huius appellationis. ipsa enim erat nonagenaria, Abrahamus verò annorum centum, ipso anno quo Isacus est natus. eum octaua mox die circumcidunt, qui mos adhuc Iudæis durat, vt post totidem dies circumcisionem celebrent.

An. mundi 2048. Ante Christum natum 1916.

Bersabe iuramentū puteus. Gen. 21.

Isaac risus.

CAP. XIII.

De Ismahele Abrahami filio, eiusq; posteris Arabibus.

ARABES verò post decimumtertium annum id faciunt. Ismahel enim gentis eorum autor Abrahamo è concubina natus, post tantum temporis est circumcisus, de quo iam dicendum. Amabat Sara Ismahelem ab initio, è famula Agare natum, non secus ac si ex se esset genitus. alebatur enim in spem successionis. verùm postquam ipsa Isacum peperit, non amplius æquum censebat Ismahelem cum hoc educari: quippe qui natu maior, defuncto communi patre iniuriam ei facilè inferre potuisset. Suasit igitur Abrahamo vt eum vnà cum matre aliquò ablegaret. ille verò primum non aduertebat mentem ad Saræ consilium, rem atrocem ratus, puerum nondum adultum & mulierem egenam ablegare. tandem verò approbante Deo, Saræ voluntati paruit: puerumq; matri commisit, nondum per se peregrinationi aptum: & dato eis vtre aqua ac panibus iussit ire quò eos necessitas duceret, & cum defecisset commeatus, in anxietate erat mater. cumq; nihil aquæ superesset, deposito sub abiete puero animam agente, ne spectatrix esset expirantis vlterius pergebat. cui occurrens angelus Dei, & fontem in propinquo indicauit, & curam educandi pueri habere iussit. sperandam enim illi eximiam felicitatem è salute Ismahelis. tum verò mulier meliori spe concepta, cum incidisset in pastores, eorum benignitate miseriam euasit. Postquam autem ad virilem ætatem peruenit, vxorem ei coniunxit Ægyptiam genere, vnde & ipsa erat oriunda: ex qua Ismahel duodecim suscepit liberos. hi erant, Nabaothes, Cedarus, Abdeel, Edumas, Massamus, Memassus, Masmesus, Chodamus, Themanus, Iesurus, Naphasus, Calmasus. hi quicquid terrarum est, Euphratem inter & rubrum mare habitant, Nabathæa nomine regioni indito. Sunt autem hi à qui-

Hecdio & Rufinus Cap. 21. Gen. 21. Iudæi octauo die circumcisionem celebrant, Arabes post decimumtertium annum.

Ismahelem cum matre Abrahā ablegat.

Angelus Dei occurrit Agar.

An. mundi 2048. Ante Christum natum 1916.

Duodecim Ismahelis liberi. Gen. 25.

Nabathæa regio.

An.mũdi 2048. Ante Christum natum 1916.

bus Arabes gentem ſuam eiusq́ tribus denominauerunt, tum propter ipſorum virtutem, tum propter Abrahami autoritatem.

CAP. XIII.

De Iſaco legitimo Abrahami filio.

Gen. 22.

ISACVM *autem Abrahamus ſupra modum amabat vt vnigenitum, & quem in ſenectute Dei dono ſuſceperat. hunc affectum & beneuolentiam parentum puer ipſe magis ac magis accendebat, omni virtuti deditus, & tam parentes quàm Deum colens: quo ſucceſſore omnium fortunarum relicto, Abrahamus haud grauatim vita exceſſurus videbatur: id quod ipſi Dei benignitate contigit. Volens tamen pietatis eius periculum facere, Deus apparuit ei: enumeratisq́ omnibus beneficijs in eum collatis, vt victoriam illi de hoſtibus olim conceſſerit, vtq́ præſenti felicitate ſuo fauore frueretur, filium Iſacum poposcit vt ſacrificium & victimam ſibi offerret. iubebat autem vt in montem Morium ſubductum holocauſtum faceret. ſic enim pietatem eius illuſtriorem fore, ſi vel filij ſalutem voluntati diuinæ poſthaberet. Abrahamus verò nefas ducens quauis in re Deo morem non gerere, quin potius per omnia parendum ei per quem omnes viuerent, celans vxorem tam Dei mandatum, quàm ſuam de pueri cæde ſententiam. ac ne famulorum quidem vllum rem indicans, ne fortè aliquis ſibi obſtaculo eſſet, aſſumpto Iſaco cum duobus ſeruis, impoſitisq́ in aſinum rebus ad ſacrificium neceſſarijs, proficiſcebatur ad montem. ac biduum quidem comitati ſunt eum ſerui. tertia verò die cum iam in proſpectu eſſet mons, relictis alijs in campo cum ſolo puero aſcendit in montem, in quo pòſt Dauid templum conſtituit: ferebantq́ ſecum quicquid ad ſacrificium pertinet, abſq́ victima.*

Hecdio & Ruffinus Cap. 22.

An.mũdi 2074. Ante Christum natum 1890.

Abrahami obedientia.



Iſac mactandus annum agit vigeſimum quintum.

Iſaco verò qui tum vigeſimum quintum annum agebat, aram apparante, percontanteq́ quidnam mactaturus eſſet nullam habens hoſtiam: tum ille Deum daturum aiebat, qui potens eſſet hominibus & quæ non habeant largiri, & quæ habeant adimere, ſi in illis fiduciam collocet. daturum ergo ſibi quoq́ victimam, ſiquidem

ſiquidem propitius eſſet his ſacris interuenturus. poſtquam autem ſtructa ara ligna impoſuerat, omnibus apparatis ſic inſit. Fili, mille votis te expetitum, poſtquam in hanc vitam veniſti, ſumma cura ac ſolicitudine educaui, nihil beatius exiſtimans quàm ſi te virum videre daretur, & tandem haredem mea ditionis relinquere. Sed quoniam Deo viſum eſt vt te ſuſciperem, ac nunc rurſum vt te amittam, fer generoſè hoc ſacrificium. Cedo enim Deo, qui à nobis hunc honorem repoſcit, pro perpetuo fauore quo nos belli ac pacis tempore eſt proſecutus. Nunc lege naturæ natus cum ſis vt moriaris, non vulgarem habebis vitæ exitum, ſed à proprio patre patri vniuerſorum Deo ſacrifico ritu oblatus, ipſo vt credere par eſt indignum te cenſente qui aut morbo, aut bello, aut alia quapiam humana calamitate de vita decedas: ſed inter precamina & ſacra animam tuam exceptam apud ſe collocabit: vbi memor cur te potiſſimum educauerim ſenectutem meam ſuſtentabis, non quidem per teipſum, ſed Deum mihi curatorem tuo loco relinquens. tum Iſacus haudquaquam à tanto parente degener, libenter hæc verba accepit, negans ſe dignum qui vnquam natus eſſet, ſi tam Dei quàm patris decreto reluctans, non alacriter ſe præberet vtriuſq; placitis: quandoquidem etiamſi pater ſolus ita vellet, nefas eſſet non obſequi. iamq; minimum aberat quin perpetraretur facinus, ni Deus obſtitiſſet. Inclamat enim nomine Abrahamum, neci pueri intercedens. non enim cupidine ſanguinis humani, pueri cædem imperaſſe, neque vt quem patrem ipſe fecerat, liberis per impietatem orbaret, ſed vt probaret eius animum, an etiam talibus iuſſis pariturus eſſet. nunc cognita eius promptitudine ac præcellenti pietate ratum ſe habere quicquid illi hactenus conceſſerat. non defuturam autem nec in poſterum ſuam prouidentiam, tam ipſi quàm eius generi. hunc quoque filium longiſſimo tempore victurum, vitáque feliciter exacta filijs germanis & probis magnum principatum relicturum. prædixit etiam fore vt genus eorum in multas gentes creſceret, nec minus opibus quàm numero augeretur: ipſorum etiam autorum eius generis memoriam fore ſempiternam. regione quoque Chananæa bello quæſita, vſque ad inuidiam omnium exterarum gentium fortunatos fore. Hoc oraculo reddito, Deus illis arietem ad victimam ex improuiſo præſto eſſe voluit. At illi ex inſperato ſibi redditi, auditáque tanta felicitatis promiſſione, mutuò ſe complectebantur: mactata deinde victima incolumes ad Saram ſe receperunt: vixeruntq; beati, omnes eorum conatus Deo proſperante.

An. mũdi 2074. Ante Chriſtum natum 1890.

Oratio Abrahami ad Iſacum ante mactatum.

Iſaci ad parentem reſponſio.

Arietẽ ad victimam loco Iſaci Deus offert Abrahamo.

CAP. XV.

Saræ obitus Abrahami coniugis.

SARA autem non multo pòſt moritur, cum vixiſſet annos viginti ſeptem ſupra centum. Sepulta eſt in Hebrone, Chananæis publicè ius ſepulchri offerentibus. Abrahamus tamen maluit ſepulturæ locum quadringentis ſiclis emere de Ephremo quodam Hebronenſi ciue: vbi monumenta eius & poſterorum ſunt exædificata.

An. mũdi 2087. Ante Chriſtum natum 1877.

Hedio & Ruffinus Cap. 23.

Gen. 23.

Ætas Saræ, 127 anni.

Quomodo

CAP. XVI.

Quomodo è Chætura Abrahamo nupta Troglodytarum gens prouenit.

An.mũdi 2087. Ante Chriſtum natum 1877.

POST *hæc duxit Chæturam, ex qua nati ſunt ei filij ſex, viri prudentes & induſtrij, Zembranes, Jazares, Madanes, Madianes, Luſubacus, Suus: qui & ipſi filios habuerunt. Suo Sabacanes natus eſt & Dadanes. huic Latuſimus, Aſurus, Luures. Madanis verò fuerunt, Epha, Ophres, Anochus, Ebidas, Eldas. His omnibus filijs ac nepotibus Abrahamus deducendi colonias fuit autor, occupaueruntq́ Troglodyticam regionem, & Arabiæ Felicis quicquid ad rubrum mare pertinet. Fertur etiam quòd hic Ophres cum exercitu profectus occupauit Libyam, quam poſtea nepotes eius tenuerunt, Aphricam ab ipſo denominatam. Atteſtatur huic opinioni & Alexander Polyhiſtor ſic ſcribens: Cleodemus, inquit, propheta, cognomine Malchus, qui ad imitationem Moſis legiſlatoris Judæorum hiſtoriam contexuit, narrat Abrahamum è Chætura aliquot filios ſuſcepiſſe, tres nominatim recenſens, Aphram, Surim, Japhram. à Suri appellatam Aſſyriam. ab Aphra verò & Japhra vrbem Aphram & regionem Aphricam nominatas. hos enim ductu Herculis in Libya militaſſe contra Antæum. Herculem etiam ex Aphra filia genuiſſe filium Dedorum, ex hoc Sophonem prognatum, à quo Sophaces barbari habent nomen. Iſaco autem iam fermè quadragenario Abrahamus pater coniungere volens vxorem Rebeccam Nachoris fratris ſui neptem, mittit maximum natu famulorum ad ſponſalia, prius accepta fide obligatum. modus verò deuinciendi fuit talis. Subditis alter alteri manibus ſub femora, Deum ita teſtem inuocabant eorum quæ deſtinauerant. Miſit etiam dona ad illos, vel rara illic vel nunquam antè viſa. Profectus autem famulus diuturnum iter faciens, eò quòd difficilis eſſet tranſitus per Meſopotamiam hyeme propter cœni altitudinem, æſtate ob aquarum inopiam: ad hæc propter latrocinia quæ vitari non poterant, niſi à cautis, tandem peruenit ad vrbem Carras. & cum veniſſet in ſuburbium, incidit in complures puellas euntes aquatum: moxq́ intra ſe precatur, ſi Deo grata forent hæ nuptiæ, vt inter illas inueniretur Rebecca, ad quam filio deſponſandam Abrahamus eum miſerat: & hoc ſigno dignoſceretur, quòd cæteris negantibus ipſa potum roganti præberet. hæc ſecum volutans accedit ad puteum, poſcens ab eis potum. illis verò cauſantibus aquam ſe non ſine labore acquirere, quàm domum deferant, non alijs præbeant: vna omnium obiurgatis reliquis negando eas vnquam inter homines verſatas, quæ ne aquam quidem impartirent, benignè hoſpiti potum offert. at ille certa iam ſpe de euentu concepta, volens tamen verum cognoſcere, collaudata prius virginis indole & benignitate, quæ vel cum ſua fatigatione roganti ſubminiſtrare non grauaretur, ſciſcitatur ex quibus nam eſſet parentibus: gratulatus eis talem filiam, & imprecatus vt eam ex animi ſententia viro probo elocarent, ex quo germanos ac legitimos liberos pareret. puella in hoc quoque ei gratificatura genus ſuum indicat. Rebecca, inquit, mihi nomen eſt, pater verò fuit Bathuel. quo defuncto Labanus frater meus & domũ curat & matrẽ, meæ quoq́ virginitatis tutor. His cognitis homo gaudebat ob ea quæ ſibi acciderent, quæq́ audiuiſſet: manifeſtò cernens Deum hoc iter proſperare. prolato deinde monili & alijs quibuſdam ornamentis quibus ætas ea delectatur, obtulit puellæ, dicens hanc eſſe gratiam & honorem pro commu-*

Troglodytarum origo.

Libya denominatur Aphrica. Alexãder Polyhiſtor.

Hedio & Ruffinus Cap. 24. Iſaac Rebeccam vxorem ducit.

Mos veteribus iurandi.

An.mũdi 2089 Ante Chriſtum natum 1875.

Rebecca familiaritatem contrahit cum Abrahami ſeruo.

nicato potu, ipſamq́ digna quæ accipiat, cũ inter tot virgines bonitas eius emineat: rogabat etiam vt ad domeſticos ipſius diuertere liceat, quandoquidem nocte iam appetente vlterius progredi non detur. ferre ſe mundum muliebrem magni precij, qui nuſquam tutior eſſe poſſit quàm apud eos quorum probitatem iam eſſet expertus. coniecturam enim ſe facere ex ipſius moribus, matrem quoq; & fratrem pari humanitate eſſe praditos, neq; grauatim hoſpitem admiſſuros, præſertim ipſis nec oneri nec ſumptui futurum. ad hæc illa, benè eum de parentum humanitate coniecture, ſed non rectè facere quòd tam illiberales ſuſpicetur. omnia enim ſine precio habiturum, indicaturam tamen prius Labano fratri, cuius permiſſu ipſum adducturã. quo facto poſtquam adduxit hoſpitem, ſerui Labani camelos curandos acceperunt, ipſe verò ad cœnam eum ſecum duxit. qua peracta ſic eum & matrem puella eſt allocutus. Abrahamus filius eſt Tharri, veſter autem cognatus. Nachores enim tuorum mi matrona liberorum auus, Abrahami erat frater, eodem patre eademq́ matre prognatus. is nunc mittit me ad vos, poſtulans hanc virginem filio ſuo coniugem dari, quem legitimum habet & vnicum, ad omnium ſuarum facultatum hæreditatem educatum. cui cum poſſet opulentiſſimam quamuis x. eius regionis fœminis deligere, non eſt ita viſum: ſed malens hunc honorem cognationi ſuæ habere, procurat has nuptias: cuius volnntatem nolite contemnere. diuino enim fauore præter alia quæ mihi feliciter in hoc itinere ſucceſſerunt, & puellam hanc & veſtras ades inueni. propinquus enim iam oppido, conſpicatus multas virgines puteum petentes, optaui vt in hanc inciderem: quod & factum eſt. has igitur nuptias auſpice Deo conciliatas, vos quoq; veſtra autoritate ratas habetote: & Abrahamum qui me tam accurate huc miſit, veſtro annutu honorate. illi verò tum quòd rem tam optabilem approbarent, tum quòd Dei ſententiam accedere cognoſcerent, mittunt eam quibus poſtulabatur conditionibus: duxitq́ illam Iſaacus, facultatum paternarum iam dominus.

An. mũdi 2089 Ante Chriſtum natum 1875.

Oratio ſerui Abrahamitæ & Rebeccæ.

CAP. XVII.

De obitu Abrahami.

DEFVNCTVS eſt autem Abrahamus non ita multo poſt, vir in omni virtute eximius, & pro ſua inſigni pietate Deo egregiè carus, Vixit annos CLXXV. ſepultus eſt in Hebrone iuxta vxorem Saram, communi cura filiorum ſuorum, Iſaci & Iſmahelis.

An. mũdi 2124. Ante Chriſtum natum 1840. Hedio & Ruffinus Cap. 28. Gen. 25. Abraham moritur ætatis anno 175.

CAP. XVIII.

De Iſaci filijs Eſao & Iacobo, & natiuitate eorum ac educatione.

DEFVNCTO autem Abrahamo vxor Iſaci gerebat vterum: cuius mole creſcente indies, anxius conſuluit oraculum. Reſponſum eſt, gemellos ei parituram Rebeccam, & ab vtroq; deſcenſuram gentem autori ſuo cognominem: & quæ minor videbitur, eam fore potiorem. nec multo pòſt, ſicut prædictum erat, naſcuntur ei gemini, quorum grãdior à capite ad pedes erat hiſpidus. minor verò exeuntis ante ſe calcaneum retinebat. pater autẽ amabat ſeniorem Eſaum ex re cognomen habentẽ. nam Hebræi pilos vocant Seir. Iacobus verò iunior à matre amabatur. Fame autem in ea terra graſſante, Iſacus volens ire in Ægyptum propter

Hedio & Ruffinus Cap 26. Cap. 25.

An. mũdi 2124. Ante Christum natum 1840.

propter vbertatem regionis, peruenit Gerara, Deo sic iubente. rex aũt Abimelechus excepit eum, quia hospitij & amicitiæ ius inter eum & Abrahamum intercesserat. cumq; hominem initio magna beneuolentia prosequeretur, motus inuidia non potuit in eo affectu permanere. videns enim Deum Isaco propitium, sumq; fauorem declarãtem, expulit illum. at ille expertus mutatum præ inuidia, secessit non longè à Geraris in locum qui vocatur Fauces. ibi dum foderet puteum, pastores irruentes aggressi sunt armis opus impedire: sed illo vltro cedente, visi sunt vicisse. mox cum alio loco fodere cœpisset, rursum vi prohibentibus alijs Abimelechi pastoribus, hunc quoq; puteum imperfectum reliquit, prudenti consilio meliorem occasionem expectans. qua deinde oblata, rege sponte fodiendi potestatem faciente, puteo Rooboth nomen imposuit, quod significat amplum. è prioribus verò alterum vocauit Escon hoc est pugnam: alterum Syrnam, hoc est inimicitiam. Itaq; Isaci potentia cum opibus indies magis ac magis crescebat. Abimelech autem ratus contra se fortunas Isaci augeri, cum quo parum sincerè consuetudinem habuerat, & qui ob simultatis suspicionem aliquantisper secesserat, veritus ne quando apud eum plus recens offensa quàm pristina amicitiæ memoria valeret, néue iniuriam acceptam vlciscereturpro-

Isacus peruenit Gerara. Gen. 26.

Abimelech Isacum inuidia motus expellit.

Abimelech amicitiã renouat cum Isaco.

fectus ad illum amicitiam cum eo renouat, vno è suis amicis arbitro adhibito. cumq; Isacus pro naturæ bonitate iniurias suas paternæ amicitiæ libenter donaret, voti compos domum est reuersus. Alter autem filiorum Isaci, in quem pater erat propensior, quadraginta annos natus, duxit Adam Helonis, & Alibamen Esebeonis, dynastarum inter Chananæos filias, idq; autoritate propria, ne patre quidem consulto. neq; enim ille permissurus erat, si filius ipsius sententiam ipsius expectasset, quippe qui non delectabatur affinitate eius regionis hominum. nolens tamen molestus esse filio, iubendo eum vt mulieres missas

Vxores Esau.

Gen. 27.

faceret, decreuit rem totam silentio transmittere. Sed cum esset senex, & visu orbatus, accito filio, præfatusq; ætatem, per quam etiamsi cæcitatis calamitas non accessisset, non liceret sibi amplius Deum solito cultu venerari, iussit eum venatum ire. Cura, inquit, vt quod poteris capias, & para mihi cœnam: qua sumpta precabor Deum, vt tibi dignetur esse auxiliator & adiutor per omnem vitam tuam. nam mea finis quàm longè absit incertus sum: qui prius quàm me opprimat, æquum est vt meis precibus Deum tibi faciam propitium. Vadit Esaus venatum: interim Rebecca malens Iacobo Deum propitium, etiam præter Isaci mentem, iubet eum hædis iugulatis cœnam instruere. ille obsequitur matri, iussu ipsius omnia faciens. cœna verò parata, circumuolutis hædino exuuio brachijs, vt contactis pilis Esaus crederetur: nam cætera omninò similis vt gemellus, hoc solo differebat: solicitus ne maturè in malo dolo deprehensus pro faustis precaminibus diras imprecationes reportaret, apponebat cœnam patri. at Isacus sentiens in voce nonnihil peculiare, aduocat filium. illo verò protendente brachium hædina pelle amictum: voce, inquit, propior es Iacobo, attamen ob pilositatem Esaus mihi videris. nec quidquam doli suspicans, iam cœnatus ad Deum precibus inuocandum se vertit. Domine, inquit, omnium seculorum, & conditor omnium creaturarum, tu patri meo maxima bona pollicitus, etiam mihi præsentem felicitatem es largitus, meis quoque posteris propitium te fore, & maioribus beneficijs eos cumulaturum promisisti. hic tuus fauor perpetuus sit precor, néue me propter hanc debilitatem despicias,

Isac mittit venatum Esau.

An. mũdi 2186. Ante Christum natum 1778.

Matris hortatu Iacob fratris benedictionẽ antecertit.

ſpicias, qua facit vt magis etiam ope tua egeam. Serua puerum hunc propitius, & ab omni calamitate illæſum cuſtodi. da ei vitam felicem, & poſſeſſionem bonorum quæ in tua ſunt poteſtate. fac eum formidabilem inimicis, apud amicos gratioſum. Sic ille Deum inuocabat, putans ſe Eſao benè precari. vix abſoluerat preces, cùm Eſaus à venatu reuertit, & Iſacus intellecto errore nihil tamen eſt commotus. Eſaus verò poſtulabat vt ſibi quoq; ſicut fratri faceret. denegante id patre, eo quòd omnes preces in Iacobum abſumpſiſſet, lugebat quòd voti compos non eſſet. quin & pater mœrore eius motus, ſtudijs quidem venandi, & robore corporis armorumq; præſtantia celebrem fore prædicit, eamq; gloriam tum ipſi, tum eis poſteris manſuram ſempiternam: ſeruiturum tamen fratri. Caterùm cum Iacobus timeret fratrem, ne pœnas à ſe exigeret ob circumuentum in votis faciendis patrem, mater eum huic periculo eximit. perſuadet enim marito, vt Iacobo Meſopotamenam vxorem daret, propinquam genere. iam enim etiam Eſaus duxerat Baſemmathen Iſmaelis filiam. Malè enim Chananæis volebant Iſacus cum ſuis, priori affinitate offenſi, in quorum gratiam filius Baſemmathen duxit, quàm poſtea magis quàm cæteras dilexit.

An. mũdi 2186. Ante Chriſtum natum 1778.

Eſau ſibi quoq; benedictionem poſtulat.

Hedio & Ruffinus Cap. 27.


CAP. XIX.

De Iacobo metu fratris in Meſopotamiam profugo.

An. mũdi 2186. Ante Chriſtum natum 1778.

IACOBVS autem in Meſopotamiam miſſus à matre, ducturus auunculi ſui Labani filiam, conſentiente etiam patre iter faciebat per Chananæam: cumq; ſimultatem haberet cum ea gente, nolebat ad quenquam diuertere: ſed ſub dio quieſcebat, lapide vice puluini capiti ſubiecto. cui dormienti viſio talis eſt oblata. Videre videbatur ſcalam à terra ad cœlum pertingentem, & per eam ſpecies

Gen. 28.



deſcendentes, ſupra humanam naturam auguſtas: & in ſumma ſcala Deum manifeſtè apparentem, & nominatim ſe his verbis compellantem: Iacobe, cum ſis patre bono, & auo ob ſuam virtutem celebri prognatus, non debes præſenti

Scala Iacobi.

Verbum Dei ad Iacobum.

An. mũdi 2186. Ante Christum natum 1778.

neceſsitati ſuccumbere, ſed meliora potius ſperare. Meo præſidio magna te manet felicitas. nam & Abrahamum ego è Meſopotamia huc adduxi pulſum à cognatis, & patrem tuum beatum reddidi, nec tua conditio deterior eſt futura. quare bono animo hanc viam perge, fretus me deductore. eueniet ex tua ſententia coniugium ad quod properas, accedent inde & liberi. eorum numerus erit magnus, & ipſi rurſus maiorem prolem poſt ſe relinquent. his ego terræ huius imperium dabo, & eorum poſteris, qui repleturi ſunt terram omnem & mare quàm latè ſol aſpicit. tu ne cede vlli vel labori vel periculo, tui curam mihi committens & nunc, & magis etiam in poſterum. hoc oraculum Deus Jacobo reddidit: quo latus vngit lapidem in quo dormienti tanta ſpes affulſit, & votum Deo facit ſacrificaturum ſe illic, ſi incolumi & facultatibus aucto reditus contingeret: quod poſt reuertens ſoluit, omnium bonorum ſuorum decimis oblatis. honorem etiam loco addidit, Bethel nominato: quod græcis domicilium Dei ſignificat. Pergens deinde cœptum iter in Meſopotamiam, tandem peruenit Carras. & cum paſtores offendiſſet in ſuburbio, & adoleſcentes ac puellas ad puteum quendam ſedentes, popoſcit potum. hinc orto ſermone percontatus eſt an noſſent quendam Labanum ſuum popularem, ſi fortè adhuc ſit ſuperſtes. aiunt omnibus ſibi notum. neq; enim talem eſſe vt ignotus eſſe poſſit. quin & filiam eius vnà paſcere, demirariq; ſe quòd nondum adſit. ex ea facilè quæ cuperet cogniturum. vix hæc verba finierunt, cum puella accedit comitantibus ſuis paſtoribus. ei Jacobum oſtendunt, dicentes hoſpitem de ipſius patre ſciſcitari. quæ puellariter gauiſa Jacobi aduentu, rogabat quisnam & vnde ad eos veniret, & cuius rei cauſa: addens optare ſe vt poſſent illi gratificari, quacunque re opus haberet. Jacobus verò non tam cognatione aut huius affectu quàm inſigni puellæ forma captus, obſtupuit, vt qui perpaucas viderat pulchritudine huic conferendas. Mihi, inquit, tecum & cum tuo patre, ſiquidem Labani es filia, antiquior intercedit neceſsitudo, quàm ſit vel tua ætas vel mea. Tharro enim Abrahamus, Aranes, & Nachares fuêre filij, ex his Bathuelus tuus auus Nachoris fuit filius: Abrahami verò & Saræ Aranis filiæ Iſacus, meus pater. eſt & propinquior ac recentior neceſsitudo, qua ſumus mutuò deuincti. Rebecca enim mater mea, Labani patris tui ſoror eſt eodem patre ac matre genita. itaq; conſobrini ſumus ego & tu. & nunc venio ſalutaturus vos, cognationisq; officia, ita vt par eſt, renouaturus. At illa memor eorum quæ de Rebecca ex patre, vt fit, audierat, ſciensq; parentes deſiderare aliquid de ea cognoſcere, præ amore patris lachrymabunda ruit in collum eius, complexoq; iuuene: optatiſsimam, inquit, & maximam voluptatem affers patri cum tota familia, qui nunquam matris tuæ obliuiſcitur, crebram illius mentionem faciens: eumq; nuncium cum quantauis felicitate non permutaret. tum iubet vt è veſtigio ſe ad patrem ſequatur, néue diutius eum hac voluptate fraudet. His dictis adduxit eum ad Labanum: & agnitus ab auunculo, tum ipſe fuit ſecurus iam apud ſuos, tum illis inexpectato aduentu magnam voluptatem attulit. Poſt aliquot autem dies Labanus gaudere ſe quidem eius præſentia magis quàm verbis exprimere poſſet aiebat, rogabat tamen quamobrem veniſſet relictis parentibus ætate confectis, & qui ipſius obſequijs agrè carerent. pollicebatur etiam benignitatem & operam ſuam in quacunq; re opus haberet. Jacobus verò totam ei cauſam recenſuit. Iſaco eſſe filios geminos, ſe & Eſaum. eum quia fraudatus ſit

Iacobus ſe ſactificaturum votum Deo facit, locumq; nominat Bethel, id eſt, domicilium Dei. Gen. 29.

Iacobus in Meſopotamiam peruenit Carras ad cognationem matris.

Iacobi cum Rachel colloquium.

Rachel inſigni forma prædita.

Iacobi cum Labano colloquium.

sit patris fausta imprecatione per matris artem in se translata, cupere se interimere, quasi raptorem principatus à Deo destinati, & reliquorum votorum paternorum. hanc esse causam sui aduentus, & mandata matris, præsertim cum omnes sint inter se consanguinei, sed propiore gradu mater. Sperare se in rebus angustis post Deum præsidium maximum in auunculo reperturum. Labanus contra omnem illi humanitatem pollicetur, tum propter communes auos, tum etiã vt affectum sorori absenti debitum erga ipsum præsentem declararet. velle se eum gregum suorum magistris præficere: & quando ad suos reuerti libuerit, nec indonatum nec inhonoratum abiturum, quemadmodũ tam propinquè cognatum deceat. ad hac Iacobus, se verò libenter accipere cõditionem quantumuis laboriosam, sed æquum esse mercedis loco sibi dari Rachelis coniugium, quam & ipsius virtutis causa diligeret, & quia eius opera in tale hospitium sit introductus. amor enim puellæ cogebat eum hanc mentionem inijcere. ibi Labanus ipso vultu lætitiam præferens, eius petitioni annuit, negans sibi optatiorem generum potuisse contingere: sed opus esse vt aliquandiu secum maneat. In Chananæam enim non missurum filiam, quin & sororis in tam longinquam regionem nuptum data propemodum pœnitere. His assentiente Iacobo, de septem annis est conuentum. tot enim voluit seruire mercede apud socerum, vt dato virtutis specimine, magis cognosceretur quinam vir esset, cæterum elapso præstituto tempore Labanus epulum nuptiale apparat. noctu verò non sentiente Iacobo inducit in thalamum alteram filiam Rachele maiorem natu, faciéq; non admodum liberali. at ille vino & tenebris fallentibus, congressus est cum ea. luce deinde cognito errore expostulauit cum Labano. ille veniam petebat necessitati, qua compulsus hoc fecerit. non maliciosè, inquit, Liam supposui, sed consuetudine regionis huius cogente. nihil tamen hoc oberit Rachelis coniugio, sed dabo eam tibi videnti ac scienti post alterum septennium. Passus est hoc sibi persuaderi Iacobus: nec enim aliter facere poterat amore puellæ deuinctus: & exacto altero septennio Rachelem duxit. Erant autem ambabus famulæ additæ à patre, Zelpha Liæ, Racheli Bala, nequaquam ancillæ, subditæ tamen. sed Liam malè habebat amor mariti, quo sororem prosequebatur, expectabatq; post partum se fore in pretio: idq; assiduis precibus à Deo contendebat. cumq; puer masculus natus esset, & maritus ob hoc propensior in eam factus, Rubelum nominauit, qui sibi miseratione diuina contigisset. Sic enim interpretatur hac vox. Aliquanto pòst nascuntur ei tres alij: Simeon, quod significat exorabilem ei fuisse Deum: Leui, quod est firmator societatis: Iudas, quod est gratiarum actio. Rachel autem veritа ne propter fœcunditatem sororis deteriore apud maritum conditione esset, iubet famulam suam Balam cum Iacobo cubare. ex ea nascitur puer nomine Dan, quasi dicas, Dei iudiciũ: & aliquanto pòst alter nomine Nepthalim, ac si dicas artificiosum: quòd mater arte certauerit cum sororis fœcunditate. Idem mox & Lia facit, sororis arte contra eam ipsam vsa. deducit suam famulam in sui mariti accubitum. ex ea quoq; nascitur filius Gadas, fortuitum significante nomine: & post eum Aser, quod sonat beatificum, quòd mactam fœcunditate se Lia duceret. Porrò cum Rubelus filiorũ Liæ maximus mandragoræ mala matri afferret, Rachel hoc viso concupiuit hunc cibum, partemq; à sorore precario petijt. Illa verò denegante, iubenteq; contentam esse, quòd honoris prærogatiuã apud communem maritum haberet: Rachel

An. mũdi 2193. Ante Christum natum 1771.

Iacobus mercedis loco petit Rachelis cõiugium.

Iacobo Rachelis loco Lia in thalamum inducitur.

Nomina filiorum Iacobi & explicatio.

Genes. 30.

Rachel Iacobo Balã adducit.

Lia Zelpham adducit Iacobo.

An. mũdi 2206. Ante Christum natum 1758.

mitigatura indignationem ſororis, ait ſe illi virum ceſſuram in ſequentem noctem. quam gratiã altera libenter accipiente, Iacobus cum Lia cubauit in Rachelis gratiam. Rurſum igitur ei filij naſcuntur: Iſachares, quod nomen ſignificat ex mercede natum: & Zabulon, quod ſignificat pignus beneuolentiæ: præterq́ filia Dina. Tandem etiam Rachel peperit Ioſephum filium: ea vox ſignificat additamentum. Hoc toto tempore, quod fuit annorum viginti, paſcuis ſoceri & gregibus præfuit. quo exacto, æquum eſſe aiebat, vt cum vxoribus ad ſuos reuerteretur. Socero verò non permittente, clàm hoc facere cogitabat: pertentabatq́ animum vxorum, quomodo latura eſſent peregrinationem. quibus cum gratum hoc eſſet, Rachel ſigillis etiam Deorum patriæ religionis ſublatis, vnà cum ſorore fugiebat: ſimulq́ vtriuſque liberi & famulæ cum ſuis filiis, aſportatis etiam totis, quantæ erant, facultatibus. Abducebat etiam Iacob dimidium pecorum, priuſquam Laban reſcire poſſet. ſigilla verò Deorum ſecum ferebat Rachel: non quòd Deos coleret, quorum contemptum à marito didicerat: ſed vt ſi fortè pater fugientes aſſequeretur, haberet quò confugeret veniam impetratura. Labanus autem poſt vnam diem cognito Iacobi & filiarum diſceſſu, indignatus perſequebatur eum cum valida manu, & ſeptima demum die deprehendit eos in quodã colle quieſcentes: quumq́ eſſet diei ſerum, ab omni vi ſe continuit. per noctem verò Deus in ſomnis illi viſus vetuit ne quid in deprehenſum in fuga generum cum filiabus durius præ ira conſuleret: ſed potius fœdus cum eo feriret: néve paucitatem fugientium contemneret, alioqui ſe illis propugnatorem futurum. Sequenti verò luce Labanus Iacobum ad colloquium euocat, non diſſimulans oraculũ: quumq́ ille fidei eius ſe commiſiſſet, cœpit hominem accuſare, exprobrans quòd pauperem omniumq́ egenum ſuſcepiſſet, & de ſuis facultatibus abundè ipſi ſuppeditaſſet. Præterea filias, inquit, tibi coniunxi, putans hoc pacto beneuolentiam erga nos tuam fore firmiorem: tu vero neque matrem tuam & communem ſanguinem, neque vxores apud nos ductas, neque liberos quorum ego auus ſum, reueritus non aliter quàm hoſtem me tractaſti. rapuiſti mea bona, filiabus vt parentem fugerẽt autor fuiſti: ſacra patria domum tecum portaſti, & apud maiores meos, & apud me in ſumma veneratione habita. & quæ vix hoſtis hoſti faceret, tu cognatus, è ſorore nepos, gener, hoſpes ac domeſticus conuictor mihi feciſti. Iacobus contrà pro ſe afferebat, non ſibi ſoli, ſed omnibus eſſe innatũ patriæ deſiderium, æquumq́ vt poſt tanti temporis moras tandem ad eam reuertatur. Quòd verò præda, inquit, abacta crimen obiicis, ipſe iniuſtitia ſub alio iudice damnareris. Cum enim gratiam mihi pro facultatibus tuis conſeruatis & auctis debeas, an non iniquum eſt ægrè ferre quòd partem earum modicam vſurpauimus? certè quod ad filias attinet, ſcito non hoc lædendi animo à me factum, ſed caritatis coniugalis hoc eſſe officium. ſequuntur igitur non tam me quàm ſuos liberos. Hæc pro ſe: retorquebat deinde accuſationem in ipſum, quòd auunculus ac ſocer duris mandatis eum per annos XX. vexauerit. & illa quidem quæ nuptiarũ ſpe tulerit, quamuis per ſe grauia, ſibi tamen leuiora fuiſſe: quæ verò poſtea ſecuta ſunt, multo grauiora, quæ nemo niſi beneuolus perferret. etenim Labanus valde iniquè Iacobum tractauerat. videns enim eum in omnibus rebus à Deo adiuuari, pollicebatur ei daturũ ſe futuros fœtus, modo quicquid album naſceretur, modo quicquid nigrũ. cum verò magno numero naſcerentur, quæ Iacobo deſtinata eſſent, non ſeruabat fi-

Genes. 31. Iacobus cum vxoribus filijs & gregibus inſcio ſocero proficiſcitur.

Rachel parẽtis Deos aufert.

Laban Iacobum perſequitur. Deus verò à propoſito eum deterret.

Labani contra Iacobum accuſatio.

Iacobi ad Labani accuſationem reſponſio.

Iacobi contra Labanum accuſatio.

Labani contra Iacobum dolus.

dem

dem in præsens, sed in proximè sequentem annũ promittebat, quòd esset ad rem attentior, promittens quidem eo quod non speraret tantum prouentum, ac mox vbi prouenerat fallens. sacras tamen effigies permissum est inquirere. Rachel autem cognito patrem permissa potestate vti velle, deponit sigilla in sarcinã cameli qua ipsa vectabatur: sedebatq; desuper dicens se menstruis laborare: & Laban destitit amplius inquirere, credens filiam sic affectam non fuisse sacris propius accessuram. Post hæc offensa veniam pollicetur, vicissim alter amorem filiarum, idq; iureiurando sanciunt. Hoc fœdus ictum est super monte quodam, vbi columnam erexerunt aræ specie: vnde Galades colli nomen factum, à quo Galadena terra est dicta. Post fœdus conuiuio celebrato, Laban ad sua rediit. Iacobo autem in Chananæam iter cœptum prosequenti visiones obueniebant, bonã spem in posterum facientes: cui loco Dei castra nomen indidit. Volens autem scire animum fratris erga se, præmisit diligenter cũcta exploraturos, timens eum propter veterem suspicionem: quos ita fratrem iussit alloqui. Vltro se patriam reliquisse, ne cum offenso fratre degeret. nunc credere tantũ temporis spatium satis valere ad reconciliationem, ideoq; redire cum vxoribus ac liberis & facultatibus industria quæsitis, vt se & quicquid carum haberet illi dedat, quandoquidem nihil felicius existimet, quàm ea quæ Deus largitus est, cum fratre habere communia. His nunciatis Esaus vehementer exhilaratus, occurrit fratri cum CCCC. *armatis. At Iacobus, audiens eum obuiam properare cum tot armatis, extimuit valde. Deo tamẽ seruatore fretus prouidebat pro tẽpore ne quid detrimẽti acciperet, vtq; suos ab iniuria defenderet. Distributo igitur agmine alios procedere iussit, alios propere subsequi: vt si quis primos aggrederetur, ad sequẽs agmen haberẽt refugiũ: & hoc modo instructis qui circa se erant, præmittit quosdã ad fratrem cũ munerib. ea constabãt iumentis multisq; ac variis quadrupedibus, accipienti placituris propter raritatẽ. veniebant aũt alij post alios, vt crebrius occurrentes plures quàm pro numero viderẽtur: & credibile erat donis placatum remissurũ iram, si qua adhuc esset reliqua. quin & illud mandatũ est præmissis, vt blan-*

An. mũdi 2206. Ante Christum natum 1758.

Laban cum Iacobo fœdus sancit.

Genes. 32.

Iacob ad Esaũ fratrẽ nuncios mittit.

Genes. 33.

Iacob fratrem muneribus reconciliat.



An.mũdi 2206. Ante Christum natum 1758.

vt blandè hominem alloquerentur. His ita per totam diem dispositis, noctu mouit agmen. Cumq; Jobacchum torrentem transissent, Iacobus aliquantum ab agmine relictus incidit in luctam cũ spectro, ipse prior lacessitus: eratq; superior:

Iacob luctatur cum spectro & vocatur Israel.

exclamat igitur mactum virtute qui non quemuis aduersariũ, sed Angelum Dei vicerit: idq; illi esse magnæ felicitatis præsagiũ: genusq; eius nunquam defore, nec vllis vnquam humanis viribus posse opprimi, iussitq; illum posthac vocari Israelem: quod Hebræis Angelo reluctantem significat. Hæc sunt predicta Iacobo, id ipsum roganti. Cùm enim sensisset Angelum esse Dei, precatus est vt ex eo fatum suum cognoscere liceret. His dictis spectrum euanuit. Iacobus verò latus auditis, imposuit loco nomen Phanuel. id significat Dei faciem. sed quia latum neruum inter luctandũ læsit, & ipse pòst eo cibo abstinuit, & nobis illo propter eum vesci non licet. Cognito verò fratrem iam nõ longè abesse, iubet vxores procedere per se quanquè cum pedissequis, vt è longinquo spectarent pugnam virorum, si eam frater mallet. ipse propior factus adorauit fratrem, non malè de se cogitantem. at Esaus eo salutato, interrogabat de turba mulierum ac puerorum: & cùm didicisset omnia, volebat eos deducere ad patrem. Iacobo verò excusante

Iacob Esau fratrem accedit.



lassitudinem iumentorum, reuersus est in Sairam. illic enim habitabat, vernacula lingua loco ab hirsutie sua denominato. Iacobus autem peruenit ad Scenas quas vocant, vetus nomen adhuc retinentes. inde profectus est Sicima, quæ est vrbs Chananæorum. & cùm esset celebritas apud Sicimitas, Dina vnica Iacobi filia venit in vrbem ad visendum cultum mulierum eius regionis. qua visa Sychemis Emmoris Regis filius, rapta stuprum obtulit: & correptus amore patrem suum rogauit, vt puellam vxorem habere liceret. Ille mõrem ei gerens, venit ad Iacobum, rogans vt filio suo Dinam in matrimonium collocaret. Iacobus verò qui neque negare poterat propter maiestatem rogantis, neq; fas putabat alienigenæ filiam nuptum tradere, deliberandi spatium poposcit. Rex sperans Iacobum assensurum, abijt. Ille verò indicata filiis iniuria sororis, & Emmoris petitione, iussit eos consultare quid facto opus esset. maior pars hærebat incerti quid esset agendum.

Iacobus peruenit ad Scenas. Genes. 34.

Dinæ Iacobi filiæ historia.

An.mũdi 2206. Ante Christum natum 1758.

agendum. Simeon verò & Leui vterini puellæ fratres tale consilium inter se capiunt. Obseruato festo die quo Sicimitæ voluptati & conuiuijs operam dabant, inuasis noctu custodibus sopitos contrucidant: atque ita facilè vrbe potiti, mares vniuersos interimunt vnà cum Rege ac filio, solis parcentes fœminis. quo facinore citra consensum patris perpetrato, sororem reducunt. Jacobum autem obstupefactum audacia tanta filiorum, indigneq; ferentem, Deus per visum bono animo esse iussum, lustrare tentoria, sacrificiumq; quod olim post somnium illud in profectione Mesopotamena vouerat, persoluere imperat. itaque dum lustrat, incidit in Labani Deos (nesciuerat enim Rachelem eos furatam) his apud Sicima defossis in terram sub quadam quercu, profectus inde sacrificauit apud Bethela, vbi somnium illud diuinum viderat iter faciens in Mesopotamiam. Progressus deinde in agrum Ephratanum, Rachelem ibi ex partu mortuam sepelit, solam monumento cognatorum in Hebrone non illatam. Quam quum mirum in modum lugeret, infantulum nominauit Beniamin, eò quòd doloris causa matri fuerit. Atque hic est filiorum Iacobi numerus, mares duodecim, fœmina vna. ex his octo legitimi, è Liâ sex, duo è Rachele: quatuor verò è pedisequis, è singulis duo: quorum nomina iam dixi.

An. mũdi 2206, Ante Christum natum 1758.

Simeon & Leui Sicimitas contrucidant.

Genes. 35.

Iacob defossis Labani Dijs Bethel profiscitur.

Rachel ex partu moritur.

Inde venit Hebronem in Chananæa sitam, vbi Isacus habitabat. Nec diuturnus fuit eorum conuictus.

Hedio & Rufinum Cap. 28.

CAP. XX.

Mors Isaci & sepultura in Hebrone.

REBECCA enim iam antè defuncta, Isacus quoque eam sequitur, nõ multò pòst filij reditum: & sepultus est à filijs iuxtà vxorem in Hebrone, in monumento parentum suorum. Fuit autem Isacus vir Deo charus, & magna prouidentia dignus ab eo habitus, post Abrahamum patrem valdè longo etiam tempore vixit. Mortuus est enim exactis cum virtute annis octuaginta quinque supra centum.

An. mũdi 2230. Ante Christum natum 1734.

Isaac ætatis anno 185. moritur.

Genes. 35.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SECVNDVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI II. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Quomodo Esau & Iacobus Isaci filij diuiserunt habitationem, & quòd Esao Idumæa, Iacobo Chananæa contigit.
II. Quomodo Ioseph Iacobi filiorum natu minimus propter somnia futuræ suæ felicitatis prænuncia in fratrum inuidiam incurrit.
III. Quomodo Ioseph in Aegyptum venditus à fratribus, illustris ibi factus est, & fratres tandem in sua potestate habuit.
IIII. Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migrauit.
V. De afflictionibus Hebræorum in Aegypto per annos 400.
VI. Quomodo Mose duce Aegyptum reliquerunt.
VII. Quomodo mare scissum Hebræis Aegyptios fugientibus viam aperuit.

CAP. I.

Quomodo Esaus & Iacobus Isaci filij diuiserunt habitationem, & quòd Esao Idumæa, Iacobo Chananæa contigit.

An. mũdi 2230. Ante Christum natum 1734.

Isaaci filij habitationem partiuntur. Genes. 25.

DEFVNCTO autem Isaco, filij partiti sunt inter se habitationem, nec ambo paternam retinuerunt: sed Esaus Hebrone fratri concessa habitauit in Saira, & Idumæa dominatus est à seipso denominata. Adomus enim cognominabatur ob causam talem. Olim adolescens etiam tum reuersus à venatu famelicus offendit fratrem coquentem sibiipsi in prandiũ lenticulam rubentem colore, quo magis etiam excitatus, rogauit vt expetitum sibi cibum traderet. at ille adiuuante fratris fame ius primogeniti pro cibo dare eum compulit: coactus enim inedia, cessit ei suum ius, interposito iureiurando. Ob eius cibi colorem à colluforibus adolescentibus Adomus est per ludibrium cognominatus. Adoma enim Hebræis significat rubens. id nomen pòst in regionem ipsius ditionis est deriuatum, quod Græci in mollius deflexerunt, Idumæam dicendo. Genuit autem filios numero quinque. ex his Iaus, Iolamus, & Coreus eadem matre Alibama nati: ex reliquis duobus Aliphazem Aza, Raguelem Mossametha ei peperit. Hos filios habuit Esaus. Aliphaza item quinque legitimi filij fuere, Themanus, Omerus, Ophus, Iothamus, Ocanazus. Nam Amalecus erat nothus, è Thamna concubina genitus. Hi habitauerunt Idumæa regionem quæ Gobolitis dicitur, & eam quæ de Amaleci nomine Amalecitis est appellata. Quondam enim latè patentem terram Idumæa nomen complectebatur, cuius partes à primis colonorum inductoribus denominatas appellationes eas postea retinuerunt.

Esau primogeniti ius ob lenticulam cedit.

Esau Idom dictus.

Genes. 36.

Esau filij & posteri.

CAP. II.

Quomodo Ioseph Iacobi filiorum natu minimus propter somnia futuræ suæ felicitatis prænuncia in fratrum inuidiam incurrit.

An. mũdi 2206. Ante Christum natum 1758. Genes. 37.

IACOBVS autem ad tantam felicitatem peruenit, ad quantam vix alius quisquam. nam & opibus excellebat inter eius regionis homines, & propter filiorum virtutes beatus erat ac conspicuus. nihil enim eis deerat, sed industrij fuere omnes, & generosa quadam fortitudine simul ac prudentia præditi. Tantam autem ipsius felicitatis curam gerebat cœleste numen, vt etiam ex rebus, sicut tum videbantur, aduersis maximorum bonorum occasionem præberet, & per ipsum eiúsque liberos patribus nostris viam ad exitum ex Ægypto præstrueret ac præmũniret. Iosephum è Rachele sibi natum pater tum ob corporis præstantiam, tum ob animi virtutem (erat enim prudentissimus) præ ceteris liberis amabat. is parentis affectus odium & inuidiam fratrum in eum prouocauit. accesserunt eò somnia, quæ sibi visa patri ac illis indicauit magnæ felicitatis prænuncia, quæ res etiam coniunctissimos ad æmulationem facilè concitat. Visiones autem Iosephi fuere tales. Missus cum fratribus à patre ad colligendas fruges messis tempore, visionem vidit quæ non poterat existimari vna ex istis vulgaribus quales in somnis obuersari solent: eam experrectus fratribus interpretandam narrauit, dicens visum sibi præterita nocte suum tritici manipulũ stare loco, illorũ verò manipulos accurrẽtes adorare eum, quod videbatur & am-

Medio & Rufinus Cap. 2.

Iosephũ odio & inuidia Iacobi filij prosequuntur.

Iosephi somnium.

& amplam fortunam ipſi pranunciare, & fratres quoq; in eius poteſtate futuros. At illi nihil tale Joſepho ſunt interpretati, diſſimulantes ſe intelligere: ſed taciti precabantur irritum fieri præſagium, ipſumq; maiore etiam odio proſequebantur. Deus autem aduerſus eorum inuidiam contendens, alteram viſionem Ioſepho immittit, priore magis mirabilem. Vidit enim Solem cum Luna & vndecim Stellis deſcendere in terram, & adorare ipſum. Hoc ſomnium in præſentia fratrum, nihil mali de illis ſuſpicatus, patri indicauit, rogans vt interpretari dignaretur: quod ei non mediocri fuit voluptati. Præſagium enim ſomnij colligens, & ſapienter euentum conijciens, gaudebat eo quòd ingens filio felicitas portendi videretur: venturum olim tempus quando tam à parentibus quàm à fratribus adoratione dignus haberetur. Intelligebat per Solem ac Lunam patrem & matrem, quòd altera augeret omnia & aleret, alter formam rebus & vim inderet. Porrò ſtellarum nomine fratres accipiebat, tum quòd numerus non diſcreparet, tum quia vim à ſole & luna habeant. Et Jacobus quidem talem interpretationem non imprudenter attulit. Fratres autem Ioſephi valdè contriſtauit id præſagium, haud aliter quàm ſi alieno cuipiam hac felicitas portenderetur, ac non fratri, cum quo pariter omnib. fortunis frui poſſent, tam felicitatis quàm generis ſocij: decreueruntq; adoleſcentem tollere: & hoc conſilio comprobato, frumentis iam collectis, contulerunt ſe cum pecoribus in Sicima agrum paſcuis percommodum, non præmonito patre: atque ibi paſtoricias curas obibant. At ille nemine à gregibus veniente, nec certi quicquam nunciante, de filijs ſolicitus ac mœrens, mittit Ioſephum ad greges cogniturum res fratrũ, & quid agant renunciaturum.

An.mũdi 2206. Ante Chriſtum natum 1758.

De Sole Luna & Stellis Ioſephi ſomniũ.

Ioſephi ſomnij interpretatio.

Ioſephi fratres eum tollere decernunt.

Sicima paſcuis percommoda.

CAP. III.

Quomodo Ioſephus in Aegyptum venditus à fratribus illuſtris ibi factus eſt, & fratres tandem in ſua poteſtate habuit.

ILLI autem viſo fratre aduentante gauiſi ſunt, non ob aduentũ germani à patre miſſi, ſed tanquam inimico in manus ſuas à Deo tradito: volebantq; confeſtim eum interimere, neq; præſentem occaſionẽ elabi ſinere. Rubelus autem inter hos natu maximus videns eos conſpiraſſe, conabatur impetum eorum remorari, docens quantum facinus molirentur, & quantam inuidiam pariturum. Nefariam rem haberi tam Dei quàm hominum iudicio eadem hominis vel non cognati, ſed longè ſceleratius eſſe necis fraterna reos deprehendi, quo ſublato etiã in patrem eam iniuriam redundaturam, & matrem quoque in luctũ ac diram orbitatem coniecturos. hos reſpicerent, reputantesq; quantam eis calamitatem allatura ſit mors filij tum probi tum natu minimi, abſtinerent à tam nefario ſcelere. Deum quinetiam verentur ſpectatorem ac teſtem conſilij cõtra fratrem initi. hunc ſi à cœpto deſiſtant, accepturum eorum pœnitentiam atq; reſipiſcentiam: ſin pergant, fieri non poſſe quin exigat ab eis paricidij pœnas, cùm nihil ipſius prouidentiam latere poſſit, ſiue in ſolitudine admittatur, ſiue in ciuitate. Vbicunque enim ſint homines, exiſtimandum ibi Deum quoque adeſſe. Sed & propriam conſcientiam poſt tantum ſcelus illis aduerſariam fore, quam nunquam abire, ſiue bona ſit, ſiue talis qualis ipſorum foret ſi fratrem interfecerint. Addebat, ne laſo quidem fas eſſe germanum occidere. Satius eſſe dare veniam amicis, ſicubi non feciſſe officium videantur. Ioſephum verò ne peccaſſe

Ioſephus venit ad fratres, qui cũ è medio tollere conãtur.

Ruben fratris necem remoratur.

An. mũdi 2217. Ante Christum natum 1747.

quidem in illos, cuius ætas miserationem potius mereatur, & illos ipsos tutores ac protectores. Causam etiam cadis facinus eorum grauaturam, si videantur ob inuidiam futuræ felicitatis ei vitam ademisse, qua felicitate propter cognationem ipsis quoque frui licebat. Debere enim ita existimare, ipsorum esse quicquid Deus Iosepho largitus fuerit. proinde cogitandum eo grauiorem fore indignationem Dei, si eum quem ipse omni bona fortuna dignum iudicasset interimendo, materiam diuinæ beneficentiæ subtraxerint. Hæc Rubelus & his plura commemorans conabatur eos absterrere à parricidio. Postquam autem nihil se proficere vidit, sed omnino ad cædem accensos, consulebat vt saltem modum necis mitiorem eligerent. Dissuasisse quidem se primùm pro virili, sed quandoquidem semel decretum sit fratrem tolli, minus mali futurum si suo consilio pareant. Sic enim voluntatem eorum habituram effectum, leuiorem tamen ac minus malum, si ad cædem conferatur. Satius esse temperare à manibus, & proiectum in proximũ puteũ illic extingui sinere, vt saltem manus puras seruarent. In hanc sententiam itum est, abductumq; adolescentem Rubelus fune religatum demisit sensim in puteum: erat enim satis siccus. Quo facto abijt pascua quæsiturus. Iudas autem vnus è Iacobi filijs, conspicatus negociatores Arabas Ismaelitici generis, aromata & Syriacas merces deferentes in Ægyptum è Galadena, profecto iam Rubelo consilium dedit fratribus vt extractum Iosephum venderent Arabibus. & illum enim hoc pacto ablegatum apud exteros morituru, & se impollutos permansuros. quo approbato, eximunt eum, & negociatoribus vendunt viginti minis annos septemdecim natum. Rubelus autem noctu ad puteum veniens inscijs fratribus seruare Iosephum voluit. quo frustra

Ruben Iosephum in puteum proiiciendũ ibiq; necandũ suadet.

Hedio & Ruffinus Cap. 3. Genes. 37. 39.

Iosephus Iudæ consilio Arabibus negociatoribus venditur.

Ruben noctu venit ad puteum.



inclamato suspicatus per suam absentiam interemptum, fratres incusabat: cognitoq; quid accidisset, lugere desit. his perpetratis fratres consultare cœperunt, quomodo patris suspicionem à se alienarent. placuit tandem tunicam qua indutus Iosephus ad eos venerat, quamq; demittendo in puteum detraxerant, laceratam prius sanguine hircino inficere, atque ita patri allatam ostendere, vt

à feris

à feris deuoratum putaret. quo facto venerunt ad ſenem, non ignarum de infortunio filij. aiebant autem Joſephum quidem neq; vidiſſe ſe, neq; ſcire quid illi accideriti tunicam tamen hanc inueniſſe laceram & cruentatam. quamobrem ſuſpicari beluarum incurſu periſſe, ſi tamen eam indutus domo exiuerit. Jacobus autem qui hactenus leuius malum ſperauerat, captiuum aliquò abductum puerum, opinionem hanc iam abiecit, euidens argumentum necis tunicam ratus: agnoſcebat enim eam eſſe qua indutũ miſerat: iamq; haud aliter quàm extincto ſe afflictans, lugebat tanquam vnicum, aliorum conſolationem non admittens, quòd nihil dubitaret in itinere à feris deuoratum. Sedebat ergo ſacco amictus, & neq; filij conſolando quicquam proficiebant, nec ipſe luctum ſatietate remittebat. Ioſephum autem de negociatoribus emptum Petephres vir Ægyptius, qui Pharaothis coquis praerat, habuit liberaliter, quem & diſciplinis ingenuorum erudiendum curauit, & victu commodiore quàm pro ſeruili conditione vti praecepit: deniq; totius domus curæ praepoſuit. ille verò fruebatur conceſſis, nec tamen innatam virtutem propter hanc ſui ſtatus mutationem amiſit: docuitq; prudentiam aduerſanti fortunæ non ſuccumbere, ſi quis ea legitimè, & non ſecundis tantum in rebus vtatur. Herilis enim vxor tum dexteritate eius tum forma in amorem illecta, rataq; ſi rem aperiret ſe facilius eo potituram, & in parte felicitatis habiturum ſi contingeret ab hera ſe rogari, aſtimans eum magis ex praeſenti conditione quàm ex immutabili morum generoſitate, concupiſcentia detecta mentionem de concubitu facit. at ille preces eius repulit, nefas ducens talem ei gratiam referre, quæ cum tam benigni domini contumelia & iniuria coniuncta eſſet. quin & ipſam hortabatur vt morbo ſuo repugnaret, negans vnquam ſe in hac re illi obſequuturum. Deſineret ſperare, quo potiri non liceat: ſic enim fore vt mala cupiditas facilè ſedetur. ſe quiduis potius perpeſſurum, quàm vt huic eius voluntati pareat. quamuis enim aduerſari heræ ſeruum non deceat, ipſam tamen rei fœditatem reclamare ne quid tale admittatur. Illam verò repulſa magis etiam accendebat, quòd non putaret Joſephum pernegaturum: & non ceſſante morbo, ſecundas illi machinas admouere cogitat. Ergo publico feſto inſtante, cuius celebritatem fœminas quoq; frequentare mos erat, fingit morbum apud maritum, captans ſolitudinem, & ad Joſephum ſolicitandum opportunitatem, quam nacta ſupplex blandicijs talibus eum adoritur. Satius quidem erat primis precibus non repugnantem cedere, idq; vel dignitati precantis deferre, vel amoris vehementiæ, qua cogente oblita me dominam ad tam abiecta verba deſcendi: ſapies tamen ſi vel nunc cedes, & prius erratum corriges. ſiue enim iterum rogari expectabas, iam facio accuratius etiam quã antè. nam & agritudinẽ ad hoc finxi, & feſti laticiã tua conſuetudini poſthabui. ſiue prius diffidebas, non tentari te maliciosè certo argumento colligere potes, quia in eadem voluntate perſto. quare aut praeſentẽ voluptatem elige, & amãti obſequere, maiora etiam commoda expectans: aut odium meum & vindictam, ſi meæ gratiæ caſtitatis opinionem praferes. Nihil ea te iuuabit, mihi crede, ſi ad maritum te deferam, & de ſtupro me appellatam dicam. quantumlibet tua veriora fuerint, meis verbis maiorem fidem habiturus eſt Petephres, quàm tuis. ad hac verba lacrymasq; verborum teſtes, nec miſeratione induci, nec terrore cogi potuit, quò minus perſtaret in ſuo pudicitiæ propoſito: conſtanterq; reſtitit intentanti iniuſtam afflictionem, malens acerbiſſima

An. mũdi 2217. Ante Chriſtum natum 1747.

Ioſephi fratres eum à feris deuoratum patri perſuadent.

Iacob Ioſephum tanquam iam extinctum luget.

Ioſephus in Aegypto Potiphari venditur. Gen. 39.

Potipharis vxor de concubitu Ioſephum ſolicitat.

An. mũdi 2217. Ante Chriſtum natum 1747.

Ioſepho Potipharis vxor ſecundas machinas admouet.

An.mũdi 2217. Ante Christum natum 1747.

queq; ſufferre, quàm oblatis perfrui: non ignarus iuſto ſe dignum ſupplicio, ſi quidquam tale in mulieris gratiam admitteret. Ipſam quoq; officij ſui monuit, iurisq; cõiugalis ac conſuetudinis, iubens huius maiorẽ habere rationem, quàm momentaneæ libidinis. huic enim præſto eſſe pœnitentiam, quæ factum quidem doleat, infectum tamen reddere nõ poſſit: adeſſe & timorem continuum, qui pro magno habeat non prodi ſuum dedecus. at coniugalem conſuetudinem & voluptatem habere ſecuram, & conſcientiæ fiduciã tàm apud Deum quàm apud homines. quin & conducibilius eſſe, ſi impolluta manens habeat ſe herili iure ſubditum, potius quàm flagitij communis conſcium. ſatius enim eſſe conſcientia rectè factorum, quàm peccati latebris fidere. his & aliÿs ſimilibus verbis mulieris impetum retundere conabatur, eamq; à praua affectione ad rationis arbitrium reuocare. at illa vehementius inſtabat, & cum verbis nihil proficeret, iniectis manibus hominem ad obſequium cogere nitebatur. Ibi verò Joſephus intemperias mulieris vlterius non ferens, relicta etiam interula ex qua retinebatur, proſilit è cubiculo. Illa partim repulſæ dolore, partim metu ne ſuam

Ioſephus adulterium iterum deuitat.

Ioſephus veſtibus mulieri relictis aufugit.



petulantiam maritus cognoſceret, decreuit prior Joſephum falſo deferre, & hoc pacto vindictam de eo ſumere, dignum muliebri aſtutia rata, ſi accuſationem præoccuparet. itaq; ſedebat mœrens & perturbata, qui erat dolor ob fruſtratam libidinem, eſſe indignationem tentatæ pudicitiæ ſimulans. Marito autem reuerſo, & ad hunc aſpectum turbato, cauſamq; ſcitante, Ne viuas, inquit, marite, ni ſceleſtum ſeruum, cubile tuum violare conatum, digna pœna mulctaueris, oblitum & qualis in ades noſtras venerit, & quãta beneuolentia ſit à te complexus: qui ingratiſſimus habendus ni omnibus modis frugi ſe approbaret, ne á coniugio quidem tuo iniuriam abſtinuit: idq; die feſto obſeruata abſentia tua, vt facilè appareat, modeſtiã quã prius præ ſe ferebat, ab herili metu, non ab indole recta profectam. Quod vt auderet, à te præter ſpem ac meritum indulgẽte corruptus eſt. videns enim omnia tua bona fidei ac diſpenſationi ſuæ credita, grandioribusq; conſeruis ſe præpoſitum, æquum putauit vxorem quoq; tuam attrectare.

Adulteræ accuſatio contra Ioſephum.

An.mũdi 2217. Ante Christum natum 1747.

rare. & vt verbis fidem astrueret, protulit tunicam, quasi in colluctatione relictam. Petephres autem victus oratione ac lacrymis mulieris, & coniugis amore plus aquo tribuens, omissa ampliore veritatis inquisitione, collaudata prius uxoris fide, audacis facinoris Iosephum damnatum in maleficorum carcerem coniecit: ob uxoris q; pudicitiam magis sibi placebat, testis iam compertæ ipsius honestatis. An. mũdi 2217. Ante Christum natum 1747. Iosephus in carcerem conijcitur.

Iosephus autem innocentiam suam Deo committens, neq; se defendere curauit, neq; rem ita vt gesta erat indicare: sed vinculorum necessitatem tacitus ferens, una spe consolabatur, nimirum potentiorem esse Deum his qui se vinxerant, cuius prouidentiam confestim est expertus. Custos enim carceris tum fidem eius ac diligentiam in absoluendis operum pensis considerans, tum formæ dignitatem, solut eum à vinculis, eamq; miseriam aliquanto leuiorem reddidit: victu etiam commodiore quàm reliquos vinctos vti permisit. Caterùm his qui in eodem erant ergastulo, quoties labor intermitteretur, confabulantibus ita vt solent miseriarum socij, & inter se causam damnationis percontantibus, pincerna quidam regi charus, per iram ab illo ad compedes damnatus, familiaritatem cum Iosepho contraxit: & quia prudentem existimauit, visum somnium ei exposuit, orans vt indicaret si quod subesset præsagium, deplorans suum infortunium, cui non satis erat regis indignatio, nisi per quietem etiam somnijs diuinitus turbaretur. Aiebat enim se in somnis vidisse trium palmitum vitis vuas è singulis enatas pendere grandes iam & vindemia tempestiuas: easq; se exprimere, subdente rege phialam. Collatum deinde mustũ se obtulisse regi, illumq; libenter bibisse. Narrato hoc somnio rogabat vt si quid scientia datum à Deo haberet, interpres visionis esse dignaretur. Ille verò bono animo hominem esse iubet, & expectare intra triduum solutionem à vinculis, rege ipsius ministerium requirente, ad quod ei denuò sit redeundum. Interpretabatur enim vitem fructum mortalibus in bonum vsum afferre, quandoquidem eo conciliante fides ac amicitia inter ipsos sanciatur, & inimicitia dissoluantur, adhæc molestia mœroresq; vsu eius discutiantur, pro quibus lætitia succedat. Hunc ais, inquit, manibus tuis expressum accepisse regem. Scito igitur bonum tibi somnium oblatum, & significare miseriæ huius remissionem intra tot dies, ex quot palmitibus fructum vindemiasti in somnis. Tu verò memento mei postquam euentus hanc faustam prædictionem non falsam approbauerit: & iam liber ne despexeris nos in hac miseria, in qua relinquimur te ad pronunciatam hanc felicitatem discedente. neque enim sontes in hac vincula sumus compulsi, sed ob virtutem ac modestiam quasi malefici punimur, quòd potiorem habuerimus honorem domus in qua versabamur, & eius qui nos huc contrusit, quàm propriam voluptatem. Atque ita pincerna, vt par erat, lætus hoc interpretamento euentum expectabat. Alius verò quidam seruus pistoribus regijs præpositus, in eisdem vinculis degens cum pincerna, ex tam fausta Iosephi interpretatione spe concepta, quia & ipse somnium viderat, rogat eum quidnam sibi quoque præterita noctis visio portenderet: erat autem huiusmodi. Tria canistra, inquit, supra caput baiulare mihi videbar. ex his duo panibus erant plena, tertium carnibus & varijs edulijs, qualia regibus apparari solent. Deuolantes autem alites absumpsisse omnia, ab ipso licet arcente nihil deterritas. His dictis simile priori præsagium expecta- Hecto & Russinus Cap. 4. Gen. 40. Iosephi patientia in vinculis. Custos carceris amicè agit cum Iosepho. An. mũdi 2228. Ante Christum natum 1736. Pincernæ somnij explicatio. Pistoris somnium.

An. mũdi 2228. Ante Christum natum 1736.

expectabat. Tum Josephus coniectura somnij facta, prafatusq; quòd malle ei latiora pranunciare, quã qua somniũ portenderet, dicit duos omninò dies vitæ ipsi superesse. Hoc enim significare canistra. tertia verò cruci suffixum ab altilibus deuorandum, quas à se arcere non posset. Nec aliter euenit utriq; quàm vt Josephus predixerat. Ad prascriptam enim in somnis diem rex natalicium epulum celebrans, prapositum pistorum in crucem egit: pincernam vinculis exemptum ministerio pristino restituit. Josephum autem post biennij tempus in miseria carceris exactum, nihil interim ab ingrato pincerna adiutum, Deus eripuit tali via ad libertatem prastructa. Pharaothes rex cum eadem nocte in somnis duas visiones vidisset, pariterq; interpretationem earum, hanc oblitus, sola somnia retinuit, nihil latum vt conijcere poterat significantia: conuocatisq; prima luce doctissimis Ægyptiorum, interpretationem requirebat. Illis verò nihil explicantibus tanto magis rex turbabatur. Quo viso pincernam subit recordatio Josephi, eiusq; in hoc genus coniecturis prudentia & adito rege, indicauit ei de Josepho, & de visione in carcere agenti sibi oblata eiusq; euẽtu iuxta illius interpretationem: quodq; eadem die pistorũ prapositus cruci suffixus tanto magis fidem predictionibus eius astruxerit. vinctum autem à Petephre coquorum prafecto, cuius esset seruus. ipsum autem dicere, apud Hebraos se genere ac parentibus cum primis claris natum. Hunc, inquit, euocari iubeto, néue contempseris hominem propter presentem miseriam: clarè enim significata somniorum ex eo discere poteris. Confestim igitur accersitum rex, manuq; apprehensum comiter his verbis alloquitur: Bone iuuenis, quandoquidem te prudentem indicio famuli mei cognoui, enarra somniorum meorum prasagia, quemadmodum & illi enarrasti, rem gratissimam mihi facturus. caue aũt vel metu quicquam supprimas, vel ad gratiam ac voluptatem loquaris, sed vera omnia, etiamsi fortasse non admodum lata. Visus sum mihi secundum flumen inambulare, vi-

Pistoris somnij enodatio.

Gen. 41.

Pharaonis Aegyptiorum regis somnium.

An. mũdi 2231. Ante Christum natum 1733.

Ioseph liberatur vinculis.

Pharaonis somnium de septem bobus.



dereq; boues benè pastas & benè magnas numero septem à fluentis ad paludes progredi: & alias totidem à paludibus obuiam eis factas, vehementer extenuatas macie ac visu fœdas. quæ cum deuorassent septem illas saginatas & magnas, nihil

nihil tamen profecerunt, miserè à fame vexata. Post hanc visionem experrectus è somno turbatusq; dum mecum agito quidnam sibi velint species per somnum obuersatæ; obrepente sensim sopore grauatus iterum obdormiui: iterumq; somnium vidi priore prodigiosius; quod me magis etiam turbat ac terret. Spicas septem videbam ab vna radice enatas, fruge grauatas & vertice pronas, messiq; iam maturas: iuxta quas totidem alias spicas languidas & praroris inopia deficientibus similes: quæ cum illas alteras ingentes ac pulchras absumpsissent, attonitum miraculo me reddiderunt. Ad hæc Iosephus, Somniũ hoc Rex, duplici licet specie visum, vnum tamen & eundem euentum significat. Namq; & boues animal aratro & labori natum, visa ab exilioribus deuorari, & spicas è deterioribus absumptas, famem Ægypto & sterilitatem ad totidem pranunciant annos, ad quot prius vbertatis felicitatem: horumq; fertilitatem à totidem sequentium sterilitate absumendam. huic inopiæ non facilè videtur prospicere & occurrere: id quod inde conijcio, quia macra boues deuoratis pinguibus, satiari non potuerunt. Sed ista Deus, non vt terreat & contristet, pranunciat hominibus: sed vt præmoniti sibi prouideant, quò leuius imminenti malo premantur. tu ergo si vberioris temporis prouentus reposueris ac dispensaueris, insequentem penuriam Ægyptus non sentiet. Cumq; rex admiratus Iosephi prudentiam & sapientiam percontaretur quonam modo esset in futurum prospiciendum vbertatis tempore, quò tolerabilior fieret ventura sterilitas: monuit & consuluit Ægyptijs vtendum parsimonia, & quod præsenti vsui supereſſet ad futuram necessitatem reseruandum. suasit etiam vt indicta professione frumenti, aratores iuberet id in horrea condere, & quantum sat esset, & non amplius, populo distribueret: ibi rex tam consilio quam interpretatione Josephi collaudatis, ipsum huic dispensationi præficit, iubetq; prouidere quæcunq; putaret in rem esse vel ipsius regis vel populi: præfatus neminem sibi videri magis idoneum ad hoc consilium exequendum, quàm ipsum eius authorem. qua potestate à rege auctus, accepto etiam anulo regis signatorio, & iure purpuræ gestandæ, in sella curuli sublimis per Ægyptum circumuectabatur; frumentumq; comportabat, tantum inde aratoribus demetiens, quantum in alimenta & sementem sufficeret, nemine sciente causam, cur hoc faceret. Trigesimum iam ætatis annum exegerat, in summo apud Regem honore habitus, & ob incredibilem prudentiam Psontomphanechus ab eo cognominatus, quòd occultorum inuentorem significat: sed & cõiugium nactus est honoratissimum. Duxit enim Rege connubium hoc procurante virginem Petephræ Heliopolitani sacerdotis filiam, cui nomen erat Asanethe: ex qua & liberos genuit ante agrorum sterilitatem. ex his maior dictus est Manasses; quo nomine significatur obliuio; quia meliorem fortunam nactus venit in prioris obliuionem: iunior verò Ephraimes, quod redditum significat; eo quòd maiorum suorum libertati restitutus esset. Ægyptum autem iuxta Josephi interpretamentum septennio per diuitem affluentiam exacto, octauus annus fame infestabat, & quia malum improuisum erat, promiscua multitudo grauiter laborans ad fores Regias confluebat. Rex Josephum accersit, qui mox frumenta diuidendo seruator populi citra controuersiam extitit. nec solum eius regionis hominibus forum aperuit, sed etiam exteris, existimans vniuersum genus hominum inter se cognatum, & in rebus angustis fortunatiorum ope subleuari dignum. Et quoniam

An. mũdi 2231. Ante Christum natum 1733.

Somnij Pharaonis enodatio.

Iosephi consilio tolerabilior euadit ventura sterilitas.

Iosephus à Pharaone ingẽtibus honoribus auctus.

Hedio & Ruffinus Cap. 5.

Iosephus vxorẽ ducit in Aegypto, ex qua genuit Manassem & Ephraim.

In Aegypto annonæ caritas.

An. mũdi 2238. Ante Christum natum 1726.

An. mũdi 2238. Ante Christum natum 1726.

eadem calamitas & Chananæam & reliquas orbis regiones premebat, Jacobus quoque omnes filios in Ægyptum frumentatum mittit, cum cognouisset quòd & exteris eo foro vti liceret, solo Beniami retento, quem è Rachele susceperat, vterinum Josephi fratrem. Qui postquam in Ægyptum peruenere, Josephum accedunt, mercatum sibi permitti rogantes, nihil enim nisi ex ipsius sententia gerebatur. nam tum demum regem coluisse proderat, si ne Josephi quidem gratia negligeretur. Ille agnitis fratribus nihil tum minus quàm de se cogitantibus, quòd adolescens ab eis distractus iam per ætatem faciei liniamenta mutauerat, ac de tanta dignitate ne suspicari quidem poterant, tentare eos decreuit quali mente essent præditi, nam & frumenti emendi potestatem eis negauit, & pro speculatoribus comprehendi voluit, dicens conuenisse è diuersis regionibus, & cognationem simulare. quî enim fieri posse, vt vir priuatus tot tam insignes filios educauerit, qua felicitas vel regibus rarò contingeret. id faciebat vt de patre cognosceret, quóue in statu per suam absentiam res eius interim fuerint, quidue de Beniamine sit factum. solicitus enim erat ne & eum quemadmodum se de medio sustulerint. at illos magnus pauor occupat, imminens periculum reputantes, & frustra se tantum iter emensos existimantes: cumq; crimen amoliendum viderent, Rubelus natu maximus sic communem causam agere cœpit. Nos neque speculatum huc venimus, neque regi damnum aliquod allaturi: sed dira fames cuius effugium quærimus, venire huc compulit, fretos vestra humanitate, quos non ciuibus solis, sed exteris quoque salutem vobis debituris frumentum venale proposuisse audiuimus. Quòd autem fratres simus & ex eodem sanguine, vel facies nostra argumento sunt, non admodum inter se variantes. Pater nobis est Jacobus vir Hebræus, qui nos duodecim è quatuor mulieribus suscepit, qui donec omnes essent incolumes, res nostræ satis prospere fuerunt. Caterùm vno, cui Josepho fuit nomen, absumpto, domestica fortunæ in peius labi cœperunt. Pater in perpetuo luctu est, cuius lamentatio non minus nos afficit, quàm olim suauissimi fratris immaturus interitus. nunc frumentatum venimus, patris cura Beniamini natu minimo commissa. Hæc ita esse, potes aliquo ad nostram domum misso cognoscere. Hæc Rubelus pro se ac fratribus, quo falsam Josepho suspicionem eximeret: qui cognito patrem ac fratrem esse incolumes, iubet eos includi in carcerem, quasi per otium quæstioni admoturus. Post triduum deinde productis, quoniam, inquit, asseueratis vos in detrimentum regis ac regni non venisse, fratresq; esse ex patre quem nominastis, facietis mihi fidem hæc ita se habere, si relicto interim vno ex vobis apud me nihil durius passuro, cum frumento ad patrem profecti, rursum ad me reuertamini, adducentes vobiscum fratrem quem aiebatis illic relictum esse. hoc enim erit argumentum vos nihil fingere. His verbis perculsi, ratiq; iam extremam calamitatem instare, lamentabantur fortunam suam, crebrò iactantes, adesse diras vltrices fratris per summam immanitatem oppressi. Rubelus insuper increpabat seram & inutilem eorum pœnitentiam, fortiter ferenda mala dictitans quæ Deus innocentiæ vindex in impios fratres immitteret. Talibus se inuicem alloquebantur, credentes linguæ Hebreæ gnarum interesse neminem: mœrebantq; omnes tacti verbis Rubeli, & scelus perpetratum damnabant, ac si non ipsi essent autores facinoris, cui tum iustissimam pœnam à

Deo

Iacobus in Aegyptũ filios frumentatum mittit. Gen. 42.

Ioſephus fratres tentat, vt parẽtis ſtatum & Beniamin expiſcari queat.

Ruben ad Ioſephum pro ſe & fratribus depulſio.

Ioſephus in carcerem fratres includit.

Ioſephi fratres peccata in eum commiſſa deplorant.

Deo iudicabant infligendam.J
mulare fratrẽ vlterius non
tum celari volebat, subdu
one qui interim obses esse
sos abire iußit, quum p
to attulerant, clàm
mandata famulu
patri quicquid e
erant comprehe
ctum apud pa
dem, donec
bantq; vt
factum
durius
osq; suo
Jacobo vt a
etiam terruit pe
tritico, vrgente fam
reliquis mittere. non enim
Cumq; indies maior neceßitas in
tamen haßitabat. Tandem Judas vir
patrem, quòd nimis de fratre ßlicitus esse
posset accidere ßiue foris ßiue domi. se verò in ce
inanem de puero curam vnicum à Pharaothe praßa
etiam rationem Simeonis incolumitatis, ne dum Benia
committere cunctantur, interim ille ab Ægyptijs occidatur. cre
tem filij: se certè aut eum ßaluum reducturum, aut illic vnà perituru
demum Jacobus cedens tradit eis puerum, & duplex frumenti precium:
& dona ferenda Joßephoex prouentu Chananæa, balaninum vnguentum, ßta-
cten, terebinthum & mel: atq; ita multis vtrinq; fußis lachrymis à patre digre-
diuntur; sene miserè timente ßaluti filiorum, illis contra ßolicitis ne per ßuam ab-
ßentiam mœrori pater ßuccumberet. in hoc dolore integrum diem exegerunt.
mox pater afflictans se domi ßubßitit, illi in Ægyptum tendentes præßentem
trißitiam ßpe melioris fortunæ leniebant. quò poßtquam eßt peruentum, apud
Joßephum diuertunt, non parum ßoliciti, ne calumnia ßibi intenderetur, quaßi
dolo malo prioris frumenti precium ßecum abßtulerint: quod mox apud Joßephi
dißpenßatorem diligenter excußauerunt, dicentes pecuniam domi repertam in
frumento dum ßaccos exinaniunt, quam nunc bona fide reportarent. illo verò
negante se vnquam eam pecuniam deßiderasse, liberati hoc metu ßecuriores esse
cœperunt. moxq; Simeon iam liber inter fratres versari eßt permißßus. Interea
Joßepho ab officio reuerßo, dona ei offerunt, & ßciranti de patre, bene valere
aiunt. tum ille cognito Beniaminem ßupereße quem inter eos videbat, perconta-
tur an is esset frater natu minimus: & audito quod is esset, hoc tantum effatus,
Deum vniuerßis rebus prouidere, ßeceßit nolens ab eis aduerti lachrymas, quas
vlterius continere non poterat. Acceptos deinde conuiuio iußit ordine, quo
apud patrem ßolebant diſcumbere: cumq; omnes comiter haberet, duplicibus

bitus ob cuius iniuriam Deus tam ſe- An. mũdi 2238. Ante Chriſtum natum 1726.
ßtem eße & infortunium maximum,
rrent. nec deßinebat Rubelus denuo
negabat ſe alios morari, quorum
nius pueri ßupplicio. nam neque
neque illos alieni peccati pœnas
tutum iter facere liceat. his
Judas verò qui patri ado-
ruus, decreuit ſe pro fra-
rauiter à nobis pecca- Judæ ad Joſephum pro Beniamin oratio.
uere, licet non omniũ
penè pro deplorata
ſupereßt. quam-
quàm tua natu-
bonitatem in
res homines
um ex tua
& preca-
eptam
fru-
do-

F 2 partibus

An. mũdi 2238. Ante Christum natum 1726.
Medio & Ruffinus Cap. 6.
Gen. 44.

partibus Beniaminem honorabat. Post cœnam autem illis iam cubantibus iubet dispensatorem frumentum admetiri quod asportaturi erant, & precium rursus in saccis abscondere: in Beniaminis verò sarcinam cyphum argenteum, quo ipse precipuè delectabatur, immittere. id faciebat volens experiri fratrum animum, essentne adfuturi Beniamini reo furti, an illo relicto ac si maleficium hoc nihil ad se attineret, ad patrem reuerterentur. qua vbi facta sunt vt imperatũ erat, prima luce omnium ignari filij Iacobi proficiscuntur assumpto Simeone, lati tam huius restitutione, quàm Beniaminis reditu, quem patri se reducturos fidem dederant: & ecce agmen equitum repentè illos circumuenit, inter quos erat famulus qui cyphum in sarcinam indiderat. illis verò turbatis inopinato incursu, & rogantibus cur irruerent in viros quos paulo ante honore hospitij dignati fuerint: Ægyptij contra sceleratos inclamabant, qui huius ipsius beneficij, Iosephiq; comitatus immemores, ausi sint pro talibus meritis iniuriam reponere: daturosq; furti pœnas minitabantur. non fefellisse enim eos Deum, licet ad tempus ministrum mensæ fefellerint. & nunc rogitare satis ne sani essent, quasi verò nesciant statim se ad pœnam rapiendos. his & similibus verbis famulus præ cæteris insultabat. at illi vt qui nihil de dolo compositò sciebant, conuiciabantur ei, demirari se hominis intemperias temerè obijcientis furti crimen eis viris, qui ne frumenti quidem precium in saccis inuentum retinuerint, sed secum reportauerint, cum nullus de ea pecunia præter ipsos sciret: tantum abesse vt data opera damnum inferre vellent: certiorem tamen rati inquisitionem quàm negationem, iubent eos scrutari sarcinas: nec recusabant vniuersi pœnas dare, si vnus aliquis ex ipsis in furto deprehenderetur. tanta erat securitas & innocentiæ fiducia. acceperunt illi conditionem inquisitionis, supplicium tamen solius fore penes quem furtum inuentum fuerit. Inquisitionem deinde aggressi, omniumq; ordine sarcinas scrutati, postremò ad Beniaminem veniunt, non quòd nescirent in eius sacco latere cyphum, sed vt accuratè officium facere viderentur. itaque ceteri iam securi de se, de vno Beniamine adhuc nonnihil erant solliciti. sperabant tamen ne ipsum quidem in maleficio deprehendendum, adeò vt iam liberius indignarentur persecutoribus, per quorum importunitatem stetisset ne bonam partem itineris iam confectam haberent: vt verò Beniaminis sarcinam scrutati cyphum protulerunt, ad lamenta & ploratus continuò versi, tum fratrem deflebant mox furti supplicium daturum, tum suam ipsorum vicem, qui fidem de Beniaminis salute parenti datam præsenti casu fallere cogerentur. augebat etiam dolorem eorum, quòd cum maximè euasisse omnia pericula videbantur, fortuna inuidia peruenerint in tantam calamitatem. atque huius tam fratris quàm parentis infortunij se autores fatebantur, qui inuitum ac reluctantem ad puerum simul mittendum precibus importunis tantum non compulissent. Et equites quidem comprehensum Beniaminem ducebant secum ad Iosephum, sequentibus & reliquis fratribus. Tum ille videns fratre in carcerem contruso cæteros lugubri habitu adstare, Itáne, inquit, sceleratissimi omnium vel meam humanitatem vel Dei prouidentiam contempsistis, vt tam nefarium facinus contra hospitem ac benefactorem vestrum auderetis? at illi vicarios se pro Beniamine ad supplicium offerebant: rursumq; Iosephi crebra mentio felicem eum qui morte à vita calamitatibus sit exemptus, si tamen esset mortuus:

Iosephus fratres nũ in aduersis Beniamin essent subsidio, tentat.

Iosephi fratres in via Aegyptij prehendũt.

Iacobi filij accusantur furti.

Beniamin vt reus capitur.

mortuus: quòd si viuat, qui dignus sit habitus ob cuius iniuriam Deus tam se- An. mũdi 2238.
uerè in ipsos vindicaret. patris quoq; se pestem esse & infortunium maximum, Ante Christum
cui ad veterem luctum recentem hunc afferrent. nec desinebat Rubelus denuo natum 1726.
illis scelus eorum exprobrare. Iosephus verò negabat se alios morari, quorum innocentiam compertam haberet, contentus vnius pueri supplicio. nam neque hunc dimitti in gratiam insontium aquum esse, neque illos alieni peccati pœnas persoluere. abirent quò vellent, se curaturum vt tutum iter facere liceat. his verbis grauiter ictos, cæteros præ dolore vox defecit: Iudas verò qui patri adolescentem mittere persuaserat, vir alioquin etiam strenuus, decreuit se pro fratris salute periculo obijcere. Fatemur, inquit, Præses, grauiter à nobis peccatum, suppliciumq; commeritos, quod parati sumus omnes luere, licet non omniũ Iudæ ad Iosephum pro Beniamin oratio.
sit culpa, sed vnius natu minimi. sed quamuis salutem eius penè pro deplorata habeamus, vnica tamen effugij spes in clementia tua bonitateq; superest. quamobrem oramus vt non tam nostri commissi rationem habeas, quàm tua natura, & in hac causa non indignationem iustam, sed natiuam tuam bonitatem in consilium adhibeas: iramq; magno animo comprimas, cui vulgares homines in magnis iuxta ac paruis rebus succumbere solent. dispice quaso num ex tua dignitate sit eos occidere, qui ipsi se dedunt ad pœnam, & salutem nonnisi precario tibi debere cupiunt, quam non nunc primum tua benignitati sunt acceptam laturi. ne committas vt illud beneficium tibi pereat, dum fami ereptis, & frumento liberaliter adiutis, etiam ad familiam eodem periculo laborantem domum alimenta perferendi potestatem feceris. Eiusdem enim bonitatis est, seruare fame de vita periclitantes, & mortem meritis culpam condonare, quibus fortuna tuam beneficentiam inuidisse visa est. eadem planè gratia est, diuerso modo collata. Seruabis enim quos pauisti, & vitam quam præ fame deficere non es passus denuò donabis, quò commendabilior sit tua clementia, dum & vitam donas, & per qua vita retinetur. Quinetiã Deũ ipsum existimo tibi hanc virtutis exerendæ materiã suppeditare: vt appareat te proprias quoq; offensas benefaciendi voluntati posthabere, & non in solos innoxios egenos liberalem esse. Quantumuis enim magna laus est opem ferre in rebus angustis, non minus tamen principem ornat clementia, præsertim in causa quæ ad ipsius iniuriam priuatim attineat. Si enim parua peccata remittentes merita laus sequitur, quid in capitali crimine iram cohibuisse, an non diuinæ clementiæ proximum videri debet? Quod nisi Iosephi interitu compertum haberem quàm molestè ferat pater orbari filijs, non adeò pro salute nostra laborarem, nisi quatenus tibi clementiæ laudem conciliatura videtur: & si non haberemus quibus mors nostra luctũ ac mœrorem sit allatura, æquo animo supplicium perferremus. Nunc verò quãdo non tam nostri nos miseret, tametsi iuuenes adhuc non multum fructum aut voluptatem vitæ percepimus; quàm parentis miseri, ætate curisq; confecti, has tibi preces illius quoque nomine offerimus, & vitam nobis donari oramus, supplicio per hodiernum malefactum obnoxiam. ille certè vir bonus est, nosq; vt similes essemus genuit, dignus qui nunquam talem calamitatem experiatur, qui nunc ob nostram absentiam curis ac mœrore discruciatur. quòd si talem nostri interitus nunciũ acceperit, simulq; eius causam, non sustinebit amplius viuere, nostræ mortis infamia illius mortem approperabit, hac ipso infeliciorem, quia ne nostri dedecoris rumorem sentiret, è viuis excessisse videbitur. His igitur

An.mũdi 2238. Ante Christum natum 1726.

perpensis tametsi ad iustam indignationem hoc scelere permotus, patri tamen vindictæ gratiã facito: & plus illius miseratio apud te valeat, quàm nostra iniquitas. Defer hoc honoris senectuti eius, qua si nobis orbetur superstes durare nec volet nec poterit, defer tui parentis memoriæ, defer ipsi patris vocabulo quod tibi iam contigit, ita tibi Deus omnium pater hoc felix faxit ac perpetuum. quem & ipsum honorabis hac pietate propter commune nomen, si te calamitatis senis patris misereat, quam orbatum manere est credibile. Nunc tuum est quæ nobis Deus dedit cum iure possis, non auferendo iterum dare, & hoc pacto Dei benignitatem imitari, & hac parte simile ei fieri. Cum enim tantundem ad vtrumlibet valeas, præstat benè facere quàm malè, & potestate contentum sui iuris non meminisse, sed tantum ad seruandos homines potentiam tibi datam existimare, & quo pluribus salutem dederis, hoc teipsum illustriorem fore. potes autem fratri erroris venia data nos omnes seruare. neque incolumes esse possumus nisi hoc incolumi, neque domum absque hoc ad patrem redire licet, sed hic ferendum est quicquid frater tulerit. neque enim aliam gratiam à te Præses petimus, si hanc non impetramus, quàm vt nos eodem afficias supplicio, non secus ac sceleris socios. hoc enim satius fuerit, quàm si pra mœrore nobis ipsi manus inferamus. Non addam iuuenem esse & per ætatem nondum satis sapere, & talibus non grauatim veniam dari solere, sed hic finem dicendi faciam, vt siue damnemur, mihi imputetur non satis diligenter huic causæ patrocinato: siue absoluamur, in solidum hanc gratiam tuæ clementiæ ac bonitati debeamus, cuius laudi hoc quoque accedet, quòd non solum nos seruaueris, sed plura etiam quàm nos ipsi in causa nostra quæ pro nobis faciant videris. Siue igitur plectere vis hunc me vicario ad supplicium accepto, patri eum remittito. Siue ad seruitium addicere mauis, ego tuis ministeriis magis sum idoneus, & ad vtrumuis vt vides magis paratus. His dictis Judas promptus ad quiduis pro fratris salute libenter subeundum, accidens Josepho ad pedes, quantum in se erat mollire ac placare iram conatur: pariq; modo & cæteri prosternuntur, pro Beniamine se se offerentes. Josephus autem pietate victus & iam agrè personam irati sustinens, ablegat alios quitum aderant, vt sine arbitris à fratribus agnosceretur. cumq; soli essent, aperit seipsum & infit. Pietatem vestram & amorem quo fratrem prosequimini non laudare non possum, quem maiorem comperio, quàm expectaram, coniecturam faciens ex his quæ mihi olim acciderunt: in hoc enim hæc omnia feci vt fraterna beneuolentiæ caperem experimentum. cuius quoniam egregium specimen edidistis, ne illud quidem in me commissum vestræ naturæ imputare libet, sed Dei potius voluntati totũ ascribo, qui vobis & præsentia commoda procurauit, & maiora est largiturus, si nobis propitius fauorem suum non subtraxerit. quando igitur & patris incolumitatem optatã magis quàm speratam cognoui, & vos tales quales cupiebam erga fratrem comperi, libenter iniuriæ olim mihi factæ obliuiscor, malens vobis vt ministris diuinæ prouidentiæ in hoc tempus communi nostræ vtilitati prospicientis gratiam habere, quàm vestræ, vt tum videri poterat, malitiæ meminisse. Vos quoque temporis illius immemores iubeo bono animo esse, & mali consilij bonum euentum libenter ferre, neque pudore præteriti erratiquicquam contristari. quid enim est cur vos malè habeat iniqua quondam vestra sententia pœnitentia, quam frustratam esse iam videtis. Latri igitur hac diuina dispensatione ite feli-

Potentia ad salutem data.

Genes. 45. Ioseph us à fratribus agnoscitur.

ces

ces patri hæc renunciaturi, ne fortè illo consumpto immodica de vobis solicitudine, præcipuus felicitatis meæ fructus intercidat, priusquam ille in conspectum meum veniat, & horum bonorum fiat particeps, quamobrem & ipsum & vxores ac liberos vestros totamq́ cognationem assumentes migrare vos huc volo. Non enim decet mihi charissimos ab hac mea felicitate abesse, præsertim fame quinque adhuc annis duratura. Hæc locutus complectitur fratres. illi verò in lachrymis erant ac mœrore, tanto maiore pœnitentia quòd in tam bonum fratrem peccauissent. mox conuiuium est secutum. Rex autem cognito fratrum Iosephi aduentu, quasi sibiipsi aliquid boni accidisset lætatus est, donauitq́ eis currus onustos frumento & aurum ac argentum, munera ad patrem deferenda. qui pluribus etiam à fratre acceptis, partim patri, partim in singulos donatis, sed præcipuis Beniamini, reuersi sunt ad suos. Iacobus autem postquam ex filiis statum Iosephi cognouit, quòd non solum mortem effugit, quam tam diu luxerat, sed etiam in splendida fortuna viuit cum Rege administrans Ægyptum, & penè totam illius regionis gubernationem commissam habens, facilè ista credidit, cogitans tum magnificentiam Dei, tum erga se fauorem, tametsi aliquantisper vt videbatur intermissum: nec diu moratus iter aggressus est ad Iosephum properans.

An. mũdi 2238. Ante Christum natum 1726.

Rex cognito fratrum Iosephi aduentu lætatur.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. al. 4.

Iacobus dum Iosephi statum ex filijs cognoscit maximo perfunditur gaudio.

CAP. IIII.

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migrauit.

VT VERO ventum est ad puteum iuramenti, oblato Deo sacrificio, cum timeret ne filiis propter vbertatem Ægypti cupiditate habitandæ regionis captis posteritas sua non rediret in Chananæam occupatura eam iuxta promissa Dei: néve inconsulto Deo migratione præsenti facta genus ipsius clade aliqua feriretur: ad hæc ne fortè ipse antequam Iosephum aspicere contingat, ex hac vita eximatur: talia voluntati in animo & somno grauato Deus per visionem astitit, eumq́ bis nominatim inclamauit. Quo rogante quisnam esset, an non agnoscis, inquit, Iacobe Deum perpetuum tam tuum quàm tuorum maiorum protectorem simul & auxiliatorem? qui contra patris tui propositum principem familiæ te constitui, & cùm solus in Mesopotamiam profectus esses, effeci vt coniugium nactus fortunatum redires & liberis multis & facultatibus auctus, incolumem etiam progeniem tuam seruaui, & quem amisisse videbaris Iosephum, ad tam sublime dignitatis fastigium euexi, vt non multum à Rege Ægypti differat. Nunc quoque in hoc veni vt me ducem huius itineris habeas, vtq́ tibi prænunciem inter manus Iosephi te è vita exiturum, & posteritatem tuam per multa secula potentem fore simul & illustrem, occupaturamq́ terram cuius ditionem ei sum pollicitus. Hoc somnio fretus eo libentius in Ægyptum cum filijs ac nepotibus properabat, qui erant in vniuersum LXX. *Eorum nomina cùm sint duriora non eram adscripturus, nisi propter quosdam qui nos Ægyptios contendunt esse non Mesopotamenos. Ergo Iacobi filij fuere duodecim, ex quibus Iosephus iam antea venerat. recensendi sunt nunc reliqui, cum sua quisq́ progenie. Rubeli fuerunt quatuor filij, Anoches, Phalles, Essaron, Charmisus. Simeonis sex, Iumilus, Iaminus, Puthodus, Iachenus, Zoar, Saar. Leuis quoq́ tres fuerunt, Gelsemis, Caathus, Mararis.*

An. mũdi 2239. Ante Christum natum 1725. Genes. 46 Iacobo Deus apud iuramenti puteum apparet.

Iacobus cum filiis ac nepotibus proficiscitur in Aegyptum.

Iacobi progenies.

Iudæ

An.mũdi 2239. Ante Christum natum 1725.

Iuda item tres, Sala, Phares, Zara, & duo filij Phare Esron & Amyrus. Issachare quatuor, Thulas, Phuras, Iobus, Samaron. Zabulonis tres, Saradus, Elon, Ianel. & hoc quidem genus è Lia, quæ secum ducebat filiam Dinam, quorum numerus triginta tres. Rachelis autem filij fuerunt duo, quorum alter Iosephus filios habuit Manassem & Ephramen. alteri verò Beniamini fuerũt decem, Bolossus, Baccharis, Asabel, Gela, Namanes, Jses, Aros, Nomphthis, Optais, Sarodus. isti quatuordecim superioribus additi, fiunt numero quadraginta septem. & legitimum quidem Iacobi genus hoc fuit. è Bala verò famula Rachelis fuerunt Danus & Nephthalim, quem quatuor sequebantur filij, Eleinus, Cunes, Sares, Hellimus. Dano verò vnicus erat filius nomine Vsis. his ad iam dictos additis, quinquaginta quatuor numerus expletur. Gades autem & Asserus nati fuerunt è Zelpha Lia famula, ex his Gadem sequebantur filij septẽ, Zophonias, Vgis, Sunis, Zabros, Ærines, Erodes, Ariel. Asserum verò vna filia, & mares numero sex, quorũ nomina Iomnes, Essus, Iubes, Baris, Abarus, Melmiel. his quindecim adiectis ad prædictos quinquaginta quatuor, supra dictus numerus completur, annumerato etiã Iacobo. Iosephus autem cognito patrem aduentare (etenim Judas præcurrens id significauerat) profectus obuiam ad Heroum oppidum illi occurrit: qui præ nimia lætitia minimum abfuit quin expiraret. sed Iosephus eum refouit, quamuis & ipse præ gaudio periclitaretur, nõ tamen æquè ac pater. deinde iusso eo paulatim progredi, ipse assumptis quinque fratribus properauit ad Regem, nunciaturus adesse cum familia Iacobum. quo audito lætus ille percontatus est Iosephum quibusnam studiis potissimum delectarentur. ait, pastoralem artem callere, & nihil aliud exercere: idq; eo consilio respondit, ne fortè distraherentur, sed vt vnà degentes curam patris haberent: tum ne qua æmulatio cum Ægyptiis interueniret si circa eadem cum illis studia versarentur. Nam ei genti non erat licitum greges aut pascua curare. Iacobo autem salutatum ad Regem perducto, post faustas ominationes acceptas, rogauit eum Pharao quantum temporis vixisset. & cùm audisset triginta supra centum annos natum, admiratus est hominem tam longæuum. cumq; ille adiecisset maiores suos longioris ætatis fuisse, iussit eum cum filijs degere in Heliopoli, vbi etiam Regij pastores habebant pascua. Fames autem crescebat in Ægypto, nec aderat remedium, neque flumine agris rigante, non enim ascendebat, neq; vllis de cœlo pluuijs: ad hæc grauius erat malum quia vulgò improuisum, qui nihil parati habebat, neq; Iosephus frumentum dabat nisi numerata pecunia. quæ postquam defecit, pecudes ac mancipia pro frumento permutabant. quibus verò agri fuere, partem aliquam in precium alimentorum Regi decidebant. cumq; ad hunc modum omnes eorum possessiones in ius Regis deuenissent, alius aliò migrabãt, quo certius esset Regium dominium. soli Sacerdotes immunitatem & agros retinuerunt. postremò hæc necessitas adeò non corpora solum, sed & animos gentis in seruitutem redegit, vt nihil turpe putarent quo victus vtcunque parari posset. postquam autem cessauit fames, & rigante flumine terra ad pristinam fertilitatem rediit, Iosephus regionis vrbes obeundo, conuocata per singulas multitudine, agrorũ quos Regi cesserant vsufructum illis restituit, & adhortatus vt non secus quàm proprios colerent, iussit quintam partem fructuum Regi pendere, quæ ei iure dominij deberetur. qui læti insperata restitutione agrorum culturam strenuè aggrediebantur. atq; hoc pacto tum Iosephi auto-

Iacobus quin expiraret præ nimia lætitia parum abfuit.

Iosephus cum quinque fratribus Pharaonem Regem accedit.

Genes. 47. Iacobus cũ Pharaone Rege loquitur, & inhabitandam accipit Heliopolin.

Annonæ caritas in Ægypto.


Ingens moles ex penuria & caritate prouenies.

An. mũdi 2245. Ante Christum natum 1719.

Iosephus quintam fructuum partẽ Regi pendere iubet.

ritas,

ritas, tum gentis erga Regem beneuolentia non mediocriter creuit: & ius quinta partis fructuum etiam penes Regum posteros ac successores permansit. Iacobus autem cùm decimum septimum annum in Ægypto exegisset, inter manus An. mũdi 2257. Ante Christum natum 1707. Hecio & Ruffinus Cap. 8.



filiorum vitam finiuit, precatus eis prius prosperitatem & abundantiã, & vaticinatus quòd singulorum posteri in partem possessionis Chananeæ terræ essent peruenturi, id quod factum est aliquanto pòst tempore. præterea collaudato Iosepho quòd oblitus iniuriarum plura fratribus bona contulerit, quàm vel benefactoribus deberentur, mandauit suis filijs vt Iosephi filios Ephraimen & Manassen in suum numerum admitterent diuisuri sorte Chananæam, quemadmodum postea dicetur. postremo rogauit vt in Hebrone sepeliretur. Mortuus est autem cùm vixisset annos centum quinquaginta minus tribus, ex maioribus suis nulli pietate secundus, cuius digna præmia Dei benignitate est consecutus. Iosephus verò permittente Rege deportatum patris corpus in Hebronem magnificè sepeliuit. cæterùm fratribus recusantibus cum eo reuerti, quòd timerent ne defuncto patre in se vindicaret, cùm non amplius esset in cuius gratiam daturum veniam sperarent, iussit eos posito metu nihil mali suspicari: & reductis secum magnas possessiones largitus est, nec vnquam eos summa beneuolentia prosequi destitit. Moritur autem & ipse centesimo & decimo vitæ anno exacto, vir admirabili virtute præditus, in omnibus negocijs prudens, & potestate bene vsus, quibus artibus factum est vt neque externum genus, neque calamitas de qua diximus, quicquam offecerit quo minus ad summam dignitatem eueheretur. Reliqui etiam fratres vita feliciter exacta in Ægypto sunt mortui, quorum corpora filij & nepotes in Hebronem relata sepeliuerunt. Iosephi autem ossa postea translata sunt in Chananæam per Hebræos, dum ex Ægypto populariter migrarent. hoc enim ipse adiuratis prius mandauerat. Sed & hoc & alia huius populi gesta narraturi, dicemus prius causam propter quam ex Ægypto exiuerunt.

Iacobus ætatis anno 147. moritur.

Iacobus in Hebrone sepultus.

An. mũdi 2311. Ante Christum natum 1653.

Iosephus ætatis anno 110. moritur.

Iosephi ossa in Chananæam translata.

CAP. V.

De afflictionibus Hebræorum in Aegypto per annos CCCC.

An. mũdi 2353. Ante Christum natum 1611.

Historiæ Libri Exodi. Hedio & Ruffinus Cap. 9. Exod. 1.

Aegyptiorum erga Hebræos inuidia.

AEGYPTII gens delicata & ad laborem segnis, voluptatibus solum & captandis vndecunque lucris dedita, malè volebat Hebræis, quod per inuidiam ferre æquo animo illorum felicitatem non poterat, videntes enim genus Israelitarum florere, & opibus labore atque industria quæsitis abundare, non satis tuta sibi eorũ incrementa existimauerunt: & cùm iam Iosephi beneficiorum memoriã tempus obliterasset, regnumq; Ægypti in aliam familiã demigrasset, inhumanè tractabant Israelitas & varijs laboribus atterebant. nam & flumen in multas fossas diducere sunt iussi & mœnia exædificare, & aggeres exstruere, quibus inundationes fluminis arcerentur. pyramidum etiam insanis substructionibus vexabant gentem nostram, cogendo varias artes ediscere, & laboribus ferendis adsuescere. atque in hunc modum per CCCC. annos fuit laboratum, Ægyptijs id agentibus vt Israelitas nimio labore perderent, nostris contrà omnes difficultates eluctari conantibus. Exortum est deinde aliud quiddam, cur genus nostrum magis etiam cuperent extinctum. Quidam ex eo genere hominum quo gens illa vocat sacrorum scribas, quorumq; prædictionibus multum tribuit, pronunciat Regi nasciturum per id tempus apud Israelitas quendam res Ægyptiorum olim grauiter afflicturum, Israelitas contrà euecturum, si modo ad ætatem adultam peruenerit. nam & virtute fore præcellentissimum, & gloria per omne ævum celebrem. Quo terrore percitus Rex, edicit ex ipsius monitoris sententia, quicquid masculini sexus inter Israelitas nasceretur, in flumen proiectum necari: obstetrices etiam Ægyptias diligenter obseruare partus Hebræarum ac parturitiones. Sic enim cautum putabat ne obstetrices ob cognationem edictum Regium contemnerent. proposuit etiam pœnam si quis clàm seruare fœtus auderet, vt cum tota familia tolleretur. Grauis fuit hæc calamitas non eo solum quia liberis orbabantur, & quia parentes ipsi ministri eorum interitus esse cogebantur: sed futurum quoque tempus prospicientes inconsolabiliter tristabantur, certum generis exitium expectantes, quandoquidem & proles necabantur, & ipsis parentibus non multò post erat moriendum: atque ita in extremo infortunio constituti sibi videbantur. Sed nemo potest Dei voluntati resistere etiamsi infinitas artes in hoc comminiscatur. nam & puer de quo sacrorum scriba prædixerat, elusis Regijs obseruatoribus clàm fuit educatus, & vatem non fuisse vanum euentus rei comprobauit. Amarames Hebræus vir inter suos nobilis, solicitus tum publico periculo ne gens defectu iuuentutis ad nihilum redigeretur, tum priuatim quòd domi prægnantem vxorem haberet, inopia consilij laborabat: & ad implorandum diuinum præsidium conuersus, orabat vt tandem miseraretur homines à quibus vnis perpetuo cultus fuerit: darétque finem præsentis afflictionis quæ toti generi perniciem minaretur. Deus autem precibus supplicis ad misericordiam flexus, astitit ei per somnum, iussitq; in futurum bonè sperare. Memorem se esse pietatis eorum à maioribus acceptæ, nec ipsis defutura præmia, sicut nec progenitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem ad tam numerosam multitudinem auxisse: suo fauore Abrahamum solum

Hebræorum seruitus intolerabilis.

Præsagium de Mose.

Pharao Hebræorum masculos necari edicit.

Exod. 2. An. mũdi 2373. Ante Christum natum 1591.

Amarames futurus Mosis parens Deum orat pro Hebræis.

è Meso-

è Mesopotamia in Chananæam profectum prater reliquas felicitates ex vxore antea sterili liberos suscepisse, & successoribus amplas regiones reliquisse, Ismaeli Arabiam, Chatura filijs Troglodytidem, Isaco Chananæum. Res etiam bello meis auspicijs feliciter ab eo gestas nunquam sine impietatis & ingratitudinis nota non meminisse potestis. Iacobi verò nomen etiam apud exteras gentes celebre est, tum ob eam felicitatem in qua ipse vixit, tum ob eam qua posteris eius quasi hereditario iure obtigit: qui à septuaginta viris patrem in Ægyptum comitatis oriundi iam ad sexcentorum millium numerum creuerunt. nunc quoque scito mihi cordi esse & publicam vestram incolumitatem, & priuatim tuam gloriam. puer enim iste cuius natiuitatis metu Ægyptij fœtus vestros ad necem damnauerunt, tibi nascetur. hic neque deprehendetur ab obseruatoribus, & postquam euaserit prater opinionem educatores nactus, suo tempore Hebræos ex Ægyptia seruitute liberabit, memoriamq; sempiternam hoc præclaro facinore consequetur non apud suos tantum, sed & apud exteros, me istud beneficium in te tuosq; posteros conferente. fratrem quoque talem habebit, qui dignus sit meo Sacerdotio ipse & posteri eius in omne æuum. His per visionem cognitis Amarames experrectus narrauit hoc Iochabeli vxori, qua res vtriusque solicitudinem auxit. iam enim non puero tantum timebant, sed ne quo pactò promissa felicitas intercideret. sed mox oraculo fidem fecit mulieris partus, qua tam facilè est enixa vt obseruatores fefellerit, nihil sentientes eorũ qua in vulgaribus puerperijs sentiri solent. hunc infantulum per tres menses clam nutrierunt. deinde Amarames veritus ne re deprehensa iram Regis incurreret, ac mox & ipse vnà cum puero sublatus è medio promissionem Dei faceret irritam, maluit salutem filij totam ipsius prouidentiæ cõmittere: ratus etiamsi puer lateret, quod tamen perdifficile erat, molestum tamen in continuo periculo viuere, non eius tantum, sed & suo. De Deo verò certam spem habebat, prouisurum vt oraculi veritatem euentus indicaret. Hoc consilium postquam satis placuit, excogitauerunt tale quiddam: lectulo è papyro contexto, quantus infantulũ cõmode capere poterat, bitumineq; illito, ne aqua penetrare posset, indiderunt puerũ: atq; ita in flumen proiecti salutẽ diuinæ prouidentiæ cõmiserunt. in hunc modũ cum à flumine deferretur, Mariame infantuli soror iussu matris ex aduerso per ripam descendebat, obseruatura quò tandem papiraceũ illud vas deportaretur à flumine. hic verò manifestissimè Deus declarauit, nihil humana sapientia, sed omnia bonitate illius omnipotenti confici: eosq; qui propter vtilitatem suam aut securitatem alijs perniciem moliuntur, quantalibet vtantur diligentia, sæpè tamen voti compotes non fieri: rursum qui suam salutem Deo committunt, prater opinionem è medijs periculis emergere: quod & in hoc puero videre licet. Erat filia Regi nomine Thermuthis. hac dum ludit ad ripas fluminis conspicata vas fluitans, missis natatoribus iubet lectulum ad se in ripam extrahi. quo, vt iussum erat, allato, mirè placuit puer, quòd esset magnus ac pulcher. Tanto enim fauore Deus Mosen prosecutus est, vt eum fecerit ab illis ipsis nutriri & educari, qui propter eius natiuitatem reliquos quoque Hebræos perdendos decreuerant. Itaque iubet Thermuthis mulierem alicunde adduci, qua puero mammam præbeat. quo nõ admittente mammam, sed auersante, idq; cum alia post aliam adduceretur: Mariame quasi non data opera, sed fortuito ad spectandum interuenisset, Nihil agis, inquit, Regina dum

An. mũdi 2373. Ante Christum natum 1591.

Moses natus.

Moses in flumen proiicitur.

Thermuthis Pharaonis filia extrahit ex flumine Mosen.

An.mũdi 2376. Ante Christum natum 1788.

nutrices infanti adhibes alieni generis mulieres. quòd si Hebræam aliquam accerseres, tum fortè popularis mammam admitteret. cumq́; rectè monere vide-



retur puella, iussa est ipsa hoc negocium exequi & lactantem quampiam adducere: ac mox vsa permissa potestate, redijt adducens communem matrem, ignotam omnibus qui tum aderant. tum infans perquam libenter inhærere mamillæ visus est: & rogante Regina mulier commissi infantis curam suscepit. & quia proiectus fuerat in profluentem, ab hoc casu nomen est sortitus. aquam enim Ægyptij vocant Mo, yses verò seruatos. quare composita voce ex vtriſque nomen infanti fuit inditum: qui deinde citra controuersiam prudentissimus Hebræorũ euasit, ita vt Deus iam antè prædixerat. erat enim ab Abrahamo septimus. nam ipse Amarama filius fuit, sicut pater eius Cathi, hic verò Leuis, & Leuis Iacobi, qui ex Isaco erat prognatus. hic autem Abrahami erat filius. puer autem non pro ætate proficiebat intellectu, sed inter ludendũ præ cæteris æqualibus sapere videbatur, & quicquid ageret, noua quadam indole res magnas olim gerendas præ se ferebat. post tertium verò annum ætatis admirandam gratiam ei Deus addidit. nemo enim erat adeò tetricus, vt visa Mosis pulchritudine non obstupesceret: & persæpè accidebat vt dum gestatur ac circumfertur, obuios quosque in se conuerteret, ita vt relictis serijs negocijs mallent præcellenti eius forma oculos pascere. Tanta erat puerilis gratia, vt inuiti homines ab hoc spectaculo discederent. quo factum est vt Thermuthis hunc sibi filium adoptauerit, cum alioquin germanis liberis careret. allatumq́; patri ostentabat, dicens de successore se cogitare, etiam si Deus illi nullum filium gignere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educaui non minus indole quàm pulchritudine diuina excellentem, quem Nilus ipse in sinum meum tradidisse videri potest, quem decreui adoptare mihi filium, tibi verò in principatu ac imperio successorem. & cum dicto patri infantem in manus imposuit. at ille postquam acceptum ad pectus appressisset, filia gratificaturus comiter diadema suum eius capiti imposuit. Moses verò capiti pueriliter detractum prolabi in humũ passus, pedibus etiã calcauit. id quod mox ominosum est visum, & regno nihil boni portendere.

Moses vnde nominatus.

Moses ab Abrahamo septimus.

An.mũdi 2376. Ante Christum natum 1588.

Moses Thermuthis Pharaonis filiæ adoptiuus filius.

moxq́

moxq́ ille ſacrorum ſcriba qui natiuitatem eius Ægypto cladem allaturam An. mũdi 2376. Ante Chriſtum natum 1588.
prædixerat, occidere puerum volebat, vociferans: Rex, puer iſte per cuius ne-
cem nobis ſecuritatem Deus pollicetur, vaticinium iam confirmauit, inſultan- Moſes diuina prouidẽtia morti eripitur.
do tuo regno & diadema calcãdo. Hoc interempto tam Ægyptijs metum quàm
Hebræis ſpem & fiduciam adime. Thermuthis verò confeſtim eum eripit, rege
quoq́ non inuito, cui Deus talem animum indiderat, Moſes ſaluti prouidens.
itaq́ educabatur quàm accuratiſſimè. Quamobrem Hebræi quidem felicita-
tem ſuo generi ſperabant, Ægyptijs verò ſuſpecta erat hæc educatio. ſed cum
nemo extaret vel è cognatis regijs vel ex alijs optimatibus, qui etiamſi Moſes
ſublatus eſſet, magnopere videretur procuraturus Ægyptiorum cõmoda abſ-
tinuerunt ab eius cæde. Itaq́ ſic natus, & ſic educatus, poſtquam adoleuit, Hecatæo & Ruffinus Cap. 10. ad 7.
breui ſuæ virtutis ſpecimen edidit, & quantum momenti vel ſuis vel Ægyptijs
eſſet allaturus, occaſionem nactus talem. Æthiopes qui ſupra Ægyptum inco- Ægyptiorum Rex in Æthiopes.
lunt, agebant & ferebant facultates Ægyptiorum. illi moti indignatione du-
cunt in eos exercitum, contumeliam cum iniuria coniunctam vlturi: mox præ-
lio commiſſo, partim in acie ceciderunt, partim in fugam turpiter compulſi re-
trò ad ſuos ſe receperunt. quo ſucceſſu elati Æthiopes fugientibus inſtabant, &
ignauum rati ſi fortuna non vterentur, concepta ſpe ſubiuganda Ægypti, latè
eam populabãtur: deguſtataq́ præda dulcedine, non temperantes ſibi ad maiora
audenda accendebantur. cumq́ vicinas regiones peruagantibus nemo cum ar-
mis obuiam iret, pergebant vlterius Memphim vſque & mare, nulla ciuitate
reſiſtere valente. Quibus calamitatibus Ægyptij preſsi, mittunt qui remedium
ab oraculis petant. cumq́ reſponſum eſſet, Hebræum in auxilium aduocandum.
Rex à filia poſtulat Moſen qui vniuerſis copijs cum imperio præſit. paruit illa, Moſen Ægyptij exercitus ducem poſtulant.
ſed prius Rege iureiurando obſtricto, nihil in perniciem iuuenis machinaturum,
pro magno hoc auxilium imputans, & ſacerdotibus probro dans, quòd non pu-
deret nunc eius opem implorare, quem prius vt hoſtem occidendum eſſe monue-
rint ac iuſſerint. Moſes verò Thermuthidis ſimul ac Regis rogatu libenter hoc
negocium ſuſcipit. quod factum gentis vtriuſq́ vatibus lætitiam attulit. Ægy-
ptij poſt partam eius virtute de Æthiopibus victoriam, occaſionem ſibi per do-
lum tollendi non defore ſperabant: contra Hebræi, Moſe copijs præpoſito, adfo-
re ſibi facultatem euadendi ex Ægyptia ſeruitute. Ille verò volens hoſtem op- Moſes in Æthiopes mouet.
primere priuſquam de aduentu ſuo cognoſceret, non per fluminis ripam, ſed
per interiora terræ expeditionem fecit, qua in re ſatis declarauit quantum in-
genio polleret ac prudentia. cum enim hoc iter difficile eſſet præ multitudine ſer-
pentum (nam hic tractus plurimos gignit, aliquot etiam genera quæ nuſquam
alibi reperiuntur, noxios omnes & ipſo aſpectu horrendos, & in his quoſ-
dam volucres, vt non ſolum humi latentes inſidientur, ſed & ſublimes ex im-
prouiſo noceant) commentus eſt ad ſecurum iter exercitus ſtratagema di-
gnum admiratione. vaſa enim plexilia non pauca è papyro in arcæ formam fieri
curauit, quæ completa ibibus ſecum deferebat. eſt autem hoc animal infeſtiſſi-
mum ſerpentum generi. quapropter fugitant earum inſectationem, & inter fu-
giendum ſicut à ceruis retracti deuorantur. ſunt autem manſueta alites, &
contra ſolos ſerpentes feroces. de quibus nunc deſino plura, vtpote apud Gra-
cos non incognitis. poſtquam igitur ventum eſt in terram venenoſis beſtiolis
ſcatentem, ibes illis immiſit. quarum bona opera vſus, itinere impunè peracto,

An. mũdi 2376. Ante Christum natum 1588.

nec opinos Æthiopes inuasit: commissoq; prælio fusos ac fugatos, & spe occupanda Ægypti frustratos retrò in suam regionem compulit. nec hoc contentus oppida illorum euertebat, & vbiq; magna cades hostium patrabatur. quo factum est vt post hac auspicijs Mosis feliciter gesta tantam alacritatem exercitus præ se ferret, vt nihil non laboris toleraturus videretur, iamq; aut excidium aut captiuitas Æthiopibus immineret. ad vltimum compulsi in Saba regiam eius gentis, quam postea Cambyses Persarum rex de sororis sua nomine Meroen appellauit, obsidione sunt cincti. erat autem penè inexpugnabilis, vtpote Nilo circumquaq; cincta, accedentibus ad eius munitionem & alijs fluuijs Astapo & Astoborra, qui obiectu suo difficiliorem traiectum facerent. itaq; sita in insula, & muro valido inclusa, non fluminibus tantum arcebat hostem, sed & aggeribus, qui mœnia inter & flumina ad eorum inundationes prohibendas exstructi, ad hoc quoq; tum proderant quòd hosti etiam post superata flumina aditum ad vrbem oppugnandam negabant. Hic cum Moses desidere exercitum ociosum ægrè ferret, hoste non audente manus conserere, interim tale quiddam accidit. erat Æthiopum regi filia nomine Tharbis. hac Mosen mœnibus exercitum admouentem & egregiè dimicantem conspicata, virtutemq; viri admirata, qui & Ægyptiorum fortunam labantem in integrum restituisset, & Æthiopas modo victores in extremũ periculum adduxisset, vehementi eius amore est correpta: quo indies crescente, mittit ad eum è seruis fidissimos coniugium suum offerens. assensit ille hac conditione iureiurando firmata, post vrbem sibi traditam ducturum se eam vxorem: ac mox dicta factum sequitur. Sæuitum est nihilominus in hostem, & actis Deo gratijs nuptijsq; celebratis, Ægyptiorũ exercitus victor domũ est reductus. illi verò accepta salute odium pro gratia Mosi reposuerunt, & maioribus studijs insidias contra eum machinabantur: suspicatiq; ne rebus feliciter gestis elatus res nouas in Ægypto moliretur, apud regem eum cadis accusauerunt. iam enim & ipse suspectum hominem habere cœperat, partim inuidia motus ob bellum fortiter ac prudenter administratum, partim etiam metu alicuius cladis, sollicitãtibus huc & irritantibus indesinenter scribis ac sacrificis: ut iam Moses minimo minus abesset à pernicie, opprimendus dubio procul, nisi rem olfaciens in ipso temporis articulo se clàm subduxisset. & cum vias obseruari intelligeret, per solitudines fugam arripuit, quà euasurum inimici minimè suspicabantur: & quamuis alimenta nusquam inueniret, inediam patientia superabat. cumq; ad vrbem Madienam peruenisset, in rubri maris littore sitam, denominatam ab vno ex Abrahami & Chetura filijs, sedens ad quendam puteum lassitudinem ex laborioso itinere contractam recreabat. erat enim tempus meridianum, & vrbem iam in prospectu habebat. Hoc loco ei negocium incidit natum ex incolarum viuendi ratione, per quod & virtutem suam declarauit, & melioris fortunæ occasionem inuenit. cum enim ea regio laboret aquarum inopia, pastores operam dabant vt primi puteos occuparent, ne fortè exhausta aqua ab alijs, ipsorum pecora potu carere cogerentur. Veniunt igitur ad puteum septem virgines sorores, Raguelis sacerdotis filiæ, qui in magno honore ab eius loci habitatoribus habebatur: quæ patris gregum curam gerentes, id quod etiam per fœminas apud Troglodytas ex more fit, hausta aqua quantum satis videbatur, gregibus eam potandam in lacunas ad hunc vsum factas diffundunt. cumq; pastores superuenissent, & repellendo

Moses & Hebræorum contra Aethiopes victoria.

Saba regia obsidione cincta.

Tharbis Aethiopum Regis filia Mosis cõiugium petit. An. mũdi 2400 Ante Christum natum 1564.

Mosi insidiantur Aegytij. Exodi 2.

An. mũdi 2413. Ante Christum natum 1551. Hedio & Ruffinus Cap. 11. al. 8.

Moses ad Madienam vrbem profugit.

pellendo puellas aquam sibi vsurparent, Moses iniquum ratus non ferre opem iniuriam patientibus virginibus, & se inspectante vim virorum plus pollere quàm ins puellarum, abactis vsurpatoribus auxiliũ eis ita vt decebat prabuit. at illa accepto beneficio postquam ad patrem venerunt, & pastorum iniuriam & quomodo ab hospite adiuta fuerint, ei retulerunt: rogabantq; ne illi hoc beneficium periret. tum ille collaudata puellarum erga benefactorem gratitudine, iussit vt Mosen adducerent meritam gratiam recepturum. Qui vbi venit, indicauit ei quomodo ex filiabus cognouisset de auxilio quod eis tulerat, & virtutem eius admiratus, in non ingratos hoc beneficium collocatum aiebat. relaturum enim se gratiam, non modò parem, sed etiam aliquanto maiorem. deinde adoptato in filium vnam ex filiabus nuptum tradit: ad hac pecorum, ex quibus olim vniuersa barbarorum possessio constabat, curatorem eum ac dominum constituit. Hanc fortunam Moses nactus apud Jetheglaum, quod Raguelis cognomen erat, degebat apud socerum pascens pecora. aliquanto verò post, egit pastum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium in ea regione celsissimum, & pascuis valde commodum. abundabat enim herba, eo quod vulgato rumore numen illic habitare, pastoribus hactenus inaccessus ob religionem loci fuerat. in eo monte mirabile vidit prodigium. ignis enim rubi fruticem depascere visus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam lasit, cum tamen inde maxima & flagrantissima flamma emicuisset. ille tam inopinato spectaculo non mediocriter attonitus magis etiam obstupuit postquam vocem ex igne emissam & nominatim sibi vocato verba facientem audiuit: quibus & audaciam eius taxauit, qui non sit veritus locum hactenus ob religionem hominibus inaccessum calcare, & consuluit insuper vt quàm longissimè à flammis abscederet: & contentus quidem sit hac visione, non indignus ea propter suam ac maiorum suorum virtutem habitus, caterum vlterius nihil curiosè inquirat. addixit etiam quantum honorem ac gloriam consecuturus esset apud homines diuino fauore assistente: iussitq; confidenter in Ægyptum proficisci, futurum illic ducem ac ductorem Hebraorum multitudinis, & liberaturum cognatum populum ab iniqua eius gentis dominatione. Etenim habitaturi sunt, inquit, terram illam quam Abrahamus generis vestri princeps tenuit, & omnia bona eius percepturi, tua prudentia ad hanc felicitatem illos perducente. Sed fac memineris, vt eductis Hebrais ex Ægypto in hoc loco sacrificium gratiarum actionis ob felicem successum offeras. & oraculum quidem tale ex igne prodijt. Moses verò tàm visis quàm auditis territus inquit, Potentia quidem tua domine quem & ego veneror & maiores mei coluerunt, non sum tam insanus vt parere dubitem: attàmen non intelligo quomodo vir priuatus & nullis viribus praditus, vel meis persuadere potero, vt relicta terra quam nunc habitant, me ducem sequantur: vel etiamsi persuasero, quomodo Pharaothes sit cogendus vt illos exire permittat, quorum opera & labore constat Ægyptiorum felicitas. Deus autem iussit illum securum esse de toto hoc negocio, se illi nunquam non adfuturum pollicitus, & siue verbis opus fuerit, vim persuadendi largiturum, siue operibus, virium satis additurũ. mox iussit vt virga in terram proiecta fidem promissorum acciperet. quo facto, draco humi repebat, & in spiras se conuoluens caput erigebat quasi repugnaturus si quis insequeretur: ac mox denuò in virgam est mutatus. post hoc manum in sinum mittere iussus cum

An. mũdi 2413. Ante Christum natum 1551. Moses Raguelis sacerdotis filiabus fert opem cõtra pastores.

Raguel Mosi vnã ex filiabus nuptum tradit.

Hedio & Rufinus Cap. 12. al. 9. Exodi 3.

Mosi Deus in rubo ardente apparet.

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

Mosen & Israelitas mirasulis Deus conuincit, vt ipsius promissionibus fidem habeant. Exod. 4.

Mosis virga in Draconem mutata.

An.mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

cum paruisset, albam & colore calci similem exemit, quæ mox in pristinum colorem rediit. iussus deinde aquam è propinquo haustam humi effundere, vidit in colorem sanguineum versam. Ad hæc stupentem vt confidat hortatur, cum sciat maximum sibi adiutorem affore, vtq; apud omnes his prodigijs vtendo fidem illis faciat à Deo se missum, eiusq; iussu omnia facere. iret sine cunctatione, & festinus in Ægyptum properaret, neq; die neq; nocte iter intermittẽdo, néue diu tempus terendo longiorem Hebræis seruitutem & afflictionem redderet.

Mosis manus alba.

Moses aquam effundit humi, quæ vertitur in sanguinem.

Moses in Aegyptum ad liberandos Israelitas mittitur.

Moses autem nihil amplius dubitans de promissionibus, quarum certitudinem tot argumentis auditis & visis satis colligebat, precatus vt eandem potentiam in Ægypto, cum exerta opus fuerit, experiretur: supplex illud etiam rogabat vt quem conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei nomen quoq; suum volens ac libens indicaret, vt rem diuinam illi aliquando facturus nominatim eum ad sacrificium inuocare posset. tum Deus aperit ei suum nomen, nunquam antea hominum vlli auditum aut cognitum, quod mihi eloqui nec ius nec fas esse arbitror. Mosi verò non tunc tantum, sed quotiescunq; opus esset talium prodigiorum facultas aderat, atq; ita nihil dubitans de oraculi ex igne redditi veritate, deq; Dei adiutoris fauore, magnam spem concepit fore vt tandem & sui liberarentur, & Ægyptij insigni aliqua clade afficerentur.

An.mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. al. 10.

Cumq; cognouisset Pharaothem Ægyptiorum regem sub quo ipse fugerat, esse defunctum, à Raguele commeatum rogat, vt salua eius pace ac gratia liceat sibi in Ægyptum ob publicam cognatorum ac tribulium suorum vtilitatẽ proficisci. quo impetrato & assumpta quam ibi duxerat Raguelis filia, liberisq; communibus, Gerso & Eleazaro, iter in Ægyptum arripuit: quorum nominum prius peregrinum significat, posterius, Dei auxilium, quòd diuina ope insidias Ægyptiorum euasisset, cumq; iam non longè à limitibus abessent, Aaron frater venit obuiam Deo sic iubente: cui mox indicauit quicquid in monte viderat, & omnia mandata quæ diuinitus illic acceperat. mox vlterius progressus obuios inuenit præstantissimos quosq; Hebræorum, qui aduentum eius præsenserant: & mox ne quid amplius de fide Mosis dubitarent, prodigia diuina voluntati attestantia sunt eis ob oculos exhibita: quibus prater omnem opinionem visis attoniti, sperare iam cœperunt prouidentiam Dei securitati illorum & incolumitati non defuturam. Atque ita obsequentiores nactus Hebræos, & in potestate ipsius se futuros pollicentes, accensos nimirum libertatis amore, ad nouum regem se confert. Ibi posteaquam commemorasset operam suam pro Ægyptijs contra Æthiopas contemptim agros eorum vastantes nauatam, laboresq; exhaustos dum non aliter quàm pro suis popularibus bellum administraret, adijcit malam gratiam pro tot beneficijs sibi redditam. oraculum deinde in Sina monte acceptum regi aperit. nec non prodigia quibus de voluntate Dei confirmatus omnem hæsitationem posuerit, singillatim enumerat. addit deinde preces ne per incredulitatem Dei decretis obstaculo esse velit. cæterùm cùm à rege contemptim audiri se animaduerteret, exhibet illi specimen prodigiorum quæ in Sina viderat. Rex verò iratus sceleratum eum appellat, qui Ægyptiorum olim fugitiuus, nunc magicis præstigijs instructus ad reliquos decipiendos venerit. Habere se quoque sacerdotes qui eadem ostenta repræsentare nossent, non minus peritos huiusmodi artium: nec esse cur se Moses iactare debeat, quasi solus diuina pra cæteris virtute polleat, atque ita apud rudem multi-

Moses ex Madian in Aegyptum proficiscitur.

Mosis duo filij Gerso & Eleazarus.

Moses ab Hebræis in Aegypto exceptus miracula eis exhibet.

Exodi 5. 7.

Moses Aegypti Regẽ vt Israelitas dimittat hortatur.

Pharaoni prodigia exhibet Moses.

multitudinem quaſi ſupra mortalem conditionem poſitus ſe venditet: confeſtimq́ cum & ipſi ſuas virgas proiecisſent, in dracones ſunt verſa. Tum Moſes nihil his motus, ne ipſe quidem, inquit, ignoro aut contemno artes Ægyptiorum, attamen quæ ego operor, tanta præſtatiora eſſe aio, quàm iſtorum magiam, quanto interuallo res diuinæ humanas poſt ſe relinquunt. iamq́ manifeſtè declarabo non eſſe hoc præſtigias veritatis ſpecie parum cautis imponentes, ſed ipſiſſimam Dei virtutem, argumentum omnipotentis illius voluntatis apud incredulos futuram. & cum dicto virgam in terram mittit, iubens vt fiat draco, quæ mox dicto parens Ægyptiorum virgas quæ draconum ſpecie reptabant, vnam poſt aliam agreſſa omnes ad vnam deuorauit. ac mox in priſtinam ſpeciem reuerſam Moſes rurſum ſuſtulit. Rex autem ad indignationem magis quàm admirationem hoc facto commotus, cum nihil acturum reſpondiſſet, neq́ quicquam Ægyptiacis artibus profecturum, mandat operarum exactori qui Hebræis erat præpoſitus, vt de labore nihil eis remittat, ſed grauioribus etiam quàm antè operum difficultatibus premat. at ille prius paleas eis ad lateres fingendos præbere ſolitus: poſthac id facere deſiit. ſed interdiu detentos in opere noctu ad comportandas paleas dimittebat, priſtini laboris onus conduplicaturus. Moſes autem neq́ minis regis à propoſito deterrebatur, neq́ aſſiduis ſuorum querelis vt à cœpto deſiſtèret vel minimum flectebatur: ſed obfirmato contra vtrunq́ animo, in hoc totus erat, vt ſuos in optatiſſimam libertatem reſtitueret. itaque denuò Regem accedit, ſuadens vt dimittat Hebræos in Sina montem, illic Deo ſacrificaturos. hoc enim ipſum iuſſiſſe, nec poſſe quenquam eius voluntati reſiſtere. quapropter dandam operam ne fauorem eius contemnere videatur, vtq́ populo poteſtatem exeundi faciat, ne forte contrà moliendo poſthac culpam in ſe transferat, ſiquid ipſi tale acciderit, qualia Dei voluntati reſiſtentibus euenire ſolent. Nam neceſſariò calamitates eos comprehendere, qui diuinam iram in ſe prouocauerint: & tum terram tum aërem illis infeſtum exiſtere, tum procreationem filiorum parum feliciter procedere, elementis etiam ad vindicandum in eos concitatis. atq́ hæc mala non poſſe euitare Ægyptios, etiamſi Hebræos regionem eorum exire contingant, niſi hanc profectionem bona pace ipſorum impetrauerint. Rege verò nihili faciente verba Moſis, neq́ vel tantillum ad eius preces aduertente, grauiſſima mala in Ægyptios incubuerunt: quæ ſingulatim recenſebo tum propter eorum nouitatem, tum vt eo magis appareat non vanas fuiſſe vatis noſtri prædictiones: poſtremò quia hominum intereſt talia cognoſcere, quò magis ea caueant, quibus irritatus Deus ad infligendas pœnas commoueri ſolet: Primùm amnis ſanguineis fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit, cum præterea nullum fontem habeant. nec coloris tantùm id erat vitium, ſed ſi quis ſiti coactus guſtaret, confeſtim acri dolore corripiebatur: eratq́ talis Ægyptijs ſolis, Hebræis verò dulcis ac potabilis, & omninò priſtinam naturam retinens. quo miraculo Rex inops conſilij, timens incolumitati gentis, permiſit Hebræos abire. cumq́ malum ceſſaſſet, rurſum ad priſtinam mentem redijt, ſententiam ſuam reuocans. Deus autem motus hominis ingratitudine, qui nec à periculo liberatus vellet ſapere, aliam plagam Ægypto infligit. Ranarum vis immenſa terram eorum populabatur, refertus erat & fluuius, vt aqua inde non niſi ſanie harum viciata hauriri poſſet, immorientibus earum pleriſque & imputreſcentibus. plena erat & terra

An. mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.

Moſis virga deuorat Ægyptiorũ virgas.

Pharao Hebræos grauioribus operũ difficultatibus premit.

Exodi 6.

Moſes Regẽ iterum Hebræos vt dimittat hortatur.

Prima Ægyptiorum plaga: Aqua in ſanguinem mutata. Exodi 7.

Exodi 8. 9. Altera plaga, Ranæ.

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

turpilimo ex quo enascebantur, rursusq; in eundem resoluebantur: quin & domesticum victum fœdabant in esculentis ac poculentis nusquam non reperta, & in cubilibus quoq; passim oberrantes: ita vt omnia fœterent putore è ranis mortuis exhalante infecta. His malis cum exagitarentur Ægyptij, Rex iubet Mosen cum Hebræis abire quò velit: & quamprimùm hoc dixit euanuerunt rana, terraq; simul & flumen in pristinam naturam sunt restituta. vix dum hoc malum cessauerat, cum Pharaothes denuò mutatus, priorum oblitus retinere populum cœpit: & quasi aliarum etiam afflictionum naturas experiri vellet, negabat exitum quem prius concesserat timore magis compulsus quàm ex animi sui sententia. Rursum igitur Deus alia clade in hominem fraudulentum vindicat. pedunculorum enim magna vis è corporibus Ægyptiorum scatebat, à quibus mali malè perdebantur, neq; lauacris neq; medicamentorum inunctionibus extinguere eos valentes. Qua noua peste turbatus Rex, & non magis ipso periculo quàm eius fœditate ac turpitudine territus, nequam cum esset, agrè dimidiata ex parte resipuit. Hebræis enim exire permissis, ac mox malo cessante, liberos & vxores reditus obsides ab eis exigebat. quo facto magis etiam Deum exasperat, putans se prouidentiam eius circumuenire posse, quasi Moses & non potius Deus pœnas de Ægyptijs Hebræorum oppressoribus sumeret. Varias ergo & multiformes bestiolarum species immittit, quales nemo ante eam diem vnquam viderat, tanta copia, vt tota regio malo hoc repleretur: pra quarum frequentia & homines plurimi extinguebantur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præsentaneum exitium euadebant, infecti tamen earum veneno à morbis corripiebantur. Rege verò ne tum quidem resipiscente vt voluntati diuinæ cederet, sed mulieres quidem cum viris dimittente, pueros verò retinere volente, non defuerunt Deo varia prioribus etiam grauiores pœna, quibus ob Regis maliciam in vniuersam gentem seuerè animaduerteret: sed exulceratis intus & in cute corporibus miserabilem in modum non mediocris numerus absumebatur. Et cum ne sic quidem Rex resipiscere, grando nunquam antè in Ægyptio cœlo visa, tunc verò maior quàm apud alios hyberno tempore, aut in septentrionali regione, verè iam adulto supernè ruens omnes eorum fructus contriuit: & si quid intactum grando reliquit, nubes locustarum superuenientes ita absumpserunt, vt fructuum colligendorum spes Ægyptijs omnibus omninò sit adempta. Quod si Rex stultus tantum, & non etiam malus fuisset, poterat vel iam dictis cladibus admonitus resipiscere, vt tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. at Pharaothes tametsi non ita insaniebat vt causam non intelligeret, tamen tanta malicia pectus eius obsederat, vt adduci nullo modo posset, quin Deo quasi per contentionem repugnare, & in publica commoda sciens volensq; peccare pergeret. itaque tandam Hebræis pueros etiam vnà cum mulieribus concedit, sed iussis vt bona sua Ægyptijs tanquam pradam relinquerent, eo quòd ex ipsorum bonis nihil post tot calamitates superesse conquerebantur. Mose verò negante aquum postulari, alioqui non habituros vnde sacrificarent, atque hac controuersia diutius durante, tam densa tenebra omnisq; luminis expertes Ægyptijs sunt circumfusa, vt prospectu in vniuersum priuati alij alio casu absumerentur, illo quoque metu imminente, ne fortè penitus ab ea caligine absorberentur. deinde his discussis post tres dies ac totidem noctes, cum nondum flecteretur Pharaothes vt liberum

Tertia plaga, Pediculi.

Quarta plaga, Bestiolæ.

Quinta plaga, Pestis. Exodi 9.

Sexta plaga, Vlcera.

Septima plaga, Grando.

Octaua plaga, Locustæ. Exodi 10.

Nona plaga, Tenebræ.

Mosen Pharao propellit. Exodi 10. 11. 12.

liberum exitum permitteret, his verbis eum Moſes aggreditur, Quouſq; re- An.mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.
pugnabis Dei voluntati, qui omnino vult ac iubet Hebræos dimitti, nec eſt a-
liud præter hoc remedium aduerſus mala quibus affligimini. Rex verò iratè fe-
rens hanc dicendi libertatem, minatus eſt eum capite plectendum, ſi poſthac de
hac re moleſtus eſſe pergeret. Reſpondit Moſes, ſe non amplius hac de cauſa
verba facturum, ſed ipſum cum optimatibus Ægyptijs vltrò Hebræos rogatu-
rum vt quàm primùm inde proficiſcantur. atq; his dictis abijt. Deus autem cum
decreuiſſet adhuc vna plaga ictos Ægyptios cogere ad dimittendos Hebræos,
iußit Moſen edicere populo, vt paratum habeant ſacrificium, præparatum
tertiadecima Xanthici menſis in quartamdecimam, qui apud Ægyptios Phar- Xanthicus Macedonibus teſte Suida eſt Aprilis.
muthi vocatur, idem Hebræis Niſan & Macedonibus Xanthicus: vtq; ipſe
Hebræos educat omnia ſua ſecum portantes. ille verò inſtructos prius ad profe-
ctionem, & per ſodalitia diſtributos in vno loco continebat. illuceſcente verò
quartadecima omnes ad exitum animati ſacrificabant, & ſanguine domos lu-
ſtrabant, aſperſas hyſſopo: & peracta cœna reliquias carnium exuſſerunt, tan-
quam exituri. vnde nunc quoq; ſolenne manet nobis idem ſacrificium, quam fe-
ſtiuitatem vocamus paſcha. id tranſitum ſignificat, eo quòd Deus illa die prate- Iudæorũ Paſcha tranſitum ſignificat.
ritis illaſis Hebræis, Ægyptios morbo percuſſit. nam peſtis illa nocte abſumpſit Decima plaga, Aegypti primogenitorum hominum & animalium interitus.
primogenita Ægyptiorum, vt agminatim ad regiã concurreretur à proximis
vociferantibus non amplius detinendos Hebræos. tum Rex accito Moſe man-
dat vt abeant, ratus poſt eorum exitum regionem ceſſantibus calamitatibus
ſubleuandam. donis etiam Hebræos honorabãt, alij quo celerius diſcederent, alij
propter vicinitatis conſuetudinem. atq; hoc pacto exitũ eſt, flentibus Ægyptijs
& pœnitentibus ob præteritam malam tractationem. Iter autem faciebant per Iſraelitæ ex Aegypto diſcedunt.
Latopolim tunc deſertam: Babylon enim poſt eo loco eſt condita, Cambyſe Æ-
gyptum vaſtante. cumq; abeuntes iter ſtrenuè continuarent, tertia die peruene-
runt Beelſephontem ad rubrum mare ſitam. cumq; nihil per viam inuenirent
propter ſolitudinem, macerata farina & modico calore in panis ſpeciem ſolida-
ta ſe ſuſtentabant: quo victu per triginta dies ſunt vſi. neq; enim plus commea-
tus Ægypto extulerant, atq; eum ipſum parcè diſpenſabant ad neceſſitatem ma-
gis quàm ad ſatietatem. quapropter in memoriam eius inopiæ feſta per octo dies
celebramus, quos vocamus azymorum. caterùm multitudo migrantium vnà Azymorum feſtum. Filiorum Iſrael numerus.
cum liberis & vxoribus, vix erat numerabilis, qui verò militarem ætatem ha-
bebant, ſexcentorum milium numerum explebant.

CAP. VI.

Quomodo Moſe duce Aegyptum reliquerunt.

RELIQVERVNT *autem Ægyptum menſe Xanthico, luna quin-* Tempus exitus ex Aegypto. Exodi 12.
tadecima anno quadringenteſimo trigeſimo poſtquam Abra-
ham pater noſter in Chananæam venit: & poſt Jacobi migra-
tionem in Aegyptum anno ducenteſimo decimoquinto. Moſes An.mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.
verò annum tunc agebat octuageſimum, & frater eius Aaron
triennio erat maior. deferebant etiam ſecum oſſa Joſephi, ita vt filijs ſuis man- Ioſephi oſſa. Hedio & Ruffinus Cap. 14. al. 11.
dauerat. Ægyptios autem pœnituit quòd Hebræos dimiſiſſent: cumq; rex præ ca-
teris hanc rem ægrè ferret, totum præſtigijs Moſis imputans, decretum eſt vt
in eos irruerent: & correptis armis reliquoq; apparatu, perſequebantur, retra-

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

Israelitas Aegyptij persequuntur.

cturi si possent assequi. non enim timendum ne Deus offendatur, cum iam semel exitus illis sit concessus. sperabant etiam facilè se in potestatem redacturos inermes & de via lassos. itaq; obuium quemq; rogantes quà tenderent, raptim insequebantur, tametsi per viam difficilem non solum exercitibus, sed expeditis quoq; viatoribus. Moses autem hac Hebraeos ideò duxit, vt si Ægyptij mutata sententia persequi eos vellent, pœnas malicia violatiq; pacti persoluerent, néue Palæstini, quos ob veterem simultatem infensos habebat, de hac profectione certiores fieri possent. est enim illorum regio Ægypto contermina. quapropter omissa via qua in Palæstinam ducit, per desertum via dispendiosa ac difficili voluit Chananæam inuadere: obiterq; iuxta Dei mandata in montem Sina populum sacrificaturum adducere. sed vbi ad rubrum mare peruentum est, ecce Ægyptiorum multitudo circumfusa in arctum eos compellit. aderant enim septingenti currus cum equitum quinquaginta millibus, & ducẽta millia scutatorum peditum. hi vias omnes obsederant, quibus effugium Hebraeis patere poterat, inter rupes & mare conclusis, quo loco mons pra aspretis inuius ad littus vsq; procurrit. atq; ita ne fuga quidem spe relicta Hebraos mare inter & montem obsidione premebant, oppositis armatis quà exitus in campos aperiebatur. in hac locorum iniquitate concluſi, cum nec obsidionem pra inopia tolerare, nec exitum ad fugam inuenire possent, nec arma adessent etiamsi maximè pugnare cuperent, nihil superesse videbant nisi vt turpi deditione saluti consulerent: quo factum est vt Mosen incusarent, obliti prodigiorum quibus libertatem eis Deus significauerat: minimumq; aberat quin propheta lapidato, contemptisq; per incredulitatem pollicitationibus, deditione in pristinam seruitutem redirent. nam & lamentis mulierum ac puerorum exasperabantur, nihil nisi perniciem expectantium, cum essent rupibus & mari & armatis circumcirca cincti, nec vlla spes effugij relinqueretur. Moses autem efferata licet contra se turba nulli succumbens difficultati non cessabat eis prospicere, Deo fretus, quem post tot libertatis præsagia probabile non erat permissurum vt aut delerentur, aut in potestatem inimicorum relaberentur. cumq; medius in concione constitisset, sic ad eos verba fecit. Si homo aliquis res vestras benè ac prudenter hactenus administrasset, oportebat & in posterum similem eius curam & diligentiam expectare: nunc postquam Deus ipse gubernandos vos suscepit, quanta insania fuerit eius opem non sperare, qui per me vltrò vobis præstitit quicquid ad vestram salutem ac libertatem conferre videbatur. imò hac ipsa difficultas & angustia magis vos ad sperandũ accendere debuerat. ipse enim vos in arctum hunc locũ concludi voluit, vt ex tanta necessitate præter vestram aquè ac hostium opinionem seruaret, atq; hunc in modum declararet, non solum potentiam suam, sed fauorem etiam quo vos perpetuò prosequitur. non enim in paruis rebus Deus propitius auxilium afferre solet, sed tum potissimum quando spei superest minimum. ergo huius ope freti, qui potest & ex paruis magna facere, & horum potentiam debilem reddere, ne terreamini Ægyptiorum apparatu, neq; propter fugam mari & montibus impeditam animum despondete. potest enim Deus & hos in planiciem & mare in terram vertere.

Israelitas ab Aegyptiorum multitudine ad mare rubrum cinguntur. Exodi 14.

Israelitici populi ab Aegyptijs concluſi anxietas.

Moses populum vt Deo totum se dedat hortatur.

Quando potissimum Deus auxilium afferre soleat.

Quomodo

CAP. VII.

Quomodo mare ſciſſum Hebræis Aegyptios fugientibus viam aperuit;

An. mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.

HÆc effatus ad mare eos Ægyptijs ſpectantibus ducebat. Habentes enim eos ſub oculis, quod eſſent perſequendo defatigati, pugnam in ſequentem diem differre conſultius putabant. vt verò ad extremum littus ventum eſt, tum Moſes ſumpta virga Deum in auxilium ſupplex inuocat, dicens: Tu Domine ſcis ipſe quod nec viribus nec artibus humanis vllum hinc nobis patet effugium: ſupereſt vt ipſe ſalutem huic populo expedias, qui Ægypto relicta huc eſt delatus, tuam voluntatem tuamq; fidem ſecutus. ad te ſolum omni alia ſpe, omni conſilio deſtituti confugimus: ad tuam tantum prouidentiam reſpicimus, quæ ſola nos iratis Ægyptijs eripere poteſt. ſuccurre igitur properè, & potentiam tuam exere, & populum iam conclamata ſalutis ad fiduciam & ſpem excita. in difficultatibus conſtituti ſumus, ſed noſtris non tuis. tuum eſt Domine hoc mare, tuus & mons qui nos claudit: & hic poteſt te iubente aperiri, & illud in terram verti. poſſumus & per aërem ſublimes effugere, ſi ita nos ſeruari tibi placeat. hæc precatus, mare virga percutit: quo ictu repente ſciſſum, & retrorſum ſe recipiens, nudum ſolum Hebræis ad fugam capeſſendam relinquit. Moſes autem videns adeſſe Deum, & mare de ſuo ſolo ceſſiſſe primus

Moſis ad Deum precatio.

Mare rubrum findi-tur.



progreditur, hortatus Hebræos vt alacriter ſequantur per viam diuinitus datam, & læti præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem ſalutis rationem tam ſubito exortam. illis verò impigrè ſubſequentibus, nimirum diuina ope fretis, Ægyptij primum inſanire eos putabãt in manifeſtam perniciem ruentes. poſtquam verò viderunt eos longè proceſſiſſe, & impune abſq; omni impedimento iter facere, impetu facto perſequi eos cœperunt, quaſi & ipſi tutum per mare iter habituri: & præmiſſis equitibus à littore deſcendebãt: iãq; in aduerſum littus euaſerãt Hebræi, hoſtib. à tergo relictis; quos armis graues ipſa etiã miraculi nouitas nõnihil eſt remorata: ſed cũ incolumes illos terrã tenere viderent, ſibi quoq;

Iſraelitæ incolumes per mare rubrũ euadũt quod Aegyptios inuoluit.

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

eundem euentum pollicebantur. Verum fefellit eos hac opinio, neſcientes nõ quorumuis talem viã eſſe, ſed Hebræorũ tantum, & fugientibus tantum ad ſalutem patere, non hoſtibus qui eos perdendi animo inſectarentur. ergo cum iam vniuerſus exercitus introgreſſus eſſet, refunditur iterum mare, & Ægyptios fluctibus inuoluit, ventis etiam eodem impellentibus: acceſſerũt & imbres de cœlo, & aſpera tonitrua fulgurib. ſimul intermicantibus: fulmina quoq; deferebãtur, & nihil omnino deerat eorũ qua ab irato Deo hominib. ad perniciem immitti ſolẽt: nam & nox eos caliginoſa nimis ac tenebroſa cõprehendit. atq; ita totus ille exercitus eſt deletus, vt ne nuncius quidẽ cladis domũ reuerteretur. Hebræi verò vix ſui compotes erãt pra gaudio ex tam inopinata ſalute cõcepto, accedente huc etiã hoſtiũ interitu, quò maior eſſet libertatis ſecuritas, nemine ſuperſtite qui eos in ſeruitutẽ vindicare cuperet, & Deo ex profeſſo illis auxiliũ ſubmittente. quapropter tum ſua ſalute, tum inimicorum ſupplicio lati magis quàm vlli antehac homines in hymnis & hilaritate totã noctem exegerunt: & Moſes carmen laudes Dei & ob præſentẽ fauorem gratiarũ actiones continens hexametro verſu cõpoſuit. Hac ego vt in ſacris codicibus inueni, ita ſingillatim conſcripſi. Nemo aũt mirari debet tanquã incredibilia, ſi priſcis hominibus & ad maliciã etiam tum rudibus, de ſalute periclitantibus via per mare patuit, ſiue Dei voluntate, ſiue natura ſponte: quandoquidẽ heri & nudiuſtertius Alexandri ductu Macedonibus Pamphyliũ mare ceſſit, & aliam viã non habentibus illac iter aperuit, cùm Deus eius opera ad deſtruendũ Perſarũ imperium vti decreuiſſet: id quod omnes teſtantur qui res geſtas illius Regis ſcripto prodiderũt. Sed de his vt cuiq; libet ita ſentiat. Poſtera verò die cum æſtus & ventus arma Ægyptiorũ in littus expuliſſet in quo tum Hebræi caſtra poſuerãt, Moſes id quoq; diuina prouidentia factũ interpretatus, ne poſthac inermes eſſent, collecta viritim diſtribuit: atq; ita iam probè munitos ad Sina montem duxit, ſacrificaturus ibi Deo & munera pro ſalute populi oblaturus, quemadmodũ iuſſum eſſe iam antè dictum eſt.

Exod. 15. Carmen & gratiarũ actio Moſis & Iſraelitarum pro præſenti liberatione.

Pamphylium mare quomodo Alexãdro ceſſerit dum moueret in Perſas.

Aegyptiorum arma ventus in Hebræorũ caſtra expellit.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER TERTIVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI III. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Quomodo Moſes populum ex Aegypto in Sina montem eduxit.
II. De Amalecitarum & ſociorum clade, & præda quæ Iſraelitis inde obtigit.
III. Raguelis conſilium quod genero ſuo Moſi dedit.
IIII. Moſes conſcenſo Sina monte acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat.
V. De tabernaculo per Moſem in terra deſerta facto, quod ſimilitudinem templi portatilis referebat.
VI. De arca in qua tabulas legis Moſes collocauit.
VII. De menſa & candelabro aureis, deque altaribus tabernaculi.
VIII. De Pontificali ac Sacerdotali ornatu.
IX. De Aaronis Sacerdotio, & legibus quæ ad feſta ac ſacrificia ſpectant.
X. Leges de ſacrificiis & purificationibus.
XI. Leges belli & conſuetudines.
XII. Seditio contra Moſen propter ægeſtatem & ſeditioſorum pœna.
XIII. De ſpeculatoribus, qui explorata Chananæorum regione reuerſi Iſraelitis terrorem hoſtium incuſſerunt.

Quomodo

CAP. I.

Quomodo Moſes populum ex Aegypto in Sina montem eduxit.

An. mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.

Iſraelitæ in deſerto aquæ penuria laborant.

RECENTEM hanc laticiam ex inſperato acceptæ ſalutis offuſcauit nonnihil itineris moleſtia, quo per deſerta in Sina montem ducebãtur: quòd emetienda eſſet regio difficilis propter ciborum & aquarum extremã inopiam, & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus, idonea. erat enim tota ſqualida, & nihil omninò humoris habens, vnde fructus prouenire ſolent. talem autem viam neceſſariò ſunt ingreſſi, cùm aliam non poſſent, deferebantq; ſecum aquam priuſquam deſertum intrarent hauſtam duce ita præmonente. qua abſumpta puteos magno labore propter duriciem terræ fodientes aquabantur: ac ne ſic quidem vel ſatis bonam, vel quantum ſufficeret inueniebant. in hunc modum iter facientes perueniunt prima veſpera in locum quendam, cui propter aquas vicioſas nomen fecerunt Mar, amarorẽ vocabulo ſignificante: ibiq; laſſis de via & cõmeatu quoque iam abſumpto inopiam ſentire incipientibus, diuertere placuit. inuitabat ad manendum puteus forte repertus, qui tametſi tantis copijs non poſſet ſufficere, nonnihil tamen ſolatij propter naturam regionis præbebat. audiebant enim nihil aquæ in progreſſu ſe inuenturos. hac ipſa quoque amara fuit & nulli potabilis, non homini ſolum, ſed ne iumento quidem. Moſes autem videns eis animum cecidiſſe, nec habens quod diceret, non enim erat res cum hoſte quem virtute repellere poſſet, ſed & viri & imbellis mulierum ac puerorum multitudo ex æquo periclitabantur, agrè expediebat conſilium populi miſeriam ad proprium infortunium referens. ad hunc vnum enim concurrebant, mulierculæ infantibus opem implorantes, viri verò mulieribus, ne ſe deſpiceret, vtq; ſalutis remedium aliquod quæreret. ad preces igitur verſus orat vt Deus mutata aqua ex vitioſa potabilem reddat: quo annuente hanc gratiam, arripit fruſtum ligni fortè ibi iacens, & medium per longitudinem ſciſſum in aquam mittens, docet Hebræos Deum exauditis precibus pollicitum daturum ſe aquam deſiderantibus, ſi gnauiter iuſſa peragerent. quibus rogantibus quid facto opus ſit vt aqua mutetur, iubet robuſtiſſimum quemque certatim puteum exhaurire, dicens, maiore parte euacuata reliquum potabile fore. quo facto aqua agitatione continua purior reddita, potum iam non aſpernandum multitudini exhibuit. Hinc caſtris motis peruenerunt in Ilym, agrum, vt primo aſpectu è longinquo videbatur, non malum. ferebat enim palmas. vt verò propius eſt ventum, fefellit omnium expectationem. palmæ enim non plures erant quàm ſeptuaginta, eæq; non admodum proceræ propter loci ariditatem. nam ne à fontibus quidem rigabantur, qui duodecim eo loco erant, ſed non ita largi vt emiſſis riuulis humiditatem terræ ſubminiſtrarent. quare ad egerendam arenam verſi in nullas venas incidere poterant, & ſi quid modicum diſtillaret, foſſione turbatum inutile ad potum reddebatur. arbores quoq; nõ multum fructum ferebant propter eandem aquarum inopiam. quamobrem exortum eſt murmur multitudinis contra ductorem, omnem miſeriæ ſuæ cauſam in vnum illum conferentis. triginta enim dierum itinere confecto, commeatum omnem quem ſecum extulerant iam abſumptum deſiderabant, & cùm nihil alimentorũ in terra deſerta inuenirent, minimũ à deſperatione aberant: atq; ita præſente

Mar amarorem ſignificat. Exod. 15.

Moſes Deum orat vt aquam vitioſam potabilem reddat.

Iſraelitæ in Elym perueniunt, vbi contra Moſen ob commeatus penuriam murmur exoritur. Exod. 16.

egeſtate

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

egestate præteritorũ tam Dei quàm Mosis beneficiorum memoriam excutiente, in iram concitati videbantur iamiam correptis saxis in imperatorem suum inuasuri, autorem interitus sibi clamitantes. at ille irritatam multitudinẽ & tam acriter in se concitatã animaduertens, fretus Deo & cõscientia rei bona fide administrata, prodit in medios vociferantes & saxa intentantes: cumq; singularem quandã gratiã in vultu præferret, popularique facũdia cum primis polleret, exorsus est irã eorũ mitigare, obsecrans ne in præsentem necessitatem intenti omnium præteritorũ beneficiorum memoriã abijcerent: vtq; à difficultate tunc premente animum ad Dei gratiam ac dona verterent, quibus toties præter opinionẽ cumulati fuissent. nunc quoq; expectarent eum bonum exitũ procuraturum, quem verisimile sit ad probandam eorũ fortitudinem, patientiã & gratitudinem, vtq; appareat præteritáne an præsentia plus apud eos possint, hanc rerum angustiam immisisse. cauendũ igitur ne ob intolerantiam atq; ingratitudinem diuino fauore indigni deprehendantur, qui & voluntatem ipsius quam secuti Ægyptũ reliquissent, contemnant, & se ministrum eius iniquis odijs persequantur, præsertim cum hactenus in nullo eorum quæ Dei iussu gerenda susceperat, deceptos se queri possint. Enumerat deinde singillatim, quomodo afflicti fuerint Ægyptij dum eos contra Dei voluntatem detinere conarentur: quomodo idem flumen illis quidem cruentum & ad potum inutile, ipsis verò dulce fuerit ac potabile. quomodo item refluo mari locum eis & viam ad effugium cedente, ipsi quidem per eam euadentes salutem sint consecuti, inimicos verò internecione deletos inspectauerint: & quomodo in eam vsque diem inermes, Deo prabente armorum quoque copiam sibi comparauerint: tum quoties ex ipsis interitus faucibus eos præter omnium opinionem incolumes Deus eripuerit, qui cùm semper sit omnipotens, ne tum quidem de ipsius prouidentia desperandum. quamobrem æquo animo ferenda omnia, cogitandumq; non esse serum auxilium quantumuis differatur, quod rebus adhuc integris accipitur: & sic existimandum, non contemni à Deo sua pericula, sed fortitudinem probari ac libertatis amorem, vt videat vtrum eius cupidine & ciborum & aquarũ inopiam sustinere valeant, an potius more pecudum dominis in suum vsum pascentibus seruire malint. Se quidem non tam sibi priuatim timere, cui casò iniustè nihil mali accidere possit: quàm ipsorũ incolumitati, si per istam lapidationem facta & consilia Dei damnare videantur. His verbis furentes ad saniorem mentem reduxit, & iam ad facinus armatis saxa de manibus excussit. sed quoniam intelligebat non de nihilo concitatos, ad preces & supplicationes confugit: & conscensa quadam specula, opem Dei rebus per inopiam afflictis deposcebat, in cuius solius manibus salus populi reposita esset: vtq; propitius veniam daret populo duris rebus exasperato, & propter hoc more humano ab officio decedenti. Deus verò curæ sibi populum fore pollicetur, & opem quam peterent iamiam affuturam. His impetratis Moses descendit ad multitudinem: illi verò animaduertentes promissionibus diuinis latum, & ipsi posito mœrore vultus hilares assumpserunt. tum ille stans in medio concionis, ait se præsenti necessitati à Deo remedium afferre: nec ita multò pòst magna vis coturnicũ, quod genus auium præ cæteris Arabicus sinus alit, superato interiacente mari longo volatu fessarum, qui alioquin etiam non est sublimis, in Hebræos defertur. illi verò cibos diuinitus oblatos certatim comprehendentes, remedium inopiæ quærebant: & Moses rursum ad supplicationes vertitur ob auxi-

Moses populum vt animum ad Dei dona ac gratiã vertant hortatur.

Moses Dei beneficia populo Israelitico exhibita enumerat.

In Hebræorum castra coturnices Deus immittit.

Moses opem Dei implorat.

lium

lium à Deo promiſſum ſimul atq; exhibitum: qui ad hunc modũ paſtis, alia mox alimenta demiſit. nam interim dum Moſes precabundus palmas attollit, ros de cælo delabitur: qui cum manibus eius hærens concreuiſſet, ſuſpicatus ille hanc quoq; alimoniam à Deo demitti, deguſtat: latusq; re comperta, turbam ignaram & putantem hiberna tempeſtate ningere, monet opinione falli, nec vulgarem rorem de cælo deſcendere, ſed alimoniam, qua ope alia deſtitutos periculo famis eximeret: ac mox praguſtatum offert, vt experti crederent. illi verò ad eius exẽplum nouo cibo læti fruebantur, qui ſuauitate ad mellis dulcedinem accedebat, aſpectu verò ad aromatis ſimilitudinem quod bdelliũ dicitur, magnitudine coriãdri ſemini ſimilis: eumq; proſe quiſq; certatim colligebant. ſed mox edicto admonentur, vt ex æquo aſſaronis menſuram quotidiè colligerent: non enim defore hoc cibi genus, quod eò factum eſt ne infirmioribus deeſſet, dum robuſtiores per auaritiã plus ſatis colligunt. quod ſi quis contempto edicto vltra præſcriptũ modũ collegiſſet, plus defatigatus nihilo plus habebat quàm cæteri. quicquid enim

An. mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.

Manna Iſraelitas Deus cibat.

Edictum quantum Mãnæ quotidiè quilibet colligeret.



vltra aſſaronem ſequẽti die ſupererat, inutile reddebatur, amaritudine ac vermibus corruptũ: adeò diuinus & incredibilis erat hic cibus: cuius hæc natura eſt, vt qui hunc habet alium nõ deſideret. Quin & noſtris temporibus tota ea regio genere hoc compluitur, quemadmodũ olim in Moſis gratiã Deus id alimentum demiſit. hoc Hebræi Manna vocant. nam hæc vox Man, in noſtra vernacula eſt Manna quid ſignificet.

percontatiua, quid hoc eſt interrogans. atq; ita perpetuum gaudium ac ſecuritatem per hunc cibum ſunt adepti, quo per annos XL. *deinceps ſunt ſuſtentati: tantum enim temporis in deſerto hæſerunt. Sed ex loco in quo hæc primum contigerunt caſtris motis, poſtquàm in Raphidim peruenerunt extrema iam ſiti laborabatur: eo quòd & præcedentibus diebus raros fontes inuenire datũ eſt, & tunc in regionem omnino aquis carentem inciderũt. Rurſum igitur Moſi iraſcebantur. ille verò declinato aliquantiſper turbæ furore, ad deprecandum vertitur, rogans vt qui cibum in egeſtate dederat, nunc potum quoq; in extrema neceſſitate largiretur tantum non ſiti deficientibus, quandoquidem ſolus cibus in hoc*

Exod. 17. Iſraelitæ 40. annos Manna ſuſtentati.

Iſraelitæ in Raphidim perueniunt, vbi laborant ſiti.

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

rerum ſtatu nihil proderat. Deus verò nihil cunctatus promittit Moſi daturũ ſe fontem & aquarum abundantiã vnde minimè ſperarent: iubetq; vt virga ſeriens petrã in conſpectu ſitam, inde peteret ea qua deſiderabant. velle ſe vt per ocium & abſq; labore potum adipiſcantur. His acceptis à Deo Moſes reuertitur ad populum præſtolantem & intentis oculis ſe ſpectantem. iam enim videbant à ſpecula deſcendentẽ. qui poſtquàm reuerſus eſt, ait Deũ eos ex hac etiã neceſſitate liberaturum, & inſperato modo ſalutem largiturũ, fluuio de petra illa prorumpente. quo audito territis, ſi laſſitudine ac ſiti enectis petra eſſet excidenda, Moſes ferit eam virga, qua eueſtigio debiſcens aquam euomuit copioſiſſimam ſimul ac limpidiſſimam. illi verò inopinato ſpectaculo attoniti, vel aſpectu ipſo recreabantur: moxq; magna cum voluptate bibebant, quòd eſſet dulcis & qualem diuinitus datam eſſe conueniebat. quapropter & Moſen plurimi faciebant, quẽ Deo tam carum viderent, & Deo pro accepto beneficio quas poterant per ſacrificia gratias referebant. Teſtantur autem ſacra litera in templo dedicata, quòd Deus Moſi prædixerit petram ex ſe aquam profluentem eſſe edituram.

Moſes virga petram ferit & larga proſilit vnda.

CAP. II.

De Amalecitarum & ſociorum clade, & præda quæ Iſraelitis inde obtigit.

Medio & Ruffinus Cap. 2. Exod. 17.

HEBRÆORVM autem fama longè lateq; diuulgata, rumoribusq; de his per omnes gentes circumquaq; ſparſis, nõ mediocris metus accolas eius regionis occupauit: & miſſis vltrò citroq; legationibus adhortabantur ſe inuicem, vt aut arcerent, aut delerent etiam, ſi modo poſſent, aduentantem multitudinem. præcipui vero huius expeditionis inſtigatores erant qui Gobolitidem regionem & vrbem Petram incolunt, vocanturq; Amalecitæ, inter eas gentes pugnaciſſimi. Horum Reges & ſe inuicem & finitimos ad Hebraicũ bellum concitabant, externum exercitum Ægyptiorum fugitiuos perniciem ſibi ſtruere dictitantes: quos non oportere contemni, ſed priuſquàm vires eorum augeãtur vberem aliquam regionem adeptæ, & fiducia ex ipſorum ceſſatione concepta priores bellum aggrediantur, tutò poſſe opprimi. conſultiusq; eſſe in deſerto eorum conatus vlciſci, quàm expectare dum vrbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim eſſe prudentium, initijs aduerſariorum potentiæ quàm primum obſtare, nec expectare dum quotidianis ſucceſſibus in maius augeatur, & potius curare ne in diſcrimen veniant, quàm vt periculo eximantur. Poſt huiuſmodi legationes decretum eſt communi conſilio, vt Hebræos adorti prælio repellere conentur. Nihil tum minus expectabat Moſes quàm motum aliquem indigenarum: ergò cùm videret trepidare ac tumultuari populum, cui de improuiſo & imparato cum inſtructiſſimo hoſte confligendum erat: hortatur vt Dei ſententia freti, cuius auſpicijs libertatẽ ſeruituti prætuliſſent, nihil aliud quàm victoriã cogitarent: néue reputarent quòd armis, pecunijs, cõmeatu & alijs huiuſmodi præſidijs ſint inferiores, ſed cùm Deum pro ſe contra hoſtes ſtantem habeant, tales animos conciperent ac ſi humanis etiam opibus eſſent longè ſuperiores. nec ignorare illos quantus ſit adiutor, toties in grauioribus malis expertos. hunc & hoſtibus eſſe infenſum, & Hebræis propitium: eumq; fauorem ſatis declaratum dum famem ac ſitim prodigioſè ab eis depellit, dum mari & monte incluſis inſperatum effugium expedit. ad hæc tantò magis ad victoriã aſpiran-

Amalecitæ mouent in Iſraelitas.

Moſes populum, vt nihil aliud quàm victoriam cogitarent, hortatur.

aſpirandum, quòd poſt hanc nihil ſint deſideraturi eorum quæ ad humaniorem victum pertinere videntur. Talibus dictis animato populo, conuocatisq; tribunis & optimatibus, vniuerſos & ſingulos hortatur, iuniores quidem vt grãdiorum dicto audiãt, hos verò vt omnes imperatoris ſui nutus obſeruent. at illi periculum contemnentes & conflictus cupidi, ſperabant hanc pugnam miſeriæ finem allaturam, & vltrò Moſen rogabant vt ſe cõfeſtim in hoſtem duceret, néve intempeſtiua cunctatione alacritatem militum hebetaret. tum ille ſelectis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis Ieſum præficit Naueci filium è tribu Ephramitide, virum manu ac conſilio iuxtà promptum, & pietate inſignem, & à Moſe præceptore hac parte non degenerantem. aliquot etiam cohortes ita diſponit ne ab aquatione intercludi poſſit, plures etiam ad præſidium caſtrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde ad prælium ſe expediunt, & armis ſimul ac corporibus curatis, intenti ſignum claſico per Moſen dari expectant: qui & ipſe pernox cum Ieſu conſultabat, eumq; de inſtruendis ordinibus admonebat. appetente verò iam die, hortatur ducem vt ſpei de ſe conceptæ reſpondere ſtudeat, & re feliciter geſta exiſtimationem ſibi apud milites comparare. ſimiliter Hebræorum optimum quenq; priuatim, ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit. atque ita inſtructos & animatos Ieſu & Deo committit, ipſe montem aſcendit. iamq; ad manus ventum erat, pugnabaturq; ſtrenuè, nec adhortationes mutuæ deerant: & quandiu Moſes erectas manus

An. mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.

Amalecitas fundunt fugantque Iſraelitæ.



tendebat, Amalecitæ deteriore conditione præliabantur. Moſes verò extenſione manuum laſſatus, cùm obſeruaſſet quotieſcunque manus demitteret, toties ſuos non ferentes hoſtis impreſſionem cedere, iubet fratrem Aaronem, & ſororis Mariames maritum Vronem, vtrinque aſtantes manus ſibi indeſinenter ſuſtinere, neque permittere vt per laſſitudinem deferrentur. quo facto egregiè vicerunt Hebræi, fuiſſentq; internecione deleti Amalecitæ, niſi interueniente nocte fuga & latebris quidam eorum ſalutem ſibi quæſiſſent. qua victoria non alia vel magnificentior vel magis opportuna maioribus noſtris contigit. nam &

Ioſua Iſraelitarum Dux deſignatur.

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

rerum ſtatu nihil proderat. Deus verò nihil cunctatus promittit Moſi daturũ ſe fontem & aquarum abundantiã vnde minimè ſperarent: iubetq; vt virga ferreus petrã in conſpectu ſitam, inde peteret ea quæ deſiderabant. velle ſe vt per ocium & abſq; labore potum adipiſcantur. His acceptis à Deo Moſes reuertitur ad populum præſtolantem & intentis oculis ſe ſpectantem. iam enim videbant à ſpecula deſcendentẽ. qui poſtquàm reuerſus eſt, ait Deũ eos ex hac etiã neceſſitate liberaturum, & inſperato modo ſalutem largiturũ, fluuio de petra illa prorumpente. quo audito territis, ſi laſſitudine ac ſiti enectis petra eſſet excidenda, Moſes ferit eam virga, qua ueſtigio dehiſcens aquam euomuit copioſiſſimam ſimul ac limpidiſſimam. illi verò inopinato ſpectaculo attoniti, vel aſpectu ipſo recreabantur: moxq; magna cum voluptate bibebant, quòd eſſet dulcis & qualem diuinitus datam eſſe conueniebat. quapropter & Moſen plurimi faciebant, quẽ Deo tam carum viderent, & Deo pro accepto beneficio quas poterant per ſacrificia gratias referebant. Teſtantur autem ſacræ literæ in templo dedicatæ, quòd Deus Moſi prædixerit petram ex ſe aquam profluentem eſſe edituram.

Moſes virga petram ferit & larga proſilit vnda.

CAP. II.

De Amalecitarum & ſociorum clade, & præda quæ Iſraelitis inde obtigit.

Hedio & Ruffinus Cap. 2. Exod. 17.

HEBRÆORVM autem fama longè lateq; diuulgata, rumoribusq; de his per omnes gentes circumquaq; ſparſis, nõ mediocris metus accolas eius regionis occupauit: & miſſis vltrò citroq; legationibus adhortabantur ſe inuicem, vt aut arcerent, aut delerent etiam, ſi modo poſſent, aduentantem multitudinem. præcipui vero huius expeditionis inſtigatores erant qui Gobolitidem regionem & vrbem Petram incolunt, vocanturq; Amalecitæ, inter eas gentes pugnaciſſimi. Horum Reges & ſe inuicem & finitimos ad Hebraicũ bellum concitabant, externum exercitum Ægyptiorum fugitiuos perniciem ſibi ſtruere dictitantes: quos non oportere contemni, ſed priuſquàm vires eorum augeãtur vberem aliquam regionem adepta, & fiducia ex ipſorum ceſſatione concepta priores bellum aggrediantur, tutò poſſe opprimi. conſultiusq; eſſe in deſerto eorum conatus vlciſci, quàm expectare dum vrbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim eſſe prudentium, initijs aduerſariorum potentiæ quàm primum obſtare, nec expectare dum quotidianis ſucceſsibus in maius augeatur, & potius curare ne in diſcrimen veniant, quàm vt periculo eximantur. Poſt huiuſmodi legationes decretum eſt communi conſilio, vt Hebræos adorti prælio repellere conentur. Nihil tum minus expectabat Moſes quàm motum aliquem indigenarum: ergò cùm videret trepidare ac tumultuari populum, cui de improuiſo & imparato cum inſtructiſſimo hoſte confligendum erat: hortatur vt Dei ſententia freti, cuius auſpicijs libertatẽ ſeruituti prætuliſſent, nihil aliud quàm victoriã cogitarent: néue reputarent quòd armis, pecunijs, cõmeatu & alijs huiuſmodi præſidijs ſint inferiores, ſed cùm Deum pro ſe contra hoſtes ſtantem habeant, tales animos conciperent ac ſi humanis etiam opibus eſſent longè ſuperiores. nec ignorare illos quantus ſit adiutor, toties in grauioribus malis expertos. hunc & hoſtibus eſſe infenſum, & Hebræis propitium: eumq; fauorem ſatis declaratum dum famem ac ſitim prodigioſè ab eis depellit, dum mari & monte incluſis inſperatum effugium expedit. ad hæc tantò magis ad victoriã aſpiran-

Amalecitæ mouent in Iſraelitas.

Moſes populum, vt nihil aliud quàm victoriam cogitarent, hortatur.

aſpirandum, quòd poſt hanc nihil ſint deſideraturi eorum quæ ad humaniorem victum pertinere videntur. Talibus dictis animato populo, conuocatiſq; tribunis & optimatibus, vniuerſos & ſingulos hortatur, iuniores quidem vt grãdiorum dicto audiãt, hos verò vt omnes imperatoris ſui nutus obſeruent. at illi pẽriculum contemnentes & conflictus cupidi, ſperabant hanc pugnam miſeriæ finem allaturam, & vltrò Moſen rogabant vt ſe cõfeſtim in hoſtem duceret, néve intempeſtiua cunctatione alacritatem militum hebetaret. tum ille ſelectis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis Ieſum præficit Naueci filium è tribu Ephraimitide, virum manu ac conſilio iuxtà promptum, & pietate inſignem, & à Moſe præceptore hac parte non degenerantem. aliquot etiam cohortes ita diſponit ne ab aquatione intercludi poſſit, plures etiam ad præſidium caſtrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde ad prælium ſe expediunt, & armis ſimul ac corporibus curatis, intenti ſignum claſsico per Moſen dari expectant: qui & ipſe pernox cum Ieſu conſultabat, eumq; de inſtruendis ordinibus admonebat. appetente verò iam die, hortatur ducem vt ſpei de ſe conceptæ reſpondere ſtudeat, & re feliciter geſta exiſtimationem ſibi apud milites comparare. ſimiliter Hebræorum optimum quenq; priuatim, ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit. atque ita inſtructos & animatos Ieſu & Deo committit, ipſe montem aſcendit. iamq; ad manus ventum erat, pugnabaturq; ſtrenuè, nec adhortationes mutuæ deerant: & quandiu Moſes erectas manus

An. mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.

Amalecitas fundunt fugantque Iſraelitæ.



tendebat, Amalecitæ deteriore conditione prœliabantur. Moſes verò extenſione manuum laſſatus, cùm obſeruaſſet quotieſcunque manus demitteret, toties ſuos non ferentes hoſtis impreſſionem cedere, iubet fratrem Aaronem, & ſororis Mariames maritum Vronem, vtrinque aſtantes manus ſibi indeſinenter ſuſtinere, neque permittere vt per laſſitudinem deferrentur. quo facto egregiè vicerunt Hebræi, fuiſſentq; internecione deleti Amalecitæ, niſi interueniente nocte fuga & latebris quidam eorum ſalutem ſibi quaſiſſent. qua victoria non alia vel magnificentior vel magis opportuna maioribus noſtris contigit. nam &

Ioſua Iſraelitarum Dux deſignatur.

An. mūdi 2454. Ante Christum natum 1510.

occurrentem exercitum fuderunt ac fugauerunt, & omnibus circumquaq; de-
gentibus magnum terrorem incusserunt, & laboris præmium prædam opimam
reportauerunt. namq; castris etiam hostilibus expugnatis publicè & priuatim
sunt ditati, qui ad eam diem vix quotidianum victum sibi parare poterant. nec
in præsens tantum ea victoria profuit, sed in futurum etiã. non solum enim cor-
pora aduersariorum, sed animi quoq; eo prælio sunt fracti: & omnibus circum-
quaq; gentibus ex illo tempore facti sunt formidolosi. ipsis verò opulentia nõ me-
diocris accessio est facta. multum enim auri & argenti in castris fuit repertum,
multa æramenta vel escaria vel coquinaria, magnus etiam pecuniæ signatæ nu-
merus: ad hæc textilia & armorum ornatus, aliaq; supellex castrensis, & varia
præda iumentorum & impedimentorum quæ exercitũ sequi solent. quin & au-
daciores multò successus hic Hebræos reddidit, & fortitudinis ac industriæ ma-
gis studiosos, nihil nõ sibi pollicentes si virtutem strenuè colerent. Et hoc quidem
prælium talem exitum est sortitum. Sequenti verò die Moses casorum cadauera
spoliauit, arma quæ fugientes abiecerant collegit, & illis, quorum opera insignior
fuerat, præmia distribuit, Iesumq; ducem pro concione collaudauit, milite per ac-
clamationes laudem viri comprobante. adeoq; incruenta fuit hæc victoria vt ne
vnus quidem ex Hebræis desideraretur, cum hostiliũ cadauerum numerus præ
multitudine incompertus manserit. Mactatis deinde pro gratiarum actione
victimis, arã DEO VICTORI posuit: prædixitq; internecione delendos Ama-
lecitas, vt ne vnus quidem eius generis relinquatur, quòd Hebræos vltro armis
aggressi essent, idq; in deserto & inopia laborantes. postremò ducem exercitus
victoriali epulo excepit. hoc fuit primum prælium post exitum de Ægypto, quo
hostem lacentem fortiter reiectum magna clade affecerunt: post quod per dies
aliquot festis epinicijs celebratis, & quiete viribus reparatis, instructo agmine
iter continuabant, iam enim creuerat armatorum numerus. & ad hunc mo-
dum paulatim procedentes, tertio mense pòst quàm ex Ægypto mouerant, ad
montem Sina peruenerunt, in quo Moses visionem ardentis rubi viderat, vt
iam antè commemorauimus.

Israelitæ præda opimam ab Amalecitis reportant.

Spoliorũ & præmiorum distributio.

Amalecitas internecione delendos prædictio.

Israelitæ ad montem Sina perueniunt.

CAP. III.

Raguelis consilium quod genero suo Mosi dedit.

Hedio & Ruffinus Cap. 3. Exod. 18.



VM autem rei feliciter gestæ fama ad Raguelem quoque per-
uenisset, gratulabundus occurrit Mosen & Sepphoram & eo-
rum liberos salutaturus. Is lætus soceri aduentu sacrificium in-
staurat, & populo epulum præbet prope rubum qui flagrationem
illæsus euaserat. dum verò multitudo per suas quisque cognatio-
nes epulatur, Aaron cum suis assumpto & Raguele laudes diuinas concini-
nebant, autorem salutis ac libertatis celebrantes: ducem quoque suum fustis
carminibus prosequebantur, cuius virtute omnia sibi ex sententia successissent.
Raguel quoque priuatim multa in populi laudem, multa in Mosis eius seruato-
ris cecinit, cuius auspicijs tot viri boni ac fortes regerentur. Sequenti autem
die Raguel videns Mosen multitudine negociorum obrui (finiebat enim lites
quorum opus erat, omnibus ad ipsum deferentibus, & alio arbitro ius suum te-
nere se posse nõ existimantibus, & his etiam qui causam sub tali iudice perdebãt
æquo animo sententiã ferentibus) tunc quidẽ siluit, neminẽ volens impedire quò
minus iustitia viri frueretur. vbi verò tandem à negociorũ tumultu absolutum
vidit,

Hedio & Ruffinus Cap. 4.

Raguel siue Iethrò Mosis socer ex Israelitis iudices deligendos consulit.

vidit, seductum seorsum quid facto opus esset docuit : consuluitq; vt minores causas alijs cognoscendas cederet, ipse verò tantum Reipublicæ negocia tractaret: non deesse enim Hebræis & alios dijudicandis litibus idoneos : curam verò tot millium salutis sustinere posse neminem, nisi Mosi similem. itaq; cum non ignores, inquit, tuas dotes, quæ toties populo periclitanti fuerunt vsui, tibi ipse parcens, permitte alijs vt ipsi inter se lites ex iure dirimant: tu verò diuino tantum cultui deditus esto, quò facilius populum è præsenti necessitate eximas. Quin & illud pro virili consuluerim, vt lustratis ac recensitis copijs eas in dena millia distribuas singulis huiusmodi legionibus suos duces præficiendo: easq; rursum in cohortes millenarias, quingenarias, centenarias & quinquagenarias partiaris : itemq; in manipulos triginta & viginti & decem commilitonum: tum deinde ita distinctis præfectos imponas, singulis appellatione à numero subditorum militum indita. Judices autem viros virtute ac iustitia præstantes populi suffragijs creabis, qui de controuersijs eorum decernant, & si fortè quid grauius inciderit, eius cognitionem ad te relegent. atq; hoc pacto neq; Hebræorum quisquam suo iure fraudabitur, & tu sine interpellatione Deum colens fauorem eius propensiorem exercitui conciliabis.

An. mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

Hoc Raguelis consilium Moses libenter admisit, fecitq; quicquid ille monuerat, non sibi hoc commentum vsurpans, neq; autorem eius celans, sed pro concione populo indicans cuius hoc inuentum fuerit. Quin & in libris suis Ragueli adscribit inuentionem ordinum militarium ac iudiciorum, malens dignos sua laude non fraudare, quàm sibi alienum decus vsurpare, vt hinc quoq; virtutem ipsius conijcere liceat: de qua suis locis sæpè nobis dicendum erit. Interea dum his locis populus haret, Moses pro concione ait se ire in montem Sina colloquuturum cum Deo & aliquid vtile eis inde reportaturum : iubetq; vt ipsi interim in propinquo castra metentur, viciniores Deo futuri.

Hedio & Ruffinus Cap. 5. Moses soceri consilium admittit

CAP. IIII.

Moses conscenso Sina monte acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat.

His dictis ascendit Sina montem omnium regionis eius celsissimum, & ob nimiam altitudinem cautesq; præruptas non ascensus tantum hominum, sed aspectus quoq; ipsos defatigantem, vt non immeritò propter numen incolens religiosus haberetur. Hebræi verò iuxta mandatũ prophetæ motis castris radices montis occupant, suspensi animis quidnam boni ita vt promiserat, esset à Deo reportaturus: atq; interim dum ductorem suum expectant, festos dies agebant, castitatem seruantes tum in cæteris, tum abstinendo à congressu mulierum per triduum, sicut iussi fuerant, & assiduis precibus Deum solicitantes, vt propitius Mosem excipiens, donum sibi per eum aliquod mitteret, quod ad vitam benè ac feliciter degendam conducibile foret. interim & victu sumptuosiore vtebantur, & ornatu splendidiore vnà cum vxoribus ac liberis excolebantur. atq; in hunc modum duobus diebus inter epulas exactis, appetente iam tertia nubes primùm præter solitum supra tota castra Hebræorum sublimis pependit, tentoria quàm latè patebant contegens, reliquũ cælum circunquaq; clara serenitate obtinente: procella deinde cum imbre vehemẽti ruebant, & fulgura simul crebro micantia

Hedio & Ruffinus Cap. 6. Moses Syna montem ascendit.

An.mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

terrebant. fulminaq; elisa significabant Mosen ex sententia cum Deo propitio conuenisse. Hac lecturi vt cuiq; placuerit accipiant, mihi certè fas non fuit discedere ab illis quæ in sacra historia conscripta habentur. Caterùm Hebræi visa insolita tempestate, eiusq; horrendo strepitu aures feriente supra modum turbabantur. nam & rei nouitas terrebat, & rumor vulgatus de monte, quòd crebro Deus eum inuiseret. quamobrem continebant se intra tabernacula mœsti, putantes actum de salute Mosi, & illo per iram Dei sublato, se quoq; simile exitium manere. In tali rerum statu ecce tibi Moses exultans laticia, vultuq; ipso animum gaudio gestientem præferens. quo conspecto repentè metus omnis abijt, inq; locum eius spes magni alicuius boni successit: nam & aër ad eius aduentum pristinam serenitatem recepit. Mox igitur concionem aduocat audituram quæ mandata à Deo referat. quam vbi conuenisse animaduertit, è superiore loco, vt ab vniuersis exaudiretur, in hunc modum est affatus: Viri Hebræi, Deus optimus maximus, quemadmodum nunquam antea vota nostra est aspernatus, ita hoc quoq; tempore me legatum vestrum benignissimè excepit, & iam in castra vestra præsens ac propitius adest, præscripturus vobis viuendi rationem, qua nulla beatior ne cogitari quidem potest. quare per ipsum perq; eius magnifica opera vos obsecro, ne contemnatis quæ vobis dicturus sum, meam mediocritatem intuentes, quodq; humanam linguam audituri estis: sed expendentes mandatorum bonitatem ac vtilitatem, agnoscite eius maiestatem, qui vt vestra cõmoda prouehat, me internuncio ad vos vti nõ est dedignatus. Non enim Moses Amarama & Iochabelis filius, sed is qui pro vestra salute Nilum sanguineis fluentis labi fecit, & Ægyptiorum contumaciam tam varijs calamitatibus fregit, qui per mare viam vobis muniuit, qui omnium egenis cibos calitus excogitauit, qui potum desiderantibus è petra scatere iussit, à quo Adamus terræ ac maris vsumfructum accepit, per quem Noe diluuium effugit, per quem Abrahamus nostri generis autor ex errone possessor Chananæa terræ est factus, per quem Isacus confectis senio parentibus est natus, per quem Jacobus XII. honestissimis filijs est ornatus, per quem Josephus in Ægyptiorum præsidem euasit: is inquam vobis hæc præcepta largitur, ego nihil aliud sum quàm tanti numinis interpres. ea vobis sacrosancta erunt, & coniugibus ac liberis antiquiora. illis enim parendo beatam vitam agetis, fruentes terra fertili, mari tranquillo, progenie iuxta naturæ leges felici, eritisq; hostibus vestris semper formidolosi. ego enim cum Deo coràm collocutus, immortalem eius vocem audiui: adeò illi cordi estis vos & generis vestri incolumitas. His dictis adducit populum cum liberis & coniugibus vt Deum loquentem eis audiant, & quid agendum docentem, ne dicta minus auctoritatis haberent, si per humanam linguam in animos eorum illaberentur. itaq; omnes audiebant vocem è sublimi descendentem, vt nemo non intelligeret. Præcepta autem quæ Moses duabus tabulis inscripta reliquit, non est fas totidem verbis euulgare, sententias tantum eorum indicabimus. Docet enim nos

Horrenda fulmina in monte Sina.

Mosis ad Israelitas oratio.

Populus Israeliticus Deum de monte Sinai loquẽtem audit.

Decem præcepta. Exodi 20. Deuter. 5.

Primum præceptum, Deum esse vnum, & hunc solum colendum.
Secundum, Nullius animalis simulacrum adorandum.
Tertium, Non temerè iurandum.
Quartum, Septimi diei ferias nullo opere profanandas.
Quintum, Parentes honorandos.

Sextum,

Sextum, A cæde abſtinendum.
Septimum, Non adulterandum.
Octauum, Non committendum furtum.
Nonum, Non deponendum falſum teſtimonium.
Decimum, Nihil alienum concupiſcendum.

An. mũdi 2454. Ante Chriſtum natum 1510.

Hæc vbi multitudo lata ex ipſo Deo ſicut Moſes prædixerat audiuit, dimiſſa Exodi 21.
eſt concio. Sequentibus autem diebus ſæpius ad ducis tentorium ventitantes poſtulabant vt etiam leges eas à Deo deportaret. ille & in hoc eis gratificatus leges tulit, & quid quóue modo agendum eſſet per idem tempus præſcripſit, ſicut ſuo loco dicetur. ſed maiorem legum partem in aliud tempus differo, priuatim de his commentaturus. Eodem ferè tempore Moſes rurſum in Sina montem aſcen- Exodi 24.
dit, præmonito antè populo: nam & ſpectare eos aſcenſionem ſuam voluit. cumq; diutius moraretur, per XL. *enim dies abfuit, cœperunt ſoliciti eſſe, ne quid gra-* Per 40. dies & 40. noctes in monte Sinai Moſes moratur.
uius illi accidiſſet. neq; in tot ærumnis aliud quicquam eos ſic contriſtauit, vt interitus Moſis opinio. variabant enim rumores, dum alij deuoratum à beſtijs iactant, maximè qui minus eum amabant: alij raptum à Deo videri malunt. qui verò prudentiores erant, inter vtranq; ſententiam ancipites, quòd alterum ab humanis caſibus non alienum, alterum viri illius virtuti conuenientius videbant, ipſius ſortem ſatis æquo animo ferebant: ſuam autem vicem dolebant, quòd tali præſide ac patrono eſſent orbati, qualem alium inueniri credebant impoſſibile: & neq; ſolicitudo ſperare eos ſinebat, neq; ſpe adempta non dolere poterant. ac ne caſtra mouere quidem audebant, reditum expectare iuſſi. tandem XL.
diebus totidemq; noctibus elapſis reuertitur, nullo interim humano alimento de- Quadraginta dies & noctes Moſes ieiunat.
guſtato: aduentuq; ſuo tota caſtra ingenti gaudio repleuit, diuinam prouidentiam illis adeſſe ſignificans, & rationem benè ac beatè viuendi ſe per eos dies didiciſſe. poſtulareq; Deum vt tabernaculum ei faciant, quò deſcenderet quo- Exodi 26.
ties placeret, quod etiam migrantes ſecum circumferre poſſent, vt non ſit opus amplius in Sina aſcendere, ſed interuiſitans crebrò & tantum non cohabitans præſto ſit votis eorum ac deprecationibus. menſuram quoq; & formam tabernaculi ſibi permonſtratam, nihilq; ſupereſſe, niſi vt ad eius fabricam quam primùm ſe accingerent. His dictis profert duas tabulas continentes decem præcepta Duæ tabulæ Moſis.
inſcripta, in ſingulis quina. erat autem Dei manus ea ſcriptura. Illi verò præ- Exodi 35.
ſentia ſermoneq; Moſis læti pro ſe quiſq; certatim ad ſtructuram tabernaculi Iſraelitæ læti certatim ad ſtructurã tabernaculi conferunt.
conferebant, aurum, argentum, cuprum, materiem ligneam elegantem & contra cariem firmam, pilos caprarum, & ouium pelles partim hyacinthina, partim punicea tinctura, quaſdam etiam candidas colore, & alias purpuræ flore infectas, adhæc lanas eiſdem coloribus tinctas, & linum byſſinum. lapillos quoq; pretioſos, qui ad ornatum auro includi ſolent, atq; inſuper vim magnam odoramentorum. nam huiuſmodi erat materia tabernaculi, quod nihil ab ambulatorio templo & portatili differebat. ergo poſteaquam iſta ſpecies ambitioſa ſunt collata, viritim contribuentibus, nonnullis etiam plura quàm pro domeſticis facultatibus, architectos operi propheta præficit ex mandato Dei, ſed tales vt non alij deligendi fuerint, etiamſi populi ſuffragijs res commiſſa fuiſſet. Eorum Exodi 36.
nomina etiam nunc in ſacris codicibus extant: Beſeleel ex tribu Iuda, Vronis fi- Beſeleel & Eliab Architecti tabernaculi.
lius & Mariammes, quæ erat ducis ſoror: & Eliabus Iſamachi, tribus Danidis. plebs autem tanta alacritate operam & impenſam offerebat, vt edicto coercen-

di fue-

An.mũdi 2454. Ante Christum natum 1510.

di fuerint, & praconis voce admonendi non esse opus pluribus. ita enim fabricatoribus est visum. atq; ita structuram tabernaculi aggrediuntur, Mose & mensuram & magnitudinem designante, sicut in monte ex Dei colloquio didicerat, tum quantum instrumentum capere deberet ad vsum sacrificorum & sacrorum ministerium, ritè ac ordinatè prascribente. nec minor fuit largitio mulierum circa vestes sacerdotales, & catera qua vel ad tabernaculi ornamentum, vel ad diuinum cultum attinere videbantur.

Edicto plebs coercẽda, ne quicquam amplius ad tabernaculi structuram offerant.

CAP. V.

De tabernaculo per Mosem in terra deserta facto, quod similitudinem templi portatilis referebat.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

Exodi 36.

Hedio & Ruffinus Cap. 7.

Moses in deserto tabernaculum erigit.

Atrium tabernaculi primum.

OMNIBVS autem paratis, & vasis aureis & aramentis ac textilibus, Moses indicto festo & sacrificio pro cuiusq; opibus, tabernaculum erigit hoc modo. Atrium primo dimensus latitudine L. *cubitorum, longitudine* C. *vallos areos statuit altos quinq; cubita per longiora latera vicenos, & in postico latere* X. *In vno quoque inerant anuli, & capitella argentea, bases verò aurata mucronata, ima hasta similes, ex are facta & in terram defixa. anulis innectebantur funes, qui ab altero capite clauis areis cubitalibus humi confixi singulos vallos firmabant, & contra ventorum vim tabernaculum muniebant. Linteum deinde byssinum molliſsimum circumtendebatur à capitellis ad bases dependens, totumq; eum locum sepiens, vt nihil à pariete differre videretur. atq; hoc modo se habebant septi tria latera. quartum verò latus* L. *item cubitorum totius operis erat frons, cuius ianua viginti cubita patebat, vtrinq; habens geminatos vallos instar postium. ex argento hi quoque constabant prater bases, qua erant anea. ab vtroque autem latere stabant tres valli benè firmati. erant autẽ & illi linteo è byſſo contexto circumducti. ad ianuam verò pendebat velum viginti cubita longum, & quinq; altum, ex purpura byſſoq; & hyacintho cõtextum, variè picturatum exceptis animantium formis. intra ianuas autem erat aſpersorium aneum, basi ex eadem materia superpositum, vnde sacerdotes manus abluerent, & pedes perfunderent. Hunc in modum septum atrij se habuit.*

Tabernaculum.

Tabernaculum autem statuit in eius medio versum ad orientem, vt sol surgens radios in illud mitteret: eratq; longum cubita triginta, & latum duodecim. alter parietum erat australis, alter ad septem triones obuersus. tergum ad occidentem spectabat, attolebaturq; tantum, quantũ in latitudinem patebat. Erantq; tabula lignea vicena ex vtroq; latere quadrãgula, craſsitudine quatuor digitorum, latitudine vnius & dimidij cubiti, intus & extra laminis aureis cõtecta: & singulis tabulis inerant cardines bini immiſsi per duas bases qua erant argentea, & in suis foraminibus tabularum cardines suscipiebant. Parietis verò occidentalis tabula sex erant, intus & extra deaurata, inter se omnes ita compaginata, vt vnus paries esse videretur. Ex lateribus autẽ tabula erant vicena, quarum latitudo habebat mensuram vnius & dimidij cubiti, craſsitudo tertiam partem palma, & ita triginta cubita adimplebant. posterioris verò parietis nouẽ cubitos sex tabula faciebant quibus coniuncta sunt alia dua tabula, ex medio cubito secta, quas angulares posuerunt ad instar maiorum tabularũ. Singula verò tabula anulos habebant aureos, per exteriores frontes eminentes, veluti quibusdam radicibus confixos per

ordinem,

ordinem, adinuicem per circuitum reſpicientes: & per eos deaurati vectes im- An. mũdi 2455.
miſſi, ſinguli cubitorum quinq;, tabulas coniungebant: intrabatq; caput vectis Ante Chriſtum
vnicuiuſq; in alio capite, in modum pyxidis: & poſt tergum parietum in longi- natum 1509.
tudine poſitorum, vnus erat ordo, per tabulas omnes vadens, quo per vncinos
vtriuſque parietis latera continebantur, incaſtrationibus factis & immiſſis
adinuicem. atque ita cautum eſt tabernaculo contra ventorum vim aliósue
impetus, vt ſecurum & immobile conſiſteret. Intus autem diuiſa in tres partes Sanctuarium.
longitudine, poſt decem cubita intima, ſtatuta ſunt columna quatuor eodem
opere & ex eadem materia facta, ſimilibus baſibus impoſita, paribus interuallis
per tranſuerſum diſſita: vltra has fuit adytum, reliquum verò tabernaculi ſa-
cerdotibus patebat. atq; hac tabernaculi trifariam diuiſio, vniuerſitatis natu-
ram referebat. nam tertia pars quæ intra quatuor columnas continebatur, ſa- Tabernaculi diuiſio-
cerdotibus inacceſſa calum Dei quodammodo repræſentabat: viginti verò cu- nis ſignificatio.
bitorum ſpatium, tanquam mare & terra hominibus inacceſſibilis, ſolis ſacer-
dotibus concedebatur. à fronte verò quà aditus patebat, columnas ſtatuerunt
quinq; æreis baſibus innixas. poſt hæc vela ſunt per tabernaculum expanſa, è byſ-
ſo contexta, & purpureo, hyacinthino, puniceo, coloribus diſtincta. horum pri-
mum cubita decem quaquauerſum patebat: quod per columnas eſt diſtentum,
quæ adytum à reliquo ſpatio diſparabant, & à cõſpectu hominum excludebant.
totumq; hoc fanum vocabatur ſanctum, adytum verò vltra 1111. *columnas ſi-* Exodi 26.
rum dicebatur ſanctum ſanctorum. fuitq; hoc linteum omnis generis floribus Templum ſanctum.
quæ terra fert aliſq; ornamentis picturatum, exceptis tantum animantium fi- Sanctum ſanctorum.
guris. alterum autem velum magnitudine, colore, textura priori par, circa in-
greſſum ſitas quinq; columnas tegebat: quod à ſummo ad dimidium columna-
rum pendens ibi anulis ſuſtinebatur, & acceſſum ſacerdotibus ſubintrantibus
præbebat. huic penè contiguum erat aliud velum magnitudine par ſed & è lino
contextum, anulis à funiculo per tranſuerſum pendens: quod aliquando addu-
cebatur, aliquando feſtis præcipuè diebus reductum populi proſpectum admit-
tebat. reliquis diebus, & maximè parum ſerenis obiectu ſuo picturatum illud
velum à tempeſtatibus protegebat. vnde mos manſit etiam poſt templum exa-
dificatum, vt velum huic ſimile in aditu prætenderetur. erant præterea decem
aulea quaternorum cubitorum latitudinis, longitudinis vicenumoctonûm cum
vncinis aureis qui contiguorum anulis ita inſerebantur, vt coaptata vnum
viderentur: quæ extenſa fanum ſupernè obtegebant, & parietes à lateribus & à
tergo, minus vnopede ad terram pertingentia. erant & alia peripetaſmata vn-
decim aquè lata, ſed longiora, videlicet triginta cubitorum ſingula, è pilis ea-
dem ſubtilitate qua illa è lana contexta: quæ tegmine ſuo vſque terram fuſa in-
ſtar thalami exhibebant, vno à fronte prominente, quod in hunc vſum ſupra de-
narium numerum erat adnexum. hæc rurſus ab alijs è pellibus conſutis contra
æſtus ac pluuiarum iniuriam protegebantur. quapropter è longinquo ſpectan-
tibus res erat miraculo digniſſima: colores enim tabernaculi non aliter mica-
bant, quàm ſi calum quis contueretur. cæterùm cilicia & pellicea ve-
la ita pendebant, ſicut illud circa fani introitum, ad
arcendas tempeſtates obiectu.

CAP. VI.

De arca in qua tabulas legis Moſes collocauit.

An. mũdi 2455. Ante Chriſtum natum 1509.

Exodi 37.

Hedio & Ruffinus Cap. 8.

De arca ſacra Deo.

TABERNACVLO autem hunc in modum conſtituto, etiam arcam Deo ſacram inferunt, è materie natura valida & ab omni carie inuiolabili. hac vernacula noſtra lingua dicitur Heoron, figura tali. longitudo eius erat quinq; palmorum: altitudo verò & latitudo trinûm palmorum: eratq; intus & extra tota laminis aureis incruſtata: & habebat tegmen aureis cardinibus coaptatum, nulla ex parte prominens, ex vtroq; autem longiore latere inerãt anuli aurei duo, totum lignum penetrantes, & per eos vectes aurati vtrinq; traiecti, vt quoties opus eſſet quocunq; tranſportari poſſet. neq; enim à iumentis vehebatur, ſed ſacerdotum humeris transferebatur. operculo autem eius impoſitæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubeus appellant, ea ſunt animantia volucria, noua ſpecie nec vnquam cuiquam hominũ viſa: quæ Moſes in Dei ſolio viderat figurata. in hanc arcam repoſuit tabulas decem præcepta continentes, in vtraque quina, & in ſingulis paginis duo cum dimidio: ipſamq; arcam intra adytum recondidit.

Cherubim.

Legis tabulæ in arcã.

CAP. VII.

De menſa & candelabro aureis, deque altaribus tabernaculi.

Hedio & Ruffinus Cap. 9.

Menſa.

IN fano autem menſam collocauit Delphicis nõ abſimilem, longitudine duûm cubitorum, latitudine vnius, altitudine palmorum trium. eam ſuſtinebant pedes dimidia ſui parte inferiore per omnia pedibus ſimiles, quales lectis Dorienſes addere ſolent: ſed ſupernè quadrangulares erant. habebat q; circumquaque labrum quatuor digitis tàm infernè quàm ſupernè prominens. & per ſingulos pedes inerant anuli ferè circa ſummum pedem: adhibebanturq; vtrinq; duo ceu manubria è ligno firmiſſimo deaurata, quæ non per circulum vtrũq; vt vectes traijciebantur, ſed fibulato morſu menſæ labrum ſupernè, inferne pedis anulum comprehendendo, facultatem transferendi quocũq; opus eſſet præbebant. hæc ſolebat deponi in fano verſus ſeptentrionalem parietem nõ longè ab adyto. & in ea diſponebantur duodecim panes non fermentati, ſeni è regione ſibi duobus ordinibus oppoſiti, mundiſſimi confecti è farina duorum aſſaronum, quæ menſura Hebræorum ſeptem cotylas Atticas continet. ſuper panes autem ponebantur duæ phialæ aureæ thure plenæ. poſt ſeptẽ verò dies alij panes inferebantur, feſto quod nos vocamus ſabbatum: cuius ritus cauſa aliàs eſt à nobis indicanda. Ex aduerſo menſæ propius meridianũ parietem ſitũ erat candelabrũ ex auro fuſili ſed non ſolido, pondo minarũ centum. hoc pondus Hebræi cincharas, Græci talentum ſua lingua nominant: eratq; diſtinctũ globulis, lilijs, malis punicis, craterculis ab vna baſi in altũ aſſurgentibus, in ſeptẽ ramos diffiſis iuxta numerum ſolis & reliquorũ planetarum. exibat autem in ſeptem capita ordine inter ſeſe reſpondentia: quibus imponebantur ſeptem lucernæ ſecundum totidem planetarum numerũ: reſpiciuntq; ad orientẽ & meridiẽ, candelabro obliquè poſito. inter hoc & menſam vt dixi ſita erat arula ſuffumigatoria, & ipſa è ligno imputribili, ſed ſolida lamina circũquaq; cõtecta, cubitali in quadrũ latitudine, altitudine verò dupla, ſuper qua ſtabat foculus corona aurea circumquaq; cinctus: cui anuli inerant cũ ſuis vectibus, quo per viã à ſacerdotib. deportari poſſet.

Hedio & Ruffinus Cap. 10.

Candelabrum aureũ.

Ara ſuffumigatoria.

Sed

Sed & pro foribus tabernaculi erat ara alia hac quoq; lignea, laminis æreis intecta, in quadrum quinq; cubita patens, altitudine trium cubitorum, inaurata, cratem pro foculo superpositam habens. excipiebat enim terra quicquid ignitum supernè decidebat, quòd basis nulla subesset. ad aram verò prastò erant infundibula & phialæ, thuribulaq; & crateres cum instrumento alio rei diuinæ peragendæ accommodo, nihil non ex auro purissimo. An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509. Exodi 38.

CAP. VIII.

De Pontificali ac Sacerdotali ornatu.

ET tabernaculum quidẽ cum paratu suo sic se habebat. nunc restat dicendum de vestitu tam reliquorum sacerdotum quos illi chaneas vocant, quàm pontificis, quem anarabachẽ nominant, sic summum sacerdotem significantes: ac primùm de vulgo sacerdotum. Sacerdos sacris operaturus purus iuxta legem & castus accedens ante omnia manachasen quem vocant induitur: quasi dicas constrictorium. est autem subligar circa verenda, consutum è byssо retorto: in quod pedibus insertis subducunt velut dimidiatas bracas, atq; ita circum ilia constringunt. super hoc induit linteam interulam byssinam è duplicata tela confectam, chetomene nostris vocatur, significatq; ea vox lineam. linum enim vocamus chethõ. id indumentum est tunica talaris corpori astricta, habens manicas circa brachia & ipsas strictas, quæ accingitur circa pectus paulo axillis inferius zona lata digitos quatuor intus inani, ita contexta vt serpentis exuuiũ videri possit. floribus etiam picturatur puniceis, purpureis, hyacinthinis & byssinis: stamen verò è sola byssо constat: quæ semel atq; iterum circa pectus reuoluta ad talos vsq; defluit, tantisper dum sacerdotes à sacris feriantur: idq; ad ornatum conferre videtur. cùm verò sacris est ministrandum, ne ventilata sit impedimento super humerum lævum reijcitur. hanc zonam Moses nominauit abaneth, nos vocabulo à Babylonijs mutuato emian dicimus. sic enim illi nominant. sed tunica nusquam sinuatur, habetq; circa collum amplam aperturam, cuius oræ vncinis à pectore & à tergo committuntur: massabazanem vocant. super caput autem gestat pileum non fastigiatum, neq; totum caput comprehendentem, sed paulò plus quàm mediũ. hic vocatur masnaemphthes. est autem tali paratu, vt videatur vitta linea sæpè in orbem replicata & consuta, quam supernè alia tela integit vsque ad frontem descendens, & per superficiem verticis futurarum deformitatem occultans. hic adaptatur accuratè, ne inter sacrificandum delabatur. Et sacerdotum quidem ornatus in genere est talis. Pontifex verò vtitur quidem etiam hoc, nihil eorum quæ enumerauimus omittens, sed superinduitur hyacinthinam tunicam talarem, quam nostrates methir nominant: astringitq; eam zona coloribus supra dicta simili, nisi quòd auro intertexta. cæterùm ima vestis ornabatur limbo effigie malorum punicorum distincto, à quo tintinabula aurea sic dependebant, vt medium esset quodq; malum punicum inter duo tintinabula situm, & tintinabulum inter duo mala punica. hæc tunica non constat è duobus segmentis, vt suturas habeat in humeris ac lateribus: sed vnica tela in longum contexta aperturam in summo habet non transuersam, sed in longum descendentem à tergo & ante vsq; ad medium pectus: cui decoris causa assuta est fimbria ne scissura appareat. eodem modo quà manus exeruntur est scissa. Super hanc terram etiamnum induit vocatam ephoden, Hedio & Ruffinus Cap. 11. Exodi 39. Vestitus sacerdotũ. Manachases. Chetomene. Abaneth. Massabazanes. Masnaemphthes. Pontificis ornatus. Methir. Ephod.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

gracanica epomidi similem, ea fit hoc modo: ex varijs coloribus auro intermixto ita contexitur, vt circa medium pectus lacuna quædam relinquatur, maniculis quoq; ita extantibus vt planè tunica appareat. lacuna verò inseritur frustum amplitudine palmi auro eisdemq; coloribus, quibus ephodes, variegatum.

Essen siue Logion.

id vocatur essen, ac si dicas rationale: quod ita quadrat, vt ad amussim spacium illud circa pectus à texente relictum expleat. id committitur cum tunica anulis aureis per singulos angulos ex oris tunica ac essenis extantibus, intercurrente tænia hyacinthina: & nequid inter circulos hiet filo hyacinthino suturam explente. in vtroq; autem humero singuli sardonyches auro inclusi fibularum vice epomiden adnectunt: his insculpta sunt Iacobi filiorum nomina literis vernaculis linguæ nostratis, in vtroq; lapide sena, ita vt seniores dextrum humerũ obtineant: quin & essenem ipsum duodecim gemmæ distinguunt, eximia vel magnitudine vel pulchritudine, ornatus hominibus propter enorme preciũ incomparabilis: cui ternæ per ordines quatuor inerant, cõsertæ coronulis aureis ita vt ex-



cidere non possent: in primo ordine, sardonyx, topazus, smaragdus: in secundo carbũculus, iaspis, sapphirus: in tertio lyncurius, amethystus, achates: in quarto chrysolithus, onyx, beryllus. his erant insculpta filiorum Iacobi nomina, quos tribuum autores habemus, ordine quo olim singuli nati fuerant. Cum autem per se illi quos diximus anuli sint infirmi, nec possint pondus gemmarũ sustinere: alios duos maiores in extremitate rationalis quæ respicit ad collum, eminentes è textura fecerunt: qui suscipiant catenas aureas, opere plexili, venientes per fistulas quasdam ad extremitates humerorũ: quarum catenarũ summitas ascendens reducitur post tergũ, & circulo qui est a tergo in epomidis fimbria connectitur: id quod præcipuè sustinet ephoden ne quo pacto defluere possit. essen autem assuta erat zona iam dictis coloribus & auro distincta, quæ totum complexa rursumq; supra suturam nodata, deorsum propendere sinebatur. omnes aũt fimbriæ quibusdam oris fistulosis vtrinq; includebantur. Porrò pileo, quali cæteri sacerdotes, vtebatur: super quem extabat alius consutilis ex hyacintho variatus. huncau-

rea

rea corona triplici ordine circumdabat, in qua ſpectabãtur calyculi aurei, quales videmus in herba qua apud nos vocatur daccharus, apud Græcorum herbarios hyoſcyamus. quòd ſi quis aut viſam aliquando nõ ſatis animaduertit, aut nomine tenus auditam de facie non nouit, huic etiam deſcribere eam non grauabor. herba eſt tres palmos ſæpè in altitudinem excedens, napo ſimilem radicem habens: vix enim hac parte eſt alia ſimilior: folia verò apio. hæc è ramis emittit calyculum ipſis inhærentem. veſtiturq; tunica quadam, quam exuit fructu ad maturitatem tendente. calyculus autem eſt quãtus articulus minimi digiti, circumferentiam habens crateri ſimilem. quod ipſum clariùs faciam propter ignorantes. ima ſui parte circa fundũ dimidiato globo eſt rotunditate ſimilis, mox in proceſſu paulatim coarctatur, donec in extremitate rurſum dilatatus in labrũ exeat mali punici vmbilico inciſuris ſimile, cui operculum orbiculare inhæret, quaſi de induſtria tornatum, eminentes habens inciſuras quas dixi vt in malo punico aculeatas & in acutos mucrones deſinentes. continet autem ſub operculo fructum per totum calyculum, herbæ ſideritidis ſemini ſimilem. florem verò fert qui papaueris videri poſſit. eiuſmodi corona ab occipitio circum tempora vtraque procedebat: nam frontem iſti calyculi non ambiebant: ſed ceu lorum quoddã latum aureum, quod ſacris characteribus Dei nomen inciſum habebat. atq; hic erat pontificis ornatus. Proinde mirari ſuccurrit, quomodo homines odio nos proſequantur propter perpetuam opinionem de nobis conceptam, quaſi per impietatem numen contemnamus quod ipſi aſſiduo cultu venerentur. Nam ſi quis tabernaculi fabricam contempletur, & Sacerdotis ornatum, & vaſa quibus inter ſacrificandum vtimur, comperiet legiſlatorem noſtrum diuinũ quendam virum fuiſſe, & falsò nobis impietatis calumniam impingi. in his enim omnibus repræſentatam quodammodo vniuerſitatis rerum naturam inuenire licet, ſi quis non ociosè ſed prudenter ſingula conſideret. Nam & tabernaculum longitudine xxx. *cubitorum trifariam partitus, & duabus partibus Sacerdotibus permiſſis, quaſi profano loco, terram & mare ſignificat. hæc enim ab omnibus promiſcuè calcantur. tertiam verò partem ſoli Deo deſignauit, eo quòd cælum hominibus ſit inacceſſibile. itidem per duodecim panes in menſa diſpoſitos, annum ſignificauit in duodecim menſes diuiſum. & cum candelabrum è ſeptuaginta partibus compoſuit, duodecim ſigna per quæ planetæ feruntur ſubindicauit: & per ſeptem lucernas impoſitas totidem planetarum curſum. vela quoque è quatuor coloribus contecta elementorum naturam deſignant. nam byſſus terram referre videtur, ex qua lini hoc genus prouenit: purpura verò mare, eo quòd conchylij cruore ſit fucata. aërem verò hyacinthus repræſentare videtur: ſicut puniceus color ignem. quin & pontificis tunica cum ſit lintea, terram ſimiliter ſignificat: hyacinthus verò polum, per mala punica fulgetra referens, ſicut tonitrua per tintinabulorum ſtrepitum. epomis etiam vniuerſi huius naturam indicat è quatuor coloribus contexta, quibus aurum acceſſit, ſicut ego interpretor, propter adiunctam rebus omnibus lucem. eſſen quoque in eius medio eſt inſertus, non aliter quàm terra medium mundi locum obtinet. Zona item qua cingitur, oceani ſimilitudinẽ habet, qui vniuerſa circumplectitur. duo præterea ſardonyches in veſtitu pontificis pro fibulis additi, ſolis & lunæ ſignificationem habent. gemmarum etiam duodenarium ſiue ad menſes retuleris, ſiue ad parem partium numerum eius circuli quem Græci zodiacũ vocant,*

An. mũdi 2455. Ante Chriſtum natum 1509.

Pontificis aurea corona triplex.

Sideritis.

Significatio tabernaculi fabricæ & Sacerdotis ornatus.

An.mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

nequaquam à vera coniectura aberraueris. pileus item cæli significatio videtur esse, cùm sit ex hyacintho confectus: alioqui non sustineret Dei nomen: & corona illustratur aurea propter splendorem quo maximè Deus delectatur. atq; hac in hunc modum interpretati sumus per occasionem, ne latentem in his legislatoris sapientiam vltrò dissimulare videremur.

CAP. IX.

De Aaronis Sacerdotio, & legibus quæ ad festa ac sacrificia spectant.

Hedio & Ruffinus Cap. 12. Exod. 28 29.30.40. Aaroni Mosis fratri Sacerdotium confertur à Deo.

His ita peractis, priusquam dedicarentur apparuit Deus Mosi, iussitq; vt Sacerdotium Aaroni fratri suo conferret, ea virtute pradito vt merito pra cateris eius ratio habenda videretur. qui aduocata concione recensuit virtutes illius, & quàm studiosus esset publicorum commodorum, pro quibus toties in salutis etiã discrimen venire non dubitasset. Cumq; omnes dicta eius comprobarent, & fauorem Aaronis vultibus ipsis præse ferrent, Viri, inquit, Israelitæ, opera iam sunt absoluta, qualia vel Deus poposcit, vel nostræ facultates præstare valuerũt: & quoniam scitis eum in hoc tabernaculo excipiendum, ante omnia prospiciendum est quis sit idoneus sacerdotio, qui sacra curet & pro vobis vota faciat. quòd si res arbitrij mei fuisset, mihi ipsi honorem hunc adiudicassem, tum quòd ita natura comparatum sit vt quisque sibi optimè velit, tum quod mihi conscius sim laborum pro repub. susceptorum, quibus tale præmium iure meo reposcere possem. Nunc Deus ipse cuius est sacerdotium, Aaroni hunc honorem deferendum decreuit, eiq; sui calculi prærogatiuam contulit, vt qui iustitia in toto populo præmineat: cui iam ante vestem sacratam & curam sacrorum altarisq; sui destinauit. is pro vobis vota faciet apud Deum, eo libentius exauditurum, quòd & iam antè in vos est propensus, & propitiatorem habituri estis quem ipse in hoc elegit. Grata fuit hæc oratio populo, & suo quoque suffragio Dei comprobauit

Aaronis filij. Exod. 37.

electionem. Erat enim Aaron propter genus & prophetiam & virtutem fratris honore hoc longè dignissimus, cui fuerunt eo tempore filij IIII. *Nadabus, Abius, Eleazarus, Ithamarus. Quicquid autem ex collatis ad fabricam tabernaculi superfuit, totum iussi sunt in vela tectoria tabernaculi & candelabri, & aræ in qua suffitus fieret, aliorumq; vasorum impendere, vt hæc dum in itinere transportantur, neque puluere neque pluuia aut alia quacunque iniuria lædi possent. Post hæc conuocato populo imperauit vt rursum contribuerent viritim dimi-*

Siclus.

dium siclum. siclus autem nummi genus est apud Hebræos, quales sunt tetradrachmi Attici. at illi sine mora paruerunt. quorum numerus fuit sexies centena millia, & insuper quinque millia quingenti quinquaginta: conferebantq; id

Israelitarum ætatis annorum viginti & supra vsque ad annũ quinquagesimũ numerus.

argentum soli ingenui ætatis annorum viginti & supra vsque ad annum quinquagesimum: quod mox in vsus tabernaculi est insumptum. deinde & tabernaculum & Sacerdotes lustrauit in hunc modum. myrræ electæ siclos quingentos, ireos tantundem, cinamomi & calami (est & hæc odoramenti species) dimidium dicti ponderis concisa ac contusa iussit macerari in olei oliuarum hin: mensuræ nomen est quæ capit duos choas atticos: quibus permixtis, & arte vnguentariorum decoctis factum est vnguentum suauissimum:

Vnguentũ sanctum. Sacrificia.

quo & sacerdotes, & totum tabernaculum vngens purificauit. Offerebantur deinde multa & varia super altare aureum adolenda preciosa valde, quorum naturam, ne sim prolixitate Lectori molestus, recensere supersedeo. oportebat

tebat autem bis in die ſuffitum facere, ante ortũ & circa occaſum ſolis: & oleum purificatum ad lucernas ſeruare, quarum tres in ſacro candelabro per totam diem Deo lucebant, reliqua ſub veſperam accendebantur. Porrò omnibus iam abſolutis, palmam artis fabrilis tulerunt Beſeleel & Eliabus. nam & aliorum inuenta excoluerunt, & ipſi multa de nouo inuenerunt: ex his tamen duobus præcellebat Beſeleel. inſumptumq́ eſt huic fabricæ tempus menſium ſeptem: quo tranſacto primus annus ab exitu ex Ægypto eſt expletus. Initio verò ſequentis anni menſe Xanthico Macedonum, Hebræorum niſan, nouilunio tabernaculum dedicatum eſt, & quicquid vaſorum in eo fuerat. Statimq́ Deus indicauit gratum ſibi eſſe & non ſuperuacaneum laborem Hebræorum, præſentem ſe fano ſuo hunc in modum declarans. cum cælum eſſet aliàs ſerenum, ſuper ſolum tabernaculum caligo deſcendit, non quidem tanta quanta ſolent eſſe hibernæ nebulæ, nec tamen tam tenuis vt aſpectum humanum tranſmitteret: iucundusq́ ros diſtillabat ab ea, præſentia Dei fidem populo aſtruens. Moſes autem diſtributis prius in fabricatores tanti operis pro cuiuſque merito præmiis, victimas mactabat in atrio tabernaculi iuxta præſcriptum, taurum & arietem, hædumq́ pro peccatis. Sed quo ritu hæc fieri ſoleant, dicã dum ſacrificijs tractabo, & quæ victimæ ſolidæ tradantur conflagrationi, & quæ iuxta legem in epulas cedant. Deinde ſanguine victimarum ornatum Aaronis & filiorum eius aſperſit, puriſicãs eos fontanis aquis ac vnguento, vt Dei fierent Sacerdotes. atque hoc modo per ſeptem dies ipſos & veſtes eorum curabat: tabernaculum item & eius vaſa vnguento ſicut iam dixi confecto, & ſanguine taurorum & arietum alternis diebus iuxta genus ſuum mactatorum. octaua autem die feſtũ indixit, & ſacrificare vnumquenq́ pro facultatibus imperauit. at illi dicto parentes certatim & ambitiosè victimas offerebant, quibus ſuper aram impoſitis ſubito ſponte ſua ex illis ignis fulguris in morem emicuit, & inſpectante populo omnia flãma abſumpſit. Per idem tempus accidit Aaroni quædam calamitas, paterno animo grauis, quam tamen generoſe pertulit. erat enim vir fortis, & intelligebat hoc non ſine Dei voluntate factum. Ex quatuor filijs quos dixi, ſeniores duo Nabadius & Abius, cum in aram intuliſſent victimas non iuxta præſcriptum Moſis, ſed quales antea ſolebant, combuſti ſunt flamma in eos conuerſa, & vultus ac pectora eorum depaſcente: nec ſuccurri potuit quin ita occumberent. Moſes autem iuſſit patrem eorum ac fratres ſublata cadauera extra caſtra deferre, atque ibi honorificè ſepelire: totusq́ populus inopinatam hanc eorum mortem luxit: ſolos fratres ac patrem Moſes voluit à mœrore abſtinere, & potiorem Dei honorem quàm ſuam triſtitiam habere. iam enim ſacrum amictum Aaron geſtabat. Cæterum Moſes recuſatis omnib. honoribus à populo ſibi oblatis, totus cultui diuino erat deditus: & in Sina quidem non amplius aſcendebat, ſed in tabernaculum ventitãs oracula quoties opus erat à Deo referebat, cultu & habitu priuati hominis vti perſeuerans, neq́ quicquã præter reip. curam præ aliis ſibi vendicans. Leges præterea ſcribebat & viuendi rationem, quam ſeruantes & Deo placere poſſent, & ipſi inter ſe ſocialiter & pacatè viuere: atq́ hæc omnia Dei monitu faciebat. Dicã autem & de illis legibus ſuo loco, nunc illud ſuccurrit, quod in mentione Sacerdotalis ornatus omiſſum non oportuit. nam ea veſtis omnem ſub prophetiæ prætextu impoſturarum occaſionem ademit his qui illa vtebantur: liberumq́ Deo vel adeſſe Sacerdotibus, vel nõ, omnib. & popularibus demonſtrauit, & exteris

An. mũdi 2455 Ante Chriſtum natum 1509.

Beſeleel.

Exod. 45. Tabernaculũ in deſerto dedicatum primo die Aprilis, anno ſecundo exitus ex Aegypto, mundi cõditi 2455. ante natum Chriſtum 1509.

Tabernaculi & Sacerdotum dedicatio.

Leuit. 8.

Leuit. 9.

Sacrificium ſponte ſua accenditur.

Leuit 10.

Nadab & Abiu Aaronis filij combuſti.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

& exteris, si qui fortè huic spectaculo interuenirent. Ex lapillis enim quos Pontifex in humeris gestabat (sardonyches erant, quorum naturam nulli non notam narrare superuacuum puto) micabat alter quoties litatum esset, is qui dextrum humerum occupabat: tantumq; fulgorem emittebat vt procul etiam intuentibus conspiceretur, idq; prater naturam suam & consuetudinem: quod certè admirationem meretur apud omnes, nisi si qui ex contemptu religionis sapientiæ opinionem aucupantur. Sed mirabilius est quod nunc dicturus sum. per duodecim gemmas, quas in pectore pontifex insutas esseni gestat, in bello victoriã pranunciare Deus solebat. nam priusquàm exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facilè innotesceret, adesse Deum, opemq; & auxilium suum inuocantibus esse allaturum. quapropter Graci qui à nostra religione non abhorrent tum hoc miraculum pro compertißimo habeant, ita vt negari non poßit, essena vocant λόγιον, hoc est oraculum. Desiit tam essen quam sardonyx fulgorem emittere annis ducentis antè quàm hac commentaremur, irato Deo propter legum suarum preuaricationem: de quo aliàs oportuniùs dicetur. nunc cœptam narrationem deinceps prosequar. Tabernaculo dedicato, & omnibus quacunque ad Sacerdotalem ordinem pertinebant ritè peractis, populus Deo in castrorum contubernium recepto latus ad hymnos & sacrificia se conuertit, non aliter quàm omnibus iam malis auerruncatis, & omnia prospera in posterum sperantes: donaq; Deo tam priuatim quàm publice per singulas tribus offerebãt.

Gemmarum in Pontificali ornatu miraculum.

Principum tribuum sacrificia & dona. Num. 7.

Principes enim tribuum bini de suo conferentes plaustrum cum duobus bobus contribuebant, vt sex plaustra tabernaculo per viam deuehendo inseruirent: & prater hoc vnusquisque eorum obtulit phialam & trulleum & acerram. hæc decem Daricos valebat, eratq; odoramentis referta. trulleũ verò & phiala, vtraque simul ducentos siclos pendebant, sed phiala seorsim tantùm septuaginta. hæc farina erãt plena, oleo subacta, quali ad altare in sacrificiis vtebantur. prætereà vitulum & arietem cum agno anniculo in holocaustum, & hircum pro peccatis. ad hæc obtulit vnusquisque Principum alias victimas qua salutares vocabantur, per singulos dies boues duos & quinque arietes cum agnis agniculis & hædis. atque ita per duodecim continuos dies sacrificauerunt, qualibet die vnus.

Moses in tabernaculo Deum consulit.

Moses autem non amplius in Sina monte, sed tabernaculum introgressus, consulebat Deum de rebus agendis, & de ferendis legibus: quas meliores quam vt ad hominem autorem referri debeant, posteritas multis seculis seruauit, diuinitus datas credens: adeò vt eas nec in pace ob voluptatem, nec in bello ob necessitatem violare fas putarent. sed de his nunc desino, proprium volumen aliquando huic tractationi dicaturus.

CAP. X.

Leges de sacrificiis & purificationibus.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. al. 12.

NVNC paucas tantum commemorabo, qua ad purificationes & sacrificia pertinent: quandoquidem in sacrificiorum mentionem incidimus. Duo sunt sacrificiorum genera, priuatum & publicum. horum vtrunque duobus fit modis. Aut enim tota victima igni absumitur, quod ideò vocatur holocautoma. aut pro gratiarum actione persoluitur, & in epulum sacrum facientium vertitur. De priore prius sum dicturus. Vir priuatus holocautoma facturus, mactat bouem, agnũ & hedũ: & hos quidem anniculos, bouem verò licet mactare etiã grandiorem.

Duo sacrificiorum genera.

Holocautoma. Leuit. 1.

rem. Sed opus est vt sint omnia masculà quæ solida concremantur. his iugulatis Sacerdotes aram circumquaque sanguine horũ tingunt: deinde mundata membratim dissecant, & sale conspersa in aram imponunt, strue lignorum iam ardente. deinde pedes & intestina omnia diligenter primum repurgata ad reliquũ aceruum adjciunt: tergora verò Sacerdotibus cedunt. & holocautomata quidem ad hunc modum fiunt. Quum verò pro gratiarum actione sacrificant, eorundem generum animalia mactant, sed quæ vitio careant, & anniculis sint maiora, & masculà fœminis copulata. his iugulatis primum sanguine aram imbuunt, deinde renes & omentum & omnem pinguedinem cum fibra iecoris, & insuper caudam agni aræ inferunt. pectore verò ac dextro crure Sacerdotibus concesso, reliquis carnibus per biduum epulum instruunt, & quæ superfuerunt igni comburunt. idem ritus seruatur & in sacrificio pro peccatis. Sed qui victimas maiores non habent, par columbarum aut turturum offerunt, quarum altera fit holocautoma, altera Sacerdotibus in cibum datur. Accuratius autem de his in libro de sacrificijs disseremus. Nam qui per ignorantiam peccauit, agnum & hædum fœminam eiusdem ætatis offert: Sacerdosq; sanguine non vt antè aram, sed cornua eius sola imbuit: renesq; & reliquam pinguedinem cum fibra iecoris in aram infert. Sacerdotes vero tollunt sibi & pelles & carnes eadem die absumendas in fano. nam lex vetat quicquam in posteram diem reliquum facere. Qui autem sciens peccauit, nemine conscio, arietem offert lege ita iubente: cuius carnes in fano similiter Sacerdotes eadem die cõsumunt. Principes quoque cum pro peccato sacrificant, eadem, quæ plebeij, offerunt, hac tantum differentia, quòd victimas adducunt taurum & hædum masculum. Jubet etiam lex vt tam in priuatis quàm in publicis sacrificijs farina afferatur purissima, cum agno assaronis mensura, cum ariete duorum, cum tauro trium. hanc consecrant in altari oleo subactam. nam & oleum sacrificantes afferunt, cum boue hinis dimidium, cum ariete tertiam partem, cum agno quartã. ea est mensura prisca Hebræorum, duos choas Atticos continens, qua oleum ac vinum metiuntur. nam vinum circa altare libant. Si quis autem non sacrificans ex voto similam offert, eius primitias pugillum vnum in aram conijcit. reliquum eius Sacerdotes in cibum sumunt, aut coctum: nam oleo subigitur: aut panibus inde confectis. quantumcunque autem Sacerdos offert, totum comburi oportet. Vetat etiam lex offerri eadem die natum animal vnà cum genitrice, & aliàs quoque non nisi octauo à partu die admittit. Fiunt & alia sacrificia pro recuperanda valetudine, aut alia de causa, in quibus liba cum victimis insumũtur, ex quibus nihil in posteram diem relinqui fas est, Sacerdotibus quoq; partem suam inde sumentibus. Publicis verò impensis lex iubet quotidiè agnum anniculum mactari mane ac vespere. septima autem quaq; die duos iugulant, eodem modo sacrificantes: & nouilunio præter quotidianas victimas duos boues cum agnis anniculis septem, & arietem: hædum verò pro peccato, si quid fortè per obliuionẽ omissum fuerit. Septimo item mense, quem Macedones hyperberetæum vocant, præterea dicta taurum & arietem & septem agnos mactãt, & hædum pro peccatis. decima deinde luna eiusdem mensis ieiunãt vsq; vesperã: sacrificantq; eadem die taurũ & arietes duos & agnos septẽ: & pro peccato hædum. adducunt autem duos præter hunc hædos: quorum alter viuus extra fines in desertum emittitur, in quem, si quid mali propter peccata populo immineat, auertatur. alterũ verò

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

Sacrificium pro gratiarum actione, Leuit. 3.

Leuit. 4. 5.

Sacrificia pro peccatis per ignorantiam commissis.

Sacrificium si quis sciens peccauit. Leuit. 49.

Consuetudo in sacrificijs obseruata. Leuit. 2.

Num. 28. 29.

Sacrificium mensis Octobris.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

in ſuburbanum in locum puriſſimum eductũ cum ipſa pelle exurunt nihil omninò purgantes. & cum eo ſimul exuritur taurus, non à populo adductus, ſed ſumptu pontificis. quo mactato, & ſanguine eius ſimul & hadi in fanum illato, aſpergit digito tectum ſepties, totiesq́ pauimentum, rurſusq́ toties interiora fani circum altare: reliquum deinde circum altare maius quod eſt ſub diuo in atrio. deinde extremitates & renes & adipes cum fibra iecoris inferunt altari: pontifexq́ adijcit arietem de ſuo, ſolidum Deo conflagraturum. Eiuſdem menſis decima quinta, tempore iam in hibernum vergente, tabernacula compingere iubentur per ſingulas familias contra ventura frigora qua annus ſeneſcens afferre ſolet. quin & in patria tandem conſtituti, accedere in eam vrbem quam propter templum caput regionis ſint habituri, & octo dies feſtos ducere, victimasq́ Deo ſolidas incendere, & ſimul pro gratiarum actione ſacrificare, manibus interim geſtantes ramos myrti, ſalicis & palmæ, ex quibus mala perſica dependeant. prima die ſacrificium debet eſſe holocautoma extredecim bobus, & agnis vno pluribus, & arietibus duobus, addito hædo pro peccato. Sequentibus diebus idem numerus agnorum & arietum vnà cum hædo mactatur, ſed per ſingulos dies vnum de numero boum detrahunt, donec ad ſeptenarium perueniatur. Octauo die feriantur ab omni opere, mactantq́ ſicut diximus vitulum & arietem & agnos ſeptem, & pro peccatis hædum. Atque hæ ſunt Hebræis ceremoniæ tabernaculorum, à maioribus acceptæ. Menſe autem Xanthico, qui noſtris niſan vocatur, & annum exorditur, luna quartadecima, ſole arietem obtinente, quandoquidem hoc menſe ab Ægyptiaca ſeruitute liberati ſumus, ſacrificium, quod tunc exeuntes feciſſe diximus, Paſcha nominatum, quotannis inſtaurare lege iubemur: celebramusq́ id per ſodalicia, nihil è victimis inſequentem diem relinquentes, quæ eſt quinta decima & azymorum feſtiuitatis prima. nam hoc feſtum priori continenter ſuccedit, duratq́ dies ſeptem, per quos panibus non fermentatis veſcuntur: & per ſingulos dies tauri iugulantur duo, aries vnus, agni ſeptem. hæc holocautoma fiunt, additurq́ hædus pro peccatis in quotidianũ epulum ſacerdotibus. Secunda azymorum die, quæ eſt menſis huius decima ſexta, frugibus demeſſis & hactenus intactis incipiunt frui: æquumq́ rati Deum huius vbertatis autorem per gratitudinem honorari, hordei primitias offerunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinſunt, atque ita in alicæ modum fracti aſſaronem ad aram offerunt: inde pugillo vno in eam iniecto reliquum Sacerdotum vſui cedit: & ex eo licitũ ſit publicas ac priuatas meſſes metere. primitiarum tempore agnus in holocauſtum Deo mactatur. Poſt Paſchale ſacrum elapſis ſeptem ſeptimanis, hoc eſt quadraginta nouem diebus, quinquageſima quam à numero aſartha Hebræi vocant, offerunt Deo panem è farina triticea duobus aſſaronibus cum fermento confectum, mactantq́ agnos duos: hæc oblata mox in cœnam Sacerdotibus apponuntur, & eadem die ſic vt nihil ſuperſit abſumuntur. cæterum holocautoma faciunt è tribus vitulis, arietibus duobus, agnis quatuordecim, hædisq́ pro peccato duobus. Nullum autem feſtum ducitur abſque holocautomate & laborum vacatione, ſed in omnibus omninò hæc duo lex obſeruari iubet: & poſt ſacrificium in epulis degunt. ex publico præbetur panis non fermentatus ex farina aſſaronibus viginti quatuor. coquuntur autem bini pridiè Sabbati: & Sabbato mane proponuntur in ſacra menſa duobus ordinibus ſeni ex aduerſo ſeſe reſpicientes: atque

Tabernaculorum feſtum. Exod. 23. Leuit. 23. Deut. 31.

Exod. 12. 13 23. Leuit. 23. Nume. 9. Deute. 16. Paſcha decima quarta Aprilis die.

Feſtum azymorum.

Leuit. 2. Primitiæ frugum.

Sacrificium Pentecoſtes.

In ſingulis feſtis & ſacrificiis quid obſeruetur.

Panes propoſitionis.

atque ita cum duabus lancibus thure plenis permanent vsq; in proximè sequens Sabbatum. tunc demùm alij pro illis recentes supponuntur, & hi priores Sacerdotibus in cibum dantur: thus item sacrò igne aboletur, quo ad holocaustomata vti solent, & pro eo quoq; aliud cum panibus proponitur. Sacerdos autem de suo quotidiè bis offert Deo farinam oleo maceratam, & modica coctura duratam: estq; demensum eius farinæ assaron. vnus. huius dimidium mane, tantundem vespere, in ignem infert. Sed de his hactenus, quorũ rationem aliàs diligentiùs explicabimus. Caterùm Moses tribum Leuiticam à catero populo exemptã, vt Deo sacrandam, fontanis aquis perennibus & solenni sacrificio purgauit: eiq; tabernaculum cum sacris vasis sartum tectum curandum cõmisit, iubens vt ad præscripta Sacerdotum sacrum ministerium capesserent: atq; eo tempore sacri & Deo dicati sunt habiti. Post hac animalia discreuit, quæ ad cibum essent pura, & quibus vesci non liceret: de quibus aliquando per occasionem disseremus, quam ob causam aliorum esum permiserit, aliorum interdixerit. Sanguinis certè ideò vetuit, quòd hunc animã & spiritum putaret: neq; animalis non occisi carnem ad cibum concessit. ad hæc reticuli & adipis caprini, ouilli & bubuli abstinentiã indixit. Eiecit etiam è cœtu & consuetudine hominum leprosos, & seminis profluuio laborantes: mulieres etiam quæ naturaliter purgantur versari inter homines vetuit, nec nisi post septimam diem puras haberi voluit. eum quoq; qui cadauer curasset, per totidem dies à cœtu arcuit. si quis autem vltrà hunc dierum numerũ diuturniore pollutione teneatur, sacrificare iubetur agnas duas: quarum alteram sanctificare oportet, alteram Sacerdotes accipiunt. eodem modo & pro gonoroico sacrificari mos est. qui verò per somnium genituram emisit, si se mergat in aquam frigidam, vt solet fieri post legitimæ vxoris congressum, pro puro habetur. Leprosos autem in perpetuum relegauit, tanquam nihil à cadauere differentes. quòd si quis pristinam valetudinem à Deo precibus impetrauerit, & in cutem sanitatis color redierit, hic varijs sacrificijs Deo gratitudinem suam attestatur, de quibus aliàs dicemus. Quo magis ridenda est illorũ fabula, qui dicunt, Mosen propter lepram ex Ægyptò profugum, turbam eòdem morbo laborantium in Chananæam duxisse. Nisi enim vanus ille rumor esset, nunquam Moses in suam ignominiam talem legem tulisset, qualem etiam alio ferente, probabile erat ipsum reclamaturum: præsertim quum inter multas gentes leprosi versentur, & in pretio sint: & adeò nec relegentur, nec contemptim habeantur, vt & in expeditionibus militares dignitates, & in administratione reipublicæ ciuiles illis committantur, ac ne à templis quidem & fanis arceantur. Quid igitur vetabat, si tali vitio fuit infectus, quò minus apud multitudinem sibi parentem eas leges statueret, quæ ipsi honorem potiùs quàm detrimentum afferrent? Qua re manifestum fit quòd hæc per inuidiam de nobis fingantur. Moses enim purus ipse & inter puros degens, ad honorem Dei talium legum autor esse voluit. Sed hæc quisq; ita vt libitum fuerit accipiat.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

Leuit 8. Num. 3.

Leui tribus cultui sacrata.

Res immundæ.

Leuit. 7. 17.

Leuit. 12. 13. 14. 15. Qui homines immundi. De Leprosis.

Contra illos qui Mosen & Israelitas propter lepram profugisse ex Aegypto cõtendunt.

Caterùm puerperas fanum introgredi vetuit, aut sacris interesse vsq; in quadragesimum diem si fœtus sit masculus: quòd si fœmina sit, duplum eius temporis præscribitur. Ac ne post præstitutum quidem terminum intrant absq; victimis, quæ partim Deo, partim Sacerdotibus cedunt. Quòd si quis adulterij suspicionem de vxore habuerit, offert hordeaceæ farinæ assaronẽ, & immisso ex ea pugillo super altare, quod reliquũ est Sacerdotibus vescendum datur. Deinde aliquis

Hecdo & Rufinus Cap. 14. Puerperæ leges.

Nume. 5. Adulterij leges & zelotypiæ.

An. mũdi 2435. Ante Christum natum 1509.

Sacerdotum statuit mulierem ad portam, quæ est obuersa ad fanũ: & inscripto primum Dei nomine in membrana, defert ei iusiurãdum cum imprecatione, vt si pudicitiã læsisset, luxato crure dextro & ventre disrupto miserè moriatur: sin autem præ amore nimio & præ zelotypia maritus ad iniquã suspitionem sit cõmotus, decimo mense infantem masculũ pariat. peracto iuramento de membrana deletum nomen in phialam exprimit, & sumpto è fano puluere humi collecto, atque in poculum aspersо, ebibendum porrigit. mulier verò si iniustè est delata, pragnans facta maturè & feliciter enititur. quòd si coniugalem fidem & Deum iurisiurãdi testem fefellit, turpiter moritur, crure luxato, & ventrem aqua intercute inuadente. Hæc sunt quæ Moses genti suæ de sacrificijs ac purificationibus præscripsit. Leges autem tulit tales. Adulterium in vniuersum prohibuit, ratus coniugum summam felicitatem, si fides ac pudicitia seruetur, & reipublicæ quoque interesse vt liberi legitimi proueniant. Item incestum cum matre, aut nouerca, cum amita aut matertera, cum sorore nurúve, omnesq; tales coitus vt nefarios damnauit. vetuit & cum muliere menstruum fluxum patiente congredi, & cum brutis: damnauit etiam eos qui ex formosis maribus turpem voluptatem captarent: & qui contrà fecisset, capitalem pœnam inflixit. Sacerdotes autem duplo castiores esse voluit. hos enim non solum prædictis legibus sicut reliquos teneri iussit, sed etiam non quamuis fœminam in coniugalem thorum admittere, non quæ corpore quæstum fecisset, non seruam aut captiuam, neque cauponariam aut stabulariam, neque à priore marito quacunque de causa repudiatam. Pontifici verò ne viduam quidem permisit, quod tamen cæteris Sacerdotibus liberum reliquit: sed solum virginem ducere concessit, eamq; seruare. Idem nec ad mortuum sinitur accedere, quod tamen cæteris est licitum, ad fratres & parẽtes ac liberos mortuos accedere. Iidem iubentur simplices esse, omniq; fuco carere. Quicunq; è Sacerdotibus integer corpore non esset, partem quidem suam cum cæteris accipere sinitur, sed ad altare ascendere, & fanum intrare prohibetur. Nec solum in sacris obeundis puros esse oportet, sed vitam etiam irreprehensibilem præstare. quapropter qui sacrum amictum gestant, tantisper dum eo vtuntur, præter aliam castitatem, puritatem & sobrietatem à vino quoq; interim arcentur. Victimæ etiam integri corporis mactantur, omniq; vicio carentes. Hæc sunt quæ Moses iam tunc vitæ suæ tempore obseruanda tradidit: quædam etiam in futurum, ipse licet in deserto degens, Chananæam terram tandem adeptis prospexit. Septimo quoque anno remissionem agris dedit, intactosq; aratro & plantatione esse iussit, quemadmodum iam ante populo septima quaq; die remissionem à laboribus dederat. quæ verò per hunc annum sponte sua terra protulerit, publica esse & promiscui vsus iussit, & neque indigenam neque aduenam ab eis fructibus colligendis arceri: idemq; obseruari post septimam annorum septimanam, qui numerus quinquaginta conficit, vocaturq; Hebræis quinquagesimus quisque annus iobelus: in quo & debitoribus fœnus remittitur, & serui manumittuntur, qui contribules cum essent, legem aliquam violauerint, & supplicij vice in seruitutem vindicati fuerint. Agri quoque ad pristinos dominos ex hac lege redeunt hunc in modum. Instante Iobelo, quæ vox libertatem significat, conueniunt venditor agri & emptor, computatisq; fructibus ac expensis in agrũ factis, si fructus maiores fuisse comperiãtur, recipit agrũ venditor. quòd si expensæ maiores fuerint, hoc quod deest recipiens emptor possес-

De adulterio & incestu.

Exod. 22. Deut. 17. Leuit. 18. 20. 21. 29.

Leuit. 21. Qualis vxor Sacerdoti ducenda.

Leuit. 25. Lex septimi cuiusq; anni.

Annus iobelus.

possessionem alteri cedit. sin vtraq; paria fuerint, possessio ad veteres dominos reuertitur. idem ius est & in domos quæ in vicis non munitis venduntur. diuersum verò de illis quæ intra oppidorum mœnia venduntur. Licet enim ante annum elapsum reddita pecunia domum recipere: quòd si integer annus interim abiuerit, emptori possessionis ius confirmatur. Has leges Moses in castris in Sina populo tradendas accepit à Deo, moxq; literis mandatas ad posteros etiam obseruandas transmisit. An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

CAP. XI.

Leges belli & consuetudines.

LEGIBVS ad hunc modum digestis, ad rei militaris curam animum aduertit, de bellis futuris iam tum cogitans. indicit igitur censum tribuum, excepta Leuitica: eiusq; cura principibus demandata, numeram eorum qui militari ætate essent, ad se referri iubet. Leuitæ enim sacri erant & immunes à militia. Censa sunt capita sexcẽta millia eorum qui arma ferre valerent, ætatis ab anno vigesimo vsq; quinquagesimum, & super hunc numerum MMMDCL. *Pro Leui autem allegit inter autores tribuum Manassem Josephi filium, & Ephraemen pro Joseph o. Hos enim Jacobus in adoptionem à Joseph o impetrauerat, sicut suprà diximus. Compacto igitur tabernaculo in medium castrorũ illud receperunt, tribus tribubus per latera singula tendentibus, inter quas via intercedebãt. Forum quoq; rerum venalium est propositum, & merces suo quaq; loco dispositæ: aderantq; opifices omnium artium in suis officinis, vt planè ciuitas videretur, huc atq; illuc commeans. Loca autem tabernaculo proxima sacerdotes occupabant, ac deinceps Leuitæ. Eorum (nam & hi seorsim sunt recensiti) numerus erat viginti tria millia, octingenti octuaginta, maribus tantum, & qui trigesimum à natiuitate diem excederent, in hunc censum venientibus. Et quamdiu nubes super tabernaculum perseuerabat, tantisper velut præsente Deo castra eodem loco manebant, quoties verò se aliò mouebat, tum etiam ipsi migrabant. Inuenit autem & buccinæ speciem ex argento factæ talem. Canna erat tibia paulò crassior, longitudine paulò minus cubitali, cuius os tantum patebat, quantum ad inflandum sufficeret, desinebatq; in extremitatem campanulæ similem, quemadmodum tuba. Asosra vocatur hoc genus apud Hebræos. Duas tales fecit, quarum vna plebs ad concionem vocabatur, altera principes ad consultandum de Republica excitebantur: vtrisq; verò clangentibus vniuersus populus conuocabatur. Quoties verò tabernaculum moueretur, hic modus seruabatur. Primo signo canente qui in orientali parte castrorum tendebant, excitabantur: secundo verò, qui à tergo tabernaculi tentoria sua fixerant: deinde tabernaculum dissolutum medium portabatur inter sex tribus præcedentes, & alias sex ponè sequentes. Leuitæ verò tabernaculum circumdabant. Ad tertium autem signum pars castrorum meridionalis mouebatur, & ad quartum septentrionalis. His buccinis vtebantur etiam in sacrificijs, in quibus victimas cædi mos est, tam sabbatis quàm cæteris diebus. Tunc etiam primum pascha solennibus victimis est celebratum ex eo tempore quo in libertatem vindicati, Ægyptiorum dominationem effugerant.*

Hedio & Ruffinus Cap. 15. al. 12.

Num. 1. Moses populum numerat.

Num. 2. 3. 4.

Dispositio castrorũ.

Nubes super tabernaculum. Num. 9.

Num. 10. Buccinæ duæ ex argento factæ.

Ordo castrorum circa tabernaculo.

CAP. XII.

Seditio contra Mosen propter egestatem & seditiosorum pœna.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509. Hedio & Ruffinus Cap. 16. al. 13. Num. 11. Seditio contra Mosen.

NON multo pòst à Sina monte castra mouentur: & post aliquot mansiones, de quibus dicemus, ventum est ad locum qui dicitur Hseremoth: vbi denuò populus seditionibus agitari cœpit, & laboriosæ peregrinationis culpam in Mosem conferre. Illius suasu se reliquisse regionem fertilissimam, & nunc non solum eius vbertate carere, verumetiam pro sperata felicitate in extremis miseriis huc & illuc oberrare, aquarum inopia laborantes: & si manna quoq; aliquo casu deficiciat, procul dubio fame interituros. His addebant multa conuicia, qua in virum optimè meritum passim iactabantur. exortus est interim vnus è populo, qui admonitos præteritorum Mosi beneficiorum, bonam spem habere hortabatur, ne tum quidem opem diuinam frustra requisituros. Vulgus autem his verbis vehementius concitatum, magis ac magis contra prophetam tumultuabatur. Qui videns ita desperatos, iubet æquo animo esse, pollicendo se quamuis grauibus contumelijs immeritò petitum, copias tamen carnium eis exhibiturum, non in vnum tantum diem, sed in plures etiam. Illis verò credere nolentibus, quodam etiam rogante, vnde tot hominum millibus prouidere posset: Deus, inquit, & ego, quantumuis malè apud vos audientes, nunquam tamen desinemus vestri curam gerere: idq; breui estis visuri. Vix hæc dixerat, cum tota castra coturnicibus complentur, quas aceruatim venabantur. Deus tamen non multo pòst in Hebræorum insolentiam ac maledicta animaduertit, non paucis è populo desideratis. Nam & hodie locus ille nomen ex eo casu inditum retinet, vocaturq; Cabrothaba, quasi dicas concupiscentiæ monumenta.

Israelitæ in deserto coturnicum carnes impetrant.

Concupiscentiæ sepulchra.

CAP. XIII.

De speculatoribus, qui explorata Chananæorum regione reuersi Israelitis terrorem hostium incusserunt.

Hedio & Ruffinus Cap. 17. al. 14. Num. 13. 14. Exploratores terræ Chanaan mittit Moses.

MOSES autem posteaquam abductos inde adduxisset in locum humana habitationi parum aptum, non longè à finibus Chananæorum situm, qui dicitur Fauces, in concionem populum aduocat. Cumq; in medijs constitisset, Duo bona, inquit, Deus vobis dare decreuit, libertatem, & felicis terræ possessionem: quorum alterum ex ipsius munificentia iam habetis, alterum quoq; mox habituri. Sumus enim in Chananæorum finibus, à quibus adeò nulla ciuitas, nullúsue Rex nos arcebit, vt ne vniuersa quidem gens collatis in vnũ viribus efficere hoc valeat. Ergo parati simus ad rem fortiter gerendam. neq; enim sine prælio regione sua nobis sunt cessuri, sed post magna certamina victoriæ præmium erit. Sed ante omnia mittendi sunt speculatores, qui & terræ vbertatem, & habitatorum potentiam explorent. Nos verò in primis concordiæ studere oportet, & Deum adiutorem ac auxiliatorem nostrum debito cultu prosequi. Hæc vbi locutus est, populus collaudato Mosis consilio, exploratores eligit duodecim nobilissimos, ex vnaquaq; tribu vnum: qui exorsi à partibus ad Ægyptum vergentibus, totam Chananæorum regionem perlustrauerant, donec ad Amathen vrbem & Libanum montem peruenirent, explorataq; terra simul & incolarum natura, reuersi sunt ad suos, quadraginta diebus in hoc negocium insumptis. Et fructuum quidem

An. mūdi 2455. Ante Christum natum 1509.

quidem pulchritudo quorum ſpecimen erat allatum, vbertasq́ regionis quam audiebant, animos multitudinis ad bellum ſuſcipiendum erigebat. contrà deterrebantur narrantibus difficilem fore eius acquiſitionem, quòd flumina ſuperanda eſſent magna ac profunda, & montes ardui tranſcendendi, & vrbes mœnibus firmiſſimis cingantur. Apud Hebronem verò etiam gigantum progeniem ſe reperiſſe aiebant, atq́ ita exploratores cum omnia maiora apud Chananæos inueniſſent, quàm quæ hactenus poſt exitum ex Ægypto viderant, ſuo timore reliquam etiam multitudinem data opera impleuerunt. Qui ex eorum narratione impoſsibile rati talem terram acquirere, ſoluta concione domum reuerſi cum vxoribus & liberis lamentabantur, dicentes Deum verbis tantum multa polliceri, re autem omninò nihil auxilij præſtare. rurſumq́ Moſem incuſantes, in eum ſimul & fratrem eius Aaronem pontificem vociferabantur: atq́ ita totam noctem inquieti exegerunt, in vtrunque conuicia iactando. manè verò ad concionem concurrunt hoc animo, vt lapidatis Moſe ac fratre, in Ægyptum retro vnde venerant reuerterentur. Quem euentum metuentes duo è ſpeculatoribus, Jeſus Naueci filius ex tribu Ephramitide, & Chalebus ex tribu Judæ, procedunt in medium, & populum compeſcunt, orantes vt bona ſpe ſint, néue Deum inſimulent mendacij, temerè fidem habentes quibuſdam, qui vanis ſermonibus de rebus Chananæorum vulgatis multitudinem credulam territarent: quin potius eos ſequerentur, qui illis regionem tam felicem acquirendi autores ac duces ſe præberent. neque enim montium magnitudinem, neq́ amnium profunditatem obſtaturam viris fortiter rem gerere paratis, præſertim auſpice Deo, & pro illis in acie præliaturo. Jte, inquiunt, poſito omni timore alacres, Deoq́ freti, quà vos ducemus ſequimini. Talibus verbis conabantur ſedare tumultuantem populum. Moſes interim & Aaron procidentes in faciem ſupplicabant Deo, non pro ſua ſalute, ſed vt inſanientem multitudinem ad ſanam mentem reduceret, tot præſentibus & inſtantibus neceſsitatibus turbatam: cum ſubito nubes ſuper tabernaculum exorta, adeſſe præſentem Deum ſignificat. Quo viſo Moſes animatus infert ſe in turbam, & vltrò pœnam eis à Deo tanta inſolentia prouocato minatur, non tamen quantam peccati enormitas merebatur, ſed qualis eſſe ſolet paterna caſtigatio. Sibi enim tabernaculum ingreſſo, & internecionem populi cum lacrymis deprecanti, commemoraſſe Deum, quot & quantis beneficijs affecti ingrati eſſe pergerent: & quod nunc ſpeculatorum ignauia ſeducti, eorum verbis plus veritatis ineſſe putarent, quàm ſuis promiſsionibus. quamobrem non deleturum quidem totum illud quod cæteris mortalibus omnibus præſtitiſſet: attamen terram Chananæam eiusq́ vbertatem illis non conceſsurum, ſed ſine lare & ſine vrbe in deſerto quadraginta annis erraturos, quò peccati pœnas exſoluant. Liberis tamen eorum terram illam daturum, eosq́ commodorum quibus patres ſe per intemperantiam indignos redderent, dominos eſſe conſtituturum. His denunciationibus vulgus attonitum, totum ſe mœſtitia dedidit: Moſemq́ obſecrabat, vt deprecaretur Deum, quo reconciliatus peccatisq́ condonatis, vrbes hoſtiles eis traderet. Ille verò negabat Deum laturum talibus ſe tentari precibus. non enim temerè aut humano more ad hanc indignationem eſſe commotum, ſed iuſtam hanc ſententiam protuliſſe. Non eſt autem incredibile, Moſem vnicum virum innumera penè hominum millia concitata ſedauiſſe, quandoquidem Deus illi præſens

Exploratores Iſraelitis terrorem incutiunt.

Murmur populi contra Moſen.

Iosua & Chaleb populum compeſcunt.

Moſes & Aaron Deo ſupplicant.

Hedio & Ruffinus Cap. 18. al. 14.

Iſraelitę in deſerto quadraginta annis erraturi.

Pœnitentia populi.

Moſes vir maximæ autoritatis.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

præsens placabiliorem faciebat multitudinem, sapè iam suo malo expertam, conducibilius esse non repugnare diuinæ voluntati: & alioquin etiam vir ille dignissimus est admiratione, tum ob singularem virtutem, tum ob fidem non tantum à sui seculi hominibus, sed à posteris etiam impetratam: quandoquidem hodie quoq; nemo est Hebræorum, quin etiamsi latere possit, quasi præsentem reuereatur, & quasi pœnas exacturum, si quid præter decorum ab ipso præscriptum gesserit. Authoritatis eius plusquam humanæ argumenta sunt plurima, & in his illud non minimum, quòd quidam ex regionibus vltra Euphratem sitis ad honorem nostri templi quatuor mensium iter magno sumptu, nec sine periculo emensi, sacrificioq; peracto, non potuerunt tamen partem aliquam de victima consequi, existente aliqua causa, cur per leges nostras id minus liceret. Et quidam ne sacro quidem facto, alij semiperfecto sacrificio relicto, nonnulli ne templum quidem adire permissi, re infecta redierunt, malentes Mosis legibus quàm suo proposito obsequi: idq; nemine redarguente, nisi propria conscientia. Tantum valet semel concepta de hoc viro opinio, vt maior homine habeatur qui leges à Deo acceptas hominibus tradidisse creditur. Nuper etiam non longè ante Judaicum bellum principatu Claudij, pontificatum apud nos Ismaels obtinente, quum tam valida fames regionem nostrã premeret, vt assaron quatuor drachmis veniret. & in festiuitate azymorum allati essent cori septuaginta, hoc est medimni Siculi triginta & vnus, Attici verò quadraginta & vnus, nemo tamen sacerdotum ausus est micam vnam inde comedere, tanta egestate premente, legem tantum & iram diuinam veritus, quæ in occulta etiam peccata grauiter animaduertere solet. Quare non est cur aliquis miretur quæ illo tempore sunt gesta, quandoquidem etiam scripta posteris ab illo relicta tantam vim & autoritatem obtinent, vt vel inimici nostri fateantur quòd talem viuendi rationem Deus per Mosen instituerit. Sed de his quisq; vt videbitur sentiat.

Annonæ caritas principatu Claudij.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER QVARTVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI IIII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Hebræorum, inscio Mose, cum Chananæis pugna & clades.
II. Seditio per Choremaduersus Mosem ac fratrem propter Sacerdotum excitata.
III. Quomodo seditionis concitatoribus diuina vltione extinctis, sacerdotium Aaroni & filijs sit confirmatum.
IIII. Quæ Hebræis in deserto per annos 38. obuenerint.
V. Quomodo Moses deuicerit Sehonem & Ogem Amorræorum Reges, deleueritq; eorum copias.
VI. De Balamo vate.
VII. Hebræorum de Madianitis victoria, & Amoritis regio quomodo à Mose duabus cum dimidiata tribubus concessa.
VIII. Mosis leges, & quomodo ex hominibus fuerit sublatus.

CAP. I.

Hebræorum, inscio Mose; cum Chananæis pugna & clades.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

Num. 14. Israelitæ absq; Dei mandato & Mosis, cum hostibus congredi cogitant.

HEBRÆOS autem duram vitam in deserto agentes, & multis miseriis afflictos, nihil peius habuit, quàm quòd Deus non sinebat eos armis cum Chananæis experiri: nec iam amplius Mosem audire volebant, quiescere iubentem, rati etiam sine illius auspicijs victoriam de hoste se posse obtinere: accusabantq; eum, quasi hoc tantum agentem, vt in magna inopia constituti, semper ab illius consilijs penderent: & omnino pugnare decreuerunt, auxilium Dei sibi pollicentes, non tam Mosis respectu, quàm quòd in eius tutela iam inde à maioribus essent: & quos prius ob pietatem dignos libertate duxisset, eis nunc quoq; si rem strenuè gerant, victoriam non negaturum. Satis sibi virium aduersus eas gentes, etiamsi Moses Deum ab ipsis alienare conetur: omninoq; expedire sibi vt arbitratu suo potius rem gerant, quàm prò excussa Ægyptiorum seruitute Mosis tyrannidem suscipiant, eiusq; libidini seducti pareant, iactantis diuina colloquia, quibus vt Deo præ cæteris carus de rebus gerendis præmoneatur: quasi verò non omnes ex aquo Abrahæ essent posteri, vt vnus singulari gratia præscientiã futurorum diuinitus habere debeat. Prudentium esse vt contempta vnius hominis arrogantia, Deo potius promissori credentes, ad acquirendam eam regionem se expediant, neque diutius sub Dei prætextu verba sibi dari sinant. Cogitandum de præsenti inopia, quam loca deserta grauiorem in dies reddant, & ductore Deo manus cum Chananæis quamprimùm conserendas, nec amplius assensum legislatoris expectandum. Comprobata deinde omnium calculis hac sententia, populariter in hostes vadunt: qui neque feroci eorum impetu, neque immensa multitudine perterriti, irruentes in se excipiunt fortiter: & bona parte Hebræorum cæsa, reliquos turpiter vertere terga coactos insequendo, trepidos in castra compellunt. Eà clades præter omnium opinionem oblata vehementer animos multitudinis deiecit; peiora metuentis, cogitantisq; ab irato numine immissam esse; eo quòd non expectato oraculo ad pugnam prorupissent. Moses autem videns tum suos accepta clade consternatos, tum hostem victoria recenti elatum, veritus ne præsenti successu non contentus maiora moliretur, decreuit copias retrò in desertum reducere. Quumq; populus posthac in ducis potestate se fore pollicerétur, malo admonitus nihil absque ipsius consilio prosperè cessurum; motis castris itum est in desertum hoc animo, vt non prius contra Chananæos pugnam capesserent, quàm signo diuinitus accepto. Sed quemadmodum in exercitu ingenti vsu venit, maximè rebus aduersis, vt difficiles se moderatoribus præbeant, ita Judæis etiam idem accidit. Quum enim essent numero sexcenta millia, & vel in secunda fortuna parum tractabiles præfectis viderentur, tanto magis in egestate ac infortunio tam in se inuicem quàm in imperatorem suum exasperabantur. Quapropter tanta seditione est laboratum, quantam nec apud Græcos nec apud barbaros vnquam fuisse accepimus. qua res dubio procul in extremum iam periculum delatos perdidisset, ni Moses oblitus acceptæ iniuriæ, quòd minimum abfuit quin lapidaretur, rebus labantibus opem attulisset. Ac ne Deus quidem curam eorum prorsus abiecit, sed tametsi contume-

Hebræi Chananæi cædunt.

Moses retrò populum ducit in desertum.

Seditio aduersus Mosen.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

lioſos non ſolum erga legiſlatorem, verùm etiam in mandata diuina per Moſem accepta, liberauit tamen è pernicioſiſſima ſeditione, cuius abſq; ſua prouidentia non niſi triſtiſſimus exitus expectari poterat. Hanc ſeditionem, & quemadmodum ea ſedata Moſes rem adminiſtrauerit, nunc dicemus, cauſa eius primum expoſita.

CAP. II.

Seditio per Chorem aduerſus Moſem ac fratrem propter Sacerdotium excitata.

Num. 16. Core populum excitare aduerſus Moſen conatur.

ORES vir genere & opibus inter Hebraos clarus, & populari quadam facundia praditus, videns Moſem in celſo dignitatis conſtitutum, moleſtè ac inuidenter id ferebat. Cum enim eſſet ex eadem tribu & cognatione, iniquum cenſebat ſe illi poſthaberi, & diuitijs pollentiorem & genere nihilo inferiorem: multaq; in illum apud contribules Leuitas & inter cognatos concionabundus vociferabatur, rem indignam dictitans, nec diutius ferendam, Moſem ambitioſis artibus ſub pratextu cuiuſdam diuinitatis cum aliorum iniuria ſua tantum gloria ſtudere: & nuper prater ius & fas ſacerdotium abſq; populi ſuffragio fratri Aaroni dediſſe, & alias dignitates quaſi tyrannide arrepta pro libidine diſtribuere. Grauem hanc eſſe iniurium, quòd ita latenter ſe in dominationem inſinuet, vt priuſquam ſentiri poſſit, populi libertas opprimatur. Qui enim principatu ſe dignum ſibi ſit conſcius, eum volente ac perſuaſo populo ſine vi ad tale faſtigium aſpirare. Qui verò bonis artibus eò peruenire deſperent, à vi quidem abſtinere ne bonitatis ac honeſtatis opinionem amittant, ſed technis malicioſis ad id conſequendum niti. Talium conatus in medium protractos puniri è Repub. eſſe, priuſquam è clancularijs inſidiatoribus aperti hoſtes euadant. Quam enim rationem Moſem afferre poſſe, cur Aaroni potiſſimum & filijs ſacerdotium dederit. Si enim ex Leuitica tribu alicui honor is ex diuina voluntate debere-

Aliàs Balas.

tur, ſe meritò fuiſſe praferendum, genere Moſi parem, atate atque opibus potiorem. quòd ſi antiquiſſima tribus ratio haberetur, optimo iure viris Rubelitidis tribus dignitatem eam deferendam, Dathamo, Abironi, & Phalao, diuitijs iuxtà ac atate inter contribules praminentibus. Hac Cores, videri volens rei publica curam habere, reuera hoc tantum agens, vt concitato populo pontificatum inuaderet. Nec diu ſe intra vnam tribum hæ criminationes continuerunt, verùm ſparſus paulatim rumor, dum quiſque auditis de ſuo aliquid addit, totis iam caſtris peruagabatur: breuiq; eò res deuenit, vt ducenti quinquaginta è primatibus factionem Core ſequerentur, qui omnes operam dabant vt ſacerdotium fratri Moſis ademptum, in illum transferretur. populus praterea tam concitatus erat, vt ad lapides conclamaretur: concurrebatq; incondita multitudo in concionem, vbi ſtans ante Dei tabernaculum vociferabatur, tollendum tyrannum, & populum è ſeruitute eximendum, cui ſub religionis pratextu dura imperata imponerentur. Deum enim ſi ipſe eſſet ſacerdotis electror, aliquem dignum fuiſſe ad hunc honorem prouecturum, non eum qui multis eſſet meritò poſthabendus: vel ſi Aaroni eum dare decreuiſſet, populi ſuffragio potius quàm fratris beneficio fuiſſe daturum. Moſes autem qui Core calumnias non ignorabat, videns populum irritatum nequaquam expauit: ſed fretus conſcientia rei benè adminiſtrata,

Coræ factionem ducenti quinquaginta viri ſequuntur.

Moſen lapidibus obruendum clamant.

& ſciens

& sciens fratrem electione Dei peruenisse ad sacerdotium, non sua gratia, prodiit in concionem: & quoniam non erat imperitus artium quibus vulgus tractandum est, ad Corem versus elata voce, Mihi, inquit, Cores, vel tu vel vnus quiuis ex istis, intenta in ducentos & quinquaginta viros manu, honore digni videmini: imò ne reliquam quidem concionem contemno, etiam si vobis diuitijs & cateris dotibus non sint conferendi. Nam nec Aaron ideo sacerdotio potitur, quia ditior. Tu enim ampliores quàm vterq; nostrum, facultates possides. neq; quia nobilior. Commune enim vniuersis nobis genus Deus voluit, cuius eundem cunctis autorem dedit. neq; fraterno affectu motus quod alijs debebatur, fratri contuli. Nisi enim ius & fas pra oculis habuissem, nequaquam oblitus mei, dedissem alteri: cum nemo sit mihi meipso propinquior, & mihi non minus quàm illi benè velim. & alioqui qualis erat prudentia, me violati iuris reum facere, & huius facinoris pramium alteri cedere? Verùm & à mea probitate absit tale scelus, neq; Deus sustinuisset aut se contemni, aut vos ignorare quid illi gratissimum facturi essetis. Ipse sacerdotem sibi elegit, ipse ab hoc crimine immunem me reddidit. Attamen licet non meo beneficio, sed diuina electione hunc honorem adeptus, non dubitat in medium depositum vestris suffragijs committere, nullam prarogatiuam postulans ex eo quòd hactenus eo sit legitimè functus, vt qui omni ambitione posita, malit vos sine seditione videre, tametsi vestris etiam calculis iam antè comprobatus. neq; enim Dei voluntatem in hoc lesimus, quòd vestrum etiam assensum accedere voluimus. sed quod ille vltrò detulit, salua pietate recusare non licuit: quemadmodum & illud æquum est, vt qui semel dedit, suum donum ratum ac perpetuum efficiat. Quamobrem iudicàbit denuò quem velit pro vobis sacra facere, & pietatis vestra antistitem esse. Iniquissimum enim fuerit, Corem per ambitionem obstare, quò minus liberam Deus electionem sui sacerdotis habeat. Nihil est igitur quod seditionibus turbemini, quantum ad hanc causam attinet. Cras manè cum sua quisq; acerra & igne ac odoramentis adesto. Tu verò Cores cede Deo, & calculum eius expecta, neq; maiorem, quàm Deus habeat, authoritatem tibi arroga: sed tu quoq; inter cæteros huius honoris competitores iudicandus adesto. nec video cur vel Aaron à petitione debeat excludi, eodem genere natus, & qui iam in hac functione irreprehensibile sui specimen dedit. vbi verò conueneritis, coram toto populo suffitum facitote, & cuius sacrificium acceptius Deo fuerit, eum mea quoq; autoritate confirmabo, meq; ab hac calumnia collata per priuatam gratiam in fratrem summa dignitatis exoluam. His auditis turba & tumultuari simul, & malè suspicari de Mose destitit, & insuper consilium eius collaudauit tanquam è Republica futurum: atq; ita concio dimittitur.

An. [illegible] Ante C[illegible] natum 1503. Mosis, ad Corem seditiosum oratio.

CAP. III.

Quomodo seditionis concitatoribus diuina vltione extinctis, sacerdotium Aaroni & filijs sit confirmatum.

POSTERA verò die reditur in concionem vt sacro facto interessent diuino iudicio per quod competitorum certamen erat dirimendum: eratq; nonnihil tumultus, multitudine suspensa ad euentus expectationem, quibusdam Mosem in ordinem redigi cupientibus: qui verò prudentiores erant, seditionũ finem exoptan-

Ruffin. Cap. 2. Num. 16.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

tibus. timebant enim ne actum esset de Rep. si vlterius seditio procederet. multitudo quoq; natura nouarum rerum cupida, & ad obloquendum magistratibus prona, omnibus rumoribus circunferebatur. Moses autem missis ad Dathamum & Abironem viatoribus, iussit vt ad conductum venirent sacris interfuturi. postquam aũt negauerũt se obtemperaturos, neq; diutius passuros Mosi potentiam artibus malis quaesitam in populo augeri: his renunciatis assumptisq; a-

Dathan & Abiram contumaces.

liquot praestantioribus, non est dedignatus ad contumacẽ Dathami factionem venire, sequentibus se libenter quos iusserat. Tum Dathamus cum suis audito Mosem cum primatibus ad se aduentare, progressi cum liberis & vxoribus ante tabernacula, expectabant quidnam acturus esset. aderant etiam satellites qui arcerent eum si quid vi agere vellet. ille verò iam propior sublatis in cœlum manibus, & elata voce vt à tota multitudine exaudiri posset, Domine, inquit, cœli

Mosis ad Deum precatio.

& terrae ac maris, tu qui mihi testis es fide dignissimus, quòd quicquid hactenus feci, ex tua sententia feci, qui miseratus res Hebraeorum perpetuus adiutor mihi fuisti, exaudi hanc orationem. tu enim scis omnia, ipsas etiam cogitationes hominum: quapropter non dedignaberis rei veritatem atq; istorum ingratitudinem in mediũ proferre. Nosti sanè exactè & illa quae natiuitate meam praecesserunt, visa nimirum non audita: nunc in illis rebus testimonio tuo me subleua, quas isti cum non ignorent, malè suspicari tamen non verentur. Ego cum vitam agerem quietam, id quod mea virtute & tua voluntate Raguelisq; soceri beneficio consecutus eram, tamẽ relictis eius voluptatibus & cõmodis meipsum totum dedidi arumnis pro isto populo perferendis: & primũ pro libertate eorũ, nunc vero pro salute promptissimè magnos labores suscepi. Nunc ergo quoniam in suspicionem veni hominibus, qui mea cura ac prouidentia tot mala incolumes euaserunt, tu qui in igne illo ad montem Sina mihi apparuisti, & voce tua spectaculoq; illorum prodigiorum me dignatus es, qui in Ægypto legatione tuo nomine fungi voluisti, qui Ægyptiorum opibus afflictis seruitutem eorum effugere concessisti, & Pharaothis potentiam succumbere mihi fecisti, qui ignaris viam per mare medium iter aperuisti, cuius postea fluctibus Agyptios inuoluisti, qui inermes armis muniuisti, qui ex vitiosis fontibus potabiles reddidisti, & potum nobis inopia laborantibus è petra produxisti, cibumq; in terra non inuenientibus à mari attulisti, è cœlo deniq; nunquam antè auditum es largitus, qui legibus ac institutis rem nostram ornasti, adesto mihi Domine iudex omnium ac testis incorruptissimus, quòd neq; munera à quoquam Hebraeorum fauorem meum contra iustitiam captante admisi, neq; pauperem bonam causam habentem propter aduersarium diuitem perdere litem sum passus, & nunc Republica sincerissimè administrata in suspicionem culpae, à qua sum alienissimus, venio, quasi fratri ob priuatum affectum & non tua voluntate sacerdotium tuum contulerim. ostende quòd omnia tua prouidentia dispensantur, & nihil fortuitis casibus, sed tua voluntate ad effectum peruenit: & quòd res Hebraeorum cordi tibi sint, iusta in Dathamum & Abironem animaduersione declara, qui te stupidum faciunt meis imposturis circumueniri iactantes. facies autem manifestam aduersus insanos gloriae tuae detrectatores vindictam, si non communi more intereant, ne quis nihil nisi humanum passos existimet, sed terra quam indigni calcant dehiscens cum familijs & facultatibus eos absorbeat. hoc modo & tua potentia omnibus apparebit, & exemplum posteris statuetur, ne quis secus

quàm

quàm pium est de tua maiestate sentire audeat: & meum ministeriũ ex tua sententia esse comprobabitur. Quòd si vera sunt crimina quæ in me congerunt, tum in meum caput dirè vertant, illis quos execratus sum incolumibus. Atque ita exacta pœna à populi tui turbatoribus, reliquam multitudinem in pace, cõcordia, & mandatorum tuorum custodia seruà intactam & expertem supplicij sceleratis hominibus debiti: quandoquidem alienum est à tua iustitia, illorũ pœnas immeritam Israelitarum turbam dependere. Hæc cum lacrymis effato, terra horrendum repente contremit, & vndante superficie, non secus quam pelagus vento fluctuans, vniuersum populum terruit: immani mox sonitu eliso, quà seditiosi tendebant, solum subsidit, & eodem momento omnes ad vnum absorbet: sublatisq; in hunc modum profanis, hiatus ille ita rursum clauditur, vt ne vestigium quidem eius supereſſet. Hic finis seditiosæ factionis, illustre argumentũ diuinæ prouidentiæ simul & potentiæ: fuitq; hic casus eo miserabilior, quòd adeò nemo ne propinquorum quidem aut cognatorum eos est miseratus, vt totus quantus erat populus, ante actorum oblitus, latis acclamationibus Dei sententiam comprobaret, ac ne luctu quidem dignos, vt pestem ac perniciem populariũ existimaret. Post Dathamum cum suis extinctum Moses pontificatus æmulos conuocat, Deo denuo cõmissurus electionem, vt ei sit ratum Sacerdotiũ, cuius sacrificium Deo gratissimum apparuerit. Itaq; conueniunt ducenti quinquaginta viri summo in pretio semper apud populares habiti, tum quòd à maioribus omni virtute præclaris oriundi essent, tum quòd ipsi nequaquam degenerarent: cumq; his procedunt & Aaron & Cores: deinde stantes ante Dei tabernaculum adolebant acerris adoramenta quæ secum attulerant: cum subito tantus ignis effulsit, quantum nec homines ipsi vnquam excitauerunt, nec in terris sponte ardentibus, nec in syluis per æstum austri flatu collisis & attritis excitatũ viderunt, sed qualis diuinitus accendi poterat fulgentissimus simul ac flagrantissimus: cuius vi ac impetu ducenti illi & quinquaginta vnà cum Core ita sunt absumpti, vt ne cadauerum quidem reliquiæ comparerent: solus Aaron superfuit illæsus, vt manifestum esset, diuinitus coortum hoc incendium. His ita absumptis, Moses volens perpetuam eius supplicij memoriam ad posteros tradi, vt & illis non ignoraretur, iussit Eleazarum Aaronis filium acerras eorũ affixas altari æreo consecrare, vt hoc monumento omnes terrerentur, qui cæleste numen humanis dolis circumueniri posse putant.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

Datam & Abiram absorbet terra.

Corem cũ ducentis quinquaginta viris ignis absumit.

CAP. IIII.

Quæ Hebræis in deserto per annos 38. obuenerint.

POST tam euidens argumentũ cum iam satis constaret, non ambitu, aut fratris gratia, sed diuino iudicio Sacerdotium ad Aaronem peruenisse, sine vlla controuersia posthac illud tenuit: nec tamen ob hoc diu cessatum est à seditione, imò penè grauior priore est insequuta. nam ex talibus causis ortum habuit, vt facilè appareret longo tempore duraturam. Cum enim semel animos hominem occupasset hæc persuasio, nihil sine Dei voluntate geri, arbitrabantur Deum in gratiam Mosis ista facere. huic igitur imputabant omnia, tanquam nõ peccatorum odio Deus sæuiret, sed à Mose solicitatus: agreq; ferebant, quòd non solũ impunè tot optimatũ morte populũ mulctasset, sed præmium etiam auferret confirmatum iam fratris pontificatũ: quãdoquidem nemo posthac eum affectaturus erat,

Num. 17.

Alia seditio contra Mosen.

An. mũdi 2455. Ante Christum natum 1509.

cum aliis id malè ceſsiſſe videret. ad hæc cognati extinctorum agebant apud populum, rogantes vt ſuperbæ & nimiæ Moſis poteſtati modum aliquem ſtatuerent. facilè enim hoc illi eſſe. Tum ille maturè ſentiens excitari turbas, veritus ne qui rurſum res nouas molirentur, vnde magnum aliquod malum accidere poſſet, concionem aduocari iubet. & auditis poſtulatis nihil reſpondens ne magis irritarentur, hoc tantum principibus tribuum mãdauit, vt virgas afferrent tribuum nominibus inſcriptas. eius enim fore Sacerdotium, in cuius virga Deus ſignum oſtenderit. quod vbi placuit, inſcriptas attulerunt, cum alij, tum Aaron,

Aaronis virga germinat.

inſcriptam habens in ſua Leuiticam. eas Moſes acceptas in Dei tabernaculum depoſuit. ſequenti verò die omnes protulit, qua facile agnoſcebantur, quòd eſſent & à principibus qui attulerant, & à cætero populo notatæ: videbantq; alias eadem ſpecie manere, qua erant pridie cùm eas Moſes acciperet, ex Aaronis verò ramos & germina eſſet exorta, &, quod magis mirum, amygdala matura, quòd virga ex hoc genus ligno cõſtaret. hac nouitate ſpectaculi vulgus attonitũ, omiſſis odijs quibus tam Moſem quàm Aaronem proſequebatur, totum in admirationem diuini iudicij verſum, amplius Deo repugnare deſiit, ratumq; Aaroni ſacerdotium eſſe voluit: atque ita tertio Dei calculo confirmatus, nemine poſthac contradicente, fuit Pontifex, & Hebræorum populus longis ſeditionibus agitatus hoc modo ad quietem tandem peruenit.

Ruffinus cap. 3. Hedio cap. 4. Nnm. 18. 35. Leuit. 14. 18. & 26.

Moſes autem poſteaquam Leuiticam tribum diuino cultui dicatam, immunem à militia feciſſet, ne fortè in parandis ad vitam neceſſarijs occupati, negligentiùs ſacra tractarent, mandauit vt poſt armis ac Dei fauore quæſitam Chananæam ex oppidis eius quadraginta octo bona & pulchra Leuitis diſtribuerentur, cum agro mœnibus eorum contiguo duûm millium cubitorum, & inſuper à toto populo decimas annui fructus exegit Leuitis ſimul ac Sacerdotibus conferendas: atque hi poſthac eius tribus ſolennes reditus fuêre. Nunc dicendum quæ ſint Sacerdotum propria. ex quadraginta octo oppidis iuſsit vt Leuitæ concederent eis tredecim, & decimarum à populo quotannis acceptarum decimas penderent: præterea vt populus Deo primitias omnium fructuum è terra prouenientium offerret, & ex quadrupedibus quæ mactare fas eſt, primogenitum, ſi maſculum fuerit, ſacrificandum Sacerdotibus adducat, vt eo cum familia veſcantur in vrbe ſacra. pro eis verò quibus patria lex veſci vetat, dominus fœtus ſiclum cum dimidio dependat, pro homine verò primogenito quinque ſiclos. deberi eis etiam primitias tonſura ouiũ: & qui panes coquant liba aliquot eis præbere. Qui verò ex voto ſe conſecrant,

Nume. 6. De Nazaræis.

Nazaræi dicti, capillum alentes, & vinum non guſtantes, cum capillum conſecrant, victimas eorum Sacerdotibus cedere. Item qui Corban ſeipſos nominãt, hoc eſt, Dei donum, ſi velint à miniſterio, ad quod ſe vltrò obligauerunt, dimitti, Sacerdotibus pecuniam numerare, mulierem triginta ſiclos, virum quinquaginta. qui verò tantum pecuniæ non habuerint, hos Sacerdotum arbitrio relinquendos. quin & ſi quis domi mactet ad priuatum epulum, non ob cultum diuinum, offerendum tamen Sacerdotibus pecoris pectus & brachium dextrũ. Tantum eſt quod Sacerdotibus Moſes attribuit, præterq; quicquid pro peccatis populus offert, vt in proximè præcedente volumine diximus. Quicquid autem à populo Sacerdotum ordini contribuitur, ex eo tam vxores quàm filias & famulos etiam participes eſſe voluit, exceptis quæ pro peccatis offeruntur. hæc enim in fano ſoli Sacerdotio fungentes mares eodem die abſumunt. His ita poſt ſeditionem

Sacerdotum reditus

nem dispositis castra mouit, & cum omnibus copijs ad Idumæa fines peruenit, legatis primum ad Regem præmissis. petebat ab eo tantum liberum transitum, paratus ipsius arbitrio fidem dare sine cuiusquam iniuria iter se facturum: præterea forum rerum venalium suis exhiberi poscebat, persoluturus etiam aquæ pretium, si Rex ita iuberet. ille verò legatis, re infecta, dimissis, negatoq; trãsitu, armatus cum exercitu est obuiam profectus, prohibiturus Mosen si vi viã aperire conaretur. at Propheta consulto prius oraculo, & Deo non permittente, vt ipse pugnæ principium faceret, retrorsum abduxit exercitum, per desertum iter facturus. Eodem tempore sorori eius Mariamnæ vltimus vitæ dies adAn. mũdi 2493. Ante Christum natum 1473.
Numc. 20. Mosis ad Idumæos legatio.
Mariamne soror Mosis defuncta.
uenit, quadragesimo anno ex quo Ægyptum reliquerat, mensis Xanthici luna prima: sepultaq; est publico sumptu magnificè, super quodam monte, qui appellatur Sein: & post menstruum luctum lustrauit Moses populum hunc in modum. Iuuencam laboris & aratri expertem, colore toto corpore rufam, paulum antè castra productam Pontifex in loco purissimo mactauit, & sanguinem septies digito aspersit versus Dei tabernaculum. deinde solida iuuenca ita vt procubuit cum pelle ac intestinis ardente, lignum cedrinum in medium ignem iniiciunt, simulq; hyssopum & lanam cocco tinctam. huius cinerem vniuersum vir purus ac castus collectum reponit in locum purissimum: & quotquot posthac funesti purificatione opus habebant, paulum huius cineris in fontanam immittentes, & hyssopi ramulum intingentes, aspergebant se die tertia & septima, quo facto pro puris posthac habebantur. & hunc lustrandi morem etiam in terra belli sorte quæsita seruari præcepit. Cæterum funesto exercitu ita vt dixi lustrato, per desertum cum exercitu pergens Arabiam petijt. Quumq; venisset in agrum vrbis Arabum primariæ, quæ olim Arce, nunc Petra nominatur, hoc loco montem excelsum, quo ager clauditur, Aaron conscendit, præmonitus à Mose quòd esset moriturus: & in conspectu totius exercitus, stans in loco accliui, exutam pontificiam stolam Eleazaro filio tradidit, ad quem iure ætatis successio pertinebat, atque ita spectante populo moritur, eodem ipso anno quo sororem amisit, anno ætatis centesimo vigesimo tertio, dies mortis eius incidit in primam lunam mensis qui Athenienſibus hecatombæon dicitur, Macedonibus Ious, Hebræis sabba. Luxit eum populus diebus triginta, & luctu finito, Mosis ductu peruenit ad fluuium qui nominatur Arnon. is ex Arabia montibus exortus, desertum medium pererrans, in Asphaltitem lacum influit, Moabitas ab Amorræis disterminans. estq; hæc regio frugifera, & fructus quantum satis est incolis suppeditat. ad eius Regem Sehonem misit legatos Moses, qui transitum per regnum peterent, fidem daturus, quòd sine detrimento vel agrorum vel colonorum militem traduceret: sed persoluturum precium rerum venalium ex æquo & bono, etiam si potum aquæ sine precio dare grauarentur.
Nume. 19. Mos lustrandi populum.
Nume. 20.
Aaron mortuus.
Ruffinus Cap. 40 Hecd. Cap. 5. Nume. 21.
Mosis ad Sehonem Amorræorum Regem legatio.

Sehon verò negato transitu, & armato suorum exercitu, vada Arnonis occupat, prohibiturus si Hebræi fluuium transire conarentur.

Quomodo

Ann. mundi 2493.
Ante Christum annum 1473.

CAP. V.

Quomodo Moses deiecerit Sehonem & Ogum Amorræorum Reges, deinde eorum copias.

Moses autem postquam intellexit Amoræos hostilem in se animum gerere, haud ferendum contemptum ratus, & videns Hebræos genus hominum intractabile, ocio simul & egestate facilè adduci posse vt pristinos tumultus ac seditiones renouarent, occasionem eis adimere volens, consuluit Deũ, an bello viam aperire permitteret. Deo vero annuente, & victoriam insuper pollicente, magnopere hac spe animatus, militem quoq; fiducia complet, clamitans adesse tempus quo pugnandi cupiditatem exsatiarent, auspice Deo & quò sponte iam properenterent autoritate sua compellente. At illi permissa potestate læti, arma corripiũt, & è vestigio instructa acie ad hostem properant. Amoræus contrà vt vidit aduentantes, oblitus pristinæ ferociæ, tum ipse est territus, tum milites animos, quos ante visum hostem præ se ferebant, præ timore demiserunt. Itaq;, vix primo conflictu excepto, terga vertunt, in sola fuga spem salutis reponentes. confidebant enim munitis vrbibus, quæ tamen nihil prorsus eis profuerunt. Nam Hebræi vt primum animaduerterunt hostes cedere, acriter institerunt, turbatisq; eorũ ordinibus, in extremam formidinem illos coniecerunt. Iamq; toto campis sparsi effuso cursu alij alias vrbes petebãt. nec alteri persequendo fatigantur, imperfectã victoriam relinquere nolentes, sed cùm essent funditores optimi, & eius pugnæ generis, quod omni telorũ genere eminus geritur in primis periti, & expeditiores quàm vt armis grauarentur, aut pedibus fugatos assequebantur, aut glandibus & iaculis, si quos celeriores timor fecerat. Itaque magna strages editur, & si qui effugerant, cum vulneribus & siti conflictabantur. erat enim æstas. Cumq;



desiderio potus ad fluuium agmine magno ferrentur, ab insequentibus circumuenti eminus sagittis ac iaculis sunt confixi: & inter cæteros Sehon Rex cecidit. Hebræi verò cæsos spoliabant, prædas agebant, magna rerum copia fruebantur, quòd fructus nondum ex agris collecti essent. & milites totum regionem percurrebant

Moses ait Hebræis propter paucitatem hostium non esse timendum.

Amoræos Hebræi fudunt fugantq;.

Sehon Amoræorum Rex interfectus.

rebant impunè diripiendo, captiuosq; abducendo. nemo enim reſiſtebat, robore eius regionis in pugna abſumpto. Talis clades Amoræis accidit, qui nec conſilio prudenter, nec armis fortiter ſunt vſi. Hebræi verò terram eam occupauerunt, inter tres amnes inſulæ modo ſitam. Nam Arnonis ripa meridionale eius latus terminant, Iobacchus verò ſeptentrionale, qui in Iordanem influens nomen amittit: occidentalis tractus Iordane amne alluitur. In hoc rerum ſtatu exoritur Iſraelitis nouus hoſtis Oges Galadinæ & Gaulanitidis regionum Rex, in auxiliũ Sehonis amici & ſocij veniens: cuius res quum iam perditas videret, nihilominus victoriã ſperans, virtutis ſuorum ac hoſtium periculum facere decreuit. Qua ſpe fruſtratus & ipſe in prælio periit, & exercitus ad vnũ eſt deletus. Moſes verò Iobaccho fluuio ſuperato, regnum Ogis ingreſſus vrbem vnam poſt aliã ſubuertebat, habitatores internecione vaſtans, qui omnes eius terræ homines diuitiis & agrorum fertilitate ſuperabant. Oges etiam vir heroica ſpecie corporis, ne viribus quidem ac virtute fuit inferior: cuius roboris & ſtaturæ argumentũ exſtabat in expugnata Regia vrbe Ammanitidis regionis, dicta Rabatha: lectus erat ferreus quatuor cubitorum latitudine, nouem longitudine. Huius viri caſum non ſolum præſens Hebræorum felicitas eſt inſecuta, ſed in futurum etiam maiorum ſucceſſuum illis cauſa eſt facta. Sexaginta enim oppida egregiè munita de eius ditione ceperunt, & ex præda tam priuatim quàm publicè ſunt locupletati. Poſt hæc Moſes caſtra Iordanem verſus mouet, & campum magnum è regione Hierichuntis. ea eſt vrbs copioſa, palmis abundans & balſamum ferens. Iamq; in tantum creuerant Iſraelitarum animi, vt nihil magis quam pugnas ac prælia cuperent: & Moſes vtendum hac promptitudine ſuorum ratus, victimis Deo pro gratiarum actione mactatis, epuloq; exercitui dato, partem eius armatam ad Madianitarum regionem vaſtandam miſit, vrbesq; gentis eius expugnandas. cuius belli origo talem cauſam habuit.

An. mũdi 2493. Ante Chriſtum natum 1473.

Hebræi terrã Amoræorum occupant.

Amoræorum terræ ſitus.

Oges Rex cum exercitu trucidatur.

Ruffin. cap. 5. Hegio cap. 6.

Hiericho.

CAP. VI.

De Balamo vate.

BALACVS Moabitarum Rex, habens veterem amicitiam & ſocietatem cum Madianitis, cum res Iſraelitarum in tantum creſcere videret, cœpit etiam de ſuo regno eſſe ſolicitus. Neſciebat enim Deum vetare, ne Hebræi quicquam vlterius præter Chananæã vſurpare appetant: atq; ita non ſatis conſultè de rebus nouis cogitauit. & bello quidem aggredi elatos tot victoriarum ſucceſſu non eſt auſus, obſtare tamen volens ne vlterius procederent, legatos de communibus commodis ad Madianitas mittit. Illi ad Balamum quendam vltra Euphratem, nobilem in eis locis vatem, & ſibi amicum, cum Balaci legatis mittunt etiam de ſuis honoratiſſimum quenq;, rogantes vt veniret ad ſe, & diris imprecationibus Iſraelitas deuoueret. Vates legatis comiter exceptis, & hoſpitali menſæ adhibitis, conſulit Deum, quæ ſit eius de Madianitarum poſtulatis ſententia. qui cum vetaret illis obſequi, reuerſus ad eos, ait ſibi nõ deeſſe voluntatem illis gratificãdi, ſed obſtare Deum, cuius beneficio debeat gloriam ex veris hactenus prædictionibus comparatam. nam exercitum illum, quem ipſi execratum velint, eſſe Deo longè cariſſimum. dedit q; conſilium, vt ob hanc cauſam ad Iſraelitas profecti, pacem cum illis quibuſcunq; conditionibus facerent. his dictis legationem dimiſit. at Madianitæ Balaco maximis precibus vrgente, eadẽ de re denuò legatos mit-

Numer. 22. 23. 24. Balaci Moabitarum Regis ad Madianitas legatio.

Balaci & Madianitarum ad Balamum legatio.

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

tunt ab Balamum: qui cupiens hominibus obſequi, Deum conſulit. Deus verò offenſus iubet vt legatis aſſentiatur. is ratus Deum hæc ſerio iubere, cum legatis proficiſcitur. inter eundum autem cum ventum eſſet in viam quandã angu-

Secunda ad Balamũ legatio.

ſtam inter duas macerias ſitã, occurrit ei Angelus: quo animaduerſo aſina qua

Balami Angelus reſiſtit.

vehebatur declinans appreſſit eum ad alterum ſeptum, nihilq; mouebatur verberibus ſeſſoris preſſuram moleſtè ferentis: cumq; nec Angelus de via cederet, nec vates verberandi finem faceret, tandem procumbens Deo ſic volente humana

Balami Aſina loquitur.

voce Balamum incuſat, quòd nunquam antehac læſus ſæuiret in ſe, non intelligens Deum prohibere quò minùs quibus cuperet obſequatur. Hoc prodigioſo aſinæ ſermone dum ille turbatur, apparuit ei Angelus, obiurgans verberatorem, quòd iumentũ non eſſet in culpa, ſed ipſe obſtaret iter contra Dei voluntatem fa-

Balamus obiurgatur ab Angelo.

cienti. Tum vates territus volebat retrò abire: ſed Deus iuſſit eum pergere quò inſtituerat, modo ne quid aliter agat quàm diuinitùs admoneretur. His mandatis perceptis ad Balacum peruenit: exceptusq; à Rege honoriſcentiſſimè, vo-

Balamus ad Balacum peruenit.

luit ad quendam mõtem deduci, vnde Hebræorum caſtra contemplari poſſet. Balacus verò ipſe cum regio comitatu deducit vatem in montem proximè imminentem, qui à caſtris ſtadia ſexaginta aberat. quibus conſideratis iubet Regem ſeptem aras exſtruere, & totidem tauros ac arietes exhibere. Id vbi celeriter iuſſu Regis eſt factũ, mactat victimas, vt victoriã præſagire poſſet. deinde ſic

Balami de Iſraelitico populo vaticinium.

fatur. Felices vos quibus Deus largam bonorum præbet copiam, & prouidentiã ſuam perpetuam ducem & auxiliatricem annuit. quoniam nullum eſt hominũ genus, cui non innocentia morum, virtutisq; ac probatis ſtudio ſitis anteferendi, liberos præſtantiores etiam ſucceſſores habituri, quandoquidem Deus vos hominum ſolos complectitur, & vt omnium ſub ſole feliciſſimi ſitis proſpicit. quamobrem obtinebitis terram ad quam vos miſit, & poſteris veſtris in perpetuum poſſidendam relinquetis: & gloria veſtri nominis implebitur vniuerſa terra ſimul & mare, adeoq; multiplicabitur gens veſtra, vt nulla non orbis regio veſtri ſanguinis homines admixtos ſit habitura. Beatus vos exercitus & admiratione digniſſimus, ex vno parente in tantum auctus. nunc vobis parum amplum pro numero ac dignitate domicilium Chananæa continget, ſed totum olim terrarum orbem habitationi veſtræ deſtinatũ ſcitote, vt tam in inſulis quàm in continente ſit vobis degendum præ multitudine ipſis cæli ſtellis numero æquiparanda. Cumq; tam innumeri futuri ſitis, nihilominus nihil vobis ad ſummam rerũ copiam deeſſe patietur in pace, & in bello virtutem viris addet. inimicis noſtris in mentem veniat, vt hoſtes veſtri eſſe, & in vos arma ſumere velint. non enim reuertetur è tali prælio victor, qui lætitiam coniugibus ac liberis afferat. Tanta vobis fortitudo diuino fauore contigit, qui ſolus poteſt

Balacus iratus reprehenditBalamum.

& quod ſupereſt detrahere, & quod deeſt addere. Talia vates fatidica voce canebat, extra ſe raptus, & numine totus correptus, rege indignè ferente, & pacta non ſeruare clamitante, licet magnis muneribus ab amicis conductum: veniſſe eum ad execrandũ hoſtes, quos nunc mactos virtute ac pietate caneret. Ad quæ

Balami reſponſio.

vates, Putas, inquit, quoties fata ſunt aperienda, in nobis ſitum eſſe quid dicamus aut taceamus afflati diuino ſpiritu. ipſe voces quales vult profert & oracula, nobis nec ſcientibus nec cogitantibus. Equidem ſatis memini ad quid precibus Madianitarũ ſim adductus, eaq; cauſa veni vt volũtati tuæ morem gererẽ. Sed potẽtior eſt Deus quàm mea volũtas, qui cõtra Dei voluntatem ad gratiã

hominum

hominum loqui propoſueram. quàm primum enim noſtrum pectus ſubintrat, nihil amplius noſtrum ibi remanet. ego certè nihil in horũ laudem dicere in animo habui, nec quæ Deus eorum generi dare decreuit, commemoranda putaui: ſed numen illis propicium, quod gentis felicitati ſtudet ac gloriæ, pro deſtinatis hæc verba mihi ſubdidit. Nunc age, quando animus eſt tibi atque Madianitis rem gratam facere, quorum preces me non decet non admittere, alias aras erigamus & ſacra inſtauremus, ſi fortè Deum flectere poſsim, vt execrationib. hoc genus hominum deuouere liceat. Cumq; Balacus id fieri permiſiſſet, ac ne iterato quidem ſacro poteſtatem deuouendi impetraſſet, collapſus in faciem pronus prædicebat quicquid euenturum eſſet regibus & ciuitatibus clariſsimis, quarũ quædam nondum condita videntur, quæ verò extant earum res terra mariq; geſtæ ita prædictionibus reſponderunt vſque ad noſtram memoriam, vt facilis ſit coniectura, reliquum etiam eius oraculi non vanum fuiſſe euentum aliquãdo comprobaturum. Balacus autem ægrè ferens expectationem fruſtratam, ſine honore vatem ablegat. ille domum repetens cum iam Euphratem attigiſſet, accito Balaco & principibus Madianitarum, Balace, inquit, vosq; Madianitæ, quandoquidem neceſſe eſt vt vel prater Dei voluntatem vobis obſequar, Hebræorum quidem genus nunquam eſt interiturum, nec bello, aut peſtilentia faméve, aut alio caſu delebitur. Deus enim curam habet eius gentis a malis ſeruandæ, ne quando talis clades incidat qua vniuerſi de medio tollantur, interdũ tamen quædam vitari nõ poterunt, quibus ad tempus afflicti, mox magis quàm antè florebũt, caſtigatione tali ad ſanitatem reuocati. quapropter ſi breuem victoriam de illis conſequi quæritis, hoc cnnſilio voti compotes efficiam. Filiarum formoſiſsimas, quæ pulchritudine ſua mentes eorum expugnare poſsint, quantum fieri poteſt cultas ac ornatas mittite, vt circum caſtra obuerſentur, & iuuenibus complexus expetentibus faciles ſe præbeant: vbi verò cupidine captos viderint, ſubito ſe proripiant. cumq; rogatæ fuerint vt maneant, non annuãt niſi perſuaſis, vt relictis patriis legibus & cultu Dei à quo illas acceperunt, Madianitarum & Moabitarum Deos venerentur. ſic enim Deum iratũ ſibi reddent. Poſt hæc monita abijt. Madianitis autem ita vt moniti fuerant filias mittentibus, Hebræorũ iuuenes pulchritudine puellarũ capiuntur: & in colloquium venientes rogant ne ſibi voluptatem ex earum pulchritudine capere inuideant, néve conſuetudinem eorũ auerſentur. Illæ libenter & verba iuuenũ & cõplexus admittunt: iamq; blandicijs illectos, & cupidine feruentes relinquere parãt. tum illi triſtes mulierum diſceſſu, precibus inſtant ne ſe relinquant, ſed futuræ coniuges & omnium facultatum dominæ apud illos maneant. hæc promiſſa iureiurando confirmabant Deũ teſtẽ inuocando, & lacrymas fundendo, quo magis eas ad miſerationem flecterent. tum illæ poſtquam omninò captos & conſuetudine ſua deuinctos animaduerterunt, ſic reſpondent: Optimi iuuenes, non deſunt nobis domi nec amplæ facultates, nec parentum ac domeſticorum affectus: neq; inopia talium rerum huc ad vos venimus, aut formam corporis nundinaturæ preces veſtras admiſimus: ſed perſuaſæ viros eſſe bonos hac hoſpitali gratia nõ dedignata qua vos opus habere videbamus, faciles nos vobis præbuimus. Nunc quandoquidem amare vos & abitionem noſtram moleſtè ferre aſſeueratis, ne has quidem preces auerſabimur. quare ſi beneuolentiæ cõiugalis fidem dederitis, quæ ſola nobis ſatisfacere poteſt, libenter vobiſcum vt legitimæ nuptæ conuictura

An. mũdi 2493. Ante Chriſtum natum 1472.

Nume. 25.

Balami de rebus futuris vaticinium.

Balami aduerſus Hebræos conſilium.

Madianitarum filiæ ad Hebræorum caſtra perueniunt.

An.mũdi 2493. Ante Christum natum 1472.

ſumus. veremur enim ne libidine exſatiata, cum iniuria & cõtumelia nos retrò ad parentes noſtros ablegetis: cui noſtræ ſolicitudini veniã vos dare æquum poſtulamus. Illis verò quolibet modo fidem daturos ſe pollicentibus, & nihil præ amore nimio recuſantibus: quandoquidem, inquiunt, ita vobis videtur, & mores habetis ab omnibus alijs diuerſiſſimos, vt cibis etiam propriis veſtro more vtamini, nec potũ cum aliis communem ſuſtineatis, neceſſe eſt ſi vultis nobiſcũ vitã degere, Deos noſtros colatis: neque enim alio argumento perſuadebitis amorem iſtum vos nõ fingere, niſi eoſdem nobiſcũ Deos adoretis. Nec abſurdũ fuerit aut vitio vertendũ, ſi terra in quam veniſtis peculiares Deos colere malitis: præſertim cùm noſtri per omnes regiones honorentur, veſtrum nemo præter vos cultu dignetur aut ceremoniis. aut igitur cæterorum more vobis eſt viuendum, aut alius orbis quærendus, vbi ſoli iuxta veſtra inſtituta vitã agatis. At illi cupidine cæci dicta eorũ comprobant, & quò trahebantur ſequentes à religione patrũ deſciſcunt: & plures Deos credere inducti, ſacra illis eius gentis ritu faciũt: cibis quoq; indifferenter vtebantur, & in mulierum gratiã nihil non cõtra legem faciebant: vt iam tota caſtra iuuenum impietas inuaderet, & ſeditio priore peior gliſceret, & auita religio in extremum periculum deduceretur. iuuentus enim guſtatis ſemel peregrinis moribus inexplebiliter in eos ferebatur: & ſi qui nobilitate à maioribus accepta præcellebant, vnà cum reliqua turba corrũpebãtur. Zambrias etiam Simeonidis tribus princeps ducta Chosbi Madianitide, Vri filia gentis eius dynaſta, iuſſus ab vxore, & contemptis in eius gratiã Moſis placitis, alieno ritu ſacrificabat, & alienigena coniuge non diſſimulanter ſe oblectabat. In hoc rerum ſtatu Moſes veritus ne grauius aliquid ſequeretur, aduocata concione, neminem quidem nominatim accuſauit, nolens in deſperationẽ adducere eos, qui tantiſper dum latere ſe putãt, ad ſanitatem reduci poterant: ſed dicebat rem indignã, nec ipſis nec maiorib. eorũ decorã, quòd voluptatem pluris quàm Deũ & religionẽ facerent. Expedire illis vt dum tempus eſt reſipiſcãt, & nõ legum contemptu, ſed cõpeſcendis prauis cupiditatib. fortes ſe viros declarent. abſurdũ præterea dicebat, quòd cùm in deſerto modeſtè vixiſſent, nunc in bona regione ita baccharentur, & quæ per inopiã quæſiuerãt, nunc per affluentiã perditum irent. Talibus dictis conabatur iuuentutem corrigere, & ad ſaniorem mentem reducere. Tum Zambrias inſurgens, Tu, inquit, Moſes tuis legibus vtere, quibus iam longo vſu robur addidiſti: quod ni feciſſes, ſæpè iam pœnas dediſſes, & tuo malo uon eſſe Hebræis imponendum didiciſſes. me certè nunquã ad tua tyrannica iuſſa obſtrictum habebis. neq; enim aliud hactenus, quàm ſub legis ac religionis prætextu nobis ſeruitutem, tibi principatũ malicioſis artib. adſtruis, voluptatem nobis ac vitæ licentiam adimens, quæ liberorum ſunt, & ſub nullius imperio degentium. hoc enim vel Ægyptiaca ſeruitute fuerit grauius, in quem uis tuis legibus pro tuo libitu animaduertere: cùm ipſe multò dignior ſis qui puniaris, quandoquidem abrogatis quæ omniũ conſenſus approbat, plus tua quàm cæterorum mortalium placita valere poſtulas. ego quæ nunc facio, quia benè facta iudico, ne fateri quidem in hoc cœtu grauabor, mulierculam alienigenã me duxiſſe. audis à meipſo mea facta, vt ab ingenuo. neque enim latere cupio. Sacra etiam Dijs facio præter conſuetum, quia id æquum cenſeo, ex multis mihi veritatem quærere, & non ſicut ſub tyrannide viuere, de vnius tantum fiducia pendentem. nemo mihi rem gratam fecerit, qui in rebus meis meipſo plus arbitrij habere

Madianitarum filiæ Hebræos ad idololatriam perducunt.

Hebræi mulierũ cupidine ducti à patrũ religione deſciſcunt.

Zambrias. Chosbi.

Moſes Iſraelitarum idololatriam & voluptatem accuſat.

Zambriæ aduerſus Moſen oratio.

habere voluerit. Hac Zambria pro se & quibusdam sui similibus afferente, populus quietus expectabat quónam audacia hac esset euasura, maximè quòd videret legislatorem amplius nolle contendere, ne hominem insolentem iritatiorem redderet. verebatur enim ne plures tales in loquendo impudentia imitatores facti, turbas in populo excitarent. Atq; ita tum concio dissoluitur. ac fortasse vlterius malum hoc serpsisset, ni Zambrias maturè sublatus esset talem ob causam. Phinees tum alijs rebus, tum patris dignitate, iuuentutis facilè princeps, Eleazari pontificis filius, & Mosem magnum patruum habens, aegerrimè tulit Zambria contumaciam: cuius impunitate ne legum contemptus cresceret, vindicare in flagitiosos decreuit. non ignarus quòd exemplа primatum in vtramuis partem plurimum valeant. Cumq; tanto esset animi & corporis robore, vt non temerè aliquid arduum aggrederetur, quod non etiam perficeret, ad Zambriæ tentorium vadit, & eodem ictu ipsum vnà cum Chosby transfigit. quo exemplo iuuentus ad pulcherrimam virtutis amulationem accensa, certatim in eiusdem criminis reos facit impetum, & bonam illorum partem ferro conficit, reliquos insecuta pestis sustulit, per iram numinis inflicta, & ne illis quidem pepercit, qui cum iure cognationis talem suorum petulantiam cohibere deberent, aut dissimulare aut accendere etiam maluerunt: nec prius destitit, quàm quatuordecim millia virorum desiderarentur. Hanc ob rem Moses in Madianitas concitus, ad gentem internecione delendam exercitum misit, de qua expeditione mox narrabimus, postquam quòd omissum antè non oportuit, dixerimus. Balamum illum, qui à Madianitis accitus ad execrandos Hebraeos, quo minus hoc faceret à Deo est prohibitus, nihilo secius tamen tale hostibus consilium dedit, quo effectum est vt quibusdam infectis praua opinione, penè totius populi religio sit corrupta: hunc inquam Balamum tanto honore dignatus est propheta, vt oracula eius suis literis inseruerit: cumq; nihil vetaret quin ea pro suis ederet, nec vllo teste id factum eius coargui posset, maluit eum debita apud posteros memoria non fraudare. Sed hac quisq; vt libuerit ita consideret. Moses autem vt dicere cœperam, in Madianitas misit exercitum duodecim millium, singulis tribubus mille militibus imperatis: eisq; copijs Phineem praefecit, cuius opera leges vindicatas, & de Zambria violatore earum pœnas exactas paulo antè memorauimus.

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1472.

Phinees Zambriam & Chosbi vno ictu transfigit.

Al. 24000. Moses in Madianitas mouet.

Num. 31.

CAP. VII.

Hebræorum de Madianitis victoria, & Amoritis regio quomodo à Mose duabus cum dimidiata tribubus concessa.

MADIANITÆ verò intellecto hostium aduentu, & quòdiam non longè abessent, & ipsi copias in vnum contrahunt, & quà in regionem suam irrupturos putabant, munito pro tempore aditu, præstò erant, impetus eorum pro viribus propulsaturi. Sed mox primo congressu tanta multitudo Madianitarum est cæsa, vt numerus cadauerum iniri non posset, ne regibus quidem seruatis. Hi fuêre Ochus, Sures, Robeas, Ubes, & quintus Recemus, a quo deductum nomen primaria vrbs Arabum & hodie retinet, Receme dicta, quàm Graeci Petram vocare malunt. Fusis hostibus Hebraei regionem sunt populati, prædas abigendo, & incolas vnà cum mulieribus interimendo, solis parcentes virginibus: hoc enim Phinees à Mose mandatum acceperat. qui reducto incolumi ac illæso

Hedio. Cap. 7. Ruffin. Cap. 5.

Quinq; Reges Madianitarum cæsi.

Aliàs Areceme vel Arcæ.

Ingens præda de Madianitis parta.

An.mũdi 2493. Ante Christum natum 1472.

Ingens præda de Madianitis parta.

illæso exercitu, prædam quoq; memorabilem retulit, boum quinquaginta duo millia, & insuper sexaginta septem: asinorum sexaginta millia, vasorum aureorum & argenteorum magnum numerum, quibus in domestica supellectile vtebantur. Etenim pro opibus lautiore victu delectabantur. Abducta sunt etiam virgines circiter triginta duo millia. Moses autem partitus prædam, quinquagesimam eius partem Eleazaro dedit & sacerdotibus, & Leuitis alterius quinquagesimam: reliquum verò populo distribuit. quo factum est vt deinde suauiter viuerent, opibus virtute quæsitis, ocium quoq; ad fruendum nacti. Moses autem iam admodum senex Iesum designauit, qui sibi in prophetæ & ducis (si opus foret) munijs succederet, Deo ita iubente vt hunc principatus successorem faceret. Erat enim totius diuini atq; humani iuris peritissimus, Mose præceptore doctus. Per idem tempus duæ tribus, Gadæ & Rubeli, & dimidia Manassitis, numero pecudum & alijs rebus abundantes, de communi consilio rogant Mosem, vt sibi extra sortem traderet Amoritidem terram, quæ nõ multo antè bello capta fuerat. esse enim pascuis uberẽ. Ille verò suspicatus eos prælia contra Chananæos metu detrectare, & curam pecudum ignauiæ prætexere, conuicio viros excipit, meticulosos simulatores dictitãs. Velle eos in ocio luxuq; terrã marte quæsitã communi possidere, & nolle arma cũ cætero exercitu ferentes, terram vltra Iordanem à Deo promissam capere, deuictis gentibus quas ille pro hostibus haberi iusserat. Qui videntes eum iratum, ne merito irasci videretur, respondent se neq; per ignauiam pericula, neq; per desidiam labores fugere, sed hoc tantum agere vt præda in locis commodis relicta, expeditiores ad certamina fierent: paratosq; se aiebant, si oppida ad tutelam liberorum & coniugum ac facultatum ipso dante acciperent, reliquum exercitum armatos quocunq; ducerentur sequi, & communibus militare auspicijs. Tum Moses comprobata eorum voluntate, aduocatoq; Eleazaro pontifice & Iesu, cæterisq; magistratibus, concedit illis Amoritidem hac conditione, vt simul cum cognato populo aduersus communem hostem bellum gerant, donec omnia ex sententia confecta fuerint. atq; hoc pacto accepto quod petierunt, & exstructis munitis oppidis, liberos & vxores atq; impedimenta in illis deponunt. Moses quoque in eadem regione decem vrbes condidit, in illum quadraginta octo numerum computandas, in quarum tribus asyla sanciuit, illis tantum profutura, qui cæde non sponte commissa eò confugissent. statuitq; talibus exilij tempus, tantisper dum pontifex viueret sub quo cædes accidit. post cuius obitum redire in patriam permisit. Exilij verò tempore licere cuiuis è cognatis interempti homicidam impunè occidere, duntaxat extra vrbem refugij deprehensum: idq; ius solis cognatis esse voluit, alijs non item. Cæterùm oppida refugij fuerunt hæc. ad fines Arabiæ Bosora, in Galadena regione Arimanum, in Batanea de Gaulanitide Golan. & post captam Chananæam totidem ex Leuiticis oppidis iussu Mosis destinata sunt, vt hoc genus exulibus refugium & habitationem præberent. Eodem tempore cum defunctus esset quidam è primatibus Manassitidis tribus nomine Salpades, liberis deterioris tantum sexus relictis, tribules eius viri insignes Mosem consulunt, an filiarum eius in diuisione & sortitione agrorum ratio haberi debeat. Is respondit, si in domum tribulis nuptum darentur, sortem dotalem fore: sin mallent in aliam tribum elocari, sortem in sua tribu relinquerent. atq; hac occasione instituit, vt cuique tribui sua sortes perpetuò manerent. Quumq; iam de quadrage-

Num. 27. Deut. 3. Iosuam Moses sibi successorem designat.

Num. 32. Tribus Ruben, Gad & dimidia Manasses, Amoritidem terram expetunt.

Num. 35. Deut. 4. 19. Ios. 20.

Oppida refugij.

Num. 27. 36. Salpadis filiæ parentis loco hæreditatem capiunt.

Historia Deuteronomij.

quadrageſimo migrationis anno triginta tãtum dies ſupereſſent, aduocata concione ad Iordanem eo loco vbi nunc oppidum Abila viſitur, agrũ habens palmetis conſitum, vbi populum omnem præſtò vidit, in hunc modum verba fecit.

An. mũdi 2493. Ante Chriſtum natum 1471. Ruffin. Cap. 5. Hedio. Cap. 8. Deut. 4.

CAP. VIII.

Moſis leges, & quomodo ex hominibus fuerit ſublatus.

Moſis ad populũ ante obitum oratio.

VIRI commilitones, & longi laboris ſocij, quoniam Deus ita vult, & ætas CXX. *annorum exacta poſtulat, vt ex hac vita diſcedam, & rebus vltra Iordanem gerendis intereſſe me Deo non eſt viſum, æquum duxi, vt quantum ad veſtram felicitatem attinet, ne nunc quidem officio deſim: ſed pro gratia mihi data prouideam, vt pro commonſtrata ad eam via, ſempiterna apud vos memoria dignus habear. Age igitur, vbi prius in quo tàm veſtra quàm poſterorum beatitudo conſiſtat indicauerimus, & hoc pietatis erga vos noſtræ perpetuum monumentum reliquerimus, libentes ex hac vita decedamus. Fidem enim, ſat ſcio, mereor, vel quòd antehac veſtris commodis inde ſinenter ſeruiens nunquam vos fefelli, vel quòd anima prope exitum conſtituta in omni virtute ac veritate ſeipſa melior redditur. Filij Iſraëlis, vna omnibus hominibus felicitatis eſt cauſa Deus propitius: quam ſolus dignis dare, & peccantibus in ſe auferre potis eſt. cùi ſi vos tales præſtiteritis quales ipſe poſtulat, qualésue ego ex ipſius ſententia inſtituo, nunquam non macti virtute, æmulandiq; omnibus eritis: ſed & quæ iam contigerunt bona erunt perpetua, & quod deeſt breui conſequemini. Tantum voluntati diuinæ obſequimini, & mandatis eius parete: & neq; legibus per me latis alias præponite, neq; in religione per contemptum quicquam nouate. Quod ſi feceritis, bello præſtantiſſimi inter omnes gentes, & omnibus hoſtibus inſuperabiles eritis. nam auxiliante Deo, minæ omnes facilè contemnuntur. Cæterùm virtutis præmia magna per omnem vitam ſunt propoſita, & ipſa ſibi primum eſt ac potiſſimum præmium: deinde per hanc cætera bona facilè parantur: quæ inter vos inuicem vtentes & vitam beatam ducetis, & gloriam tum apud exteros tum apud poſteros immortalem conſequemini. Hæc vobis ſunt ſperanda, ſi leges monitu Dei me perferente ſcriptas, nec ipſi violetis, nec alios violare patiamini, & harum intellectum ac vſum nunquam non meditemini. Ego verò commodis veſtris lætus diſcedo, vosq; pietatis ac prudentiæ legibus, & virtuti ducum ac magiſtratuum commendo, qui incolumitatis ac felicitatis veſtræ poſthac curam ſunt habituri. Deus autem ſub cuius ductu hactenus egiſtis, & cuius fauori debetis quicquid vtilitatis ex me percepiſtis, non deſinet vobis proſpicere, ſed quamdiu ipſum & pietatem colueritis, tam diu ſub eius præſidio tuti permanebitis. Nec deerunt qui vobis optima monita ſuggerant, quibus parentes beati eritis. nimirum pontifex Eleazarus & Jeſus, & ſenatus ac primates tribuum, quibus cauete vos difficiles præbeatis, ſcientes qnòd qui benè parere nouit, etiam benè imperaturus eſt vbi ad poteſtatem peruenerit: néue in hoc libertatem ſitam exiſtimetis, ſi mandatis principum obmurmuraueritis. nam hactenus in contumacia contra benefactores libertatem reponebatis: à quo vicio ſi vos in poſterum ſeruaueritis, res veſtras in meliore ſtatu videbitis. Abſit autem vt ita in hos exaſperemini, quemadmodum aliquoties in me incanduiſtis. meminiſtis enim quod ſæpius à vobis de ſalute periclitatus ſum quàm ab hoſtibus. quod non exprobrandi cauſa dico: nolim enim vos hac*

Moſis ad Iſraelitas vt Deo ipſiusq; mandatis ſint obedientes adhortatio.

Diuini auxilij promiſsio.

Obedientia erga magiſtratum.

comme-

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1473.

commemoratione in exitu vitæ cõtristatos relinquere, qui etiam tunc æquo animo vos tuli: sed vt admoniti in posterum sapiatis, id quod in vestram etiam rem futurum est, & ne in præpositos contumelioſi sitis elati opum affluentia, quibus traiecto Iordane & occupata Chananæa potiemini. alioqui si per has insolentiores facti in contumaciam & virtutis contemptum prolabamini, Deum fautorem nequaquam estis habituri. quem si vestro merito inimicum vobis reddideritis, & terram virtute partam oppressi ab hostibus per summam ignominiam amittetis, & per totum quàm late patet orbem dispersi seruitute vestra terras ac maria replebitis. quò si ventum fuerit, iam frustra pœnitebit patrias leges non seruasse. quare quò minus periculi sit, ne illas violetis, post victoriam neminem hostium superesse patimini: id rebus vestris conducibilius existimate, ne cum illis viuentes ad similia studia prolapsi patriam institutionem corrumpatis. Præterea lucos & aras & templa quotquot habent ad vnum tolli iubeo, ferroq; & flammis ita deleri, vt etiam memoria eorum omnis aboleatur. Sic enim bona vestra tutius conseruabitis. Verùm ne per ignorantiam meliorum natura vestra in deterius deprauetur, Deo iubente & leges conscripsi, & formam administrationis rerum tàm publicarum quàm priuatarum, à quibus si nusquam discedatis, mortalium omnium felicissimi eritis. Hæc loquutus tradit eis Codicem, leges scriptas & instituta benè viuendi continentem. Illi verò soluebantur in lacrymas, & iam tum desiderio ducis mœrebant: memoresq; quanta pericula pertulisset, quamq; alacriter salutem ipsorum procurauisset: & de futuro soliciti quòd non essent talem principem habituri, ac ne Deum quidem æquè propitium Mose non amplius deprecatore: tum pœnitentes eorum quæ in deserto per furorem contra illum commiserant, grauissimè dolebant: ita vt totus populus lacrymans nullam consolationem admitteret. Moses verò solabatur eos, & iubens à lacrymis desistere, ad leges accipiendas hortabatur, atque ita tum concio est dissoluta. Nunc priusquam ad reliqua trsitãum faciam, operæ pretium duxi, leges talis latoris maiestate ac virtute dignas hic inserere, quo lector cognoscat, qualia sint nostra iam inde à priscis seculis instituta. Extant autem omnia quæ ille vir scripsit, vt nihil ornatus causa liceat affingere: seriem tantum nouauimus, & leges quas ille sparsim vt quamq; à Deo retulerat, scripsit, nos generatim in suos ordines digessimus: quæ de re lector admonendus erat, ne si quis fortè ex contribulibus in hæc nostra inciderit, calumniam temerè struat, quasi parum sincerè scripta Mosaica tractantibus. Enumerabo autem eas potissimum leges quæ ad publicam institutionem, ritusq; gentiles pertinent: quæ verò ad priuatam consuetudinem aut contractus vel cum exteris vel cum nostratibus spectant, in eum commentarium distulimus, quem de moribus & sacrorum causis Deo fauente scribere est animus.

Deuter. 7. 11.

Israelitæ hostes, eorumq; idola tollere iubentur.

Moses Israelitis Codicem, leges scriptas & instituta continentem tradit.

Leges à Mose latæ. Ruffin. Cap. 7.

Excusatio Historiographi, cur Legum seriem inouarit.

Postquam acquisita Chananæa terra, vrbibusq; conditis, victoriæ fructus securi carpere cœperitis, hæc mandata obseruando rem Deo gratam facietis, & partam felicitatem constabilietis. Vrbs sacra sit vna in regione Chananæa, in loco illustri & fertili, quam Deus per oraculum elegerit: & templum in ea sit vnum, & altare vnum ex lapidibus non politis, sed collectitijs constructum, qui inducti tectorio, decoram & mundam speciem præ se ferant: ascensusq; sit ad illud non per gradus, sed terra leniter per accliue aggesta: in alia verò vrbe nec altare sit vllum neq; templũ. Deus enim vnus est, & Hebræorum genus vnum.

Israelitæ quomodo in terra Chanaan victuri. Vrbs sacra & templum in Chananæa.

Qui

Qui conuicium Deo fecerit, lapidatus per diem pendeat, deinde ignominiosè & obscurè sepeliatur. An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

In sacram vrbem & templum ter in anno conuentus fiat Hebræorum ex vniuersa eorum ditione, vt Deo pro acceptis beneficijs gratias agant, & in futurum precibus eum demereantur, & per conuersationes ac conuiuia mutuam beneuolentiam alant. Expedit enim vt inter se noscantur, quibus idem est genus, quiq; eisdem studijs delectantur. Id verò ex huiusmodi congressibus facilè contingit, dum aspectus & colloquia pertinaciter in animis hærent: sicut contrà qui nunquam conueniunt, eos alienissimos à se inuicem esse oportet. Conuicium Deo faciens. Leuit. 4. Deut. 16. Ter in anno Hebræi conuenire debent.

Sint præterea decima fructuum seorsum ab illis quæ sacerdotibus ac Leuitis debentur, quibus in patria venditis, pecunia inde redacta in sacra vrbe insumatur in sacrificia & conuiuia. Æquum enim est ex prouentu terræ à Deo data in ipsius honorem hilariter agere. Ex mercede meretricis non est sacrificandum: neq; enim quicquam Deum delectat cum iniuria coniunctum: neq; maior est turpitudo quàm quæ corporibus infertur. Similiter si quis mercedem pro admissura canis venatici aut pastoralis acceperit, nec inde quidem Deo sacrificare est licitum. Dijs alienis nemo malè loquatur. Fana externa non sunt spolianda, neq; sacra donaria tollenda. Nemo veste è lino & lana contexta vtatur. est enim solorum sacerdotum. Septimo quoq; anno, quando per Scenopegiæ festa apud Sanctam vrbem sacrorum causa conuenitur, pontifex è sublimi suggesto, vnde à tota multitudine exaudiri possit, legem pro contione legat: & neq; mulieres neq; pueri ab auscultando arceantur, imò ne mancipia quidem. Nam bonum est vt inscriptam in animis nunquam delendam memoria retineant. sic enim minus peccabunt, non ignari quid sit in lege decretum. Leges etiam vim maiorem obtinebunt in delinquentium conscientijs, dum sua placita minis interpositis in auditorum animas infigunt: ita vt nunquam non legis voluntas intus obuersetur, & quantas pœnas contemptus eius incurrat. Pueri etiam ante omnia leges ediscant, qua disciplina nec honestior est alia, nec ad felicitatem conducibilior. Bis quotidiè, ineunte die, & cum itur cubitum, commemoranda summi Dei beneficia quæ liberatis ex Ægypto præstitit. æquum enim est gratias agere quæ pro acceptis rependuntur, & in futurum tempus fauorem conciliant. Inscribenda sunt etiam foribus præcipua, & in brachijs ostẽtanda. & quæ potentiam eius ac beneficentiam indicant, circunferenda sunt inscripta in capite & brachio, vt vndiquaque conspicua sit Dei erga populum suum benignitas. Oppidatim præsint septem viri probatæ virtutis, & iustitiæ cultores. Singulis magistratibus attribuantur duo ministri de tribu Leuitica. Quibus iudicandi sors obtigit in suis ciuitatibus summo in honore habeantur, vt præsentibus illis nec conuiciari liceat, nec asperius agere. Sic enim futurum est, vt assueti homines reuereri, ad pietatem quoq; assuefiant, & tanto longius à contemptu numinis absint. Iudicibus quicquid visum fuerit, illorum sententia valere debet, nisi constet pecunijs esse corruptos, aut manifestè coargui possint non rectè decreuisse. Oportet enim sine lucri & dignitatis respectu iudicare, & iustitiam omnibus alijs rebus anteponere. Hæc enim iniuria in Dei contumeliam recidit, quasi vero is infirmior sit habendus, quàm illi quorum potentia metu præter ius fertur calculus. nam Dei potentia est iustitia. Ergo qui in magnatum gratiam prauaricatur, potentiores illos quàm Deum facit. Decimæ. Deut. 18. Merces meretricis. Dij alieni. Deut. 22. Linum & lana. Deut. 11. Legis liber in tabernaculorũ festo prælegendus. Pueri Leges ediscant Deut. 6. Signa Legis. Septem Præsides. Honor magistratus. Officium Iudicum. Iustitia est Dei potentia.

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

Deut. 19.

Falsi testis pœna.

Deut. 21. De homicidio commisso.

Quòd si iudices nesciant de negocio ad se delato pronunciare, sicut interdum accidit, in sanctam vrbem integram causam relegent: tum verò pontifex & propheta vnà cum senatu quod visum fuerit decernant. Vni testi fides non habeatur, sed tribus, aut vt minimum duobus, quorum testimoniũ vita ante acta faciat verisimile. Mulieribus autem testimonium deponere nõ liceat, propter leuitatem ac temeritatem eius generis. Neq; seruum hominem testem esse liceat, propter animos degeneres. probabile enim est aut lucri causa aut præ metu non verum testimonium deposituros. Quòd si cui falso testi creditum fuerit, iúq; postea falsi coarguatur, ei pœna sit obnoxius, quam reus daturus erat, si grauante hoc testimonio condemnatus fuisset. Homicidio in aliquo agro commisso, si autor nusquam compareat, neq; suspicio sit à quopiam per odium occisum hominem, inquisitio fiat summa cura propositis indici præmijs. quòd si nullus existat index, magistratus oppidorum vicinorum agro in quo cades est facta, & senatus conuenientes, metiantur à loco in quo iacet cadauer: & quod fuerit proximum oppidum, eius oppidani emptam iuuencam & adductam in tesqua nec sementi nec plantationi idonea, neruis ceruicis abscisis, cadant, & ablutis manibus supra caput iuuenca sacerdotes & Leuita ac senatus illius oppidi, puras se manus ab ea cade habere proclament, eamq; nec fecisse se, nec dum fieret interfuisse. inuocentq; Deum vt propitius factus nunquam posthac in ea regione tale malum accidere permittat.

Aristocratia optimũ regimen.

Optimum quidem est optimatum regimen, & sic in administrata Republica viuere, nec est cur aliam eius speciem concupiscatis: sed præstat vt hac contenti in legum & vestra ipsorum potestate sitis. Satis enim est Deum habere præsidem. Attamen si regis vos cupido ceperit, nemo sit nisi vestri generis & sanguinis, & cui iustitia sit cordi cum cæteris virtutibus. Is quisquis fuerit, plus legibus & Deo quàm sua sapientia tribuat, nihilq; præter pontificis ac senatus sententiam faciat: nec multas alat vxores, aut pecunijs equisue plurimis gaudeat: quarum rerum copia facilè contemptor legum posset euadere. & si talibus studijs plus æquo fuerit deditus, obstandum est ne potentior fiat quàm rebus vestris expedit. Terminos terræ mouere non est fas, nec propria, nec aliena, dummodo pacata: sed religiosè cauendum vt tanquam Dei calculus in æternum fixus maneat: quòd hæc præcipua causa sit bellorum & seditionum, si auaritia certis terminis non circumscribatur. Facilè enim legum præscripta transilit, qui terminis cupiditatem suam cohiberi non patitur.

Deut. 17. De Regis electione.

Deut. 19. Termini terræ non mouendi

Qui terram plantauerit, si plantæ ante quartum annum fructum protulerint, nec Deo primitias inde offerre oportet, nec in proprium vsum conuertere. intempestiuus enim est talis fructus. quicquid autem præmaturè à natura extorquetur, eius vsus nec Deo conuenit, nec domino. quarto verò anno colligat quicquid iam tempestiuum, & in sanctam vrbem deferat, & cum reliqui prouentus decimis in conuiuijs cum amicis consumat, & cum pupillis ac viduis. quinto demum anno arbitratu suo fructus colligat. Agrum vitibus consitum ne semines. sufficit enim quòd hanc plantam nutriat, nec opus est vt & aratro vexetur. Bobus aranda est terra, nec aliud animal cum eis subiugandum, sed eiusdem semper generis sub idem iugũ agenda. Semina quoq; debent esse pura & impermixta, nec duûm simul aut trium generũ sunt seminanda. abhorret enim natura cõmunionem dissimilium. Neq; diuersi generis iumentorum coitus sunt admit-

Leuit. 25. Plantarũ ante quartum annum fructus prohibiti.

Vites plantandæ.

Terra aranda.

admittendi. verendum enim ne hoc exemplo & ad homines contemptus generis sui perueniat, vt solent à minimis principijs res in peius proficere. Cauendum est autem magnoperè, ne quid eiusmodi permittatur, ex cuius imitatione mores publici deprauari possint. quapropter ne leuia quidem leges dissimulant, dum officio suo nusquam deesse cupiunt. Metentes & demessa colligentes ne spicilegium faciant, quin & de manipulis nonnihil egenis relinquant, vt hac tanquam à fortuna obiecta in vsum suum conuertant & alimoniam. De vindemia quoque racemuli relinquantur pauperibus: similiter de oliuetorum fructu nonnihil, vt sit egenis quod colligant, quandoquidem de suo nõ possunt. non enim tantum ex negligentiori collectione decedit, quantum accedit è pauperum gratia. Deus etiam ad enutriendos fructus terram alacriorem faciet, si non quisque suis tantum commodis prouideat, sed inopum quoque rationem habeat. Nec bobus in area triturantibus os obligandum est. non enim aquum est vetare laboris socios quò minus & fructuum sint participes. Nec à pomis maturis viatores sunt arcendi, sed sinendi vt tanquam proprijs se satient: & siue indigena siue sint exteri, libenter illis ad esum exhibenda sunt. auferre verò secum non liceat. Neque vindemiantes vetent obuios degustare ex his quæ ad torcular deferunt: iniquum enim fuerit de bonis à Deo concessis inuidere tantillum concupiscentibus, præsertim cum id anni tempus sit fertilissimum, & iuxta Dei ordinationem non diu duraturum. & si quis præ pudore cunctetur attingere, vt sumant hortentur, Israëlitas quidem vt socios, & quibus propter cognationem liceat hoc facere: aduenas verò hospitalibus his munusculis dignentur, quæ ipsis Deus pro tempore præbuit. Non enim debet existimari detrimentum, quod liberali animo sumendum hominibus permittitur: quia non in hoc Deus abundantiam bonarum rerum largitur, vt his soli fruamur, sed vt de nostro etiam alios honoremus: volens hoc modo singularem erga Israëlitas fauorem ac liberalitatem suam gentibus innotescere, dum id quod ipsis superest benignè cum illis communicant. Qui verò contrà fecerit, plagas vna minus quadraginta publica scutica accipiens illiberalem pœnam hanc sustineat; eò quòd cum esset ingenuus, lucro seruiens ipse suam dignitatem læserit. Rectum enim est vt cum ipsi multa in Ægypto & deserto sitis perpessi, aliorum miserias non negligatis. & Dei benignitate amplas facultates consequuti, ex his nonnihil per compassionem egenis decidatis. Vltra duas decimas quas quotannis pendere iam iussi, alteram Leuitis, alteram in sacras epulas, tertia tertio quoque anno est conferenda, quæ in egenas viduas & pupillos distribuatur. E fructibus primos prouentus in templum deferant, & prò accepta terra quæ eos tulit Deo gratijs actis, & sacrificijs iuxta legem ritè peractis, primitias sacerdotibus offerant. Hæc omnia vbi quis perfecerit, & vtrasque decimas tum quæ Leuitis debentur, tum quæ epulis attulerit, iter ingressurus consistat è regione templi, ante omnia Deo gratias agat, quòd ab Ægyptiorum graui seruitute liberatis terram vberem & amplam fruendam dederit: testatusq; decimas se iuxta Mosis legem soluisse precetur Deum, vt tum sibi priuatim, tum Hebræis publicè propitius & quæ bona hactenus dedit conseruet, & pro sua potentia ac benignitate augere etiam dignetur.

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

Deuter. 24. Egenis aliquid in agrò relinquendum.

Deut. 25. Boues triturantes. Viatores à pomis maturis non arcendi.

Plagæ quadraginta.

Decimæ egenorum.

Primitiæ frugum. Deut. 26.

Vbi ætas maturuerit vxores ducant virgines ingenuas ex honestis parentibus prognatas. qui autem non ducit virginem, ne sibi coniungat alteri maritata,

De vxoribus ducendis.

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

tam, néue priorem eius virum contristet. Ancillas ne ducant ingenui, ne adamatas quidem. decet enim cupiditatibus imperare, & ad retinendam dignitatem id magnoperè conducit. Neq; meretrici sit ius nuptiarum, cuius propter iniuriam suo corpori factam, nuptiale sacrum Deus non admittit. atq; hæc ita obseruari valdè interest, ad hoc vt proles nascatur ingenua, & ad studium virtutis erecta, si non è turpi aut illiberali matrimonio sint prognati.

Ancillas ingenui non ducant.

Meretricis nuptiæ.

Si quis aliquam pro virgine desponsam postea talem non inuenerit, in ius vocatam accuset, afferatq; argumenta qua habet: puella verò causam agat pater, aut frater, aut qui post hos genere videtur proximus. Et siquidem puella fuerit absoluta, degat in accusatoris coniugio, isq; nullum posthac dimittendi eam ius habeat, nisi talem ipsi causam præbuerit, quæ contradictionem non recipiat. cæterùm temeritatis & petulantiæ qua insontem detulit, pœnas luat quadraginta vna minus plagis acceptis, & quinquaginta siclos puella patri mulcta nomine numerare cogatur. Quòd si viciata fuisse coarguatur, si quidem plebeia fuerit, eò quòd parum solicitè pudicitiam vsq; ad nuptiarum tempus seruauerit, lapidibus obruatur. quòd si ex sacerdotibus prognata fuerit, viuens exuratur. Si quis duarum vxorum maritus propter amorẽ, aut formam, aut aliam quamuis causam, alteri plus beneuolentiæ honorisq; detulerit, alteri verò minus: si filius dilectæ iunior quàm ille ex altera natus, propterea quòd sua mater in maiore gratia patris fuisset, postulet ius primogenitura, vt duplicem facultatum paternarum partem iuxta meas leges auferat, non permittatur. iniquum enim est eum qui sit natu grandior propter matrem negligentius à patre habitam suo priuilegio fraudari. Qui virgini alteri desponsatæ stuprum obtulerit, si quidem persuasæ vt se præberet, simul cum ea capitalis esto. sontes enim sunt ambo: hic quia puellæ persuasit vt liberali coniugio rem turpissimam anteponeret: hic verò quia lucro aut voluptati succubuit. quòd si solitariam alicubi nactus, vi oppresserit, solus det supplicium. Qui virginem nondum desponsatam constupraverit, ipse ducat. quòd si pater puellæ nolit hanc ei nuptum tradere, quinquaginta siclos iniuriæ pretium numeret. Qui à coniuge quacunque de causa, vt sæpè hominibus vsu venit, disiungi postulat, scripto ei securitatem faciat, quòd eam nolit amplius repetere. sic enim habebit potestatem alterius coniugis quærendi, alioqui diuortium non permittitur. Quòd si & alterum offenderit, aut post eius mortem prior maritus reducere eam voluerit, non licet vt ad eum redeat.

Pœna mulieris pro virgine desponsatæ talis postea non inuentæ. Deut. 24.

Deut. 21.

Primogenitus ius suum retineat.

Deut. 22. Stupri pœna.

Virgo constuprata.

Si cuius maritus nondum susceptis liberis defunctus fuerit, frater mariti eam ducito: & filium ex ea natum defuncti nomine vocatum, sortis hæredem nutrito. nam hoc è Republica erit, dum nec familiæ deficiunt, & possessiones apud cognatos remanent. mulieri quoque leuior fit calamitas, cum prioris mariti coniunctissimo victura. quòd si frater nolit eam ducere, mulier senatum accedens testetur, quòd volentem eam in familia manere, & ex ipso liberos gignere, cum iniuria defuncti repulerit. Rogante verò senatu causam, siue magnam siue paruam afferat, hac tantum res euadet: vxor fratris soluto viri illius calceo, & consputa eius facie, meritò hæc illum pati dicet, qui fratris defuncti memoriæ iniuriam fecerit. atq; ita ille quidem è curia discedet, in omnem vitam notatus ignominia: mulier verò cui vult nubito. Si quis vel virginẽ vel maritatam captiuam abduxerit, eiq; legitimè coniungi voluerit, non antè ius esto cubile eius tangere,

Leuit. 25. Defuncti fratris vxor ducenda.

Cum capta coniugium. Deut 21.

tangere, quàm raso capite sumptoq; lugubri habitu cognatos & amicos in bello amissos deplorauerit, vt ita mœrore satiata tum demum ad nuptiale conuiuium veniat. Bonum enim & iustum est, vt qui mulierem ex qua liberos gignat accipit, morem gerat eius affectibus, & non sua tantum voluptati indulgens illius desideria negligat. Elapsis autem luctus triginta diebus, tot enim sapienti ad deplorandos caros sufficiunt, tunc nuptijs dare operam liceat. Quod si satiata concupiscentia pro cõiuge eam habere dedignatus fuerit, ne pro serua quidẽ eam tractare eius habeat: sed quocunque mulier abire maluerit, liberam hoc faciendi potestatem habeat. Quicunque è iunioribus parentes suos contempserint, & debitum honorem præ pudore aut contumacia reddere eis neglexerint, & insuper cõtumaces ac proterui in eos fuerint, hos primum verbis parentes moneant. nam hos natura fecit idoneos iudices. dicantq; non voluptatis causa in matrimoniũ se conuenisse, neque vt collatis in commune facultatibus opulentiores fierent: sed vt liberos acquirerent, qui se in senectute nutriant, & necessaria sibi suppeditent. Acceptos autem à Deo cum gratiarum actione ac gaudio, summa cura educauisse, nulli rei parcentes quæ ad eorum salutem & institutionem pertinere visa sit. nunc quoque quando iuuentutis erratis ignoscendum est, satis sit quòd officij hactenus oblitus es. proinde resipisce & cogita, quòd etiam Deus læsis parentibus offenditur, qui & ipse humani parens est generis, & ad se pertinere iniuriam existimat, quæ infertur hominibus cum quibus illi communis est appellatio. quin & lex talibus pœnam inclementer infligit, cuius absit vt tu facias periculum. His verbis si arrogantia iuuenum emendata fuerit, per insciti am commissis debetur venia. hoc enim & ad legislatoris clementiæ laudem, & ad parentum felicitatem pertinet, si nec filium nec filiam legibus dare pœnas videant. quòd si hi sermones & præcepta nihil profecerint, sed contumacibus in parentes ausis pergat leges sibi infestas reddere, ab ipsis extra vrbem sequente turba productus obruatur lapidibus, & per totum diem omnibus ad spectandum propositus, nocte demum sepeliatur. Similiter & qui quomodocunque legibus damnati dant supplicium. Quin & hostes sepeliantur, nec mortuus quisquam expers terræ iaceat, vltra quàm iustum est pœnas exsoluens. Mutuum dare ad vsuram Hebræorum nemini liceat, neque cibum neque potum. non enim iustum est reditus captare ex fortunis tribulium, sed præstat opem ferre illorum necessitatibus, & ad lucrum imputare eorum gratiarum actionem, & Dei retributionem, quæ huiusmodi beneficentiam solet consequi. Qui verò acceperint mutuo siue pecuniam, siue fructum aliquem aridum aut liquidum, vbi Deo fauente ex sententia fruges ipsorum prouenerint, alacres restituant eis qui mutuauerunt, quasi suæ reponentes, & vsuri denuo si opus fuerit. Quòd si non pudeat eos non reddere, non sunt è domibus auferenda pignora, nisi iussu iudicum: & pignus foris est expectandum. is verò qui afferre debet, nihil contradicat ei qui cum legũ auxilio ad se venit. & si quidem non inops fuerit qui oppignorauerit, retineatur pignus donec reddatur mutuum. sin autem pauper, restituat id creditor priusquàm Sol occidat, maximè si vestimentum pignus fuerit: vt habeat iturus cubitum, quandoquidem Deus à natura erga pauperes est misericors. Molam & instrumentum quod ad hanc pertinet non esto ius pignus capere: ne carentibus his sit desit cibum parandi facultas, ob inopiam grauiùs aliquid accidat. Plagium qui commiserit,

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

Luctus triginta dies.

Deut. 21. De liberorũ æros. iq.

Hostes sepeliendi.

Deut. 23. Mutuum dare ad vsuram Hebræorum nemini licet.

Mutuum reddendũ. Deut. 24. Pignus.

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

mulctator capite: qui verò aurum aut argentum subtraxerit, duplum restituito. Qui in furto deprehẽsum, aut parietem perfodientem occiderit, impune esto. Furtum. Pecudem qui furatus fuerit, quadruplo mulctator, excepto boue. pro hoc enim quintuplum numerandum est. Qui verò mulctam soluere non valet, in seruitutem vindicetur. Hebræus seruus anno septimo manumittendus. Qui tribuli in seruitutem est venditus, sexennio seruiat, septimo anno manumittatur. Quòd si in herili domo prolem è conserua susceperit, & propter suos affectus seruire maluerit, anno iobileo, is est quinquagesimus, liber esto vnà cum filijs & vxore. Inuenta bona. Si quis aurum aut argentum in via inuenerit, quaerat eum qui perdidit, per praconẽ indicato loco in quo inuenit: reddatq; Deut. 22. sciens non esse bonum ex alieno damno lucrum facere. Sic & de pecudibus in quas errantes in deserto inciderit, si ignoretur dominus, statim apud se reseruet, Deum testatus quòd aliena vsurpare non cupiat. Jumentum per tempestatem in luto haerens praterire non licet, sed subleuandum est non secus quàm proprium. Viam ignoranti commonstrare oportet, non per ludibrium risum captando alienas vtilitates impedire. Homicidæ lex. Absenti & surdo nemo malè loquitor. Percussus in rixa absque ferro, confestim vindicetur: idem patiente eo qui percussit, quod fecit. quòd si domum relatus complures dies agrotauerit, deinde moriatur, qui percussit à cade insons esto. sin autem reualuerit, & multa in agritudine insumpserit, percussor quicquid interim dum decubuit impensum est dissoluat, praterq; mercedem medici. Qui mulierum vterum gerentem calce percusserit, si quidem mulier abortiat, pecunia mulctetur à iudicibus, quòd corrupto fœtu populum vno ciue diminuerit: & aliã praterea pecuniam det marito mulieris. quòd si illa moriatur, & ipse det pœnas capite: quandoquidem vitam pro vita reponi iustum est. Venenum. Venenum neque lethale, neque aliàs noxium quisquam Israelitarum penes se habeat: quòd si habere deprehensus sit, morte mulctetur, & patiatur id quod facturus erat illis aduersus quos venenũ parauerat. Pœna talionis. Qui excaecauerit quenquam, similia patiatur, priuatus quo priuauit alium, nisi is malit pecuniam accipere. nam ipsi lex permittit arbitrium aestimandi suum casum, si nolit haberi seuerior. De boue cornupeta. Bouem cornupetam dominus iugulet. quòd si in area quenquã percussum interfecerit, ipse quidem obruatur saxis, indignus qui vel in cibum veniat. quòd si & dominus coarguatur nouisse ingenium eius, nec tamen cauisse, & ipse morte mulctetur, vt qui à boue necato mortis causa fuerit. Quòd si seruum aut ancillam bos interfecerit, ipse quidem lapidetur, dominus autem eius triginta siclos necati hero persoluat. Quòd si bos à boue alio ita percussus mortuus fuerit, vendantur tam mortuus quàm qui percussit, & pretium vtriusque inter se domini partiantur. Deut. 21. Qui puteum aut lacum fodiunt, diligenter curent vt iectis tabulis operiantur, non vt aquatio non sit libera, sed vt absit periculum ne quid incidat. quòd si in talem fossam non clausam pecus alicuius illapsum moriatur, pretium eius domino restitui debet. Putcus. tecta quoque circumsepienda sunt obicibus, qui non facilè prolabi sinant ac decidere. Deut. 24. Depositum tanquam rem sacram qui accepit, diligenter custodiat, & nemo eius commissorem fraudare sustineat, neque vir, neque mulier, etiam si nemine coarguente ingentem auri vim lucrifacturus sit. in vniuersum enim danda est opera vt sua cuique conscientia sana sit, & huic testi approbari satis est quicquid laudem meretur apud homines. Præcipuus autem Dei respectus habendus est, quem nemo malus vnquam potest fallere. quòd si absque dolo malo cui commissum est id perdiderit,

perdiderit, accedens ad ſeptem illos iudices, iureiurando Deum teſtem faciat, An. mũdi 2493. Ante Chriſtum natum 1471.
quòd nihil ſua voluntate aut malicia ſit perditũ, nec vſum ſe parte depoſiti, atq; ita abſolutus abeat. quòd ſi vel minima commiſſorũ parte vſus pòſt perdiderit, ad rehibendũ quod accepit, in ſolidũ condemnetur. Idem ius eſto de mercedibus Ibidem.
quæ parantur labore corporis. Cauendum ne quis virũ pauperem mercede ſua defraudet, memor quòd is vice agri & facultatum hoc à Deo ſortitus ſit. proinde non procraſtinanda ſolutio, ſed eadem die reddenda, cùm conſtet Deum nolle Ibidem. Merces.
vt operarius laboris ſui fructu careat. Liberi ob parentũ iniquitatem puniendi non ſunt, nimirum propter ſuam virtutem digniores miſeratione, quòd è talibus nati ſint, quàm odio propter illorum vicia. Neque patribus peccata filiorum ſunt imputanda, qui contempta parentum diſciplina multa ſibi permittunt Liberi ob parentum iniquitatem non puniendi.
facere. Spadones abominare & auerſare, qui virilitate & genitura ſe ipſi priuauerunt, quam nobis Deus ad incrementum & multiplicationem addidit. Spadones.
Procul arcendum eſt hoc genus, quod non modo poſteritatem quantum in ſe eſt, ſed multò antè propriam innocentiam ac puritatem perdidit. Satis enim conſtat quòd effœminato primum animo etiam corpora habent muliebria. ſimiliter abhorrere oportet quicquid inter portenta ducitur.

Caſtrare nec hominem licet, nec vllum aliud animal.

Ha pacis leges & inſtituta ſunto, & Deus propicius inconcuſſam eam & imperturbatam conſeruabit. abſit autem vt ullum tempus veniat quod hac innouet & in contrariam formam transferat. Quoniam autem neceſſe eſt homines vel ſponte vel inuitos in turbelas ac pericula incidere, age etiam de his pauca præcipiamus, vt ſcientes quid opus facto ſit, cum vſus erit in promptu habeatis ſalutaria conſilia, nec ſitis hac parte imparati in ipſo temporis articulo. Faxitq; Deus vt terram quam nobis pro labore veſtro ac virtute dedit, in pace & tranquillitate colentes poſſideatis, nec hoſtibus incurſantibus, nec domeſtica ſeditione turbante, qua abrogatis patrum legibus & inſtitutis, in contrariam diſciplinam vos inducat: vtq; in perpetua legum à Deo comprobatarum obſeruatione permaneatis. Bella verò vel duobus vel veſtris poſteris gerenda, Belli leges.
extra fines Deus auertat. Caterum cum bellum inſtabit, caduceatores primum Deut. 20.
ad deſtinatos hoſtes ſunt mittendi. decet enim antè arma verbis ad eos vti, docendo quòd quamuis & copiæ vobis adſint numeroſæ, & equi, & arma, & ſuper omnia Deus auxiliator propicius, mauultis tamen non cogi ad bellum, neque ex rebus illorum direptis ingrata lucra quærere. Et ſi quidem quod æquum eſt perſuaderi ſibi patiantur, præſtat pacem inuiolatam ſeruare: quòd ſi plus ſuis viribus tribuentes ius in armis reponant, exercitũ contra eos educite, imperiũ Deo committentes, creato vno aliquo forti viro qui vicarius illi ſit, & quaſi proimperator. multorum enim imperium non modo moram affert rebus ſtrenuè gerendis, ſed non rarò plus nocet quàm prodeſt. Delectus autem habendus eſt In bellum qui mittendi.
virorum tantum robore tam animi quàm corporis præſtantium: ignaui verò minimè admiſcendi, ne dum res armis geritur, in fugam auerſi hoſtium conditionem potiorem faciant. Immunes autem ſint à militia, qui ædificata noua domo nondum integrum annum illa ſunt vſi: tum qui plantata vinea nondum ex ea fructus perceperunt: & præter hos qui deſponſata vxore nondum eam domum duxerunt: ne harum rerum deſiderio ſibi parcentes, & ſeruãtes ſe relictis voluptatibus, ingratiam vxorum parum fortiter rem gerant.

Caſtris

An. mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

Castris autem positis cauete ne quid asperè ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi vrbem si desit materies ad machinarum fabricam, ne deglabretis terram frugiferas arbores excidendo: sed parcite, non ignorantes in vsum hominũ ista creata, & si vox eis daretur expostulatura vobiscum, quôd, cum ipsa belli causa non fuerint, iniustè affligantur, mutatura domicilium si liceat, & aliò migratura. Victores in prælio facti, eos qui in aduersa acie steterunt cadite, cæteros tributarios futuros seruate, excepta Chananæorum gente. Hi enim cum totis familijs sunt delendi. Cauete autem, maximè in bello, vt neque mulier habitu virili vtatur, neque vir stola muliebri. Hæc sunt instituta quæ Moses reliquit. Leges verò antè quadragesimo anno cõscriptas tradidit, de quibus in alijs commentarijs dicemus.

Arbores frugiferæ non excindendæ.

Deut. 22. Chananæorum gentem extirpandam.

Deut. 30, 31. 32. 33. 34.

Sequentibus deinceps diebus, nam continenter conciones aduocabat, faustis eos precationibus Deo commendauit, sicut contrà diris imprecationibus eos deuouit, qui neglectis legibus aduersus earũ præscriptum agerent, deinde carmen hexametrum eis recitauit, quod scriptum reliquit in sacro volumine, continens prædictionem futurorum, iuxta quam omnia facta sunt, atq; fiunt, euentis nusquam non congruentibus. Hæc volumina & Arcam Sacerdotibus tradidit, in qua decem illa præcepta in duabus tabulis scripta reposuerat, & præter ea tabernaculum. populo etiam mandauit, vt occupata terra & fixis sedibus, non obliuisceretur iniuriæ ab Amalecitis acceptæ: sed expeditione in eos suscepta pœnas reposceret pro damnis in deserto sibi illatis. Capta autem Chananæa, & plebe eius, vt par est deleta, aram erigere iussit ad solem orientem obuersam, non procul à Sicimis vrbe inter duos montes, dextrum Garizæum, sinistrum Gibalem: diuisasq; copias in senas tribus super duobus montibus cõsistere, & vnà cum illis Leuitas ac Sacerdotes. & primum illos in Garizæo precari omnia fausta leges Dei & religionem seruantibus, & Mosis constitutiones non violantibus, alteros verò acclamationibus hoc approbare: & rursum his precantibus illos acclamare. deinde pari modo trãsgressoribus execrationes inferre, succinentes sibi inuicem, ab alteris dicta comprobantes. & tam faustas ominationes quàm deuotiones in literas retulit, vt in perpetuum cuiuis eas discere liceat: quæ tandem huic aræ inscriptæ sunt ex vtroque latere, quà populus iussus est stare, & holocaustomata offerre, & post eam diem nunquam alias victimas imponere: neque enim fas esse. Hæc sunt quæ Moses præcepit, & quæ Hebræorum gens indesinenter obseruat.

Mosis carmen & benedictio.

Amalecitæ plectendi.

Deut. 27. 28.

Postridiè populo cum vxoribus & liberis in concionem collecto, ne mãcipijs quidem exclusis, iureiurando eos ad legum custodiam astrinxit: vtq; Dei voluntatem diligenter expendentes, neq; cognationis gratiam, neq; periculorum motũ, neque vllam aliam causam tanti facerent, vt eam potiorem legibus ducentes, ab earum præscriptis discederent: sed siue consanguineorum vnus aliquis, siue vrbs quæpiam, circa eas turbare aliquid, aut statum earum labefactare conetur, priuatim & publicè illis periclitantibus auxilium ferrent. quam si vicissent, à fundamentis vt desertricem reuellerent, & ne solum quidem ipsius, si fieri posset, superesse paterentur. sin verò id efficere non valerent, nec pœnas meritas exigere, saltem testarentur se impietati alienæ nõ consentire. hæc populus ita fore iureiurando firmauit. Post hæc docebat eos quomodo sacrificia Deo gratiora fierent: & quomodò expeditiones suscipiendæ, captato signo ex lapillis de quib. iam diximus. Sed & Iesus superstite etiã tum & præsente Mose vaticinatus est quicquid

Deut. 29. Moses Hebræos iureiurando ad legum custodiam astringit.

pro

pro ſalute populi geſturus erat, vel foris bello adminiſtrando, vel domi ferendis legibus: & ad viuendi rationem recens inſtitutam eos præparans, diuino monitu ſe præſagire aiebat, quòd ſi patriam religionem violarent, clades non effugerent. nam & regionem ipſorum armis exterorum opplendam, & vrbes diruendas, & templum incendendum, & ipſos ſub haſta victoris venundandos, ſeruituroſq; gentibus quæ afflictorum nulla miſeratione tangerentur: ac tum demum ſeram atque inutilem erratorum pœnitentiam acturos. Deum tamen ipſorum conditorem, & vrbes ſuis ciuibus & templum populo redditurum. Hæc autem fore, vt non ſemel tantum amittant, ſed ſæpius. An.mũdi 2493. Ante Chriſtum natum 1471.

Deinde Moſes exhortatus Ieſum vt in Chananæos exercitum duceret, affuturumq; cœptis eius Deum pollicitus, & populo omnia fauſta omnibus: Quoniam, inquit, ad patres noſtros abeo, & Deus hanc mihi diem abitus præfiniuit, gratias illi viuens adhuc & vobis præſentibus ago pro cura ac prouidentia quàm de rebus veſtris hactenus habuit, non ſolum depellendis aduerſis, ſed commodis etiam largiter exhibendis: & quia laborem meum ac ſolicitudinem dum veſtrum ſtatum in meliorem fortunam reducere conor, propicius ſemper adiuuit: imò verò ipſe & exorſus eſt rem & abſoluit, me miniſtro vſus & vicario in obeundis quæ ad veſtram felicitatem pertinere viſa ſunt. Quapropter æquum eſt, vt priuſquàm decedam, eius potentiæ, qui & in poſterum vobis non deerit, dignas laudes rependam, meq; hoc debito exſoluam, veſtraq; memoriæ commendem, quòd hunc ſolum colere & venerari conuenit: & leges eius habere in pretio, vt quæ omnibus reliquis donis iam acceptis, aut in poſterum à propitio conferendis, longè ſint anteponenda. Grauis enim aduerſarius eſt vel homo legiſlator, ſi conſtitutionibus ſuis autoritatem adimi ſentiat. Dei verò indignationem abſit vt experiamini. quæ legibus ipſius contemptis excitari poſſet. Hæc poſtrema verba Moſe loquente, & ſingulis tribubus ſua fata aperiente, vniuerſa multitudo in lacrymas erupit, vt mulieres plangentes dolorem ob futuram ipſius mortem conceptum declararent. quin & pueri præmœroris impotentia plorantes præ ſe ferebant, quòd tanta eſſet viri virtus ac magnificentia, vt ne illam quidem ætatem latere poſſet. Itaque certamen quoddam erat inter minores & grandiores, vtros maior haberet mœſtitia. alteri enim intelligentes quali orbarentur antiſtite, futuram ſuam conditionem lamentabantur. alteri hoc ipſum lugebant, quòd priuſquàm eius virtutem ſatis deguſtaſſent, iam carendum eo, ſeq; deſtituendos videbant. Quantus autem fuerit populi ploratus & querimonia, coniecturam capere licet ex eo quod tum Prophetæ accidit. Quamuis enim perſuaſiſſimum ſemper habuit, nõ eſſe inſtante morte dolendum, vt quæ præter Dei voluntatem ac naturæ leges non veniat, viſo tamen affectu populi, à lacrymis temperare non valuit: dum verò eò proficiſcitur, vbi diſpariturus erat, omnes cum fletu ſequebantur. Tum Moſes his qui longiùs aberant manu mota ſignificauit vt conſiſterent: propiores autem rogabat, ne exceſſum ſuum lacrymabilem facere pergerent, cum fletu proſequendo. Illi verò & hanc extremam gratiam ei referendã exiſtimantes, vt quemadmodum cupiebat ſeorſum ſecederet, continuerunt ſe inter ſe lacrymantes. Solus autem ſenatus eum deduxit, & pontifex Eleazarus, & imperator Ieſus. Vt verò in monte Abari vocato conſtitit, qui celſus è regione Hierichuntis attollitur, & conſcendentibus latè Chananææ terræ pro-

Ioſuam Moſes hortatur. Deut. 31.

Deut. 33.34.

Hebræorum ob Moſis ôbitum planctus.

Moſes 120. ætatis anno ablatus.

An.mũdi 2493. Ante Christum natum 1471.

ſpectum exhibet, ſenatum dimiſit. Cumq́ poſt mutuos complexus Eleazaro ac Jeſu vltimum vale diceret, inter loquendum repentina nube circumdatus in vallem quandam eſt ablatus. In ſacris autem voluminibus ſcripſit ſe mortuum, veritus ne propter excellentem eius virtutem à Deo raptum prædicarent. Vita eius tempus vniuerſum centum viginti annorum fuit, cuius tertiam partem in imperio exegit, vno menſe minus. Mortuusq́ eſt vltimo anni menſe, die prima menſis qui à Macedonibus Dyſtrus dicitur, à noſtris verò Adar: vir omnium quotquot vnquam fuêre prudentiſſimus, & qui conſilia bona optimè noſſet exſequi: adhæc eloquentia & in tractãdo populo gratia & dexteritate incõparabilis: affectus quoque ita ſemper in poteſtate habuit, vt omninò illis carere videretur, & nomina tantum eorum ex his quæ in alijs hominibus conſpiceret, cognita habere. Imperator idem cum primis bonus, vates verò qualis nemo alius, vt omnia eius verba vim oraculorum obtinerent. Quapropter triginta diebus eum luxit populus, cui nunquam quicquam triſtius accidit, quàm tunc prophetæ mors. nec in præſens tantummodò ſui deſiderium reliquit, ſed maximam apud omnes exiſtimationem quotquot ſcriptæ eius euoluere contigit, dum eius virtutem ex illis æſtimant. Atque hæc ſunt quæ de Moſis exitu dicenda habuimus.

Adar Hebræis eſt menſis duodecimus, nobis Martius dictus.

Moſes imperator bonus & vates.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER QVINTVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI V. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Quomodo Ieſus Hebræorum Imperator debellatis ac cæſis Chananæis terram eorum ſorte diuiſerit tribubus.
II. Quomodo poſt mortem Imperatoris Iſraelitæ neglectis patrijs religionibus in extremas calamitates inciderint, & exorto ciuili bello ex vniuerſis Beniamitis 300. tantum fuerint ſuperſtites.
III. Quomodo propter impietatem in Aſſyriorum ſeruitutem à Deo populus Iſraelitarum ſit traditus.
IIII. Libertas per Cenizum tradita.
V. Quomodo populus rurſum à Moabitis ſit ſubiugatus, & per Iodem è ſeruitute exemptus.
VI. Quomodo ſub Chananæorum imperium redacti, & per Baracum in libertatem ſint repoſiti.
VII. Quomodo Amalecitæ deuictis Iſraelitis regionem eorum per ſeptem annos vaſtauerint.
VIII. Quomodo Gedeon populum liberauerit.
IX. Quomodo aliquot ſucceſſores Gedeonis cum gentibus circumquaque finitimis bella geſſerint.
X. De Samſonis fortitudine, & quanta mala Palæſtinis fecerit.
XI. Quomodo filij Sacerdotis Elis à Palæſtinis in prælio cæſi fuerint.
XII. Quomodo Elis audita filiorum cæde, & Arcæ amiſſione prouolutus de throno expirauerit.

Quomodo

CAP. I.

Quomodo Ieſus Hebræorum Imperator debellatis ac cæſis Chananæis terram eorum ſorte diuiſerit tribubus.

An. mũdi 2494. Ante Chriſtum natum 1470.

POST Moſen quemadmodum dixi ex hominibus ſublatum, officiumq; memoria viri exhibitum, ſedato luctu, Ieſus iubet copias ad expeditionem inſtrui: mittitq; exploratores in Hierichuntem, quo mentem eorum & vires cognoſceret: caſtra deinde mouet maturè Iordanem traiecturus. mox conuocatis Rubelidis & Gadidis tribuum principibus, atq; etiam Manaſſetidis: nam & huic tribui dimidiatæ Amoræam habitare permiſſum erat, quæ fuit Chenanæa pars ſeptima: reuocauit eis in mentem quid Moſi fuiſſent polliciti: rogauitq; vt in eius gratiam qui ne vltimo quidem vitæ tempore proſpicere eis defatigatus eſt, & propter communem vtilitatem, alacriter præſtarent quæ promiſerant. illis verò imperata haud grauatim facientibus, armatis quinquaginta millibus, ab Abila ad Iordanem ſexaginta ſtadia caſtra promouit: quæ poſtquàm metatus eſt, commodum ſpeculatores aderant, omnibus apud Chananæos exploratis. ignoti enim à principio, totam illorum vrbem per otium conſiderauerunt, & mœnia qua parte magis aut minus erant munita, & portarum quanam aſſultum minus ferre poſſint, & capi eſſent faciliores. nec quiſquam obuiorum ſpectantibus ſingula fuit moleſtus, dum curioſitatem hoſpitũ conſuetã interpretantur, nec hoſtile adhuc quicquam ſuſpicantur. vt verò ſub veſperam ſeceſſerunt in quoddam diuerſorium non longè à mœnibus, in quod primum fuerant deducti, iamq; cœna peracta de reditu conſultabant, indicatum eſt Regi cœnanti, veniſſe ſpeculatum quoſdam è caſtris Hebræorum, & nunc diuertentes apud Rachaben hoc tantum curare quomodo latenter ſe ſubducant. Ille verò confeſtim mittit qui eos comprehendant, quæſtioni admouendos vt cauſam aduentus ſui aperiant. quos vbi aduentare Rachabe cognouit, fortè enim lini manipulos ſiccabat in mœnibus, ſpeculatores his contexit. miſſis autem à Rege dixit, hoſpites quoſdam ignotos paulo antè ſolis occaſum apud ſe cœnatos diſceſſiſſe, qui ſi ſuſpecti eſſent Regi, quaſi detrimentum aliquod reipublicæ allaturi, paruo negocio poſſe ab inſequentibus de via retrahi. Tum illi decepti à muliere, quã ſerio loqui putabant, ne perſcrutati quidem diuerſorium abierunt. & excurrentes per vias quibus veriſimile erat eos diſcedere, & quæ ad flumen ducebant, veſtigio nullo inuento, fruſtra laborare deſtiterunt. Sedato autem tumultu Rachabe deductos de mœnibus, & admonitos quanto ſuo periculo ſaluti eorum conſuluiſſet, vt quæ in dolo deprehenſa pœnam capitis cum tota familia Regi erat datura, rogatosq; vt occupata terra Chananæa memores beneficij gratiã ſibi rependerent pro accepta ſalute, iuſſit vt bono animo abirent: iureiurando prius delato, quòd expugnata vrbe, & aliis iuxta ipſorum decretum internecioni traditis, mulieri ſalus manebit incolumis. hunc enim euentum ſibi Deum iam antè ſignificaſſe. illi & in præſens ei gratias agunt, & in futurum abundè relaturos iureiurando confirmant, & hoc conſilium dant, vt cùm præſenſerit vrbem expugnandam, contractis facultatibus & propinquis intra diuerſoriũ, veſtem coccineam pro foribus expandat. imperatorem enim edicto inhibiturũ, ne quis eam domum ladere audeat, quo data ſibi ſalutis gratiam recipiat. quòd ſi aliquis

Ieſus exploratores mittit in Hierichuntem.

Tribui Ruben, Gad, & Manaſſis quid Moſi fuiſſent polliciti Ieſus in mentem reuocat. Num. 32.

Hierichuntem ſpeculatores explorant.

Rachab exploratores contegit.

An. mũdi 2494. Ante Christum natum 1470.

ex eius propinquis in pugna caderet, ipsius culpam fore nõ suã: neq; se ad eius incolumitatem præstandã iureiurando teneri velle. His cõditionibus discessum est, cùm se fune de mœnibus demisissent: reuersiq; ad suos rem totã vt erat acta narrauerunt. Tum Iesus Pontifici Eleazaro cum senatu indicat quid exploratores Rachabæ iurauerint: eorumq; autoritate iusiurandum ratum est habitum.

Iosuæ 3. Iesus Iordanem traiicit cum copiis.

Imperatore autẽ solicito de traiectu (amnis enim auctus aquis fluebat, & cum pontem non haberet, ne fabricari quidem hostis passurus videbatur, nec naues vlla præsto aderãt) Deus se illis transitum procuraturum promisit, fluentis eius imminutis. Itaq; Iesus postquam duos dies expectasset, copias omnes ad hunc modum in vlteriorem ripã traduxit. Sacerdotes cum Arca agmen præcedebãt, post eos ibant Leuitæ portantes tabernaculũ & vasa sacrificiis destinata. Sequebatur deinde totum agmen in suas tribus distinctum, receptis in medium mulieribus ac pueris, quò tutiores essent ab impetu fluminis. Vt verò Sacerdotibus pri-



mis ingressis vadabile est visum, quòd & aqua decreuisset, & glarea nõ amplius vi vndarum volueretur, sed stabile solum exciperet vestigia, omnes iam intrepidè vadum transibant, tale redditum cernentes quale Deus promiserat. steterunt q; in aluei medio Sacerdotes, donec transiret multitudo, & in tuto consisteret. quod vbi factũ est, & ipsi egressi fluuium, liberum ei solitum cursum reliquerunt: qui confestim auctus, ad pristinam aquarum molem rediit. Exercitus autem quinquaginta stadia progressus, ad decimum à Hierichunte stadium castra metatus est. Porrò Iesus ara exstructa è lapidibus quos singuli tribuũ principes ex alueo, propheta iubente, sustulerãt, vt monumentũ esset prodigiosè refrenati fluminis, sacrum in ea Deo fecit: & Pascha solennitas eo loci celebrata est, omnibus rebus iam affluentibus, quarum penuria hactenus laboratum fuerat. nam & segetes Chananæorum maturas tum demetebant, & alias prædas abigebant. eodem enim tempore & Manna eis defecerat, post annũ, ex quo ea primum vti cœperant, quadragesimum. Cumq; hæc omnia securè & impunè Israelitæ facerent, nusquã occurrentibus Chananæis, sed intra mœnia præ metu se continentibus,

Iosuæ 4. 5. Iesus monumentum extruit ad Iordanem.

Israelitæ Pascha celebrant, terræ frugibus fruuntur, & deficit Manna. Iosuæ 6.

bus, expugnare vrbes eorum Ieſus decreuit. Itaq; prima die feſtiuitatis, ſacerdotes Arcam geſtantes, ſtipati armatorum cuſtodia, acceſſerunt ad vrbem ſeptem cornubus clangendo, & ad virtutem ſuos adhortando circumambulabant mœnia ſenatu comitante, nec aliud quicquã faciendo, quàm quod inflarent cornua, retrò in caſtra reuertebantur. Cumq; per ſex continuos dies idẽ feciſſent, ſeptima Ieſus contractis in vnũ copijs, reliquo populo cõuocato, latũ illis affert nuncium, vrbẽ ea die ſine labore capiendã, Deo hanc in poteſtatẽ ipſorum tradente, & ruentibus ſua ſponte mœnib. facilẽ aditũ aperiente. iuſſitq; omnes occidi quotquot in manus militũ deuenirent, & neq; laſſitudine, neq; miſeratione, neq; prada cupidine à cadib. auocari, aut effugiũ vllum hoſtibus permittere: ſed quicquid ſpiritum vitalẽ habet extinguere, nihil in pradã aut propriũ emolumẽtum ceſſurum reſeruando. quicquid autem auri ac argenti repertum fuerit, in vnum comportari voluit, vt primitia ob rem feliciter geſtam ſpolia de primũ capta vrbe Deo dedicarentur. ſolum autem Rachaben cum ſua cognatione ſeruari, propter iuſiurandum ab exploratoribus acceptũ. Hac locutus inſtructum exercitum ad mu-

An. mũdi 2494 Ante Chriſtum natum 1470.

Ieſus cum copijs vrbem circumambulat.

Ieſus nemini præter Rachab parcere iubet.



ros admouet. vrbem deinde rurſum circumambulant, precedentibus cum Arca ſacerdotibus, & cornuum claſsico militem ad aggrediendum opus incitantibus. cumq; ſepties luſtrata pauliſper conſtitiſſent, collapſa ſunt mœnia, nec machinis admotis, nec vlla alia vi ab exercitu illata. Hebrai verò nullo negotio per ruinam irrumpentes in Hierichuntem, omnes promiſcuè cadunt, inopinato mœnium caſu conſternatos, & ſubitaneo ſtupore ad pugnam inutiles: paſsimq; cadaueribus via ſternebantur, nullum nec præſidium nec effugium incolis inuenientibus, ita vt ne fœminis quidem parceretur ac pueris. repletaq; trucidatis vrbs, & poſtremò incenſa rogum defunctis præbuit, in agros quoque pari ſauiente incendio. Rachaben verò cum domeſticis qui in diuerſorium confugerant, exploratores periculo exemerunt: ac mox ad Ieſum adducta, gratia ſunt ob ſeruatos ſpeculatores acta, dicente ſe meritis illam præmijs remuneraturum. moxq; agris donatam, in honore poſtea ſemper habuit. Reliquias autem vr-

Hierichuntis mœnia ſponte ſua collapſa.

Hiericho capta, homines trucidati, vrbs proſtrata & incenſa.

An. mũdi 2494 Ante Christum natum 1470.

bis quæ incendio supererant, ferro diruit, diris execratus quisquis semel vastatam instaurare aggrederetur: nimirum vt prima fundamenta iaciens orbaretur filio primogenito, & absoluto opere natu minimum è liberis amitteret. Nec irritam esse voluit Deus imprecationem, sicut suo loco dicetur. E direptione autem ingens vis argenti ac auri, atq; etiam aris in vnum aceruum est redacta, nemine edictum non obseruante, aut sibi prædam ac lucrum inde quærente. Eas manubias Jesus sacerdotibus in thesauros reponendas tradidit. Ac Hierichuntis quidem excidium in hunc modum se habuit. Achar autem quidam Zebedia filius ex tribu Juda, nactus paludamentum regium totum ex auro contextum, & massam auri trecentorum siclorum pondo, & iniquum ratus si nullum periculi pretium ad se rediret, sed oblatum à fortuna lucrum Deo nihil talibus rebus opus habenti offerret, intra tentorium in cauum profundum defodit, putans sicut commilitones ita & Deum se posse fallere. Erant tum castra in loco qui vocatur Galgala, voce libertatem significante. transgressi enim fluuium, tandem se & ab Ægyptijs & ab ærumnis in deserto exantlatis liberatos existimabant. Paucis autem pòst diebus quàm Hierichus est excisa, mittit Iesus tria millia militum ad vrbem Ainam supra Hierichuntem sitam: qui cum Ainatis prælio congressi, & in fugam versi, triginta sex è suis desiderauerũt. Huius incommodi accepti nuncius postquam in castra peruenit, maiorem quàm pro casorum numero mœstitiam attulit: non tam propter amissos, tametsi omnes viri fortes & honore digni fuerant, quàm propter desperationem. Credentes enim se iam ea regione potitos, & illæsum exercitum habituros vt Deus promiserat, nunc mirum in modum elatos hoc successu animos hostium videbant. Itaque saccos induti per totam diem hoc habitu in luctu ac lacrymis perseuerabant: nullaq; interim corporum curandorum ratione habita, totos se dolori dediderant. Jesus autem videns exercitum sic affectum, & nihil læti amplius sperantem, cum fiducia Deum alloquitur: Nos, inquit, non nostra temeritate adducti sumus, vt terram hanc armis subigere conaremur, sed Moses seruus tuus ad hoc nos exciuit, cui multis attestantibus prodigijs pollicitus es, traditurum te nobis hanc terram possidendam, & exercitum nostrum ope tua fretum semper in conflictu aduersarijs fore superiorem. atq; harum promissionum euentum non semel iam sumus experti. Nunc autem præter opinionem clade accepta, & militibus aliquot desideratis, hoc casu territi, & de promissis tuis ac Mosis hæsitantes, & à prælijs abstinemus, & post talia belli exordia nihilo feliciores progressus sperare possumus. Tu ergo domine, potes enim, fer opem, & præsentem mœrorem victoriam largitus adime, desperationemq; in futurum attonitus eximе. Talibus exorabat Deum Jesus, in faciem humi prolapsus. Responsum deinde accipit, surgeret & lustraret exercitum pollutum sacrilegio & violata religione. hanc enim causam esse præsentis calamitatis. inquisitione autem facta & pœna à sacrilego exacta, Israëlitarum fore victoriam. hoc oraculum Jesus populo indicat, & vocato Eleazaro pontifice, ac magistratibus sortem per singulas tribus mittebat. cumq; sors in Judæ tribum cecidisset, rursum per cognationes eius mittebatur. & cum in Sacharia cognatione maleficium esset inuentum, eam rursum viritim examinantes, Acharem deprehenderunt. qui videns non esse locum tergiuersandi contra diuinum indicium, furtum fassus res furtiuas in medium protulit: moxq; affectus supplicio, noctu ignominiosæ sepultura-

Ioſ. 7. 8. Aahar quædam ex præda contra Dei mandatum abscondit.

Galgal, libertas. Ioſ. 5.

Israelitæ ab Ainatis fusi fugatiq;.

Ioſuæ ad Deum precatio.

Responsum diuinum ad Ioſuæ preces.

Achor sorte deprehenditur & punitur.

tur & traditur, quemadmodum ſolent damnati iudicio publico. Jeſus autem luſtratum exercitum ad Ainam ducit, & noctu diſpoſitis circa vrbem inſidijs, diluculo hoſtem ad certamen prolicit. illis verò audacter ob proximam victori- An. mũdi 2494 Ante Chriſtum natum 1470.



am irruentibus, ſimulata fuga procul eos ab oppido abſtrahit, fuſum hoſtem exiſtimantes, & quaſi victoria iam parta inſolescentes. poſtquam autem ſubitò conuerſis copijs in faciem illis obſtitit, & alijs qui in insidijs latebant ex compoſito ſignum datum eſt, coorti celeri curſu ad Ainam feruntur, & auerſam eius portam occupant, pleriſq; ciuium è muris ſuorum vt tum putabant victoriam ſpectantibus: vrbemq; ingreſſi ſine diſcrimine cædem ingentem edunt. Interim alia parte Jeſus obuios in fugam vertit: qui vrbem petentes integram adhuc rati, vbi hãc quoq; ab hoſte captã & cum vxoribus ac liberis incenſam animaduerterunt, per agros diſpalati, cum ſibi inuicem præſidio non poſſent eſſe, alij alijs in locis ſunt oppreſsi. Poſt hanc Ainatarum cladem magna multitudo puerorum & mulierum atq; mancipiorum capta eſt, & ſupellex ſine numero: pecudum item greges non modici, & inſuper ſignata pecunia multa: erat enim ea regio prædiues. atq; hæc omnia Jeſus inter milites partitus eſt in eis caſtris quæ habuit ad Galgala. Cæterùm Gabaonitæ qui non longè à Hieroſolymis habitant, cognito Hierichuntiorum & Ainatarum caſu, iamq; in ſe iturum hoſtem ſuſpicati, Ieſum quidem precibus flectere non tentauerunt: fruſtra eas fore putantes apud eum qui interneciuum bellum cum Chananæis gereret: ſed maluerunt vicinos Cepheritas & Cathieremitas in ſocietatem adſciſcere, dicentes nec ipſos poſſe euadere periculum niſi maturè prouiderent: quòd ſi ſuum cõſilium ſequantur, non deeſſe remedium. Quod vbi perſuaſerunt, mittunt legatos ad Ieſum de fœdere, quos maximè credebant ad negocium conficiendum idoneos. Qui periculoſum rati ſi ſe Chananæos faterentur, & multo tutius ſi nihil ſibi cum illis commune dicerent, ſed longè diuerſas ſedes habere: aiunt ſe fama viri excitos multorum dierum iter feciſſe, & hoc eſſe verum ex habitu comprobabant. veſtes enim quas viam ingreſſuri nouas induiſſent, longo itinere detritas. ſumpſerant enim

Ain expugnata atq; combuſta.

Præda populo diſtributa.

II. Ioſ. 9. Gabaonitæ legatos mittunt ad Ieſum.

Gabaonitarum ad Hebræos oratio.

An.mũdi 2494 Ante Christum natum 1470.

enim tritas data opera, vt verisimilia dicere viderentur. Hoc habitu in concionem ingressi, dicunt se missos à Gabaonitis & vicinis vrbibus. vt saluis patrijs institutis, in amicitiam eorum venirent. comperto enim quòd Deus gratuito munere Chananæorum terram illis concessisset, gratulari se eis, & ius ciuitatis petere. his dictis & ostentatis vestibus in signum longi itineris, orabant vt in fœdus & amicitiã admitterẽtur. Jesus aũt credens eorum verbis quòd Chananæi non essent, recipit eos in fidem & amicitiam: & Eleazaruś pontifex cum senatu iurauit, habituros se eos pro amicis ac socijs, & nihil contra eos iniustum molituros, approbante id fœdus vniuerso populo. hoc æstu voti compotes domum ad suos sunt reuersi. Jesus autem exercitu ducto in submontanum Chananæa tractum, cum audisset Gabaonitas non longè à Hierosolymis habitare, & esse Chananæorum generis, euocatus eorum honoratioribus, fraudẽ eorum incusabat. illis verò excusantibus non alium se modum salutis quærendæ habuisse, & ideò ad dolum versos necessitate cogente, Eleazarum pontificem & senatum conuocat. cumq; decretum esset non violandam fidem iureiurando sancitam, sed publicis ministerijs deputandos, in hac conditione postea sunt habiti: atq; hoc pacto imminenti periculo se subtraxerunt. Cæterùm cum Rex Hierosolymitarum indignè ferret Gabaonitas ad Jesum defeciisse, & quatuor proximarũ gentium Reges ad bellum contra eos gerendum acciuisset, Gabaonitæ videntes se peti, & hostes castris circa quendam fontem non longè ab vrbe positis, ad oppugnationem expediri, Iesum in auxilium aduocant. nam eò tum res deuenerat, vt ab his perniciem expectarent, in illis verò qui ad excidium Chananæorum venerant, propter nouam amicitiam vnicam spem salutis reponerent. Tum Jesus cum toto exercitu in succursum properans, die & nocte itinere facto, diluculo parãtes oppugnationem adoritur: cumq; terga vertissent, per decliue fugientes est persecutus. Bethorais locus dicitur. Interfuisse huic prælio diuinum auxilium euidentibus prodigijs apparuit, cælo tonante & crebris fulminum ictibus, grandine insuper maiore solito ruente. accessit & illud nunquam antea visum, quòd dies factus est longior, ne interuẽtu noctis victori hostis eriperetur. quo factum est vt Jesus Reges istos caperet in spelunca quadam latebras quærentes iuxta Macchida, de omnibusq; supplicium sumeret. creuisse autem eam diem vltra consuetum, extat relatum in sacra volumina quæ in templo sunt asseruata. Debellatis in hunc modum regibus qui Gabaonitas inuaserant, Jesus in Chananæa montana ducit exercitum: & magna in ea regione cæde edita, prædaq; abacta, exercitum reducit in Galgala. cumq; latè per circumquaq; sitas regiones rumor de rebus Hebræorum fortiter gestis spargeretur, deq; stupenda multitudine cæsorum, excitati sunt in eos Reges Libani accolæ, & ipsi Chananæi generis: & quantum Chananæorum campestria colit adscitis Palæstinis castra posuerunt ad vrbem Galilææ Berotham, non longè à superiore Cadesa, quæ etiam in Galilæorum agro sita est. erantq; omnes hæ copiæ, peditum trecenta millia, equitum decem millia, curruum viginti millia: quæ tanta hostium multitudo adeò tam ipsum Jesum quàm cæteros Israëlitas terruit, vt præ metu minimum à desperatione abessent. Sed cum Deus exprobrasset eis formidinem, & quòd eius præsidio se non sat tutos putarent, pollicitusq; victoriam, equos captiuos eneruari & currus incendi iussisset: concepta ex his promissis fiducia, ducit in hostem: quem die quinto adeptus pugnandi copiam facit, fitq; conflictus validus, & strages maior

Iesus cum Gabaonitis fœdus facit.

Gabaonitæ ministerijs publicis deputati. Ios. 10.

Rex Hierosolymitarum in Gabaonitas mouet.

Hierosolymitanos fundit fugatq; Iesus.

Quatuor Reges trucidati. Sol immotus consistit.

Ios. 11. Chananæorum Reges mouent in Hebræos.

Chananæorũ ingens exercitus.

ior

ior, quàm vt facilè credi posſit, eſt edita, in fuga quoq; plurimi ceciderunt, vt praeter paucos totus hoſtilis exercitus interierit. reges etiam ad vnum omnes ſunt caſi: adeoq; ſeuitum eſt in victos, vt hominibus ſublatis in equos ferrum ex- An. mũdi 2499 Ante Chriſtum natum 1465. Chananæorum Reges omnes ad vnum cæſi.



ercerent, & currus exurerent. Totam deinde regionem peruagatus eſt; neminéq; audente congredi, expugnabat oppida, & quotquot ad manus ſuas peruenirent interficiebat. Famq; quinto huius belli anno exacto Chananæorum nemo ſupererat, niſi ſi qui in loca munitiſſima confugerant. Ieſus autem caſtris è Galgalis in montana tranſlatis, ſacrum tabernaculum in vrbe Silunte fixit: quòd is locus propter pulchritudinem viſus ſit idoneus in quo tantiſper maneret, dum maior commoditas ædificandi templi ſe præberet. Inde cum omni populo profectus verſus Sicima, altare, ita vt Moſes præceperat, ſtatuit: & diuiſo exercitu, in Gariz eo monte dimidium eius collocauit, & in Gibale alterum dimidium, in quo altare erat cum Leuitis ac ſacerdotibus. vbi mactatis victimis, execrationibusq; peractis & in altari inſculptis, in Siluntem ſunt reuerſi. Ieſus autem iam ſenex, cum videret Chananæorum vrbes penè inexpugnabiles, tum propter ſitum natura tutum, tum propter munitiones ad fruſtrandos hoſtium conatus arte additas: nam cognito Iſraëlitarum ex Ægypto exitu, & quòd ad ſuum excidium properarent, toto illo tempore in muniendis oppidis occupati fuerant: conuentu populi in Siluntem indicto concionem aduocat. cumq; frequens concurſus factus eſſet, res hactenus fortiter at feliciter geſtas recenſuit, quales par erat Dei auſpicijs à populo religioſiſſimo geri: Reges triginta & vnum auſos manus conſerere deuictos, exercitusq; potentiſſimos prælio ſuperatos, & internecione caſos, vt ne reliquia quidem generis ſupereſſent. caterùm quoniam ex vrbibus alia capta eſſent, alia munitiores & ob hoc obſtinatiores longa oppugnatione opus haberent, cenſuit eos qui ex regione vltra Iordanem ſita in communem expeditionem profecti fuerãt, & propter cognationem ſocios periculorum ſe adiunxerant, gratijs prius actis ad proprias ſedes remittendos. deinde ex ſingulis tribubus ſingulos teſtata probitatis viros eligendos, qui regio-

Chananæorum regionem totam lõgua deuaſtat.

Ioſua in duas partes copias diuidit.

Hedio & Ruffinus Cap. 3. Ioſ. 13. 14. 18.

Ioſua diuidẽdam regionem, & duas tribus cum dimidia remittendas hortatur.

An. mũdi 2499 Ante Christum natum 1465.

nem totam permensi bona fide & absq; dolo magnitudinem eius renunciarent. In eam sententiam itum est ab vniuerso populo: moxq; eos viros misit ad metiendam terram adiunctis ad eos quibusdam geometriæ peritis, qui propter hanc scientiam errare ac falli non poterant: hisq; mandata dedit, vt æstimationem agrorum iuxta bonitatem terræ facerent. nam Chananæa natura talis est, vt videre liceat campos magnos & frugum ac fructuum feraciſſimos, qui collati ad aliam terram admodum vberes videri possent: quòd si ijdem ad Hierichuntinum aut Hierosolymitanum agrum conferantur, iam non magni precij videbuntur: cum tamen hi agri parui sint & bona ex parte montani, sed quantum ad fertilitatem attinet, nullis alijs secundi. hanc ob rem voluit iuxta æstimationem potius quàm iuxta mensuram sortitionem fieri, quòd nonnunquam vnum iugerum pro mille alijs valeat. Decemuiri autem huic negocio destinati perlustrata regione & æstimatione terræ peracta, septimo mense reuersi sunt ad eum in Siluntem, vbi tum tabernaculi sedes erat. Tum Jesus assumpto Eleazaro cum senatu ac tribuum principibus diuisit regionem nouem tribubus & Manaßitarum dimidiæ parti, cuiq; tribui pro eius magnitudine agrum admetiens. cumq; ad sortes ventum esset, tribui Iudæ obuenit tota superior Judæa pertingens vsq; Hierosolyma. latitudo verò eius Sodomiticum lacum attingebat in hac sorte vrbes erant Ascalon & Gaza. Secundo loco Simeonis sortita est Idumææ partem Ægypto & Arabiæ conterminam. Beniamitæ deinde regionem sortiti sunt, quæ à Jordane amne vsq; mare protenditur. latitudo verò eius patet Hierosolyma inter & Bethela. angustißima autem hæc sors fuit, propter agri bonitatem. Hierosolyma enim & Hierichuntem acceperunt. Ephraimi autem tribus terram à Jordane vsq; Gadara in longum protensam sortita est, in latum patentem à Bethelis vsque magnum campum. Manasſetidis item dimidia pars agrum à Jordane vsque Dora vrbem, latitudine vsque Bethsana, quæ nunc Scythopolis vocatur. Post hos Issacharis in longum patentem à flumine vsq; Carmelum montem, latitudinis verò mons Itabyrius fuit terminus. Zabulonitæ vsq; Geneſaritem lacum terram Carmelo & mari contiguam sunt sortiti. Quæ autem regio post Carmelum sita est conuallis ex re nomen habens tota Aseritis cesßit quà ad Sidonem est obuersa. In hac portione fuit vrbs Arce, alio nomine Actipus. Quæ verò ad orientem spectant vsq; Damascum vrbem, & superior Galilæa Nephthalitis obtigit, vsq; Libani montem & Jordanis fontes qui ex hoc monte oriuntur, quà fines sunt Arces vrbis versus septentriones sita. Porrò Danitæ adepti sunt quicquid conuallis ad occidentem solem vergit, Azoto & Doris terminati. horum est Jamnia & Citta, & totus ager qui ab Acarone pertingit vsq; montem à quo Iudæ tribus initium fecit. Ad hunc modum sex gentium à filijs Chananæi denominatarum regionem Iesus diuisit, & nouem cum dimidia tribubus habitandam dedit. Amoræam enim & ipsam ab vno ex filijs eius dictam Moses iam ante duabus cum dimidia tribubus diuiserat, vt suprà diximus. Sidoniorum autem, Arucæorum, Amatheorum & Aritheorum agri nihil ad hanc diuisionem pertinuerunt. Caterùm Iesus ætate iam defecta cum non valeret consilia sua per se exequi, & qui vicem eius gerebant, negligentius Rempublicam administrarent, præcepit vnicuiq; tribui vt ex sua sorte Chananæorum reliquias tolleret. In hoc enim consistere & ipsorum securitatem, & disciplinæ ac religionis incolumitatem: idq; eos non ex

Moſi

Ioſua ad metiendam & diuidendam terram quoſdam mittit.

Ioſua Chananæorum regionem nouē tribubus & dimidiæ Manaſsis diuidit.

Ioſ. 16. 17. 19.

Suprà lib. 4. Cap. 7. Num. 32. Ioſ. 13.

Ioſua vnicuiq; tribui vt ex ſua ſorte Chananæorum reliquias tolleret, præcipit.

An. mũdi 2499 Ante Christum natum 1465.

Mosi tantum monitis, sed suomet experimento didicisse: deinde vt Leuitis triginta octo destinatas vrbes redderent, iam enim decem in Amoræa trans flumen acceperant. ex his in tribus profugis receptacula sunt instituta. nihil enim magis erat curæ, quàm vt nusquam à Mosis præscriptis recederetur. hæ fuerunt, in tribu Judæ Hebron, in Ephraimi Sicima, in Nephthalitide Cedesis, quæ est in superiore Galilæa. post hæc quod de præda reliquum erat diuisit: supererat enim permultum. vnde non mediocris diuitiarum accessio & publicè & priuatim facta est. tantum erat auri & vestimentorum ac reliquæ suppellectilis: tantum etiam iumentorum ac pecudum, vt numero comprehendi non possent. Posthæc aduocato in concionem exercitu, ad eos qui ex regione vltra Iordanem sita vna militabant numero quinquaginta millia, in hanc sententiam locutus est. Quoniam Deus & pater qui est dominus Hebræorum generis, terram hanc & acquirere dedit, & in perpetuum mansuram nobis promisit: vosq; opem vestram indigentibus ex mandato Dei alacriter & impigrè præstitistis, æquum est, cum iam nihil arduum supersit, missionem vobis dari, & promptitudine vestra non abuti: quandoquidem certi sumus, si in posterum sit opus, nihilo segnius operam vestram nobis paratam fore. Itaque gratias vobis agimus, quòd socij periculorum esse voluistis, rogamusq;, vt in hac mutua beneuolentia perseueretis, memores amicorum, & quòd vos quoq; vestras possessiones nostris auxilijs parastis, sicut nos ad hanc felicitatem, Deo fauente & vobis adnitentibus, peruenimus, nec id sine vestræ operæ præmio: quandoquidem ex hac militia ditati estis, multumq; prædæ, auri & argenti, referetis, & super omnia nostram beneuolentiam ad referendam vicem nunquam non promptam ac paratam. Nam & Mosis mandatis satisfecistis, non contempta autoritate mortui, & nihil vobis ad nostram gratiam promerendam reliquum fecistis. Lætos igitur vos ad vestras possessiones dimittimus, hoc vnum rogatos, vt nullum terminum existimetis cognationem nostram dirimere, néue propter flumen medium alios nos putetis quàm Hebræos. omnes enim Abrahæ stirps sumus, qui vel hanc vel illam ripam incolimus, vnus Deus tàm nostros quàm vestros maiores in hanc lucem protulit: cuius leges ac religio per Mosen instituta, diligenter obseruanda sunt. hoc enim pacto futurus est adiutor & propitius: sicut contrà, si in alienos ritus degenerauerimus, & ipse nos auersabitur. Hæc locutus & singillatim primatibus populóque in commune dicto vale, ipse quidem eodem loco restitit, reliqua autem multitudo vniuersa cum lacrymis eos deducebat, & ægrè à se inuicem diuellabantur. Itaque traiecto fluuio Rubelis tribus & Gaddis & quotquot Manassitarum eos sunt secuti altare super ripam Iordanis erigunt, monumentum posteris & signum coniunctionis cum reliquis qui vltra Iordanem incolunt. Quo audito apud cæteros Israëlitas, cum altare exstructum scirent, non etiam quo animo, putabant eos nouata religione alienorum numinum cultum velle introducere: & temerè hac suspicione violatæ religionis moti, arma corripuerant vindicaturi patrios ritus, & pœnas à vialatoribus exacturi. existimabant enim non tam cognationis ac dignitatis eorum qui in hoc erant crimine, quàm diuinæ voluntatis rationem habendam. atque ita irati ad expeditionem se accinxerunt. Jesus verò & pontifex Eleazarus cum senatu cohibebant eos, dicentes verbis prius quàm armis rem aggrediendam & scitandum qua mente id fecerint: & si fortè malo animo fa-

Oppida refugij. Num. 35. Deut. 4. Ios. 20.

Prædæ diuisio.

Iosuæ ad eos, qui ex regione vltra Iordanem sita militabant, oratio.

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Ios. 22.

Israelitæ traiecto fluuio, altare super ripã Iordanis erigunt.

Decem tribuum ad reliquos Israelitas legatio.

An. mũdi 2499 Ante Christum natum 1465.

ctum deprehensum sit, tum demum armis impetendos. mittunt igitur eò legatos, Phineesem filium Eleazari & cum eo decem honoratos in populo, qui cognoscant quid sibi volentes altare in ripa construxissent. Vt verò traiecto flumine & conuentu aduocato Phineeses in concione constitit: Maius, inquit, vestrum delictum est quàm vt verbis tantum castigari debeat. attamen non culpæ magnitudine moti repentè ad arma conclamauimus vt pœnas sumeremus, sed respectu cognationis, & ea spe quòd fortasse admonitione ad sanitatem reduci possitis, legationem ad vos suscepimus, vt cognita causa extructi altaris, non temerè armasse nos in vos videamur, si pijs rationibus adducti id feceritis: sin autem in culpa sitis, iustam vltionem violata pietatis inferamus. Vix enim credere potuimus, vos qui perspectam Dei sententiam habetis, & legum eius auditores estis, disiunctos à nobis & in vestram possessionem reuersos, quam Deo ferre acceptam debetis, cuius prouidentia vobis contigit, beneficiorum ipsius oblitos, & relictis tabernaculo, Arca, & altari patrio, externos Deos complecti, ac Chananæorum impietati accedere. Sed venia dabitur, si resipiscatis, & non ad maiorem insaniam prolabamini, ad domesticarum legum reuerentiam reducti. Quòd si in malè cœptis obstinatè persistatis, non grauabimur vllum laborem pro legum defensione suscipere, sed ad has simul & Dei honorem tuendum flumine traiecto, pro Chananæis habitos, non secus atq; illos exterminabimus. Cauete enim putetis quia extra limitem nostrum estis, extra potestatem etiam Dei vos euasisse. vbi vbi estis, omnia sunt illius, nec licet ius eius ac iudicium effugere. Quòd si putatis locum vobis ad rectè sapiendum esse obstaculo, præstat nouam agrorum diuisionem facere, & hanc regionem pecoribus compascuam relinquere. Satius est igitur vt resipiscatis, & à nouitatibus mutato proposito desistatis: rogamusq; vos per salutem liberorum ac coniugum, & quicquid habetis charissimum, ne nobis belli suscipiendi necessitatem imponatis, contra quos minimè volumus. In hac enim concione & consultatione situm est, vtrum pace nostra & vestris affectibus perpetuò frui malitis, à nobis persuasi, an vos & vestra omnia belli periculis exponere.

Phineæ ad Rubenitas oratio.

Postquam hæc Phineeses dicere desiit, qui concioni præerant, pro communis causæ defensione hæc attulerunt. Viri fratres, nos neq; à cognatione deficere volumus, neque in religione cuius nequaquã pœnitet, quicquam innouare. Vnum Deum nouimus Hebræis omnibus communem, & altare eius æreum quod est ante tabernaculum, nec aliud vnquam nostras excipiet victimas. nam hoc quod nunc ereximus, quodq; vestra suspicioni ansam præbuit, non ad Deum sacrificijs placandum exstructum est, sed vt perpetuum argumentum exstet nostræ necessitudinis, nosq; patriæ religionis admoneat, non vt vos suspicamini, violandæ religionis sit initium. & hanc fuisse nobis exstruendi causam, Deus ipse testis esto idoneus. quapropter meliorem posthac de nobis opinionem habetote, absitq; vt nos affines existimetis ei crimini, cui quisquis ex Abrahæ posteris se obnoxium fecerit, & à patrijs moribus ac ritibus degenerauerit, absque capitali pœna expiari non valeat. His auditis Phineeses, collaudataq; eorum constantia, reuersus ad Iesum, rem totam apud populum exposuit, qui lætus quòd nec delectu opus esset nec ciuili sanguine, gratias egit Deo per sacrificia: moxq; soluto conuentu, reuersis ad sua singulis, ipse apud Sicima elegit domicilium. Anno autem post vigesimo iam decrepitus, accitis oppidatim honoratioribus, & cum

Rubenitarum responsio.

Iosuæ domicilium ad Sicima. Ios. 23. 24.

& cum ſenatu magiſtratibus, tum ex plebe quotquot erat commodum, vbi vidit omnes adeſſe: primum Dei beneficia in memoriam illis reuocat plurima, per quæ ex rebus afflictis in tantas opes tantamq; gloriam peruenerant. hortatur deinde vt dent operam, vt Deum in poſterum aquè habeant propitium, cùm ſciãt eius benevolentiam non alijs retineri poſſe quàm pietatis artibus. Suum enim fuiſſe, vt, priuſquàm decederet, illos officij commoneſaceret. poſtremo rogauit vt hanc admonitionem boni conſulerent, eſſentq; eius perpetuò memores. poſt hanc concionem naturæ debitum exoluit, anno vitæ centeſimo decimo: quorum quadraginta ſub Moſe magiſtro miniſter ipſius exegit, & poſt eius obitum viginti quinque Reipub. præfuit, vir incomparabili tum prudentia tum eloquentia, adhæc in re imperatoria fortis & impiger, nec minus in pace bonus & vtilis, denique in quauis virtute eximius. Sepultus eſt in oppido Thamna tribus Ephramitidis. per idem tempus moritur & Eleazarus Pontifex, Phineeſi hæreditarium relinquens Sacerdotium. ſepulturæ eius monumentum impoſitum extat in vrbe Gabatha. Poſt horum obitum cònſultus Phineeſes à populo de voluntate Dei, cuiuſnam foret imperium in bello Chananæo, reſpondit, iubere Deum vt Judæ tribus ductu bellum gererent, quæ mox aſſumpta Simeonide, his cõditionibus rem aggreſſa eſt, vt ſublatis è ſua ditione hoſtium reliquiis, tum tributarijs, in alterius tribus exſtirpandis huius generis reliquiis vicem rependeret.

An. mũdi 2525. Ante Chriſtum natum 1439.

Ioſu. 23. 24.

Ioſuæ poſtrema ad ſeniores & Magiſtratus Hebræorum adhortatio.

Ioſua moritur.

Eleazarus moritur.

Iudic. 1.

CAP. II.

Quomodo poſt mortem Imperatoris Iſraelitæ neglectis patrijs religionibus in extremas calamitates inciderint, & exorto ciuili bello ex vniuerſis Beniamitis 300. tantum fuerint ſuperſtites.

ATque Chananæi quorum res tum erant ſatis integræ, cum magno exercitu apud Bezecam vrbem eos expectabant, ductu loci Regis Adonibezeci. id nomen Bezecenorum dominum ſignificat. adoni enim Hebræorum lingua dominus dicitur. Hi ſpem victoriæ reponebant in hoc, quòd Jeſus dux Iſraelitarum eſſet defunctus. aduerſus hos quas dixi duæ tribus egregiè pugnauerunt: & caſis decem millibus dum reliquos fugientes inſequuntur Adonibezecum ceperunt. qui manibus ac pedibus truncatus, agnouit diuinam iuſtitiam, ſeptuaginta & duos Reges antea hunc in modum à ſe mulctatos confeſſus. ſic affectum detulerunt non longè à Hieroſolymis, vbi fato functum terræ mandauerunt. deinde circa oppida bellum circunferebant: quorum bona parte capta, Hieroſolyma ſunt adorti, & capta inferiore eius parte, omnes habitatores contrucidauerunt. at ſuperior natura loci & munitionibus eſt defenſa. quare oppugnatione in Hebronem tranſlata, vrbeq; vi capta, in oppidanos omnes ſæuitum eſt. apud hos in eam diem ſuperſtites erant quidam è gigantum genere, ſtatura & ſpecie cæteris mortalibus diſpares, viſu ſimul & auditu horribiles: quorũ oſſa adhuc oſtenduntur, qualia vix credant qui non viderunt ipſi. Hoc oppidum Leuitis honoris gratia cõceſſum eſt cum illis duobus cubitorum millibus: reliquum eius agrum Chalebo dono dederunt, iuxta mandatum Moſis. fuerat hic vnus è ſpeculatoribus, quos Moſes in Chananæam præmiſerat. Habita eſt ratio Iethræ quoque Madianitæ, olim Moſis ſoceri, cuius poſteris ager eſt attributus, quia relicta patria comites ſe adiunxerant, & in deſerto arumnarũ ſocij fuerant. expugnatis montanis oppidis, in campeſtria & maritima deſcendentes prædictæ duæ tribus Aſcalonem &

Hegeſ. 5. al. 2.

Chananæorum decem millia trucidantur & Adonibezeck capitur.

Hieroſolymæ pars capta eius que habitatores interfecti.

Ioſ. 11.

Iethræ Moſis ſoceri poſteris ager attributus.

An. mũdi 2526. Ante Christum natum 1438.

Azotum de Chananæis ceperunt. Euasit autem eos Gaza & Accaron, quòd in planicie sita & abundantes curribus, inuadentes se malè multatos facilè reijciebant. Atque ita hæ duæ tribus magnis opibus bello acquisitis domum se receperunt, & arma deposuerũt. Beniamita verò, in quorũ sorte erãt Hierosolyma, tributo impositio habitatorib. eius pacem dederunt: & in posterũ alteri à cadibus alteri à periculis feriati, ad culturã agrorũ vtriq; se contulerunt. Beniamitarum exemplo motæ reliquæ tribus & ipsa idem fecerunt, & tributis contenti pacem Chananæis dederunt. Ephrami verò tribus cum assidendo Bethelis multo tempore ac labore impenso nihil proficeret, in cœptis tamen pertinaciter duravit. tandem comprehenso vno ciuium qui in vrbem importabat necessaria, fide data & accepta, & iureiurando firmata, intromissos clàm ipsum cum familia seruaturos, proditione eius facti sunt voti compotes: casisq; reliquis omnibus præter hos quibus salus ex pacto debebatur, ipsi posthac vrbis dominium habuerunt. Omisso deinde bello Israelitæ omnes agriculturæ tantum operam dabant: atq; ita pace longa emolliti, voluptati magis quàm honestati studebant, disciplinæ ac legum diuinarum immemores. quæ iniuria Deus commotus per vatem admonet eos non è sua sententia hosti Chananæo parcere, quamobrem fore vt aliquando per occasionem pro intempestiua clementia crudelitatem eis reponeret. at illis, tametsi territis oraculo, bellum tamen non libebat suscipere, tum quòd multa è Chananæo perciperent commoda, tum quòd ob luxum ad laborem nõ essent idonei: deprauata iam reipublicæ forma, & autoritate optimatum inualida, dum nec senatus vt antè legitur, nec magistratus solennes creantur: dumq; relicta cura status publici, omnes priuatis tantum lucris sunt dediti. In tanta licentia perturbatio grauis incidit, ex qua mox bellum ciuile exortũ est, quod hanc causam habuit. Vir è plebe Leuitica, in Ephramitarũ ditione habitans, duxit vxorem natam in oppido Bethlemis, quod ad tribum Iudæ attinet. hanc cùm vehementer ob formam amaret, parum respondere in amore ægrè ferebat. hinc orto dissidio, mulier continuas expostulationes nõ ferens, relicto marito mense quarto ad parentes reuertitur. is coactus desiderio, & ipse venit ad soceros, quorum opera missis querelis cum vxore in gratiam reuertitur. eo loci quatuor dies exegit, comiter à puella parentibus habitus. quinta cùm decreuisset domum repetere, post meridiem iter ingreditur. cunctanter enim parentes filiam dimiserunt, nec nisi meliore diei parte transacta. comes erat vnus famulus, & mulier vehebatur asina. cumq; emensi triginta stadia non longè abessent à Hierosolymis, famulus dabat consilium vt aliquò diuerterent: ne, si nox iter facientes opprimeret, in aliquod incommodum inciderent, præsertim propinquis hostibus, cum serotina hora etiam amicorum loca suspecta facere soleat. marito nõ placuit alienigenarum vti hospitio, nam Chananæi tum vrbem tenebant, malebatq; progressus viginti stadia ad sui generis homines diuertere. in hoc consentientibus omnibus, peruenit in Gabam tribus Beniamitidis sero admodum, cumq; in foro inueniret neminem qui se inuitaret ad hospitium, senex quidam è rure domum repetens, Ephramita genere, sed Gabæ habitans, casu repertum interrogat, quisnam sit, & cur crepusculo demum cœnam è foro peteret. ille se Leuitam ait, & vxorem à parentibus domum reducere, & in Ephramitarum ditione se habere domicilium. tum senex respectu cognationis ac tribus, & quod fortè oblatus hospes visus est, ad se deducit hominem. Gabæni verò quidam iuuenes qui mulierculam

Israelitæ Chananæos non vno actu deiicerunt.

Ephraimitæ proditione occupant Bethel.

Hedio & Rusfinus Cap. 6. al. 3. Israelitæ bellũ omittunt.

Iudic. 19. Historia de vxore Leuitæ

Triginta stadia quatuor milliaria Italica.

Duo milliaria Italica cum dimidio.

Facinus detestandũ Gabaenorum.

culam in foro viderant, mirati eius formam, poſtquam ad ſenem illum diuertiſſe cognouerunt, contempta imbecillitate & ſolitudine, venerunt ad ianuam: roganteq; ſene vt abirent, & vim abſtinerent ac iniuriam, poſtulabant vt exhibita hoſpita quieti ſuæ conſuleret. cumq; ille contrà diceret cognatam eſſe & Leuitidem, peccaturos eos grauiter ſi propter voluptatem leges violarent, iuuenesq; iura contemnerent ac deriderent, cadem minantes ſi obſtare libidini eorũ pergeret, ſenex ait ſe filiam eis permittere, vt ſaluo hoſpitali iure cupiditatem explerent, volens, quantum in ſe erat, tutos ab iniuria præſtare quos exceperat. illis verò pertinaciter hoſpitam expetentibus, & hanc omninò accipere volentibus, ſupplex orabat ne quid contra leges committerent. at illi furentes vi raptã mulierem domum abducunt, cumq; ei per totam noctem ad ſatietatem illuſiſſent, diluculo dimiſerunt: qua ita miſerè affecta ad hoſpitium reuertitur: & præ nimio dolore ac verecundia, non audens in mariti cõſpectum venire: quòd hunc indigniſſimè rem laturum putaret, humi collapſa expirauit. Leuita ratus ſopore oppreſſam, & nihil grauiùs ſuſpicans, excitare conabatur, conſolaturus eo quòd non ſponte ſe ad ſtuprum præbuiſſet, ſed vi in alienas ades abrepta, vt verò defunctam ſenſit, ſatis prudenter pro calamitatis magnitudine ſe gerens, cadauer iumento impoſitum domum reportat: & membratim diuiſum in partes duodecim, ad ſingulas tribus miſit, mandans perferentibus, vt indicarent per tribus qui mulieri cauſa mortis fuerint, & de eorum violentia. Tum verò illi, nunquam tali antè viſo vel audito ſpectaculo, ad indignationem grauiter commoti, & iuſto furore perciti apud Siluntem conuentum faciunt, & congregati ante tabernaculum, Gabaenos hoſtiliter armis impetere decernũt. Hunc impetum ſenatus cohibuit, ſuadens non ita temerè cognatis bellum inferendum, priuſquàm verbis agerent de criminibus: quando ne in exteros quidem ob iniuriam acceptã armari leges permittũt, niſi legatis prius de ſatisfactione miſſis. rectum igitur eſſe ad Gabaenos mittere qui ſontes ad ſupplicium deposcant. qui ſi dedantur, horum pœna contentos eſſe debere, ſin contumaces fuerint bello in eos vindicandum. Itaque mittuntur ad Gabaenos accuſaturi eos iuuenes qui vim pudicitiæ mulieris intulerãt, & poſtulaturi, vt pro violatis legib. morte iuſtas pœnas penderent. Gabaeni verò non dediderunt iuuenes, arbitrati ſibi pudendum, ſi alienis imperatis metu belli parérent, cum multitudine ac virtute nulli ſe cedere videri vellent: eratq; magnus apparatus totius tribus, cum cæteri non defuturos ſe promitterent, ſi quis eos vi & armis aggredi vellet. Quæ poſtquam Iſraelitis à Gabaenis renunciata ſunt, iureiurãdo ſanciunt, neminem ex ſuis viro Beniamitæ filiam traditurum in coniugem: & acriore bello perſecuturos ſe eam tribum, quàm maiores eorum Chananæos perſecuti ſint. Et confeſtim eduxerunt contra eos exercitum quadringentorum millium armatorũ. Beniamitæ verò habuerunt viginti quinque armatorum millia, & inſuper ſexcentos. ex eo numero fuêre quingenti funditores peritiſſimi, qui læua manu feriebant. Itaque commiſſo apud Gabam prælio, egregiè vicêre Beniamitæ, cæſis ex aduerſa acie viginti duobus millibus. & fortaſſe plures cecidiſſent, niſi nox prælium diremiſſet. atque ita Beniamitæ lati ſe intra mœnia receperunt, Iſraelitæ verò in caſtra inſperata clade attoniti. Sequẽti die prælium inſtauratur, & Beniamitis rurſum vincentibus, decem octo millia cadunt ex parte Iſraelitarũ, quo factum eſt, vt caſtra metu deſererent. profectiq; Bethela, qua vrbs nõ longè aberat,

An.mũdi 2526. Ante Chriſtum natum 1438.

Leuita vxorem in duodecim partes diſcerptam ad ſingulas tribus mittit. Iudic. 20.

Iſraelitæ mittunt ad Gabaenos qui ſontes ad ſupplicium deposcant.

Iſraelitis Gabaeni ſontes non tradunt.

Iſraelitę iureiurando ſanciũt, neminem ex ſuis viro Beniamitæ filiam traditurum in coniugem, & quadringentorũ milliũ exercitum cõtra eos educunt.

Iſraelitarum in acie viginti duo millia cadunt.

An. mũdi 2526. Ante Christum natum 1438.

aberat, postridiè ieiunio peracto supplicauerunt Deo per Phineesem pontificem vt ab ira desisteret, & contentus duabus cladibus victoriam & robur cõtra hostem cõcederet. Deus verò precibus eorũ annuit, & per eundem vatem fauorem

Israelitarum iterum decem & octo millia cadunt.



est pollicitus. Ergo diuisis bifariã copijs, dimidiam partem noctu circa vrbem in

Israelitæ copiarum partem in insidiis collocant, & vt impares paulatim pedem referunt.

insidijs collocant, reliqua in aciem producta cũ Beniamitis manus conserunt, moxq; vt impares paulatim pedem referunt. eò magis Beniamita instant sponte cedentibus quò longiùs hostem ab vrbe abstraherent, ita vt etiam illi qui in vrbe propter ætatem imbellem relicti fuerant, procurrerent quasi prædæ futuri socij. postquam autem satis longè à mœnibus discessum est, Hebræi reuersi in pugnã signum dant insidiatoribus: qui mox coorti cum clamore hostem à tergo inuadunt. Senserunt illi se deceptos, & cum consilium in ancipiti metu non suppeteret, in conuallem quandam compulsi, circumdatis expeditioribus qui eminus pugnare assueuerant, telis ferarum in morem sunt confixi. Sexcenti tantũ euaserunt incolumes: qui conglobati & facto cuneo, ferociter per medios hostes eruperunt: & in montem quendam fuga delati natura loci se tutati sunt. reliqui omnes ceciderunt, numero circiter viginti quinque millia. Israelitæ verò Gabam incenderunt, & mulieres atque impuberes contrucidauerunt. pari modo & in alias Beniamitarum vrbes sæuitum est: adeoq; indignatio iusta eos efferauerat, vt ad expugnandam etiam Iabisum Galaditidis vrbem, quæ auxilium contra Beniamitas negauerat, duodecim selecta millia mitterent. qui potiti vrbe occiderunt tam viros quàm mulieres & pueros, seruatis tantum quadringentis virginibus. Tantus erat dolor ac furor ob perpetratum in mulierem scelus, recentibus etiam cladibus exasperatus. qui postquàm resedit, subsecuta est pœnitentia, dum vna se tribu diminutos reputant. & quamuis iustis armis oppressos censerent, vt qui contra leges diuinas peccauerant, ieiunium tamen indixerũt ob eorum exitium. Sexcentos quoque illos qui effugerant, missis legatis, reuocant. hi petram quandam, quæ Rhoa dicitur, in deserto occupauerant. Legati verò apud illos tam ipsorum quàm suam cladem conquesti, quod infectum esse non poterat, suaserunt æquo ferrent animo, & ad sui generis reliquos aggregarentur,

Beniamitarũ viginti quinque millia trucidantur, tantũ sexcenti incolumes euadunt.

Gibea & aliæ Beniamitarum vrbes incensæ.

Iabes in Gilead quæ auxilium cõtra Beniamitas negauerat destruitur. Iudic. 21.

garentur, néue quantũ in se esset, vniuersam tribum Beniamiticam irent perditum. Licere enim illis pace sua tribus totius agros recipère, & prædam insuper quantã possent abigere. At illi agnoscentes suã iniustitiam iusto Dei iudicio damnatam, reuersi sunt in sua tribus ditionem, parentes suorũ hortatibus. Israelitæ verò dederũt eis in vxores quadringentas illas virgines Iabiticas. de reliquis verò deliberabãt vnde illis vxores ad sufficiendam prolem parari possent. cùm enim ante initiũ belli iureiurando cautum esset, ne quis filiã in Beniamiticã tribum elocaret, non deerant qui negligendum id Sacramentum cõsulerent, quod ab ira profectũ esset, nõ à iudicio. Non ingratã rem Deo fore, si quomodo prouideatur, ne integra tribus pereat: & periuria non, quando necessariò fiunt, periculosa esse ac grauia, sed cum ausu malicioso committuntur. Cùm verò senatus succlamatione periurij mentionem abominaretur, extitit quidam qui diceret habere se consiliũ, quomodo saluo iureiurãdo Beniamitis vxores possent contingere. Proferre deinde id à senatu iussus, Singulis, inquit, annis nobis mos est apud Siluntem ad celebritatem conuenire, in quo comitatu sequuntur & coniuges & filiæ. harum quotquot potuerint rapere, Beniamitis impunè sit, vobis nec iubentibus nec prohibentibus. quod si patres earum ægrè tulerint, & vindictam postulauerint, dicemus ipsos in culpa esse qui filias negligenter custodiuerint: & quòd non oporteat iràm in Beniamitas nimis indulgere, qua iam antè plus satis contra consanguineos sint vsi. In hanc sententiam concessum est, decretumq; vt liceat Beniamitis vxores rapto quærere. Instante autem festo ducenti illi bini triniue ante vrbem insidiabantur aduentantibus virginibus inter vineta & per alias latebras. illæ verò nihil suspicãtes lusitando securè iter faciebãt. iuuenes autem coorti dispersas corripiebant: atq; hoc pacto quæsitis nuptijs, agriculturæ insudantes, dederunt operam vt ad pristinam felicitatem aliquando redire possent. Quo factum est vt Beniamitarum tribus quæ minimum ab internecione abfuit, prudenti hoc Israelitarum consilio seruaretur: moxq; magnis incrementis tam numero quàm opibus esset aucta. Hic finis fuit belli Beniamitici.

An. mũdi 2526. Ante Christum natum 1438.

Israelitæ sexcentos Beniamitas reuocãt.

Beniamitæ quadringentas virgines Iabiticas ducunt.

Quando & quomodo iuramentum seruandum.

Beniamitis, vt virgines rapiant, conceditur.

Nec felicior per idem tempus fuit Dania tribus, tali fortuna vsa. Israelitis iam desuetis armorum exercitio, & in colendis agris tantũ occupatis, Chananæi in contemptum gentis collegerunt copias, non quòd sibi timerent, sed vt, illata Hebræis aliqua memorabili clade, securiùs in posterum suas vrbes habitarent: & coniuratione facta, magnoq; numero peditum armato, adiunctis etiã curribus, Ascalonem & Accaronem in sorte Iudæ sitas in partes suas traxerunt, & alias pleraſque campestres ciuitates: ita vt Danitæ in montanã compellerentur, ne pedem quidem vbi ponerent in campestribus habentes. qui cùm nec bello essent pares, nec pro numero satis agrorũ haberent, miserunt ex suis quinque viros in mediterranea, dispecturos num quem locum inuenirent deducendis colonis idoneum. illi à campo magno Sidonis iter vnius diei progressi, non longè à Libano & minoris Iordanis fontibus inuento agro bono ac fertili, rem totam suis renunciant. qui mox cum exercitu illò profecti condiderunt vrbem Dana, cognomine vni è Iacobi filijs, & à sua tribu denominatam. Israelitarum autem res in deterius prolabebantur, quòd neque ad laborem se exercerent, neque pietatem colerent. luxato enim reipublicæ statu, magna licentia pro suo quisque libito viuebat, vt domesticæ Chananæorum vicia iam totam gentem impunè inundarent.

Hedio & Russinus cap. 7. al. 4. Iudic. 18.

Dania tribus à Chananæis pressa.

Danitæ locum inhabitandum quærunt.

Dan extrema.

R Quomo-

An. mũdi 2526. Ante Christum natum 1438.

CAP. III.

Quomodo propter impietatem in Assyriornm seruitutem à Deo populus Israelitarum sit traditus.

Iudic. 3. Israelite à Chusarthe oppressi.

HANC ob rem irato Deo, felicitas populi multis laboribus acquisita, per luxum ac voluptatem breui disperijt. Bello enim à Chusarthe Rege Assyriorum petiti, & in acie multos amiserunt, & oppidatim infestati, aut vi aut deditione in potestatem eius venerunt. Tributis deinde iniquioribus grauati, & alias varias iniurias ferre sunt coacti per annos octo, quibus exactis in hunc modum sunt libertati restituti.

CAP. IIII.

Libertas per Cenizum reddita.

Ibidem. Cenizus, siue, vt sancta scriptura loquitur, ipsius filius Athniel octo annos regnat.

ERAT in tribu Iuda Cenizus vir industrius & magnanimus, hic oraculo monitus ne pateretur Israelitas diutius tales miserias perferre, sed vt ad audendum pro libertate accenderetur, adscitis paucis quibusdam periculorum socijs, quos praesentis status tedebat & mutatum cupiebant, primò praesidium suis à Chusarthe impositum interficit: tantumq; primus successus valuit, vt indies crescente suorum numero, iam aperto marte hosti pares viderentur. itaque congressi cum hoste vno prelio se in libertatem asserunt, reliquias fusi & fugati exercitus vltra Euphratem se recipiunt. Cenizus verò egregiè nauata opera premium principatum à populo accepit, nomine Iudicis: in quo postquam annos quadraginta exegit, vita functus est.

CAP. V.

Quomodo populus rursum à Moabitis sit subiugatus, & per Iodem è seruitute exemptus.

Hedio & Ruffinus cap. 8. Iudic. 3.

Eglon Rex Moabitarum Israelitas subiugat.

POST cuius mortem, vacante principatu, res Israelitarum rursum in peius ruere cœperunt, idq; tanto magis, quòd nec Deo debitum honorem, nec legibus obedientiam exhiberent: qua res in causa fuit, vt Eglon Moabitarum Rex opportunos ad iniuriã ratus, bello adoriretur. exceperunt tamen eum aliquot prelijs, An. mũdi 2534. Ante Christum natum 1430. *sed omnibus victi, ferocia posita, iugum acceperunt, tributarij facti. Rex victor, translato Hierichuntem domicilio, modis omnibus plebem vexauit, ita vt in summa miseria per annos XVIII. degerent. Deus autem calamitatibus eorum & supplicationibus flexus, à dura dominatione eos liberauit in hunc modum. Iodes filius Gera, tribus Beniamitica, iuuenis ad quoduis egregium facinus & animo & vtraq; manu ex aquo promptus habitabat ipse quoque apud Hierichuntem. is familiaritatem Eglonis se insinuauit, crebris muneribus hominem sibi concilians, & eo nomine amicis etiam Regijs gratus. accidit vt semel cum duobus famulis dona ferens, pugione prius subter sagum ad dextrum femur accinctus, ad Regem introgrederetur. erat autem aestas & diei mediũ, quo remissius agebatur custodia, partim propter aestum, partim satellibus occupatis circa prandium. iuuenis igitur oblatis Egloni muneribus, quitum in aestiuo quodam cubiculo morabatur, confabulari cum eo cœpit, erant autem soli, quia Rex familiariter cũ Iode collocuturus famuliciũ ablegauerat. sedebat q; in sella, & Iodes verebatur, ne, fallente ictu, plagã non satis lethalẽ inferret. iubet igitur eum*

Iodes siue Ehud in Eglonis familiaritatem sese insinuat.

surgere

ſurgere, dicens habere ſe ſomnium, quod ex Dei mandato Regi ſit indicandum. cumq; ille audiendi cupidus alacriter aſſurrexiſſet, Iodes inflicto in cor pugione, & relicto in vulnere, exiuit clauſis priùs foribus. Regij famuli interim quieſcebant, dormire eum putantes. Iodes verò Hierichuntijs re clàm indicata, autorẽ ſe illis libertatis vindicandæ præbuit. illi verò libenter hæc accipientes, & ipſi confeſtim arma corripiebant, & cornicines per totam eam regionem dimittebant. Sic enim illic multitudinẽ conuocari mos erat. Eglonis autẽ domeſticos diu latuit quod acciderat. ſed cùm iã adueſperaſceret, veriti ne quid noui homini accidiſſet, ingreſſi ſunt in cubiculũ: cumq; mortuũ inueniſſent, hærebãt inopes conſilij: & priuſquàm ſatellitium conglobaretur, Iſraelitarum turba ſuperuenit. ex his pars in veſtigio confodiuntur, pars alia, circiter millia decem, fuga Moabiticam regionem petunt. eos Iſraelita, præoccupato Iordanis tranſitu, in fuga intercipiebant, maximè circa ipſa vada, ita vt ne vnus quidem incolumis euaderet. Atq; ita Hebræi Moabitarum imperium excuſſerunt: Iodæ autem huius felicitatis autori is honor conſenſu multitudinis eſt habitus, vt confeſtim princeps declaratus ſit. eum principatum per annos octuaginta obtinuit, vir alioquin etiam laude digniſſimus: poſt quem Sanagarus Anathi filius electus in imperium, vix toto vertente anno vitam finijt.

An. mũdi 2534. Ante Chriſtum natum 1430.

Iodes Eglonem trucidat.

Moabitæ ab Iſraelitis ſuſi fugatique.

CAP. VI.

Quomodo Iſraelitæ ſub Chananæorum imperium redacti, & per Baracum in libertatem ſint repoſiti.

An. mũdi 2614. Ante Chriſtum natum 1350.

Hedio & Ruffinus Cap. 9. Iudic. 4.

ISRAELITÆ verò, quos præterita calamitates nihilo caſtigatiores reddiderant, in priſtinam impietatem atque inobedientiam relapſi priuſquàm ſatis à Moabitica ſeruitute reſpiraſſent, imperio Iabini Chananæorum Regis ſubiugati ſunt. Is regiam habens apud Aſorum, quæ vrbs ſita eſt ſuper Samachonitem lacum, peditum alebat millia trecenta, equitum decem, præterq; currus bellicos habebat ter mille. His copijs præfectus Syſares primus inter amicos regios, congreſſus cum Iſraelitis in tantam deſperationem res illorum adduxit, vt libenter incolumitatem tributaria ſeruitute paciſcerentur, quam per viginti annos ferre ſunt coacti, præ nimia ſeruitute, caput non audentes attollere, etiam Deo ſic volente, quò nimiam gentis contumaciam & ingratitudinem retunderet. Qui tandem reſipiſcentes, & agnita calamitatum cauſa, nimirum quòd à legum contemptu proficiſcerentur, Deboram quandam Prophetidem adeunt (nomen hoc apem Hebræis ſignificat) rogantes vt precibus Deum ad miſerationem flectat, ne ita patiatur eos à Chananæis opprimi. Deus autem exoratus ſalutem illis annuit, imperatore deſignato Baraco, viro tribus Nephthalitidis: eius nomen interpretatur fulgur. Debora autem accerſito Baraco, iubet eum delectu habito, & conſcripto decem millium virorum exercitu, in hoſtem ducere. Satis enim eſſe tot ad victoriam, quam Deus oraculo promiſerit. Baraco verò negante ſe accipere imperium, niſi & illa vnà ſecum adminiſtratura id eſſet, illa commotior, Tu, inquit, mulieri cedis honorem, quem Deus te habere voluit? ego verò non recuſo. & conſcriptis decem millibus, caſtra poſuerunt ad montem Itabyriũ. occurrit mox eodem Syſares, Rege ſuo ſic iubente, & non longè ab hoſte cum exercitu conſedit. Baracum autem & Iſraelitas multitudine hoſtiũ territos, & in tutiora ſe recipere volentes, retinuit Debora, iuſſitq; eadem die prælio

Iabin Rex Chananæorum Iſraelitas ſubiugat.

Syſares ſiue Siſſara præfectus exercitus.

Debora Prophetiſſa.

Baracus contra hoſtes Imperator deſignatur.


Debora & Baracus in hoſtes mouent.

An.mũdi 2614. Ante Christum natum 1350.

decernere. Victoriam enim penes ipsos fore, & Deum subsidium & opem allaturum. Itaq; commissa pugna vehemens imber mixtus grandine superuenit, quem

Sisſera cum ſuo exercitu trucidatur.

ventus in aduersos Chananæorum vultus ingerens, & prospectum adimens, inutiles eorum iaculatores ac funditores reddidit: atque etiam scutati manibus rigentibus præfrigore gladios vix retinebant. Israelitas verò tempestas à tergo



imminens non solũ minus offendebat, sed alacriores etiã faciebat, manifestario Dei præsentis ac fauentis signo accensos. itaq; rupta aduersa acie, turbatisq; ordinibus, ingentem hostium stragem ediderunt. atque ita pars telis Israeliticis cadebant, pars à suomet ipsorum equitatu ac curribus proterebantur. Sysares verò vt vidit suos terga vertere, desiliens à curru fuga delatus est ad quandã mulierem Cenetidem, nomine Ialen. quæ latebras petentem excepit, & potum poscenti lac acidum exhibuit: quod ille cum auidius ingurgitasset, in somnum est solutus. quem Iale aggressa, ferreum clauum sopito per tempora adegit malleo, moxq; Baracianis superuenientibus solo affixum ostendit. atque ita mulier iuxta Deboræ præsagium autor fuit victoriæ. Baracus autem ducens ad Asorum, Jabinum obuiam factum interfecit: & caso Rege, ac vrbe solo æquata, quadraginta annis imperium Israelitarum tenuit.

Iael Sisseram ferreo clauo interficit.

Baracus quadraginta annis Israelitarum imperium tenuit.

CAP. VII.

Quomodo Amalecitæ deuictis Israelitis regionem eorum per septem annos vastauerint.

An. mũdi 2654. Ante Christum natum 1310. Hedio & Ruffinus cap. 10. Iudic. 6.

DEFVNCTIS autem Baraco & Debora eodem ferè tempore, paulo post Madianitæ, socijs Amalecitis & Arabibus, expeditionem contra Israelitas fecerunt: & congredi ausos magno prælio vicerunt: vastatisq; frugibus prædam abegerunt. cumq; idem per continuos septem annos facerent, Israelitas in montana compulsos campestri solo cedere coëgerunt. qui, speluncis & subterraneis ædificijs excauatis, quicquid hostium violentiam euadere poterat, intrò receptum asseruabant. Nam Madianitæ per æstatem facientes expeditionem, hyeme agros colere

Madianitæ Amalecitis socijs Israelitas magno prælio vincunt.

colere Iſraëlitas permittebant, vt poſſent denuò labores eorum vaſtare. Itaq; in perpetua fame ac egeſtate viuebant, nec iam vllum ſupererat præſidium niſi in precibus ad Deum & ſupplicationibus. An. mũdi 2654. Ante Chriſtum natum 1310.

CAP. VIII.

Quomodo Gedeon populum liberauerit.

PER idem tempus Gedeon Joaſi filius, vnus ex primatibus tribus Manaſſetidis, manipulos frugum clàm in torcular comportatos flagellabat. non enim auſus eſt propter hoſtem propalam hoc in area facere. cumq; ſpectrum ei adoleſcentis ſpecie ſe obtuliſſet, & felicem ac Deo carum appellauiſſet: reſpondens, Hoc, inquit, mea felicitatis argumentum eſt maximum, quòd torculari nunc vtor pro area. illo contrà iubente vt bono eſſet animo, & de libertate vindicanda cogitaret, negabat fieri poſſe. nam & tribum ſuam cuiuis alteri cedere numero, & ſe iuuenem eſſe & tam arduis negocijs imparem. Deus autem quicquid deeſſet ſe ſuppleturum pollicebatur, & victoriam Iſraëlitis daturum, modo ipſe imperium aſſumere non grauaretur. Hanc rem Gedeon cum quibuſdam iuuenibus communicauit, qui libenter credentes oraculo, ſine mora effecerunt, vt præſtò eſſent decem millia militum, ad quiduis pro libertate audendum paratiſſima. Gedeo-

Ibid. Gedeoni, vt Iſraelitas à Madianitis liberet, Deus mandat.



ni autem Deus in ſomnis apparens, dixit homines tali eſſe ingenio, vt ſibi placentes nemini velint virtute cedere, & victoriam ſibi potius, quàm Deo tribuant, nimirum magnis copijs freti. vt igitur ſciant rem totam pendere ab ipſius auxilio, iuſſit vt circa meridiem, cum æſtus feruet maximè, exercitum ducat ad fluuium, & quotquot procumbentes biberent, eos viros fortes crederet. quotquot autem trepidè ac tumultuarie potum ſumerent, ſic exiſtimaret, eos metu hoſtium hoc facere. quod poſteaquam ita, vt iuſſus eſt, fecit, trecenti inuenti ſunt cum perturbatione aquã ſumere, cauis manibus ori admouẽdo. imperauitq; Deus, vt his aſſumptis hoſtem inuaderet. Gedeone verò ſolicito, quia mãdatum acceperat à Deo, noctu illos adoriri, volens ei metum omnem eximere, iuſſit vt


Iud 7. Gedeonem exiguas copias Deus eligere iubet. Victoria Deo tribuenda.

An. mũdi 2654. Ante Christum natum 1310.

Gedeon ad Madianitarum tentoria accedit, & ab illis somnio confirmatur.

assumpto vno milite, clàm accederet ad Madianitarum tentoria. ab illis enim accepturum occasionem fiducia. vadit ille quò iussus est, vno tantum comitante famulo. cumq; ad quoddã tabernaculum adrepsisset, offendit insomnes in eo milites, & quendam commilitoni narrantem somnium, ita vt à Gedeone quoq; exaudiri posset, erat autem tale. Visus erat sibi videre massam, hordeaceam, prævilitate homini fastidiendã, per castra prouolui, & primò regis tẽtorium, mox caterorũ omnium prosternere. qui respondit interit ũ exercitus significari, addens vnde hoc ita colligeret. inter omnes, inquit, fruges hordeum est sine controuersia viliſsimum: & inter omnes Asiaticas gentes non facilè reperias viliorem quàm hodie sunt Israëlitæ, vt meritò conferri posſint hordeo. hi nunc autore Gedeone contraxerunt copias, & res nouas moliuntur. ergo quia dicis te vidisse illam massam tentoria nostra subuertentẽ, vereor ne Deus Gedeoni triumphum de nobis concedat. Gedeon autem audito hoc somnio plenus bona spe & fiducia, edicit suis vt omnes in armis essent, edoctis de visione quam in castris hostium audiuerat. fecerunt illi quod imperatum est, accensi hoc signo ad quidius laboris aut periculi subeundum. tum Gedeon circa quartam fermè vigiliam suos in hostem ducit trifariam in tres cohortes diuisos. erant autem centenaria. gerebantq; singuli amphoras vacuas & in eis faces ardentes, vt clàm possent hostem

Gedeon cum trecentis viris pugnam adornat.



inuadere nihil tale expectantem: & in dextris cornu arietinum vice tubæ. hostium castra latè patebant, eò quòd camelorum magnum numerum haberent: & cum iuxta gentilitates distributi tenderent, omnes tamen intra eundem ambitum continebantur. Hebræi verò à duce antè præmoniti, cum iam non longè ab hoste abesſent, dato inter se signo, cornibus sonantes, & confractis amphoris, sublatoq; militari clamore, certi Deum adesse Gedeoni, cum facibus in castra impetum faciunt. Qua arte, accedentibus diuinitus nocturnis terroribus, tanta inter semisomnes consternatio exoritur, vt incomparabiliter plures mutuis vulneribus quàm hostili ferro caderent. quòd diuersæ linguæ homines eadem castra haberent. semel enim pauore confusi, omnes obuios pro hostibus trucidabant.

Madianitæ & confœderati mutuis vulneribus cadunt.

bant. Tanta cadis & Gedeonis victoria rumor vbi ad cateros Iſraëlitas per- An.mũdi 2654. Ante Chriſtum natum 1310.
uenit, correptis armis fugientem hoſtem inſequuntur: quem adepti circa loca Iſraelitæ hoſtes inſequuntur, & Reges duos Oribum & Zibum occidunt. Iud.8.
torrentibus impedita harentem circumueniunt, & quotquot ad manus venêre,
occidunt, interq; cateros Reges etiam duos, Oribum & Zibum. Qui verò ſuper-
fuere duces, cum reliquijs exercitus fermè decem & octo millia hominum. quan-
tum potuerunt, procul ab hoſte caſtris locum ceperunt. Nec Gedeon deſeſſus
cum totis copijs eò properat, & iterum congreſſus poſtremò hoc conflictu ad
vnum omnes trucidat, & reliquos duos duces capit, Zebim & Hezarbunim. Gedeon duos Duces Zebim & Hezarbunim capit.
his prælijs caſa ſunt Madianitarum & caterorum Arabum, qui eis auxilio
venerant, circiter centum viginti millia: præda etiam magna, auri, argenti, Madianitarũ & confœderatorũ centum viginti millia trucidati.
textilium, camelorum & iumentorum Hebræi ſunt potiti. Gedeon verò reuer-
ſus in patriam ſuam Ephraim, ſupplicium ſumpſit de Madianitarum regi-
bus. Caterùm Ephræmi tribus iniquo animo ferens Gedeonis bonam fortunam,
bello eum petere decreuit, eo quòd, inſcijs ipſis, hoſtem eſſet aggreſſus. Gedeon vir
in omni virtute ſummus, modeſtè reſpondit, ſe non ſuo arbitratu hoſtem abſque
illis aggreſſum, ſed iuſſu diuino. Victoriam tamẽ nihilo minus illorum eſſe, quàm
ſuam ipſorum qui militaſſent: atq; his verbis ſedata eorum ira non minus pro-
fuit Hebræis quàm rebus proſperè geſtis. obſtitit enim ne ciuile bellum exorire-
tur. huius tamen ſuperbiæ tribus hæc pœnas dedit, ſicut ſuo loco dicemus. porrò
Gedeon cum vellet imperium deponere, compulſus eſt id retinere per annos XL. Gedeon per annos 40. regnat.
dicendo ius & litibus finiendis occupatus, populo ratum habente quicquid ille
in cauſis controuerſis pronunciaret. in ſenecta deinde mortuus, apud Ephraim
in patria ſepelitur.

CAP. IX.

Quomodò aliquot ſucceſſores Gedeonis cum gentibus circumquaque finitimis bella geſſerint.

ABVIT autem filios legitimos quidẽ ſeptuaginta, non ex vno An.mũdi 2694 Ante Chriſtum natum 1270.
matrimonio ſuſceptos, nothum verò vnũ ex concubina Dru- Hedio & Ruffino Cap. 11. Iud.8.9.
ma. cui nomẽ Abimelechus. is defuncto patre profectus Sicima,
vnde mater fuit oriunda, adiutusq; à maternis cognatis pecu-
nia, cum videret malis artibus inſignes & ad quoduis facinus
promptos, vnà cum eis ad paternas ædes reuerſus, omnes fra- Abimelechus ſeptuaginta nouem fratres interficit.
tres interemit, excepto vno Iothane. hic enim fuga incolumitatem quæſiuit. Abi-
melechus autem, occupata ſemel tyrannide, omnia pro ſuo libitu, nihil iuxta le-
gum præſcripta gerere, omnibus iuſtitiæ defenſoribus inuiſus aquè ac infeſtus. I-
taq; dum quodam tempore publica in Sicimis feſtiuitas celebratur, ad quam
plebs vniuerſa conuenerat, frater eius Iothanes, quem fuga ſeruatũ diximus, Iothan apologo Sicimitis in Gedeonem ingratitudinem objicit.
conſcenſo monte Garizæo qui Sicimis imminet, & ſublata voce vt ab omnibus
exaudiri poſſet, ſilentium ei populo præbente, rogauit vt pauca verba audire di-
gnarentur. Cumq; illi magis etiam ſilerent intenti, dixit, quòd arbores olim hu- Arborũ de Rege deligendo conſilium.
mana voce vſa, in conuentu ad id habito rogauerunt ficum, vt imperium in eas
acciperet. Recuſante autem illa, quòd contenta honore quem propter fructus
ſuos percipiebat, non requireret alium: arbores non deſiterunt principem quæ-
rere: viſumq; eſt viti hunc honorem deferre. ea verò totidem verbis, quot ficus,
recuſauit & ſimili modo etiam olea. itum eſt deinde cum eiſdem poſtulatis ad
rubum, cuius lignum ad ignaria valet. Is reſpõdit, Si ſerio me Regem poſcitis, ſub
vmbra

An. mũdi 2694 Ante Christum natum 1270.

vmbra mea requieſcite. ſin autem inſidias mihi ſtruitis, egrediatur ignis ex me, & abſumat vos. Hæc, inquit Jothanes, non riſus mouendi cauſa vobis fabulor, ſed quia maximis beneficijs à Gedeone affecti, ſuſtinetis Abimelechum, necatis fratribus, principatum vſurpare, cuius ingenium nihil ab igne differt. Hæc locutus receſſit, & per triennium in latebris montium vixit, Abimelechi potentiam fugitans. Nec ita multo pòſt, Sicimitæ pœnitentia ducti eorum quæ in filios Gedeonis patrauerãt, Abimelechum ex vrbe & tota tribu expulerunt. Ille verò cogitabat quomodo ciuitatem aliqua clade afficeret. cumq́ instaret vindemia non audebant colligere fructus, metuentes ne quid incommodi ab Abimelecho acciperent. Forte per eoſdem dies contulerat ſe eò cum armatorũ manu & cognatis quidam princeps nomine Gales. hunc exorauerũt Sicimitæ, vt tantiſper ſui cuſtodiam ſuſciperet, dum vindemia peragitur: cœperuntq́ ſecurè fructus conuehere, & per ſodalitia cœnantes audebant apertè in Abimelechum conuicia iactare. & principis cognati diſpoſitis circa vrbem inſidijs, multos ex Abimelechianis in eas præcipitatos interficiebant. Zebellus verò quidam è Sicimitarum primatibus, hoſpes Abimelechi, per nuncium ei ſignificauit, quomodo Gales populum contra ipſum irritaret: hortatus etiam vt inſidias ei ante vrbem tenderet. ſe enim Galem illò adducturum: atq́ ita fore facilè vt inimico gratiam, qualem meretur, referat. quo facto curaturum ſe, vt eum populo reconciliet. cumq́ Abimelechus locum inſidijs aptum cepiſſet, & Gales cum Zebello in ſuburbanis negligentius ageret, conſpectis repentè armatis exclamat, Zebelle hoſtem video. illo reſpondente, vmbras eſſe cautium, iam propiores cernẽs, imò non vmbræ ſunt, inquit, ſed virorum cohors. ad hæc Zebellus. Nónne tu Abimelecho ignauiam obijcis? quin igitur oſtendis qui vir ſis, & armis hominem aggrederis? Gales verò turbatus excipit primum impetum: cumq́ ſuos inferiores animaduerteret, amiſſis aliquot, cæteros intra mœnia recipit. Zebellus arrepta occaſione, calumniatus eum quaſi volẽs malè pugnaſſet, effecit vt vrbe pelleretur. caterùm Abimelechus cognito quòd Sicimitæ ad vindemiæ reliquum exituri eſſent, inſidias circa vrbem diſponit. cumq́ prodiſſent tertiam ſuorum partem occupare portas iubet ne ciuibus reditus in vrbem pateret. cæteri verò diſperſos circumueniunt. Jtaq́ vbiq́ plurima cædes patrabatur. & vrbe capta primo impetu ac ſolo æquata, ſaleq́ in ruinis eius ſeminato, tum demum militem inde abduxit. atq́ ita Sicimitæ ſunt deleti. Quotquot autem per regionem diſſipati periculum euaſerant, collecti denuò, petra quadam occupata, locum natura munitum muro inſuper cingere volebant. Sed hoc conſilium præuenit Abimelechus, qui quamprimùm id cognouit, exercitum eò adduxit. & arrepto faſce arido, iuſſisq́ cæteris idem facere, breui petram ſtrue lignorum circumdedit, ſubiectoq́ igne, & fomentis ingeſtis flammam ingentem excitauit, ita vt nemo euaderet, ſed vnà cum vxoribus & liberis abſumerentur. numerus virorum fuit circiter mille quingentos, præter imbellem turbam ſatis magnam. Tale fuit Sicimitarum exitium, dolendum ſanè, niſi quòd meritas pœnas dederunt ingratitudinis erga virum optimè de ſe meritum. Abimelechus autem Jſraëlitis Sicimitarum internecione perterritis, videbatur non forè præſenti fortuna contentus, neq́ prius conquieturus quàm vniuerſos perderet. mox enim exercitum ad Thebas duxit: & capto ex incurſu oppido, circa turrim quandam reſtitit, quæ quòd eſſet non mediocris, populo fuit receptaculum. hanc expugnaturus cum propius

Abimelechum Sicimitæ expellunt.

Abimelechus in Sicimitas mouet.

Gales ab Abimelecho fugatus, à Sicimitis vrbe pellitur.

Sicima capta ac ſolò æquata.

Sicimitæ profugi in petra comburuntur.

Abimelechus Thebas capit.

propius ianuam acceßiſſet, mulier, fragmine molæ demiſſo, caput ſubeuntis ferit ad quem ictum humi collapſus rogauit armigerum, vt eum occideret, ne mulieris manu periſſe diceretur. quo facto fratribus debitas impietatis pœnas exſoluit, ſimul & crudelitatis, qua in Sicimitas vſus eſt: quæ quidem clades iuxta Jothanis præſagium illis accidit. cæterùm exercitus, duce mortuo, miles in ſuas quiſque domos reuerſus eſt. An. mũdi 2694. Ante Chriſtum natum 1270. Abimelechum mulier ferit, & armiger eum occidit

Iſraëlitarum deinde gubernacula Jairus Galadenus de tribu Manaſetide ſuſcepit, vir tum rebus cæteris tum numeroſa prole felix. triginta enim filios habuit, equites egregios, & Galadenæ oppidorum principes. is cum viginti & duos annos in principatu vixiſſet, iam ſenex defunctus, in Camone vrbe Galadena eſt ſepultus. Hedio & Ruffinus Cap. 12. al. 19. Iud. 10. An. mũdi 2697 Ante Chriſtum natum 1267. Thola 23. annos regnauit. Poſt eum Iair annos 22.

Res autem Hebræorum rurſus in peiore ſtatu erant, legibus autoritatem ſuam non amplius obtinentibus. qua occaſione arrepta Ammanitæ & Palæſtini cum valido exercitu regionem eorum ingreßi omnia rapinis vaſtabant: & occupatis locis vltra Iordanem, traijcere flumen & reliquam regionem inuadere parabant. Hebræi verò calamitatibus caſtigati ſupplices opem diuinam implorant: & victimis numen placare conati, rogabant vt iram finiret, aut certè moderatius exerceret. Deus autem iam propitius, auxilium eis non negauit. An. mũdi 2719. Ante Chriſtum natum 1245. Iſraelitæ ab Ammanitis & Palæſtinis oppreſſi.

Igitur Ammanitis Galadenam cum exercitu ingreßis, incolæ eius regionis obuiam illis cum armis veniunt: ſed imperatore carebant. Erat autem quidam Iaphthes, vir patris virtute celebris, qui proprios milites alebat. ad hunc miſſis nuntijs rogabant vt in auxilium veniret, promittentes ſe perpetuum copiarum imperium ei tradituros. ille non admiſit preces, cauſatus quòd nullam opem ei tulerint, dum à fratribus manifeſtam iniuriam pateretur. An. mũdi 2742. Ante Chriſtum natum 1222. Iud. 11.

Cum enim non eſſet eadem matre natus, ſed externa, quam pater amore captus in ædes induxerat, contempta eius ſolitudine eiecerunt hominem. tunc autem in Galadena degebat, omnibus, quotquot ad ſe venirent, ſtipendia ſoluens. Tandem exoratus, & iureiurando accepto imperium copiarum penes ſe fore, militem ſuum cum eis coniunxit. An. mũdi 2760. Ante Chriſtum natum 1204. Iaphthes Dux Iſraelitarum creatur.

Et cum maturè quicquid facto opus erat prouidiſſet, exercitu in vrbe Maſphaca collocato, mittit legatos ad Regem Ammanitarum, expoſtulatum quòd res alienas inuaderet. Iaphthes legatos mittit ad Regem Ammanitarum.

Qui miſſis alijs oratoribus reſpondit, ipſos potius iniquè agere, qui Ægyptiorum fugitiui alienis bonis incubarent: poſtulabatq; vt de regione Amoræa decederent, quæ ad maiorum ſuorum ditionem pertineat. Contra Japhthes negabat eum meritò queri de adepta quondam Amoræa, ſed magis gratiam debere pro Ammanitide relicta. (potuiſſe enim Moſen & illam occupare.) Se verò agris nequaquam ceſſurum, quos annis iam trecentis Deo volente tenuiſſent, & potius litem hanc armis diremturum. His dictis legatos dimiſit. ipſe votum fecit, ſi victoria potiretur, ſacrificaturum ſe quicquid domum reuerſo primum occurriſſet. congreſſus deinde cum hoſte vicit egregiè: Iaphthes votum facit.

fugientesq; perſecutus eſt vſque vrbem Maniathen. & ingreſſus regionem Ammanitidem multas vrbes deleuit, præda militi conceſſa: finemq; ſeruituti impoſuit, quam ſua gens per annos decem & octo pertulerat; fortunatior militia quàm domi. redeunti enim obuiam facta eſt filia virgo, præter quam nullos alios liberos habuit. Ingemuit pater, ictus dolore nimio: dein conqueſtus de importuno officio, indicauit victimam eſſe Deo deſtinatam. at illa non illibenter accepit, gratulatoriam ſe fore pro victoria patris & ciuium libertate hoſtiam. vnum rogauit, vt ſibi liceret iuuentutem ſuam cum æqualibus per bimeſtre Iaphthes Ammanitas fundit fugatq;.

An. mũdi 2760. Ante Christum natum 1204.

tempus deplorare, atque ita voto patrem ſoluere. quo impetrato, ad præfinitum terminum pater mactatam holocautoma obtulit, neque legitimum neque Deo gratum ſacrum faciens, nec quicquam penſi habens quid fama de hoc facto

Iaphthes filiam mactat.



Ephræmi tribus mouet in Iaphthem. Iud. 12.

locutura eſſet. Petitus poſt hæc bello ab Ephræmi tribu, quòd ſine illis in Ammanitas expeditionem feciſſet, & nunc ſolus præda ſimul & gloria frueretur, primo excuſauit, nec ignoraſſe eos quòd conſanguinei bello premerentur, necauxilium attuliſſe, quod vel non vocatos ferre decebat. vltrò deinde accuſauit, quòd iniquè facerent, qui non auſi hoſtem aggredi, nunc contra cognatos ferocirent. poſtremò minatus eſt, pœnas ſibi Deo volẽte daturos, ſi inſanire pergerẽt. vt verò nihil ſe verbis proficere ſenſit, accito è Galadena exercitu veniẽtes excepit: plurimisq; in cõflictu cæſis, & poſtquam in fugam verſi ſunt, præmiſſis qui vada Jordanis occuparent, intercluſo effugio, circiter quadraginta duo millia hominum peremit. ipſe expletis ſex principatus annis defunctus ſepelitur in patria ſua Sebei, quæ ſita eſt in regione Galadena. Huic in principatu ſucceſſit Apſanes, natus è tribu Juda, ex Bethlemis oppido. huic liberi fuêre ſexaginta, mares triginta, totidem deterioris ſexus, quos omnes ſuperſtites reliquit, has nuptas, illos vxoribus cura & opera ſua coniunctos. cumq; nihil memorabile in principatu ſeptenni geſſiſſet, admodum ſenex diem obijt, in patria ſua ſepultus. Helon poſt hunc aſſumpſit principatum, tribu Zabulonita: quo per decennium functus, nec ipſe quicquam geſſit memoratu dignũ. Qui deinde ſucceſſit Abdon Elelis filius tribu Ephramita, ex vrbe Pharathone, nihil præter numeroſam prolem habet memorabile, alioqui per ſummam ſecuritatem & pacem quæ ſub eo floruit, nulla data eſt eirerum fortiter & gloriosè gerendarum occaſio. filios habuit quadraginta, nepotes triginta: atq; egregijs equitibus ſeptuaginta comitatus circumuectabatur, quos omnes ſuperſtites reliquit.

Ex tribu Ephraim circiter quadraginta duo millia cæſi.

Iaphthes moritur.

Apſanes per ſeptennium Iudex.

Helon per decẽnium Iudex.

An. mũdi 2773. Ante Christum natum 1191.

Abdon Iudex.

An. mũdi 2783. Ante Christum natum 1181.

Mortuus eſt iam ſenex, & in Pharathone magnificè ſepultus.

De

CAP. X.

De Samsonis fortitudine, & quanta mala Palæstinis fecerit.

An. mũdi 2783. Ante Christum natum 1181.

POST HVIVS *mortem Palæstini superauerunt Israëlitas, & tributa ab eis exegerunt per annos quadraginta. ab ea miseria liberati sunt in hunc modum. Manoches quidam vir inter Danitas optimus, & patriæ suæ sine controuersia princeps, vxorem habuit eximia pulchritudine ſnſpiciendam supra omnes eius ætatis fœminas: ex quâ cum nihil liberorum susciperet, ægrè ferens orbitatem, in suburbanum suum, quod erat in campo magno, cum vxore ventitans, crebris precibus solicitabat Deum, vt daret sibi liberos. insaniebat autem in vxorem præ amore, eratq; vehementer zelotypus, cumque aliquando solâ ageret mulier, spectrum se illius oculis obtulit Angelus Dei specie iuuenis pulchri & magni, latum nuncium afferens, fore vt fauore Dei nascatur eis filius, pulcher & insigni robore: qui vbi ad virilem ætatem peruenerit, compescendam esse ab eo Palæstinorum insolentiam. iussitq; ne capillitium ei detonderetur, vtque, Deo sic volente, ab omni alio potu abstineret, sola aqua contentus. postremò addens à Deo se missum abijt. illa marito reuerso Angeli verba indicat, mirè prædicans iuuenis staturam & pulchritudinem, ita vt vir tali laudatione motus ad zelotypiam, non nihil de vxoris pudicitia malè suspicari inciperet. quæ volens huic mariti stultum mœrorem adimi, supplex Deum rogauit, vt iterum Angelum mittere dignaretur, quò ille à coniuge etiam posset conspici: & impetrata hac gratia, rursum in suburbano versantibus apparuit Angelus soli mulieri. illa rogat vt paulisper maneat, dum virum adducat: quo permittente, cum Manoche mox ad eum reuertitur. quo viso, ne tum quidem suspicari desiit: rogauitq; vt sibi quoque eadem indicaret. illo respondente, satis esse quòd mulier sciat, iubet, quignam esset, dicere: vt, nato filio, referre ei gratiam & munus aliquod donare possint. negauit ille sibi opus muneribus, nec enim horum causâ de filio latum se attulisse nuncium. cúmque iterum rogaretur vt saltem hospitalem tractationem admitteret, non annuit. tandem exoratus vt paulisper maneret dum aliquid affertur, cum mactasset hædum Manoches, coquendumq; vxori dedisset, paratis omnibus iussit deponi in petra & panes & carnes absque vasculis. quo facto virga, quam gestabat, carnes attigit: confestimq; flamma emicante cum panibus absumptæ sunt, & Angelus fumo tanquam vehiculo in cœlum ascendere ab eis visus est. Manoche autem solicito ne quid periculi immineret ex aspectu numinis, vxor bono eum iubet esse animo, affirmans magno suo bono Deum se vidisse: cumq; concepisset, diligenter mandata retinuit. Nato deinde infanti, Samson est nomen inditum, quod robustum significat: qui mox egregia animi ac corporis indole præditus, promisso capillitio victusq; sobrietate diuinum nescio quid præ se ferebat. Cumq; adoleuisset, comitatus parentes in Thamnam vrbem Palæstinorum conuentus tempore, implicitus amore puellæ indigenæ, rogauit suos parentes, vt id connubium procurarent. quibus excusantibus quòd diuersi esset generis, quodq; religio vetaret eiusmodi nuptias, vicit iuuenis pertinacia, effecitq; vt virgo sibi desponderetur, crebrò deinde sponsam interuisens, in itinere in leonem incidit, nec tamen eius occursum declinauit licet inermis, sed nudis manibus adortus belua fauces elisit, eiusq;*

Iud. 13. Israelitæ à Palæstinis superati. Hedio & Ruffinus Cap. 13. al. 10.

Samsonis natiuitatẽ Angelus nunciat.

Manochi Angelus iterum apparet.

Samson natus.

Iud. 14.


Samson Palæstinam virginem ducit.

Samson Leonem nudis manibus discerpit.

An. mũdi 2791. Ante Christum natum 1173.

eiusq; cadauer in dumetum via vicinum abiecit. aliquot post diebus eandem viam ad puellam remetiens, offendit examen apum mellificare in leonis pectore, & sumptis inde tribus fauis, eos cum cæteris muneribus adamatæ obtulit. Ad nuptias deinde celebrandas Thamnitas conuocat, qui quod vires eius haberent suspectas, honoris specie triginta assectatores ex æqualium numero iuueni adhibent, iussos obseruare ne quid auderet. Conuiuis deinde, vt fit, hilarescentibus, ait se quæstionem propositurum suis sodalibus, quam si intra sex dies soluerent, cuiq; sindonem se daturum & tunicam. qui tum quòd sagaces videri cuperent, tum quòd lucrum non fastidirent, iubent eum proponere. Ille, ex voraci, inquit, cibus prodijt, & ex immiti suauitas. in his explicandis cum hæ-

Samson Thamnitis ænigma proponit,



sissent triduo, nec proficerent, puellam aggrediuntur minis simul & precibus, vt expiscata secretum è marito indicium sibi faceret, ille repulsis aliquandiu blandicijs, cum rogandi finem non faceret, & lacrymans gratam se illi negaret, tandem nihil suspicans rem totam de leone aperit, & vnde tres illos fauos nactus fuerit. illa iuuenibus prodit omnia. ergo cum præfinita soluendæ quæstioni dies adesset, ante solis occasum conuenientes, Neque leone, inquiunt, quicquam occurrenti immitius, neq; melle gustanti suauius. Ibi Samson subiecit, neq; muliere dolosius, quæ vobis quæstionem nostram aperuit. Nihilominus illis persoluit quæ promiserat, spoliatis quibusdam Ascalonitis, quos fortè per viam inuenit obuios: sed iratus mulieri remisso nuncio res suas sibi habere iussit ac gerere. at puella contempta vt vicissim illi moueret stomachum, nupsit eius sodali qui priores nuptias conciliauerat. Hac contumelia commotus Samson, decreuit de tota gente pœnas sumere: & commodum maturis segetibus tempus iam messis aderat. ergo cõprehensis trecentis vulpibus, & facibus ad caudas earum adnexis, per arua Palæstinorum omnes dimisit, quibus passim discurrentibus totus frugum prouentus momento ferè temporis concrematus est. Quo cognito gentis principes, & quid Samsonem ad perpetrandum facinus mouerit, missis in hoc Thamnam satellitibus, vxorem quõdam eius cum cognatis, damni dati


Samsonis vxor Thãnitis aperit ænigma.

Samson Ascalonitas aliquot trucidat, eiusq; coniunx alteri nubet.

Iud. 15

Samson Palæstinorũ fruges comburit.

dati reos prius factos, viuos exusserunt publicè. Samson autem in Palæstinos An. mũdi 2791. Ante Christum natum 1173. *latè grassatus cadibus, ad habitandam Ætam se contulit. ea est petra benè firma in tribu Judæ sita. At Palæstini totam tribum bello impetunt. quibus bellum deprecantibus, quòd nec Samsonis culpæ essent affines, nec de solenni tributo quicquam diminuerent, responsum est non absoluendos ab hoc crimine ni Samsonis deditionem facerent. Illi volentes hanc suspicionem à se amotam armatis tribus millibus ad petram veniunt: & expostulantes, quod suis facinoribus Palæstinos Hebræis infensos redderet, qui irritati facilè possent toti* Samson traditus Palæstinis. *genti magnam aliquã cladem rependere, dicentesq; in hoc se venisse, vt comprehensum illis dederent, postulabant vt consensu ipsius facere hoc sibi liceat. qui, iureiurãdo accepto nihil præterea molituros, sed hosti tantum deditionem faciendam, descendens de petra in cognatæ gentis potestatem se permisit: & illi vinctũ prius duobus funibus, Palæstinis tradendum ducebant. cumq; ventum esset ad locum, qui obscurus antè, nunc ex Samsonis facinore inclaruit, Maxilla nominatus, nec procul abessent à castris hostium, procurrentibus obuiam Palæstinis, & lætitiam, re ex sententia gesta, clamore testantibus: Samson abruptis repentè vinculis, arreptaq; maxilla asini quæ fortè iacebat præ pedibus, in medios hostes irruit: qua feriens quotquot assequi potuit, circiter mille interfectis, cæteros metu terga dare compulit. qua victoria plus satis elatus, &* Samson asini maxilla mille viros interficit.



opis diuinæ immemor, cum totum sibi tribueret, quòd maxilla tantum armatus fudisset ac fugasset hostiles copias, ingenti siti oborta, confessus nihili esse quantaslibet vires humanas, Deo victoriam acceptam retulit: supplexq; rogauit, vt, arrogantiæ data venia, succurreret & periculo se eximeret. nec irritæ fuêre preces, sed copiosus fons subitò è quadam petra prorupit. Loco maxillæ nomen Sam- Samson fontem impetrat precibus. Iudic. 16. *sonimposuit, quod in hodiernum vsq; durat. Post hoc prælium iam Palæstinos contemnens venit Gazam, & in publico diuersorio egit. Quo audito Gazeorum magistratus, ne clàm abire posset, stationes pro portis collocant. Samson verò qui insidias maturè senserat, circa mediam noctem surgens, portas cum ipsis*

An. mũdi 2791. Ante Christum natum 1173.

Samson Gazæ portas reuulsas aufert.

clauſtris ac vectibus caterocꝙ paratu reuulſas, & humeris impoſitas, in montem qui eſt ſupra Hebronem perlatas depoſuit. paulo verò pòſt à patrijs inſtitutis deſciſcere & in peregrinos mores degenerare incepit, quod ei omnium malorum fuit principium. Cum enim meretricem quandam Palaſtinam adamaſſet, nomine Dalalen, conſuetudine eius delectabatur. Quamobrem qui apud Palaſtinos rerum potiebantur accedunt eam, & magnis pollicitationibus inducunt, vt eliciat è Samſone cauſam tanti roboris, propter quod inuictus haberetur ab hoſtibus. Aſſenſit illa, & cum prima occaſio data eſt, inter compotationem & muliebres blanditias extollens eius res geſtas, omni aſtu vtebatur vt cognoſceret, cur tantopere virtute excelleret. Samſon verò adhuc mentis compos eiſdem artibus contra mulierem vtens: ſi ſeptenis, inquit, vitibus flexilibus reuinctus fuero, fiam nihilo aliis fortior. Tacuit illa, rem ita ſe habere putans, communicatoꝙ ſuper hoc cũ magiſtratib. conſilio, incluſaꝙ in penitiore domus parte manu militum, benè potum ac ſopitum accuratè, vt ab ipſo didicerat, vinxit. deinde excitato indicat, adeſſe quoſdam qui illum vellent aggredi, ille ruptis virgeis vinculis ad reſiſtendum ſe expedit. Mulier tunc fruſtrata paulo pòſt aliã op-

Dalale meretrix è Samſone cauſam tanti roboris expiſcari conatur, & ter deluditur.



portunitatem nacta, grauibus querelis aggreſſa eſt virum, quòd amanti nõ ſatis fidens, celaret eam id, quod maximè ſcire cuperet, ac ſi neſciat tacere, quicquid alios ſcire amaſio ſuo non expedit: rurſumꝙ ſimili figmento eluſa eſt, cum ſeptem funibus alligatum perditurum ſe vires diceret. experta enim hoc quoque nihil effecit: cumꝙ vrgere non deſiſteret, tertiò mulierem ludificatus eſt, dicens capillos ſuos oportere implecti licio, atque ita parari vincula. Ac ne hoc quidem verum experta, poſtremo adhibitis omnibus artibus non prius rogandi finem fecit, quàm fatali iam neceſsitate inſtante, victus importunitate Samſon in gratiam mulierculæ ſuum ipſe ſecretum prodidit. Deus, inquit, mei curam habet, & eius prouidentia natus hanc comam alo, cuius tonſuram ipſe mihi interminatus eſt. nam in eo capillitio totas ſibi vires conſiſtere. Hoc cognito, neſcienti comã deraſit, & hoc pacto imbecillem factum inimicis prodidit, repugnare amplius nõ valentem.

Samſon ſui roboris cauſam Dalale aperit, Palæſtini oculis orbatum vinctumq; abducunt,

valentem. illi orbatum oculis & vinctum abduxerunt. Procedente deinde tempore cum iam capillus repullularet, cumq; ſolenne Paleſtinis adeſſet epulum, cõſidentibus optimatibus in quodam fano cuius tectum duabus columnis ſuſtinebatur, accitus eſt & Samſon, vt miſero inter compotandum illuderent. qui hoc extremum malum exiſtimans quòd illuſores vlciſci non quiret, iubet puerum, à quo manu ducebatur, vt ad illas columnas ſe acclinet, iam, vt tum ſimulabat, defatigatum: quibus admotus ſic eas concuſſit, vt ſubuerſa totius adificij ruinam

An. mũdi 2811. Ante Chriſtum natum 1153.



traherent, quatria millia hominum ſunt oppreſſa, & inter cæteros ipſe Samſon. Hic finis viri fuit, exacto principatus anno vigeſimo, admirandi ob incomparabilem animi ſimul ac corporis fortitudinem, qua in hoſtium perniciem vſq; ad extremum halitum vſus eſt. Nam quòd à muliere deceptus eſt, humanæ infirmitati imputari conuenit, pronæ ad eiuſmodi vicia. cætera dignus ſempiterna memoria virtutis nomine, cognati verò eius cadauer in patriã reportatum, apud Saraſam oppidum monumento maiorum intulerunt.

Samſon cum tribus millibus Palæſtinorum moritur.

Samſon viginti annos regnat.

CAP. XI.

Quomodo filij Sacerdotis Elis à Palæſtinis in prælio cæſi fuerint.

POST Samſonis autem obitum præfuit Iſraelitis Elis Pontifex, in cuius principatu fames valida eam regionem inuaſit. quam non ferens Abimelechus Bethlemorum ciuis, quod oppidum eſt tribus Iudæ, aſſumpta vxore Naami, & filijs cõmunib. Chellione & Mallone, in Moabiticã terram migrauit. cumq; ibi proſpera fortuna vteretur, filijs ſuis vxores dedit eius gentis fœminas, Chellioni Orphã, Ruthem Malloni. èxacto autem decennio, Abimelechus cum filijs breui tempore alius poſt alium obijt. quo caſu Naamis in maximum mœrorem coniecta, deſolata à chariſſimis quorum conſuetudinem amori patriæ prætulerat, mutato pro re conſilio, reuerti ad ſua decreuit. iam enim res patriæ in meliori ſtatu eſſe perceperat. Nurus autem eius nõ ſuſtinebãt ab ea diuelli, & velit nolit comitari eam volebant. at illa precata eis felicius coniugium, quàm in quo cum filijs ſuis

Ruth. 1. Hedio & Ruffinus cap. 14. Eli Sacerdotis tempore annonæ caritas. An. mũdi 2811. Ante Chriſtum natum 1153.

Naamis poſt mariti & filiorũ obitũ cum Ruth in patriam redit.

An. mũdi 2811. Ante Christum natum 1153.

suis vixissent, & in reliquis rebus prosperitatem, & docens quòd in se nihil esset opis, rogabat, vt manerent, néve, relicta patria, in euentum incertum sequi miseram socrum cuperent. His monitis Orpha paruit: Ruthem verò nolentem manere, cuiusuis fortuna futuram sociam secum socrus abduxit. Quæ postquàm

Ruth in Bethlehem proficiscitur.

vnà peruenerunt Bethlema, Bozus Abimelechi cognatus eas excepit hospitio. cumq; Naamis à ciuibus suo nomine appellaretur, iustius, inquit, vocaretis me Maram. Significat autem Hebræorum sermone Naamis felicitatem, Mara dolorem. Et cùm esset messis tempus, Ruthe permissu socrus exibat ad spicilegium, vt cibos sibi pararent, casuq; in Bozi rus deuenit. qui cùm paulò post superuenisset, conspicatus puellã, de ea villicum percontatur. is denarrauit omnia domino, quæ paulo antè ex ipsa cognouerat. qui exosculatus in ea benouolentiã

Ruth 2. Bozus Naami & Ruth amicus.

erga socrum, & affectum erga defunctum maritum, noluit spicilegio contentam esse, sed permisit vt sibiipsi meteret quantum posset, ac sumeret: mandauitq; villico ne eam prohiberet, & vt vnà cum messoribus prandium ac potum ei præberet. Ruthe verò acceptam ab eo polentam seruauit socrui, & vespere cum frugibus collectis simulat tulit: sed & Naamis seruauerat ipsi quasdam partes ciborum, quos ei vicini contulerant. narrat deinde socrui, quid ei Bozus dixerit: auditoq; ex ea, quòd cognatus esset, & propter pietatem forsan curam earũ habiturus, exiuit etiam sequentibus diebus ad spicilegium cum Bozi ancillis. post aliquot dies, iam hordei tritura peracta, venit Bozus in suum rus, & cubabat

Ruth. 3. Ruth socrus suasu ad pedes Boz cubat.

in area. hoc cognito cogitauit Naamis in rem ambarum fore si Ruthe cum eo cubaret: missitq; eò Ruthem dormituram ad pedes eius. quæ nefas rata non parére socrui, fecit quod iussa est. ac primò non sensit hoc Bozus altum dormiens: sed circa mediam noctem experrectus, sentiensq; eam vnà cubare, quæsiuit quænam esset. edidit illa nomen, & famulam se in eius potestate dixit. Tacuit ille tum, sed mane summo priusquam famuli ad opus surgerent, excitatã iussit hordei quantum ferre posset capere, & priusquam aliquis eam ibi dormisse videat, ad socrũ redire. cauendos enim tales rumores, maximè si non de nihilo oriantur. Caterũ meũ, inquit, cõsilium est hoc. rogabis eum qui tibi propinquior est quàm ego, an te vxore opus habeat. quod si aiat, sequeris eum: sin minus, mea legitima coniux eris. Hæc verba vbi renunciauit socrui, bonam spem habuerunt, Bozo res earum curæ futuras. circa meridiem verò reuersus ille in oppidum, senatum coire

Ruth. 4. Bozus, Ruth cognatum, eam vt ducat, hortatur.

fecit: ac mox Ruthem & cognatum illum acciuit. Qui postquàm venit: Abimelechi, inquit Bozus, & filiorum sortem possides. fassus est alter possidere se, idq; iurè propinquitatis. Tum Bozus, ergo non ex parte tantum legum meminisse oportet, sed omnia iuxta præscriptum earum facere. ecce adest mulier, quam, si vis possessionem agrorum retinere, lex te ducere iubet. at ille Bozo & sortem & mulierem cessit, quandoquidem & ipse defunctorum esset cognatus. Sibi enim iam & vxorem esse & liberos. Id Bozus apud senatum contestatus, iussit mulierem accedere illum, & iuxta legem calceum ei detractum in faciem incutere,

Bozus ex Ruth Obedem Danidis auum genuit.

quo facto, Bozus duxit Ruthem, &, anno elapso, natus est illis infans masculus. hunc Naamis nutricans Obedem de consilio mulierum nominauit, sibi in senectute constitutæ inseruiturum. nam ea vox Hebræis inseruientem significat. ex Obede prognatus est Iessæus, ex hoc Dauid Rex, qui posteris suis regnum re-

An. mũdi 2811. Ante Christum natum 1153.

liquit per viginti & vnam ætates duraturum. Hæc necesse habui de Ruthe narrare, volens Dei potentiam ostendere, cui facilè est etiam vulgares homines ad ampliſsi-

ampliſsimam dignitatem perducere, ſicut perduxit Dauidem ex mediocribus maioribus oriundum. Porrò Hebræi per hoc tempus rebus ſuis iam labantibus, bellum Palæſtinis inferunt ob cauſam talem. Eli Pontifici duo filij fuerunt, Ophnes & Phineeſes. hi contra omne ius & fas, omnia ſibi licere volebant: nec contenti honorarijs muneribus, etiam à rapinis non abſtinebant: mulierum inſuper, religionis ergò confluentium ad ſacrum locum, pudicitiam vel vi vel donis expugnabant, ita vt nihil à tyrannorum moribus differrent. hanc inſolentiam iuuenum & pater ipſe magnoperè deteſtabatur, diuinam vltionem nunquam non expectans, & populus iniquiſsimè ferebat. poſtquam autem illorum exitium Deus & patri & Samueli Prophetæ etiam tum puero prædixit, tum verò non aliter quàm defunctos filios lugebat. Sed priuſquam de clade, in qua ſunt abſumpti, dicam, quædam de hoc Prophetæ narranda ſunt. Helcanes Leuita vir ingenuus Ramatham vrbem in ſorte Ephraimitarum habitãs duas vxores habuit, Annam & Phenannam: ex quarũ poſteriore liberos ſuſcepit, nihilominus alteram quanquam ſterilem diligens. is cum ſacrificatum veniſſet in Siluntem, vbi tunc Dei tabernaculum fuiſſe diximus, & de epulo partes vxoribus ac liberis diſtribueret, Anna videns alterius liberos cum matre conſidentes, in lacrymas prorupit, admonita orbitatis & ſolitudinis. cumq; conſolationem mariti non admitteret, abijt in tabernaculum ſupplicatura, votumq; factura, ablata ſterilitate matrem factam primum filium ſe conſecraturam, ad miniſteria Dei non vulgari more educatũ. In huiuſmodi precibus longas moras protrahentem animaduertens Elis Pontifex, qui ante tabernaculũ ſedebat, tanquã parum ſobriam iuſsit abire. qua cum reſpondiſſet, aquam ſe potare, ſed mœſtam quòd liberis careat, precibus à Deo ſterilitatis remedium petere, bono animo eam eſſe iuſsit pollicitus habituram ex Dei munificentia filium. tum demum hilaris ad maritum reuerſa, cibis antè præmœrore faſtiditis vſa eſt. in patriam deinde reuerſa, breui vterum gerere cœpit. mox vbi pariendi tempus aduenit enixa filiũ, Samueli nomen indidit, quaſi dicas exoptatum à Deo. cumq; parentes gratias acturi Deo pro accepto filio, & ſacrificaturi rediſſent, ſimulq; decimas ex more afferentes, mulier voti rea puerum Eli tradidit, Deo conſecratũ, Prophetamq; futurum. itaq; & comam alebat, & aqua tantum in potu vtebatur, degebatq; circa fanum, cuius miniſteriis educabatur. Helcana autem alij præterea filij ex Anna nati ſunt, & filiæ tres. Porrò Samuel exacto anno ætatis duodecimo Prophetam agere cœpit. Quadam enim nocte dormientem Deus nomine vocauit. tum ille ratus à Pontifice ſe vocari, accurrit ad eum. Quo negante à ſe vocatum, Deus idem tertio fecit. Tum Elis rem perſpiciens ait: Ego mi Samuel nunc quoque, vt ante, ſilui, ſed Deus te vocat. quapropter præſto eſſe te reſponde. Itaq; rurſum Deo vocante, rogauit quid iuberet, paratum ſe ad miniſterium offerens. Tum Deus: quando, inquit, præſto es, audi imminere Iſraelitis cladem maiorem quàm credibile eſt, & filios Elis ambos vna die perituros, & Sacerdotium meũ migraturũ in familiam Eleazari. Elis enim pluris fecit ſuos filios quàm meum cultum, idq; ne cum ipſorum quidem cõmodo. hoc oraculum cum ab adiurato extorſiſſet Pontifex, alioquiſe non cõtriſtaturo, certiorem iam expectationem exitij filiorum habuit. Samuelis autem gloria magis ac magis creſcebat, omnes eius prædictiones veras euentu approbante. Per idem tempus Palæſtini ſuſcepta expeditione contra Iſraelitas, caſtra metati ſunt apud vrbem Amphecam: & ne-

An. mũdi 2811. Ante Chriſtum natum 1153.

1. Reg. 2.

Elis Pontificis filij Ophnes & Phineęs nefarij.

Hedio & Ruffinus cap. 15. al. 12.

Anna Helçanæ vxor liberos à Deo petit.

An. mũdi 2818. Ante Chriſtum natum 1146.

Samuelem Anna Helcanæ cõiunx genuit.

1. Reg. 3.

Samueli Deus Elis & filiorum pœnam oſtendit.

Hedio & Ruffinus cap. 16. 1 Reg. 4.

Iſraelitarum Palæſtini quatuor millia trucidant.

An. mũdi 2850. Ante Christum natum 1114.

mine ibi occurrente vlterius processerunt. tandem congressi prælio, Hebræorum circiter quatuor millia peremerunt, reliquis trepidè in castra compulsis. Quamobrem Hebræi periculum extremum instare putantes, mittunt ad pontificem atque senatum, qui postulent Arcam in aciem proferri, vt eius præsentia freti hostem superent, ignari eum, qui sententiã semel aduersum eos tulerat fore vt vincerentur, maiorem esse quam Arcam, qua propter ipsum erat veneranda. Venit igitur Arca in exercitum, & cum ea Pontificis filij, accepto à patre mandato, si amissa Arca viuere sustineant, ne vnquam in conspectũ sibi veniant. quorum Phineesis iam sacerdotio fungebatur, patre propter senium honorem concedente. Vehementer autem Hebræis Arca animos addidit, victoriam in hac sitã existimantibus: contrà hostes metuebant ne Arca Israelitis esset præsidio. attamen vtrorumq; expectationem euentus fefellit. Nam post conflictum sperata Hebræis victoria Palæstinis contigit: & quam cladem hi timuerant, eam Hebræi passi, cognouerunt frustra se in Arca fiduciam collocauisse. namq; primo impetu in fugam sunt auersi, in qua triginta hominum millia sunt amissa, inter quos Pontificis filij ceciderunt: & Arca quoq; in hostium potestatem deuenit.

Hebræi in aciem proferunt Arcam fœderis.

Ophin & Phinees cũ triginta millibus cadunt, & Arca in hostium potestatem deuenit.

CAP. XII.

Quomodo Elis audita filiorum cæde, & Arcæ amissione prouolutus de throno expirauerit.



Ibidem. Eli in Silo filiorũ cædes & Arcæ amissio significatur.

HANC cladem & Arcæ captiuitatem postquã in Siluntem Beniamita quidam iuuenis ægrè seruatus è prælio renunciauit, tota vrbe repleta luctu, Elis Pontifex, qui ad alteram portam sublimis in sella sedebat, audito eiulatu, suspicatus id quod res erat, noui aliquid mali suis accidisse, iuuenem accersit, cumq; audisset euentum prælij, tam militũ quàm filiorum cladem satis æquo animo tulit, vt qui Deo pronunciante iam antè hæc præsciuerat. Solent enim longè grauius afficere quæ præter expectationem accidunt. Vt verò etiam Arcam in hostium potestatem factã cognouit, insperato malo ictus, & doloris impatiens, prolapsus è throno exha-

no exhalauit animam, vitæ anno nonagesimo octauo, principatus quadragesimo. Eadem die Phineesis quoque alterius è filijs vxor obijt, non valens superesse mariti infortunio. Peperit ea filium septimestrem quidem, vitalem tamen, cui ob acceptam ignominiam Ioachabes fuit nomen, quam ea vox apud Hebræos significat. Primus autem hic Elis ex Ithamari familia, qui fuit alter Aaronis filius, Pontificatum obtinuit. nam antè in Eleazari familia fuit hoc Sacerdotiũ, quod â patre per manus accipiebat. Ille enim Phineesi id tradidit, q̃ mox filius & successor eius Abiezeres filio suo Boceia reliquit: ab hoc Ozis filius eius accepit: post quem Elis sacerdotio potitus est, de quo nũc loquimur: quod mãsit eius generi vsque ad Solomonis tempora, quando ad Eleazari familiam rursum rediit.

An. mũdi 2850. Ante Christum natum 1114.

Eli audita Arcæ amissione exspirat.

Phinees vxor Ioachaben parit & moritur.

Eli Pontificis Genealogia & progenies.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEXTVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI VI. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Quomodo Palæstini peste & fame coacti Arcam Hebræis remiserint.
II. Victoria Hebræorum ductu Samuelis.
III. Quomodo Samuel deficientibus per ætatem viribus, rerum administrationem filiis suis commiserit.
IIII. Quòd populus offensus Samuelis filiorum moribus, Regem sibi dari postulauerit.
V. Saulus iubente Deo Rex declaratur.
VI. Sauli victoria contra Ammanitas.
VII. Palæstini Hebræis bello aggressi vincuntur.
VIII. Victoria Sauli contra Amalecitas.
IX. Samuel ad Dauidem Regiam potestatem transfert.
X. Expeditio noua Palæstinorum contra Hebræos.
XI. Singulare certamen Dauidis & Goliath, secutaque Palæstinorum clades.
XII. Saulus Dauidis fortitudinem admiratus, filiam ei in matrimonium collocat.
XIII. Quòd Rex Dauidi necem sit molitus.
XIIII. Quomodo Dauid aliquoties insidias Regis ægrè elapsus, bis tamen eum in potestatem suam redactum interficere non sustinuerit.
XV. Hebræi à Palæstinis magno prælio vincuntur, in quo Saulus Rex vnà cum filijs fortiter pugnans occubuit.

CAP. I.

Quomodo Palæstini peste & fame coacti Arcam fœderis Hebræis remiserint.

ARTA de Hebræis victoria, sacraq; Arca, quemadmodum diximus, capta, Palæstini cum cæteris spolijs Azotum eam referunt, & in fano Dei sui Dagonis inter donaria collocant. Sequenti verò die manè venientes, vt adorarent Deum suum, inuenerunt eum è basi excidisse, & pronum prostratum ante Arcam: quod ægrè ferentes, in pristinum locum eum reponunt. cumq; sæpius illuc accedentes, semper prostratũ & adorabundum reperirent, stupor maximus ac perturbatio totum populum inuasit. postremò grauissima pestis Azotiorum vrbem atque agrum adorta est. correpti enim dysenteria cruciabiliter

1. Reg. 5. Hedio & Ruffinus Cap. 1.


Arca sacra à Palæstinis in fanum Dei sui Dagonis defertur.

Azoti propter Arcam ereptam horribiliter cruciantur.

An. mūdi 2851. Ante Christum natum 1113.

ciabiliter moriebantur, nonnulli interanea vitiata morboq; corrosa euomebãt. Ager verò totus scatebat muribus, qui omnia vastantes, nec segetibus parcebant, nec cæteris fructibus. His calamitatibus Azotij pressi, nec valẽtes amplius tolerare, intellexerunt Arcam in causa esse, & victoriam cum eiusmodi spolijs luctuosam sibi contigisse. miserunt igitur ad Ascalonitas, postulantes, vt Arcam in ipsorum vrbem transferrent: qui non grauatim Azotiorum legationi annuentes, cupidè Arcam ad se receperunt, moxq; eisdem, quibus illi, malis labora-

Mures Azotiorum agrum vastant.



uerunt. Cum Arca enim simul etiam calamitates sunt translatæ: itaq; hinc quoque ablegata est ad alios, sed ne apud illos quidem permansura. agitati enim eisdem pestibus, ad vicinas vrbes eam transmittebant. atque in hunc modũ quinque Palæstinorum vrbes peruagata est Arca, veluti tributum per singulas pœnam violatæ religionis exigens. Quæ defessa tot malis, & alijs exemplum facta ne Arcam reciperent talia hospitij præmia referentem, nihil superesse videbant, quàm vt bono aliquo modo à se eam ablegarent: & cum cõuenissent quinque ciuitatum Principes, Gittæ, Accaronis, Ascalonis, Gazæ & Azoti, dispiciebant quid facto opus esset. Ac primum visum est remittendam esse Arcam ad suos, cuius captiuitatem Deus vlcisceretur, quum tot mala simul cum ea regionem ingressa homines & agros vastare non desinant. Nec defuerunt qui huic sententiæ contradicerent, negantes hæc imputanda captiuæ isti Arcæ: cuius si tanta vis esset, aut si omnino Deo cara fuisset: nunquam illam in diuersæ religionis hominum manus deuenire permisisset: suadentesq; vt hos casus æquo animo ferrent, & sic cogitarent, hæc omnia non aliunde quàm à natura prouenire quæ & corporibus & terris & plantis & cæteris potentiæ suæ subditis per certas temporum vices huiusmodi mutationes ingenerare solet. Sed vicit sententia probatæ prudentiæ hominum, qui tunc aptiora ad propositum negotium censere videbantur. His neq; remitti Arcam placuit, neque retineri. sed pro quinque ciuitatibus quinque statuas aureas dedicari Deo in testimonium gratitudinis, quòd eius fauore seruati essent ex ea peste quam humanis remedijs euadere fuerit impos-

1. Reg. 6.

De Arcæ sacra cõsultatio.

Deliberationis de Arcæ sacræ conclusio.

impoßibile: & totidem mures aureos addi illis ſimiles qui agris vaſtitatem intulerunt. His omnibus in loculum incluſis & ſuper Arcam impoſitis plauſtrum ei nouum fabricari: vaccas deinde nuper enixas plauſtro ſubiungi, incluſis domi earum vitulis, ne ſint impedimento matribus, & vt fœtuum deſiderio magis properent. ipſas verò deduci in triuium Arcam vehentes, atque ibi relinqui vt quamcunque velint viam ineant. Et ſiquidem ad Hebræorum regionem ſe verterint, ad eamq; perrexerint, credere Arcam fuiſſe calamitatum cauſam. ſin alio deflexerint, retrahendas ex itinere, indubitato argumento nihil in hac ineße virium. hoc conſilium omnibus calculis eſt approbatum, quod mox opere ſunt exſecuti: & paratis quæ diximus, productoq; in triuium plauſtro, ac ibi relicto, ipſi retrorſum diſceſſerunt.

An. mũdi 2851. Ante Chriſtum natum 1113.

CAP. II.

Victoria Hebræorum ductu Samuelis.

VAccis autem veram viam ingreßis, & recta non aliter, quàm ſi deducerentur, tendentibus, principes Palaſtinorum ſequebantur, cupientes cognoſcere quò peruenirent, & vbi plauſtrum ſiſterent. Vicus eſt quidam in tribu Judæ, nomine Bethſama. huc poſtquam venerunt vaccæ, tametſi pulchram planitiem ante ſe haberent, vlterius tamen non ſunt progreſſæ, ſed ibi plauſtrum ſtatuerunt: ad quod ſpectaculum à vicanis mox cum gratulatione eſt concurſum. Cum enim eſſet æſtas, & fruges ex aruis comportarentur: vt viderunt Arcam præ gaudio mittentes opus è manibus, ad plauſtrum illud properabant. demptam deinde Arcam, & vas quod ſtatuas illas ac mures continebat, in petra quadam quæ in campo exſtabat, depoſuerunt: & accitis victimis peractoq; ſacrificio ſplendidè epulati, plauſtrum ſimul ac vaccas holocautoma Deo fecerunt. quò viſo principes Palaſtinorum retrò ad ſuos ſunt reuerſi. Cæterùm indignatio Dei Bethſamitas inuaſit, ex quibus ſeptuaginta occidit, quòd, cum non eſſent ſacerdotes, profanis manibus contrectare Arcam ſint auſi. quæ res lætitiam vicanorum nouo luctu nonnihil obſcurauit, eò magis quòd ſuos non fatali morte, ſed diuina vltione extinctos deſiderabant. quamobrem indignos ſe ducentes qui hoſpitium Arcæ præberent, mittunt nuncios ad vniuerſos Hebræos, qui certiores faciant de Arca à Palæſtinis reddita. illi re cognita transferunt eam in Cariathiarim, vrbem vicinam Bethſamitis, atque ibi apud Aminadabum quendam Leuitam, opinione religionis ac iuſtitiæ celebrem, in ædibus eius collocant, idoneum ſacrario locum exiſtimantes vbi vir iuſtus haberet domicilium. cura Arcæ commiſſa eſt eius filijs, quam per viginti annos cum ſumma laude geſſerunt. tot enim annos in Cariathiari manſit, quatuor ſolis menſibus apud Palæſtinos detenta. Cumq; populus toto hoc vicennio votis & ſacrificijs operam daret, magnamq; religionem & cultus diuini curam præ ſe ferret, propheta Samuel animaduerſa eorum promptitudine, putans ſe natum occaſionem adhortandi ad libertatem, & bona quæ illam ſequuntur, orationem & tempori accommodans & negocio, verba in hanc fermè ſententiam ad eos fecit: Viri Iſraëlitæ, quandoquidem nec hoſtis infeſtus eſſe deſinit, & Deus veſtris precibus flexus propitius eſſe incipit, oportet non votis tantum libertatem expetere, ſed eò totis viribus incumbere, vt vel nunc

Ibidem.

Arca ſacra Bethſamitas peruenit.

Gratulatio Bethſamitarum ſuper Arca ſacra.

Ruffinus ponit Deũ percuſſiſſe de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis, vt eſt 1. Reg. 6.

1. Reg 7. Arca in Cariathiarim transfertur.

Hedio & Ruffinus Cap. 2. Iſraelitarum pœnitentia.

Samuelis ad Iſraelitas oratio.

An. mũdi 2871. Ante Christum natum 1093.

tandem illa potiri contingat. Cauete ergo ne veſtriſmet moribus hac indigni reddamini, ſed pro ſe quiſq; colat iuſtitiam: expulſisq; omnibus vitijs ex animo, purgatas mentes ad Deum conuertite, & in eius veneratione conſtanter perſeuerate. hac enim facientibus breui omnia bona venient, & in primis noua libertas & victoria de hoſtibus: qua neq; armis, neq; robore corporum, neq; copiarum multitudine conſequi licet. non enim his rebus Deus pramia propoſuit, ſed probitati ac iuſtitiæ: qui veſtram expectationem non fallet, mihi credite. Hanc adhortationem alacris populus fauſtis acclamationibus excepit, promptum ſe offerens ad omnia quæcunq; Deus velit ac iubeat. Samuel autem edixit, vt conuenirent in oppidum Maſphatim, quæ vox conſpicuum ſignificat. ibi hauſta aqua libauerunt Deo, &, indicto vnius diei ieiunio, publicè ſupplicatum eſt. Nec latuit Palæſtinos, Hebræos circa Maſphatim congregari, ſed confeſtim cum magno exercitu affuêre, ſperantes ſe illos nec opinos poſſe opprimere. quapropter trepidi ad Samuelem concurrunt, conſilium dubijs rebus petentes, nihil diſſimulantes, non eſſe ſibi ſatis vel viriũ, vel animi ad conſligendũ cum tam potente hoſte, à quo toties victi diſceſſiſſent: & libenter quieturos, ſi liceat, ne vltrò ſibi pernicię accerſere videãtur. cõueniſſe ſe ad ſupplicationes & ſacrificia, vtq; ſacramento ad militiã adigerentur: nunc imparatis & inermibus imminere hoſtem, vt nulla ſpes ſalutis ſuperſit, ni Deus à propheta exoratus periclitantes in tutelam accipiat. Ille iubet eos ſecuro animo eſſe, neq; enim auxilium Dei defore. & mactato agno lactante, rogat Deum vt in ſe ſperantes protegat, & à vi Palæſtinorum tutos faciat: néue patiatur iam iterum ab eodem hoſte cladem accipere. hac victima egregiè litatum eſt, & Deus præſens ac propitius inſignem victoriam annuit. Sed priuſquam totam flamma abſumeret, nondum ſacro peracto, hoſtis in conſpectu aciem explicat, rem factam ſe habere putans, interceptis Iudæis imparatis ad pugnam, & tantum non inermibus, vt qui non in hoc in eum locum conuenerant. At longè aliter accepti ſunt quàm crederent, etiam ſi quis prædixiſſet. Primùm enim terra, iubente Deo, ſub pedibus eorum intremuit, & vacillante veſtigio nutabant, nonnulli etiam in improuiſos hiatus prolabebantur: deinde fulminibus crebris attoniti, & ignitis fulguribus oculos ac manus ſemiuſtulati, vt ne arma quidem retinere poſſent, in fuga ſpem totam ponebãt. cum ſubitò Samuel in perturbatos irruit, caſisq; plurimis, reliquos vſq; Correos (id loco nomen eſt) perſequi non deſtitit. & fixo ibi ſua victoria fugæq; hoſtium termino, qui trophæi vice eſſet, appellauit eum Fortem, in ſignum donatæ à Deo contra hoſtem fortitudinis: qui poſt hanc cladem nunquam bellum inſtaurare eſt auſus, ſed cohibente metu & accepti incommodi memoria intra fines ſuos ſe continuerunt: & inuerſis rerum vicibus, eorum ferocia in partes victoris tranſiit. Nec his contentus Samuel crebris expeditionibus & multis cædibus eos vaſtauit, donec omninò ſuperbiam gentis perdomaret. agrum etiam quem prælio victis Iudæis abſtulerant, quam latè inter Gittam & Accaronem patet, armis recepit. Reliqui verò Chananæi pacem eo tempore cum Iſraëlitis habebant.

Samuelis ad ſalutarem pœnitentiam adhortatio.

Ieiunium, preces & ſupplicatio Iſraelitarum in Maſphatim.

Quæ hoſti potiſſimum in militia opponenda.

Samuel populum conſolatur.

Sacrificium & precatio Samuelis.

Victima cœleſti flãma abſumta, auxilij diuini indicium.

Horrendus in hoſtiũ acie terræmotus.

Samuelis de hoſtibus victoria.

Iudæorum agrum armis Samuel recuderat.

Quomodo

CAP. III.

Quomodo Samuel deficientibus per ætatem viribus, rerum administrationem filijs suis commiserit.

An. mũdi 2871. Ante Christum natum 1093.

REBVS *autem populi compositis, & iuridicis conuentibus per certas vrbes institutis, Samuel singulis annis bis eas obibat, & iura reddebat: multoq; tempore hanc præcipuam curam habuit, vt patrijs legibus Respub. administraretur. Deinde senio grauante, vt consuetis munijs sufficere non posset, filijs suis principatum & curam Reip. tradidit: quorum seniori Johel, iuniori Abia, nomen erat: mandauitq; vt alter in Bethelis, alter in Barsabe ius diceret, partito populo, & sua cuiq; iudici parte attributa. In his manifestum exemplum exhibitum est, non semper patribus similes nasci filios, sed interdum ex malis bonos, sicut tunc contrà ex bono mali prognati sunt. Relictis enim paternis institutis diuersissimam viam ingressi, munerib. corrupti iustitiam opprimebant, & in iudicando non tàm veritatis quàm lucri respectum habebant, solutiq; in luxum ac delicias, tum Dei voluntatem tum patris cõtemnebant, cui nihil magis erat cordi, quàm vt in populo iustitia vigeret quàm maximè.*

Samuel leges, & iuridicos cõuentus per vrbes instituit.

Hedio & Ruffinus Cap 3. 1. Reg. 8.

Samuel filijs suis, Iohel & Abiæ principatum & Reip. curam tradit.

Exemplum non semper patribus similes nasci filios.

CAP. IIII.

Quomodo populus offensus Samuelis filiorum moribus, Regem sibi dari postulauerit.

POPVLVS *autem videns Rempub. cura & diligentia prophetæ optimè constitutam, labefactari per filiorum eius impotentiam, vehementer offensus ad patrem concursum fecit, qui tum habitabat in vrbe Ramatha: & commemoratis filiorum eius iniquitatibus, quodq; ipse iam senio debilis, more solito præesse administrationi rerũ non posset, obnixè precabatur, vt Regem aliquem declararet, qui toti genti cum imperio præsit, & à Palæstinis illatæ toties iniuriæ pœnas debitas exigat. Hæc populi voluntas vehementer Samuelem contristauit, qui propter innatam iustitiam non amabat regiam potestatem vt nimiã. Valdè enim optimatum gubernatione delectabatur, non aliam ad felicitatem populi conducibiliorem existimans. adeoq; res hæc hominem solicitum habuit, vt nec cibum nec somnum præ cura caperet, sed per totam noctem se in lecto versaret, multa interim animo volutans. Sic affecto Deus se videndum præbuit, consolatus eum, ne postulata populi agrè ferat: dicens non tam ad ipsum pertinere hanc contumeliam, quam ad se, quem nolint sibi solum esse Regem: idq; moliri cœpisse iam inde, ex quo primùm ope sua ex Ægypto sunt educti. verùm non multò pòst futurum est, inquit, vt eos consilij huius serò pœniteat, quando nec factum infectum esse poterit, & ipsi suam erga me æquè ac te ingratitudinem damnabunt. Nunc iubeo te eis creare Regem, quem ego designauero: idq; priusquàm facias, præmonebis quantum malorum sibi vltrò adsciscant, protestaberisq; eos, te inuito, ad mutationem status in deterius properare. His auditis Samuel, manè conuocatis Judæis, declaraturum se illis Regem promisit, addens velle se prius indicare, quæ erunt sub Regibus ferenda, & in quantis incommoditatibus erit viuendum. Scitote ergo primùm, quod à vobis abstrahent vestros liberos, & alios aurigas sibi facient, alios equites & satellites, & cursores, & tribunos ac centuriones: & alios item opifices, armorum suorum ac curruum, aliorumq; instrumentorum fabros: præterea villicos agrorum suorum & aratores,*

Israelitæ Samueli filiorum iniquitates cõmemorant, eũq; vt Regem aliquem declararet, obnixè precantur.

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Samuelem populi voluntas cõtristat.

Samuelem consolatur Deus.

Samuelem Deus Regem creare iubet.

Samuel Israelitis incommoda sub Regibus ferenda indicat.

An. mũdi 2871. Ante Christum natum 1093.

res,& vinearum fossores: & nihil est quod non cogentur facere more mancipio-
rum qua pecunia parãtur. Filias quoq; vestras facient sibi vnguentarias,& c
linarias,& panificas: & ad alia ministeria cõpellent, qua ancillæ necessario
berum formidine obeunt. possessiones etiam vestras vobis ablatas eunuc
& satellitibus donabunt, & pecorum greges vnicuiuis è suis largientv
compendio dicam, seruietis vnà cum omnibus vestris Regi, non secus
stici eorum famuli. cumq; hæc omnia patiemini, veniet vobis in m
mea prædictionis,& pœnitentia tacti supplices Dei miserationem
vt vos à Regibus liberet. verùm ille non admittet eas preces, se
dare pœnas inconsultæ temeritatis. His præmonitionibus mult

Populus in proposito creandi Regem, pertinaciter perseuerat.

nec à proposito dimoueri poterat, contemptis omnibus qua Sar
afferebat: sed vrgebat obstinatè, vt missa futuri cura Rege
quidem nisi Regis ductu vindicare se de inimicis gentibus n
absurdum, si, cum finitimi omnes regnentur, & ipsi eand
accipiant. Samuel verò videns se prædictionibus suis p
tinaciter eos in sententia manere: Nunc, inquit, abite
cum tempus erit accersam vos, quàm primùm cogno
Deus dare velit.

CAP. V.

Saulus iubente Deo Rex declaratur.

An. mũdi 2880 Ante Christum natum 1084. 1. Reg. 9.

ERAT quidam ex tribu Beniamitide, vir benè natus
tis moribus, nomine Cis. huic erat filius, nomine Saulus, egreg
tum statura tum specie, quibus respondebat & animus. Hic Cis
cum eximias asinas, quibus præ cæteris iumẽtis delectabatur, à
reliquo grege aberrantes amisisset, filium cum vno famulo ad

Saulus asinas amissas quærit.

eas quærendas misit. qui cum perlustrata sua tribu eas non inuenisset, ad alias ve-
nit: & cum nusquam comparerent, decreuit redire, ne patri solicitudinis causa
fieret. & dum non longè à Ramatha oppido iter faciunt, famulo admonente ha-
bitare ibi prophetam veridicum, eumq; omninò consulendum esse: sic enim scitu-
ros quid actum esset de asinis: respondit, nihil se habere quod mercedem diuina-
tionis daret. iam enim viaticum esse consumptum. & dicente famulo, superesse
quadrantem sicli, eumq; dari posse, nesciebant enim prophetam mercedes non ac-
cipere, itum est ad illum: inuentisq; circa portam virginibus aquatum euntibus,

Saul Samuelis domicilium vbi nam sit interrogat.

interrogant vbinam sit propheta domicilium. quæ indicatis ædibus, iubent pro-
perare prius quàm eat ad cœnam. præbere enim eum epulum, & nihil esse in mo-

Samuelẽ Deus quem creaturus esset Regem, certiorẽ reddit.

ra, nisi vt ille primus accumbat. Samuel autem hac ipsa de causa conuiuas voca-
uerat. nam pridie cum per totam diem precatus esset Deum, vt certiorem se red-
deret, quem creaturus esset Regem, in crastinum se id facturum pollicitus est:
circa eandem enim horam missurum se Beniamitam quendam iuuenem. quam
ob rem sedebat in solario, expectans præfinitum tempus: quo peracto ad cœnam
se conferebat. cumq; Saulum offendisset, Deus inspirauit ei, hunc esse futurum


Samuelem Saulus accedit.

principem. Saulus verò accedens eum, salutatum prius rogat vbi propheta habi-
tet. hospitem enim se hoc ignorare. cumq; ille respondisset, se eum esse, & ad cœnam
duceret, dicens non asinas tantum quas quæreret saluas, sed omniũ omnia bona in
potestatem eius fore: supra spem, inquit, meam sunt ista domine. neq; enim ea est

mea

mea tribus quæ Re
ro ludis me, & m
ductum eum ad c
erant hi septuag
ponerent. cumq;
que suam reuer
uit. & cum pri
quam autem
sper subsister
ablegat, & I
gem saluta
quorũ ini

…asente, & librum in tabernaculum Dei reposuit, vt An. mũdi 2880 Ante Christum natum 1084.
…is suæ monumentum. His ita perfectis, dimissoq; po-
…a in patriã. Saulum verò in natale oppidum Ga-
…comitabantur, vt nouo Regi debitum officium Saulum quidam comitantur, quidam verò contemnunt.
…um hoc eorum vitio vertebant, & ipsi con-
…sequijs gratiã eius demereri conabantur.
…lapso, exortum contra Naasen Am- Hedio & Ruffinus Cap. 5. 1 Reg. 11. Sauli contra Ammanitas bellum.
…x æquo autoritatem illi parauit. Hic
…festus, postremò cum magno & for-
…ugare cœpit: nec contentus liber-
…materiam in futurũ adimeret,
…um eruebat: vt quoniam scu-
…fierent. hoc modo tractatis
…it: & castra metatus ad
…misit, qui conditiones Naas Ammanitarum Rex Galadenis iniustas conditiones pacis offert.
…alij: aut internecio-
…trũ mallent, par-
… & vitæ discri-
…tum dare au-
…consangui-
…. sin mi-
…t. Na-
…issis Galadenorum ad Israelitas legatio.
…es



cognoscere poteris. In hoc itinere offendes tres homines religionis ergô tendentes
ad Bethela: quorum primum videbis ferre tres panes, secundum hædum. hos ter- Samuel Sauli in itinere euentura, vt ipsius verbis fidē habeat, prædicit.
tius sequetur vtrem vini baiulans. hi tibi comiter salutato dabunt panes duos,
& accipies. inde venies ad Rachelis monumentum, vbi occurret tibi qui nun-
ciet inuentas esse asinas. Inde progressus ad oppidum Gabatha, in cœtum pro-
phetarum incides: & correptus diuino spiritu, vnà cum illis prophetabis, vt
quotquot hæc viderint, attoniti miraculo dicant, vnde hæc felicitas Cisi filio? his
signis visis certo scito Deum esse tecum: & saluta patrem tuum & cognatos. Ve-
nies autem Galgala, me accersente, vt pro his Deo pacificas hostias immolemus.
His prædictis dimisit iuuenem: & quicquid prædictum est occurrit ei in hoc iti-
nere. Postquam autem domum rediit, percontante cognato suo Abenaro, quem
præcateris diligebat, quomodo successisset peregrinatio, nihil illum celauit, ne hoc
quidē quòd apud prophetã fuisset, & ex eo cognouisset inuentas esse asinas. de re-
gno tantũ tacuit, ne ea res vel credita inuidiã, vel non credita vanitatis opinio- Saul reticet Regiam dignitatem.
nem ei contraheret. quãuis enim & amicus esset & cognatus, tutius tamẽ ac con-
sultius arbitratus est silentiũ, reputans credo humanæ naturæ infirmitatẽ, quòd

An. mũdi 2880 Ante Christum natum 1084.

nemo cõstans in amore, sed etiamsi manifesto diuino suffragio felicitas cõtingat, tamen alios sibi præferri iniquè & inuidè ferunt. Porrò Samuel populũ in oppidum Maspharim conuocat, & cũ frequentes adesse videret, in hanc sententiã al-

Inconstantia amoris in hominibus.



Samuelis Prophetæ de Rege Saul ad populum oratio.

loquitur. Hæc iussit me dominus suo nomine ad vos perferre. Ego vos in libertatem vindicaui, primum Ægyptiorum seruos, deinde à vicinis Regibus toties victos ac subiugatos. pro quibus beneficijs hanc mihi gratiam reponitis, quòd abrogato mihi quantum in vobis est imperio, quasi nesciatis vtilissimum esse homini à Deo regi, vnum è vestro numero digniorem existimatis, qui vobis præsit: qui subditis tanquam pecudibus pro sua libidine vtens, quidlibet in quemuis licere sibi volet. non enim fieri potest, vt homo erga hominem sic affectus sit, quemadmodum ego erga à me ipso conditum. Eia quando plus apud vos potest temerarius animi impetus quam vel religio vel beneficiorum memoria, digeratur multitudo per tribus & familias, & fiat sortitio. Quo facto Beniamiticæ tribus sors exijt. dein familiarum nominibus in vrnam coniectis, Metri familiæ sors obuenit, postremo cum viritim sortitio fieret, Saulo Cisi filio regnum sortito obtigit. Iuuenis verò qui hoc præsciebat, abdiderat se, videri volens inuitus ad regnum accedere. Tanta fuit præditus modestia simul & temperantia, vt cum pleriq; vel modica felicitate potiti vix sui præ lætitia sint compotes, & omnibus se ob oculos ingerant: hic tot populorum Rex declaratus ac dominus, non modò non ostentaret se, verùm etiam è subditorum conspectu subduceret, vt non absq; negocio posset inueniri. cumq; nusquã comparente Saulo omnes essent soliciti, hæsitantes quidnam fieri oporteat, propheta precibus Deum appellat, vt latebras indicet, desideratumq; iuuenẽ exhibere dignetur. quod vbi impetratum est, mittit qui eum adducant: & postquam venit, in medio populi iuuenem statuit vniuersis conspicuum, vt qui humeris tenus supra omnes excelleret, & ipsa statura maiestatem regiam præ se ferret. Tum propheta: Hunc vobis Deus dat Regem. contemplamini quantum omnibus præminet, & quàm sit hoc honore dignus. Cumq; populus acclamasset, Viuat Rex: propheta conscriptis in libro omnibus quæ illis sub regia dominatione erant euentura, recitauit

Per tribus & familias sortitio.

Sauli modestia & tẽperãtia in regno suscipiendo.

Saulus è subditorum conspectu sese subducit.

Saul procera statura.

Saul Rex à populo declaratur.

recitauit ea populo Rege præsente, & librum in tabernaculum Dei reposuit, vt esset apud posteros prædictionis suæ monumentum. His ita perfectis, dimissoq; populo, ipse reuersus est Ramatha in patriã. Saulum verò in natale oppidum Gabatha redeuntem multi boni viri comitabantur, vt nouo Regi debitum officium præstantes. Sed plures mali & factum hoc eorum vitio vertebant, & ipsi contempto Rege nullis vel munerib. vel obsequijs gratiã eius demereri conabantur.

An. mũdi 2880 Ante Christum natum 1084.

Saulum quidam comitantur, quidam verò contemnunt.

Mense autem post acceptum regnum elapso, exortum contra Naasen Ammanitarum Regem bellum apud omnes ex æquo autoritatem illi parauit. Hic enim diu Iudæis vltra Iordanẽ habitantib. infestus, postremò cum magno & forti exercitu regionem ingressus, vrbes eorũ subiugare cœpit: nec contentus libertatem in præsens abstulisse, vt omnem rebellandi materiam in futurũ adimeret, tam vltrò deditis, quàm vi subactis dextrum oculum eruebat: vt quoniam scutum sinistro prospectum negat, omninò inutiles bello fierent. hoc modo tractatis trans amnem incolentib. in Galadenam exercitum duxit: & castra metatus ad primariam regionis vrbẽ, cui nomen est Jabes, oratores eò misit, qui conditiones offerrent, vt aut deditione facta dextris oculis orbentur vt alij: aut internecionem hominum & oppidorũ excidium expectent. eligerent ipsi vtrũ mallent, parnam corporis particulam decidere, an in omniũ facultatũ simul & vitæ discrimen venire. Tã ancipiti optione territi Galadeni, nec hostile responsum dare ausi sunt, nec pacatum: sed inducias septem dierũ petierunt, vt missis ad consanguineos nuncijs postularent auxiliũ. & si impetratum fuerit, bellum gerant. sin minus, promittebant se deditionem facturos quacunq; conditione hosti liberet. Naases autem qui Galadenos contemnebat, non grauatim inducias dedit, permissis vndecunq; suppetias implorare. qui cuestigio per omnes Israëlitarum vrbes nuncios dimiserunt, significantes se minis Naasis in extremam desperationem adductos. sed quocunq; illi venirent tantundem metus quantum mœroris afferebant, vt nemo se mouere auderet. caterùm cum ad regiam quoq; venissent, & ibi etiam populus sicut in alijs oppidis afficeretur, nil aliud quàm mœrens. Saulus rure domum reuertens, & animaduersa mœstitia populi, scitatus satin salua res essent, & quæ noua causa tristitiæ: ex nuncijs omnia cognouit. mox percitus diuino afflatu, ire eos iubet, & Jabesenis referre, se tertia die venturum auxilio, & ante solem exortum hostes profligaturum, vt exoriens Ammonitas fusos ac fugatos, miseros verò ciues periculo exemptos inspiciat. atq; his mandatis, aliquot ex eis retinuit, quibus itineris ducibus vti decreuerat.

Hedio & Ruffinus Cap. 5. 1 Reg. 11. Sauli contra Ammanitas bellum.

Naas Ammanitarum Rex Galadenis iniustas conditiones pacis offert.

Galadenorum ad Israelitas legatio.

Saul Iabesinis auxilium promittit.

CAP. VI.

Sauli victoria contra Ammanitas.

VOLENS *autem pœna formidine populum ad Ammaniticum bellum excitare. quò celerius conueniret, boum, qui fortè ab opere veniebant, neruos succidit, idem passuros minatus qui postridie cum armis ad Jordanem non afforent, secuturi quocunq; ipse ac propheta ducerent. Eo metu factum est, vt, cum omnes ad præfinitum tempus præsto essent, recensitis apud Balam oppidum copijs inuenirentur septingenta millia confluxisse, absq; tribu Judæ: quæ sola armauit* LXX. *millia. Transgressus dein Jordanem & decem schœnorum spatium nocte vna emensus, ante solis ortum, quò destinarat, peruenit: & diuiso trifariam exercitu, vndiquaque hostem nihil tale expectantem aggreditur: & acriter pugnan-*


Sauli ad bellũ mandatum & seria adhortatio. 1. Reg. 12.

Decem Schœni 37. miliaria Italica constituunt.

An. mũdi 2880. Ante Christum natum 1084.

do, ingenti strage edita, inter cæteros Naasen Regem occidit. Hæc victoria Sauli nomen apud omnes Hebræos inclytum reddidit, fama longè latèq; fortitudinem viri celebrante. Si qui enim erant qui prius eum contemnerent, tunc muta-

Saul Ammanitas & Naasen Regem occidit.
Saul nomen suum apud omnes Hebræos inclytum reddit.



ta in diuersum opinione nullo non honore dignum prædicabant. nam non contentus Jabesenos seruasse, in Ammanitarum regionem irruptione facta totam vastauit, & ditato ex præda exercitu, gloriosè domum reuersus est. Populus verò nimio gaudio gestiens, placebat sibi quòd talem Regem esset nactus, & illis, qui inutilem fore dixerant, insultabat, rogitans vbi nunc essent isti contemptores, & ad supplicium eos deposcens. & alia multa iactabat, vt solet multitudo, quoties in aliqua felicitate constituta contra autorum aduersarios iratur. Saulus interea studium quidem ac beneuolentiam eorum collaudabat, sed iureiurando affirmauit non passurum, vt quisquam è consanguinea multitudine tam festo die rapiatur ad supplicium. Periniquum enim esse victoriam à Deo datam ciuili sanguine polluere: sed magis decere vt positis odijs diem epulis ac hilaritate transigant. Post hæc, Sãuele monente opus esse alteris comitijs, per quæ Saulo rata fiat regni possessio, conuentus fit apud oppidum Galgala. ibi rursum inspectante tota multitudine propheta vnxit Saulũ sacro oleo, atq; iterum Regem consalutari fecit. Jta factum est, vt mutato Reip. statu, regia dominatio introduceretur. Sub Mose enim & discipulo eius Jesu, qui tum exercitui cum imperio præfuit, optimates rem administrabant. post cuius mortem octodecim annis populus sine summo magistratu vixit: deinde rursum ad pristinam reiminis formam redierunt, qui belli gerendi scientia & fortitudine præcelleret, supremum iudicem constituendo. quam ob rem totum hoc tempus, quo talis status durauit, appellauerunt Judicum. Samuel autem propheta, priusquam comitia dissoluerentur, sic est allocutus populum: Aduro vos per maximum Deum, qui vobis optimos illos fratres Mosem & Aaronem misit, & patres vestros ex Ægypto eduxit, vt absq; pudore ac metu omniue affectu alio, liberè dicatis, num quid contra ius & æquum fecerim, vel proprij lucri cupiditate, vel in

Saul laudatur à populo.

Sauli contra aduersarios lenitas.

Saulum Samuel iterum vngit in Galgala.

Distinctio gubernationis in populo Israelitico.

Samuel innocentiam suam populo testatam facit.

vel in alterius cuiusquam gratiam. Coarguite me, si cuius vitulum aut ouem, An. mũdi 2880. Ante Christum natum 1084.
aut aliud quid tale accepi: cum tamen huiusmodi munuscula, qua in quotidianum victum cedunt, ab vltrò dantibus sumere, vitio verti non soleat: aut si cuius iumento ad meas necessitates vsus sum. in his & similibus, si quem offendi, nũc Rege praesente dicite. Acclamatum est vno ore, nihil tale eum fecisse, sed sanctè & iustè principatum gessisse. Tum ille, Gaudeo nullas esse vestras de me querelas, at Samuel populo peccata & ingratitudinem exprobrat.
ego habeo nonnihil quod conquerar, si vera loqui licet: qua tamen iniuria magis ad Deum attinet, quem certè hoc facto valde offendistis, quòd alium Regem popoposcistis. oportebat enim vos meminisse, quòd auus vester Jacobus, LXX. *solis hominibus vestri generis comitatus, fame coactus in Ægyptum deuenit. Cumq; ibi in multa millia propagata esset eius progenies, eaq; graui & contumelioſa seruitute ab Ægyptijs premeretur, inuocantibus vestris patribus, absque vllo Rege Deus tantam multitudinem eripuit, missis in hoc Mose & Aarone fratribus: qui vos in hanc terram induxerunt, quam nunc possidetis, & tamen post talia beneficia non semel prodidistis veram pietatem ac religionem. Nihilominus subiugatos ab hostibus liberauit, dum eius ope vicistis primum Assyriorum potentiam, deinde Ammanitarum ac Moabitarum, & postremò Palaestinos. atque hac omnia confeciſtis non Regum auspicijs, sed ductu Iephthe & Gedeonis. Qua igitur dementia vos impulit, vt detrectantes imperium Dei, sub Rege esse malletis? Gessi tamen vobis morem, eo declarato, quem ipse elegit. Vt autem manifestè sciatis, Deum vobis iratum, nec ei placere in regnum versam vestram Rempublicam, dabo euidens signum diuinitus. Qualem enim nunquam quisquam, aestatis medio, vidit in hac regione tempestatem, ta-* Sæua tempestas diuinitus Israelitis immissa.
lem nunc impetrabo à Deo, qua verbis meis fidem astruat. Vix ea fatus erat, cũ tanta vis tonitruum ac fulgurum & grandinis ingruit, vt attoniti, extremaq; timentes faterentur se peccasse, & per insciti am in hunc errorem prolapsos, rogarentq; Prophetam, vt paterno affectu eos complexus, in gratiam Dei placati reponeret, & quemadmodum aliorum anteà, huius quoq; peccati veniã impetraret. pollicitus est ille rogaturum se pro eis Deum, & exoraturum: simulq; consilium dedit, vt probi ac iusti esse perpetuò studerent, nec vnquam obliuiscerentur, in quantas clades & calamitates, ob neglectum virtutis, incidissent: meminissent praterea prodigiorum Dei legumq; per Mosem latarum, si caram haberent, vel suam ipsorum vel Regis incolumitatem. quòd si hac negligerent, predixit grauem vltionem tam ipsis, quàm Regi non defore. atque ita denuò confirmato in regno Saulo, conuentum missum fecit. Adhortatio ad considerationem auxilij & beneficij Dei Israelitis exhibiti.

CAP. VII.

Palæstini Hebræos bello aggressi vincuntur.

REx autem delectu habito, conscriptisq; tribus millibus, duo millia sibi voluit esse satellitium, cum quibus ad habitandum Bethela se contulit: reliquos Ionathæ filij satellites esse iussit, quem misit in Gabam. ille verò expugnauit castrum quoddam Palæstinorum non longè inde distans. Qui enim Gabam tenebant, perdomitis Iudæis arma ademerunt, & occupatis opportunis locis præsidijs ea cõmuniuerũt, & omni prorsus ferri vsu eis interdixerũt. quamobrem si quando agricolis opus esset aliquo sacramento, puta vomere aut ligone, aut alio ad colendum agrũ necessario, à Palæstinis instrumentũ erat petendum. Vt verò audiuerunt Hedio & Ruffinus cap. 6. 1. Regum 13. Saul tria millia sibi & Ionathæ filio satellites conscribit. Saul Palæstinorũ castrum expugnat.

An. mũdi 2880. Ante Christum natum 1084.

expugnatum castrum, indignati & non ferendam cõtumeliam dictitantes, armant contra Iudæos trecenta millia peditum, curruum triginta millia, equitum sex millia: & castra metati sunt ad oppidum Machmam. His cognitis Rex Saulus profectus est Galgala: & dimissis præconibus per totam ditionem, edicit, vt, qui saluam vult libertatem populi, contra Palæstinos arma capiat: dissimulans interim eorum potentiam, & negans tales esse, vt timeri debeant. sed vbi certò compertum est, maximum esse hostium numerum, metus omnes Sauli subditos occupat: & pars in speluncas, ac loca subterranea se abdunt, plures verò vltra Iordanem fugiunt, quæ regio à Gadis & Rubeli tribubus tenebatur. Saulus autem accersit Prophetam, vt de communi consilio res geratur. Ille renunciat, debere eum eodem loco manentem comparare victimas: se enim post septem dies venturũ, vt, immolatis Sabbato victimis, cum hoste prælio decernatur. at ille exspectauit quidem quantum Propheta iusserat, sed non per omnia fuit obediens. Cum enim cunctars Prophetam cerneret, & se paulatim à militibus deseri, victimas ad altare obtulit. Cumq; nunciatum esset, Prophetam aduentare, honoris causa obuiam ei prodijt. Ille malè factum dixit, quod, neglectis suis mandatis, se absente preces & sacrificia, quæ Dei voluntate facienda erant pro populo, temerè occupasset. Saulo verò excusante, expectasse se ad statutum dierum numerum: sed cum milites, audito hostem relicta Machma petere Galgala, metu se deserèrent, necessitate cogente, properasse ad sacrificium: Consultius, inquit Propheta, fecisses, si mihi paruisses, & præ nimia festinatione Deum, cuius ego mentis interpres sum, non contempsisses. nam per obedientiam & tibi diuturnitatem regni, & posteris successionem parare poteras. Ita Samuel offensus Regis facto domum est reuersus. Saulus autem cum sexcentis tantum militibus & Ionatha filio venit in vrbem Gabaonem. horum maior pars non erat armis instructa, quòd ea regio nec ferrum haberet, nec armorum fabros: quod cura Palæstinorum cautum fuisse diximus. hi diuiso trifariã exercitu, per totidem vias regionem Hebræorum ingressi omnia populabantur, spectante Saulo Rege cum filio, nec valente prohibere hostem, propter suorum paucitatem. Occupauerant enim collem quendam cum Pontifice Achia, qui fuit vnus ex Elis Pontificis posteris, & videntes suorum res impunè agi & ferri, grauiter angebantur, quòd in se nihil esset præsidij. Filius verò Saulis cum armigero suo conspirat, vt clàm ingressi castra hostium tumultum aliquem & trepidationem in eis excitarent: & famulo omnem operam in quemuis euentum pollicente, etiam si mori oporteat, soli à colle descendentes versus hostium castra iter faciunt. ea sita erant in loco prærupto, qui tribus angulis in longum excurrebat, rupe circumquaq; cincta, ceu munimento contra insultus hostium. Quapropter negligentius custodiebantur, quia propter naturam loci non solum ascendere, sed ne accedere quidem tutum videbatur. Ergo postquam eò accesserunt, Ionathas confortabat armigerum ad hostem aggrediendũ. Si nos, inquit, viderint, iusserintq; ascendere, omen victoriæ accipiendum est: quod si tacuerint, neque nos vocauerint, reuertamur. Cumq; propius ad hostilia castra accederent appetente iam die, Palæstini vbi hoc viderunt inter se dicebant: ex antris & cuniculis prorepunt Hebræi. deinde Ionathæ cum armigero inclamabant, Venite huc daturi pœnas audaciæ. Quam vocem Saulifilius cupidè arripiens, vt indubitatum omen victoriæ, tunc quidem recessit è loco in quo conspectifuerant. sed ex alia parte ad rupem accedentes

Palæstini in Israelitas signa mouent.

Israelitæ hostiũ copijs terrentur.

Saul contra Dei mandatum & Samuelis volũtatem victimas ad altare offert.

Samuel Regem Saul accusat.

Hedio & Rufinus Galgala.

Palæstini Hebræorũ regionem populantur.

1. Reg. 14. Ionathas armigero clam hostium castra ingreditur.

tes propter ſitum incuſtoditam, magno labore difficultate loci ſuperata euaſerũt ad hoſtem. aggreſſiq; ſopitos viginti ex his interfecerunt, & totum exercitũ ſtupore ac conſternatione repleuerunt: vt abiectis armis in fugam ſe darent. pleriq; verò non noſcitantes inter ſe, quòd ex multis gentibus conflati eſſent, pro hoſtibus ſe inuicem inuadebant: & cum non putarent duos tantum Hebræos in caſtra penetraſſe, mutuo marte cadebant. quidam metu vulnerum in præcipitia aut ipſi ruebant, aut, vt fit in turba tumultuante, alij ab alijs protrudebantur. Cumq; renunciatum eſſet Regi per ſpeculatores tumultum eſſe in caſtris Palæſtinorum, interrogauit Saulus, num aliquis è ſuis abeſſet: & audito filium cum armigero abeſſe, iubet Pontificem ſumpto Sacerdotali habitu de futuris vaticinari. Quo reſpondente victoriam Deum & hoſtium cladem promittere: ducit militem in Palæſtinos, & perturbatos adoritur, iam ante ipſos inter ſe depugnantes. quo audito, qui antè in ſpeluncas & ſubterranea ſe abdiderant, & ipſi prorumpentes militibus Sauli ſe agglomerant. iamq; ad decem millia creuerant, hoſtemq; tota ea regione palantem inſectabantur. ibi Rex ſiue nimio gaudio parum ſui compos, quòd difficile ſit eximiã felicitatem moderato animo ferre, ſiue per inſcitiã, dignum quiddam reprehenſione admiſit. Volens enim meritas pœnas à Palæſtinis ad ſatietatem repetere, diris deuouit eum, quicunque intermiſſa cæde, ante noctem cibum caperet, nolens ante tenebras inſequendi & cædendi finem facere. Paulo poſt cum delati eſſent ad quandam ſyluam Ephramitica tribus refertam apibus, filius Sauli, qui non exaudiuerat patris imprecationes, easq; conſenſu populi ratas habitas, fauum fortè nactus expreſſum inde mel edebat: & monitus, quòd pater, additis execrationibus, interdixiſſet, ne quiſquam cibum ante ſolis occaſum ſumeret, edere quidem deſtitit: negauit tamen rectè id à patre factum. maiore enim vi & alacritate hoſtem perſecuturos fuiſſe, ſi corpora cibo recurauiſſent, & longè plures aſſecuturos fuiſſe ac trucidaturos. Itaque cæſis Palæſtinorum multis millibus, ſub veſperam demum eorum caſtra diripiunt: & inter cæteram prædam, magna pecudum copia reperta, mactant, carnibusq; nondum à cruore purgatis veſcuntur: quod è veſtigio Regi à ſcribis renunciatum eſt, vulgus militum in Deũ peccare, & carnes etiam tum cruentas coquere ac edere. Tum Saulus iubet ſaxum grande in medium prouolui: edicitq;, vt ſuper illud pecudes iugulent, néue carnes cum ſanguine comedant: quia factum hoc Deo diſplicet. cui edicto cum omnes parerent, ſtatuit ibi altare, & impoſitis victimis holocautoma Deo incendit: idq; altare omnium primum à Saulo exſtructum eſt. cumq; eadem nocte, priuſquam vires & animos reſumerent, hoſtium reliquias vellet conficere, & miles haud grauatim imperata faceret, magnam præ ſe ferens alacritatem, accito Pontifice, iubet eum diuinam ſuper hoc voluntatem quærere, an ſibi reliquum hoſtilem exercitũ delere permittatur. Pontifice verò negante Deum reſponſum velle reddere: non temerè eſt, inquit Rex, hoc Dei ſilentium, qui antehac vltrò ſolebat, quid facto eſſet opus, cõſulere: ſed oportet aliquod latens in nobis peccatũ eſſe, quo offenſus tacet. Sed iuro per eum ipſum, quòd etiã ſi filius meus Ionathas peccatũ id commiſiſſet, vt Deum placem, capitis pœnam ab eo exigam, non ſecus, quàm ſi de quouis, nihil ad cognationem meam pertinente, ſupplicium ſumendum ſit: tum acclamante multitudine, vt hoc faciat, vniuerſos confeſtim in vnũ locũ ſtatuit: & ipſe cum filio ſeorſum ſtans, ſorte deprehenſurus quis in culpa ſit. cumq; ſors Ionathan indicaret,

Ann. mũdi 2880. Ante Chriſtum natum 1084.

Ionathas in Palæſtinorũ exercitu quoſdam truçidat, reliqui ſe inuicem inuadunt & dant ſe in fugam.

Hedio & Ruffinus cap. 7.

Saul tumultum eſſe in caſtris Palæſtinorũ certior factus, eos adoritur.

Sauli edictum quod Ionathas inſcius violat.

Carnibus cruentis Hebræi veſcuntur.

Saul per ſortes eam ſam irati Dei perquirit.

An.mũdi2880. Ante Christum natum 1084.

indicaret, interrogat quid fecisset, & cuius peccati sibi esset conscius. tum ille, Equidem pater, nihil aliud scio, nisi quòd heri dum hostem persequor, edicti tui nescius de fauo degustaui. Saulus verò iurat se eum occisurum, pluris, quàm genus aut naturam aut affectus, iusiurandum faciens. Ille ne praesenti quidem periculo territus, magno ac generoso animo se praebuit. Nihil, inquit, deprecor pater. Libenter enim hanc mortem fero, qua te religione soluat, dum prius tam magnificam victoriam videre contigit. maximum enim mihi fuerit solatium, Palaestinorum insolentiam ab Hebraeis esse perdomitam. Hac iuuenis indole omnis multitudo ad dolorem & miserationem flexa est, iurantq; non laturos se, vt occidatur Jonathas autor tam luculentae victoriae. atque ita iuuenem irato patri eripiunt, & vota Deo faciunt, vt ipsum immunem à peccato faciat. Saulus victor domum reuertitur, casis circiter sexaginta millibus hostium. Feliciter deinde regnauit, & contra finitimos Ammanitas & Moabitas, Palaestinosq; & Idumaeos ac Amalecitas, & Regem Obae multas res gessit prosperè. Habuit autem liberos mares tres, Ionatham, Iesum, Melchisum. Filiae fuerunt ei Merob & Michaal. Copiarum imperium dedit patrueli Abenaro. Is Neri fuit filius. Nerus verò & Cis Sauli pater germani fuêre Abeliae filij. Abundabat autem & equitatu & curribus, & cum quocunq; hoste congressus semper victor reuertebatur, ita vt Hebraeorum res ad felicem statum perduxerit, & potentiam eorũ in tantum auxerit, vt omnibus finitimis essent formidabiles. ex iuuentutis verò numero robore ac specie praestantissimum quenq; suum deligebat satellitium.

Israelitae Ionathan irato patri eripiunt.

Oba siue Soba.

Saul semper victor.

CAP. VIII.

Victoria Sauli contra Amalecitas.

Hedio & Ruffinus cap. 8. 1. Reg. 15. Samuel Saulũ ex Dei mandato cum Amalecitis bellum vt gerat commonefacit.

SAMVEL autem ad Saulum veniens, ait se ad illum missum à Deo, vt eum commonefaceret, electione Dei caeteris eum in regno praelatum, atq; ideò par esse, vt ei morem gerat in omnibus: quandoquidem ipse praesit populis, Deus autem & Regibus & caeteris rebus omnibus. Haec igitur, inquit, sunt mãdata Domini. Quoniam Amalecita Hebraeos in deserto multis affecerunt iniurijs, dum egressi ex Aegypto in eam, quam nunc tenent regionem, proficiscuntur, oportet iusto bello in eos vindicare, & deuictos internecione delere: sauireq; in omnem sexum ac aetatem, & has illis pro iniurijs patribus olim illatis poenas rependere. ac ne iumentis quidem alijsq; pecudibus parcere, aut inde quicquam praeda nomine vsurpare, sed omnia Deo sacra esse, vt iuxta Mosis praeceptum Amalecitarum nomen è rerũ natura deleatur. Pollicitus est Saulus facturum se omnia: & ratus obedientiam in hoc consistere, si non pareret tantũ, sed etiam quàm celerrimè mandata exsequeretur, confestim omnes vndiq; copias contrahit, & recensito apud Galgala milite, absque tribu Juda circiter quadringenta millia comperit: quae tribus ex suo tantum delectu praebuit triginta millia. Saulus autem Amalecitarum terrã cum exercitu irrumpens, pluribus locis insidias circa torrentem disposuit, vt non solum marte aperto eos infestaret, sed ex improuiso etiã per vias circumuentos opprimeret. Postremò magno praelio infugam versos non prius persequi destitit, quàm ad vnum omnes ferro tolleret. Quod opus posteaquam ita, vt diuinitus praedictum fuerat, successit, oppidatim bellum circumferre coepit: quorũ aliquot machinis, alia cuniculis & operibus, nonnulla fame, siti, aliisq; modis cum expugnasset, vsque ad mulieres & pueros caedibus grassatus est, nec crudele

An.mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

Saul recensito milite in tribu Iuda triginta millia inuenit.

Saul Amalecitarum vrbes expugnat.

Ante Christum An. mũdi 2883. natum 1081.

crudele nec inhumanũ hoc ratus: primum quod in hostem sæuiret, deinde quod iussu Dei, cui non parére periculosum est. Cepit etiam Regem hostium Agagũ, cuius magnitudinem ac pulchritudinem corporis miratus, seruare eum decreuit, idq; non ex Dei sententia, sed victus affectu proprio, inconcessam miserendi licentiam suo periculo sibi vsurpans. Deus enim ita Amalecitas oderat, vt ne infantibus quidem parceret, quos natura ipsa miseratione cæteris digniores esse voluit. Saulus autem Regem ipsum hostium, & malorum omniũ Hebræis autorem seruauit, pluris eius formam, quàm Dei mandata faciens. Hoc eius peccatum imitatus est mox populus. & ipsi enim iumentis ac pecoribus pepercerunt, in prædam contra Dei mandatũ abactis, pecunias etiam, cæteras q; opes diripuerunt, nihil perdentes nisi contemptibile. Itaque deuictis omnibus, à Peluſio, quæ vrbs est in Ægypti finibus, vsque ad rubrum mare, totam eam regionem Saulus vastauit, sola Sicimitarum gente intacta, qui in Madiana terra meditullio habitant. Hos ante belli principium admonuit per nuncios, vt secederent, néue res suas cum Amalecitarum rebus miscerent, ne ex eo bello & ad ipsos cladis aliquid perueniret. Studere enim se eorum incolumitati, propter cognationem quæ illis cum Raguele Mosis socero intercedebat. Atque ita Saulus, ac si nihil esset prætermissum ex ijs quæ Propheta iuxta Dei voluntatem de bello gerendo mandauerat, sed omnia fuissent ad vnguem obseruata, lætus victoria domum reuertitur. Deus autem offensus est, quod regi erat parcitum, & quod populus pecudes in prædam verterat, cum ipse neutrum permisisset. Iniquũ enim erat, cuius ope victoria cõtigisset, eius mandata contemni, etiã si is mortalis aliquis rex fuisset. Admonens igitur ea de re Prophetam, ait se pœnitere Saulum elegisse, qui non curet iussa sua exequi, sed malit, quicquid ipsi visum fuerit, facere. His auditis Samuel vehementer conturbatus, per totam noctem fusis precibus Deum Saulo conciliare conabatur. At ille quantumlibet à Propheta rogatus veniam Regi non annuit, quòd non placeret peccata donari in gratiam deprecatoris: quæ non aliunde magis nascantur, quàm ex nimia eorum, in quos peccatur indulgentia: qui dum lenitatis gloriam aucupantur, imprudentes maiorem delinquendi ansam offerunt. Postquam igitur Deus preces Prophetæ non admisit, & satis apparuit flecti eum non posse, prima luce Samuel ad Regem, Galgalis tum agentem, proficiscitur. hunc quàm primum Rex vidit, accurrens salutauit, dicens se gratias agere Deo pro victoria: omniaq; iuxta volũtatem eius esse peracta. Tum Samuel: quî fit igitur quod voces iumentorum & pecudũ in castris audio? Respondit Rex, populum hæc ad sacrificia reseruasse, sed gentem Amalecitarum internecione iuxta mandatum deletam, nemine superstite. Solum se captiuum adducere eorum Regem, de quo ex Prophetæ consilio se decreturum. Ad hæc Propheta respondit, Non sacrificijs delectari Deum, sed viris bonis ac iustis. hos autem esse, qui voluntati & mandatis eius obsequuntur, nihilq; à se rectè fieri putãt, nisi quod iuxta eius præcepta fiat. Contemptum enim eius consistere, nõ in non sacrificando, sed in nõ obediendo: & qui non obediunt, vnicumq; hoc & verum sacrificium non offerunt, ab his Deum nec multas saginatas victimas, nec donaria ex auro argentóue fabricata vel postulare vel admittere: sed auersari hæc vt malicia magis quàm pietatis argumenta. Contrà qui id solũ meminerunt quod ab ipso iussum est, & mori mallent quàm inde discedere, his delectari, ac ne victimas quidem ab

Agagum Amalecitarum Regem Saul capit, & cõtra Dei mandatum seruat.

Hebræi iumentis & pecoribus hostiũ in prædam contra Dei mandatum abactis parcunt.

Hedio & [illegible] cap. 9.

Deus propter inobedientiam Sauli offenditur.

Samuel Deum Saulo concil iare conatur.

Indulgentia nimia & lenitate mali in proposito confirmatur.

Saulum Samuel obiurgat.

Dei contemptus in quibus consistat.

Verum ac Deo placens sacrificium.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

his requirere. quòd si etiam sacrificare aliquid libuerit, pauperem honorem gratius ab his accipere, quàm à quocunq; alio vel ditissimo. Tu igitur, inquit, scito te in iram Dei incurrisse: contempsisti enim & neglexisti mandata eius. Nam quibus oculis putas eum inspecturum sacrificium ex rebus perditioni destinatis, nisi fortè idem esse putas, perire, & immolari Deo. Quapropter expectabis amissionem regni & huius potestatis, qua elatus contra autorem tuæ felicitatis, mandata eius neglexisti. Saulus autem fassus est se peccasse & malè fecisse, quòd verbis Prophetæ non paruisset. metu tamen coactum se id fecisse, quòd non auderet militem prædæ cupiditate accensum cohibere. Sed da veniam, inquit, & propitius esto. Cauebo enim in posterum, ne in simile peccatum incidam. Rogabatq;, vt maneret tantisper, dum pacificas hostias pro se offerret. Ille verò qui prauidebat Deum nulla flectendum victima, abire incepit.

Samuel Saulo iram Dei & regni amissionem denunciat.

Saul se peccasse fatetur, ac veniam precatur, quæ tamen ei denegatur.

CAP. IX.

Samuel ad Dauidem regiam potestatem transfert.

IVM Saulus retinere eum volens iniecit manum in pallium: & quia Samuel properantius discedebat, scissura facta est in vestimento. cumq; Propheta dixisset, sic scindendum eius regnum, & peruenturum ad virum iustum & bonum (Deum enim in proposito manere, neq; similem esse homini natura mutabili) Saulus fatebatur Deum sibi meritò infensum, sed factum infectum fieri non posse. Rogabatq; saltem hoc honoris sibi haberet, vt Deum simul in præsentia populi adoraret. Fecit ei hanc gratiam Samuel, & vnà cum illo adoratum iuit. Post hæc adductus est ad eum Agagus Rex Amalecitarum, qui cum ó mortem amaram exclamasset, audiuit à Propheta: quemadmodum tu multis Hebræorum matribus casis earum filijs lamenta & luctum attuliſti, ita æquum est, vt ipse matri tuæ mœstitiam afferas. iussitq; eum ibidem in Galgalis interfici: ipse verò reuersus est Ramatham. Rex verò tum demum sentiens in quæ mala, offenso Deo, peruenisset, ad Gabaregiam proficiscitur, quod nomen collem significat: nec post illam diem vnquam in Prophetæ conspectum venit. Samueli verò vicem eius molestè ferenti, Deus hanc curam mittere iussit, &, assumpto sacro oleo, Bethlema proficisci ad Jessæum Obedæ filium, & ex eius filijs eum vngere, quem ipse indicasset sibi regno dignum videri. Cumq; Propheta diceret vereri se, ne, si Saulus hoc senserit, vel per insidias vel etiam aperta vi perniciem sibi moliretur, iussus hac de re securus esse, ad dictum oppidum peruenit. Eo loci magno hominum concursu salutatus est, quærentibusq; aduentus causam, sacrificatum se venisse dixit. Peracto sacro Iessæum ad epulas vnà cum filijs conuocat: visoq; natu maximo eximia statura ac forma iuuene, conijciebat inde hunc esse regnaturum. Sed hac parte non est assequutus Dei prouidentiam. Percontanti enim an hunc iuuenem vngere deberet, quem ipse admiratus dignum regno ducebat, responsum est, non eadem spectare Deum quæ homines. Tu, inquit, visa iuuenis pulchritudine, iam satis dignum principatu existimas: apud me verò non eximiæ corporis formæ præmium est regnum, sed animi virtuti: & eum requiro qui hac sit perfectè excultus, pietateq; ac iustitia, obedientia & fortitudine animum exornatus. His auditis Propheta iubet Iessæum filios omnes ostendere: moxq; & alij quinque adfuerunt. horum nomina iuxta ætatis ordinem sunt hæc: Eliabus, Aminadabus, Samma, Nathanael, Rael, Asamus.

Saulus Samuelẽ retinere volẽs, vestimentum eius scindit.

Hedio & Ruffinus cap. 10. Amalecitarũ Rex Samuelis iussu interficitur. 1. Regum 16.

Samuelẽ Deus Bethlehem Dauidem in Regem vtvngat, mittit.

Deus non corporis formã, sed animi virtutes spectat.

mus. His quoque viſis, qui nihilo deteriores forma erant, Propheta rogat Deũ, quiſnam ex his eligendus eſſet. & audito quòd nullus, ſciſcitatur ex Ieſſæo, num quos præterea liberos habeat. Quo reſpondente, eſſe etiam vnum nomine Dauidem, qui curam gerat gregum, Propheta iubet vt confeſtim vocetur: nõ enim licitum eſſe abſque illo ſacrum epulum celebrari. qui poſtquam accitus à patrè venit, adoleſcens colore flauus, & martium quiddam tuens, alioqui liberali ſpecie: tum Propheta ad patrem verſus ſubmiſſa voce, hic eſt, inquit, quem regnare Deo viſum eſt. & cum dicto accumbit, & proximum ſibi adoleſcentem collocat, ac deinceps patrem cum reliquis filijs. Depromit deinde ſacrum oleum, quo

An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081. Ieſſæi filij præſtanti corpore regno haud præficiendi.



delibutum Dauidem in aurem admonet, Deum ita velle vt regnũ in populum obtineat: præcipitq́, vt iuſtitiam colat, & operam det, ne vnquam à mandatis Dei diſcedat. Hoc enim pacto & regnum eius fore diuturnum, & familiã vniuerſam illuſtre nomen conſequuturam. Palæſtinos quoque ab illo ſubigendos, & cum quibuſcunque gentibus congreſſus fuerit, ſemper victorem rediturum, inſignemq́, inde gloriam tam ſibi paraturum quàm poſteris relicturum. Poſt hæc mandata Samuel domum proficiſcitur, ſimulq́, numen, deſerto Saulo, ad Dauidem commigrat. quo factum eſt vt hic concepto diuino ſpiritu prophetare inciperet, Saulus verò in morbum dæmoniacũ incideret, ita vt præfocari ac ſtrangulari videretur, nec aliam opem inuenirent medici, quàm ſi quis peritus excantator adhiberetur. monueruntq́, vbique inquirendum, qui quoties Rex à dæmone agitaretur, ſtans ad caput eius voce ac fidibus ſacros hymnos caneret. Cumq́, Rex ſine mora quæri talem mandaſſet, quidam ex aſtantibus ait ſe apud Bethlema vidiſſe filium Ieſſæi, adoleſcentem liberali forma, & præter aliam honeſtam inſtitutionem hymnos ad citharam canere doctum, ac ne militarium quidem exercitiorum rudem. Mittuntur ergo ad Ieſſæum abducturi Dauidem à gregibus: nunciantq́, patri, Regem audita adoleſcentis tam formam quàm virtute, cupere ipſum videre. Paruit Ieſſæus, ſimulq́, munera per filium Regi miſit. Cumq́, veniſſet, confeſtim à Rege admodum læto in ſatellitium aſſumitur, in

Dauidem in Regem Samuel vngit.

Numen deſerto Saulo ad Dauidem commigrat qui prophetare incipit.

Dauidem Saulus in Satellitium aſſumit.

An.mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

magno apud eum pretio habitus. Quoties enim â damone agitaretur, vnicũ erat in excantatione remediũ: & solus Dauid hymnos ad Citharã accinens, Regem ad sanam mentem reducebat. Impetratum est igitur à Jessæo, vt filiũ apud Regem degere pateretur, quandoquidem tantopere eius præsentia delectabatur.

CAP. X.

Expeditiò noua Palæstinorum contra Hebræos.

Hedio & Russinus cap. 11. 1. Regum 17. Alia Palæstinorum contra Hebræos expeditio.

ALIQVANTO autem post Palæstini conscripto numeroso exercitu bellum Israelitis inferunt, & castra inter Sochum & Azecum oppida metantur. nec Saulus cunctatus, ducto in hostem exercitu, effecit, vt prioribus castris relictis in munitiorẽ quendam collem è regione Israelitarum Palæstini se conferrent, valle quadam inter vtrosq; intercedente. In hanc è castris hostium descendit Gittæus Goliathus, vir prodigiosa statura: quatuor enim cubitos vno palmo superabat, vastos artus conuenienti armatura protectus. Thorax quinq; millia siclorum pendebat, huic moli respondebat & galea & ocreæ. prægrandem etiam hastam non dextra gestabat, sed humero sustinebat, sexcentorum siclorum ferro cuspidatam. ponè sequebatur armatorum phalanx. Hic cum inter vtranque aciem cõstitisset, immani voce sublata: Quid opus est, inquit, Hebræi ancipitem martis aleam vos subire? Date mihi aduersarium, & duorum periculo decernatur, penes vtros futura sit victoria: vt quorum miles succubuerit, alterius partis iugum ex pacto suscipiant. præstat enim vnum aliquem, quàm totum exercitum, in periculum adducere. Hæc locutus retrò ad suos reuertitur. Sequenti die rursum procedens eisdem verbis est vsus: atque ita per quadraginta dies prouocare hostem prædictis conditionib. non destitit, stupente Saulo cum vniuerso exercitu qui prodibant quidem in aciem, sed à neutris initiũ pugnæ fiebat. Ad hanc expeditionem profecturus Saulus Dauidem remiserat patri, contentus tribus alijs eius filijs, qui tum signa regia sequebantur, isq; ad gregum curam intermissam se receperat. Sed dum bellũ ducitur magis quàm geritur, missus à patre venit in castra, visurus quo in statu res essent, & fratribus necessaria portaturus. Interim Goliathus ex more progreditur, & iam insolentior exprobrat, ne vnum quidem esse inter Hebræos qui in singulare certamen descendere audeat. Fortè tum Dauid cum fratribus colloquebatur de patre & rebus domesticis, auditisq; barbari conuicijs grauiter commotus, se paratum dixit vt hostem excipiat. At Eliabus maximus fratrum obiurgat hominem, per imperitiam rerum supra quam ætatem eius deceat ferocientem, addens satius esse vt ad patrem ac greges quàm primum reuertatur. reuertitus est Dauid fratrem, nihilominus apud alios milites professus est sibi non deesse animum ad singularem pugnam, ita vt celeriter ad Regem de hoc sit perlatum. quare accitus & iussus quid vellet dicere, Non est, inquit, Rex cur abijciamus animos aut formidemus. Ego congressus cum hoste insolentiam eius compescam, & elatum, ac ferocientem prosternam, & ex terribili deridendum reddam: tantoq; erit tua simul & tuorum illustrior gloria, quòd ab adolescente magis quàm viro hostis deuictus videbitur. Saulo verò laudante generosum eius animum, nec tamen audente rem tantam tam teneræ ætati committere: Non est, inquit, quod dubites: nam hac Deo fretus polliceor, cuius fauorem iam non semel expertus sum. Quum enim paternos greges pascerem, raptum agnum ex ore leonis recepi, ipsamq; feram in me impetum

Goliath vir prodigiosa statura inter Palæstinos.

Goliath singulare certamen Hebræis denunciat.

Saulus Dauidem remittit patri.

Dauid cum Goliath congredi cupit.

petum vertentem cauda correptam, ſoloq́ affictam occidi : neque mitius tractaui vrſum greges inuadentem: & hanc quoque beluam nihilo pluris facio, qui cum in Deum atque homines conuicia euomat, non patietur cœleſte numen impunè hoc illum auferre, ſed meis eum manibus perdomabit. Effecit tam prompta audacia iuuenis, vt Rex omnia fauſta precatus ad pugnam eum mitteret, inſtructũ prius thorace regio ſimulq́ menſe ac galea. Tum Dauid, qui armis geſtandis non aſſueuerat, grauari ſe his magis quàm muniri ſentiens: Tuus ſit, inquit, hic ornatus, qui geſtare eum es idoneus: mihi famulo tuo permitte meo arbitratu pugnam capeſſere. & cum dicto arma deponit, baculumq́ tantum aſſumit : & coniectis in peram quinque lapidibus de glarea torrentis, funda dextram armatus in hoſtem properat. Hunc apparatum poſtquam vidit barbarus adeò contempſit, vt per ludibrium percontaretur, num ſe canem putaret, qui armis ad canes arcendos aptis inſtructus ad pugnam prodiret. Imò cane viliorem, reſpondit Dauid. quo dicto commotus Goliathus, fanda & infanda conuiciatus, minatus eſt ſe cadauer eius fruſtatim feris alitibusq́ pabulo ſparſurum. Tum Dauid, Tu me inuadis haſta tua confiſus ac thorace & gladio: mihi verò pro armatura Deus eſt, qui te ac tuum exercitum noſtris manibus hodie deleturus eſt. auferam enim tuum caput, & reliquum truncum canibus tui ſimilibus laniandum relinquam : & diſcent omnes quòd Deus curam Hebræorum habet, eiusq́ prouidentia vires nobis ſimul atque arma ſuggerit : ſicut contrà vbi eius fauor deeſt, nullus apparatus proficit. Interim Palæſtinus armis grauior quàm vt procurrere poſſet, magnis paſſibus in iuuenem ac inermem contemptim ferebatur.

An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081.

Dauid agnũ raptum ex ore Leonis recipit, ipſamq́ feram occidit.

Dauid vrſum trucidat.

Dauid armis, quibus ad pugnam à Saulo inſtructus erat, depoſitis, funda armatus in hoſtem properat.

Dauid hoſtem accedens, contemnitur.

Dauidis cum Goliatho ante cõgreſſum, colloquium.

CAP. XI.

Singulare certamen Dauidis & Goliath, ſecutaque Palæſtinorum clades.

HIC Dauid impigrè occurrit, occultum adiutorem Deum ſecum in certamen ducens: & promptum è pera in hoc ſelectum è torrente vnum lapidem, funda rotatum tanta vi in aduerſam hoſtis frontem infligit, vt ad cerebrum vſque penetrauerit: quo ictu ſopitus Goliathus in faciem eſt proſtratus. Accurrit victor alacris, & quòd ipſe inermis eſſet, ſuo ſibi gladio barbarum obtruncat: tantumq́ in eo momenti fuit, vt è veſtigio Palæſtini terga verterent. Videntes enim præſtantiſſimum ex ſuis iacere, nullam amplius ſpem ſupereſſe rati, turpi ac ignominioſa fuga periculo ſe eximere conabantur. Tum Saulus & vniuerſus Hebræorum exercitus, ſublato militari clamore, intrepidos irruunt, & quotquot aſſequi poterant cadentes, vſque ad Gittæ fines ac portas Aſcalonis perſequuntur. Ceciderunt́q Palæſtinorum triginta millia, & duplo plures ſunt vulnerati. Saulus verò à perſequendo reuerſus caſtra hoſtium diripit ac incendit. Caput autem Goliathi Dauid in ſuum tentorium reportauit, & gladium eius Deo conſecrauit. Motus deinde inuidia Saulus cœpit clàm Dauidem odiſſe, hac potiſſimùm occaſione. Cum enim victor cum exercitu reuerteretur, honoris cauſa obuiàm venerunt ei mulierum ac puellarum chori ad cymbala ac tympana canentes. Mulierum cantio fuit, Saulum millenos hoſtes profligaſſe: virginum item, Dauidem decies millenos ſuſtuliſſe.

Dauidis victoria de Goliatho.

Palæſtini terga vertunt.

Palæſtinorũ triginta millia cæſa.

1. Reg. 18. Saulus clam odit Dauidem.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

Itaq; audiens decuplo potiores victoriæ partes adolescenti tribui, & ratus post tam glorioſum teſtimonium nihil ei ſupereſſe ſperandum niſi regnum, ſuſpectum eum habere cœpit: & parum tutum putans armatum circa ſe verſari, ex ſatel-



Saulus Dauidem ex ſatellite tribunũ facit, vt ſæpè hoſtibus obiectum aliquis caſus è medio tolleret:

lite tribunum fecit, non tàm illius honori quàm ſuæ ſecuritati conſultum volens, vt ſæpè hoſtibus obiectum aliquis caſus è medio tolleret. Dauid autem nuſquam diuina ope deſtitutus, quocunq; mitteretur rem feliciter gerebat: vt ob eximiam fortitudinem non ſolum apud populum gratioſus fieret, ſed etiam

Sauli filia Dauidis amore capitur.

Sauli filia virgo amore eius caperetur, ita vt ne patrem quidem latere id poſſet. Nactum enim ſe ampliorem inſidiarum tendendarum occaſionem putans, renunciantibus puellæ amorem, libenter ſe illam ei traditurum reſpondit, futuram

Saulus Dauidem Palæſtinis interficiendum obtrudere dolo conatur.

periculorum & exitij cauſam. Promitto, inquit, filiæ coniugium, ſi ſexcenta hoſtium capita afferat. Scio illum honoris auidum, & ex periculis gloriam petere non recuſaturum, ſed fortiter Palæſtinos inuaſurum: id quod mihi bonum erit & commodum. ſic enim ſine mea infamia ſublatus ſecuritatem nobis afferet. Mittit deinde domeſticos qui Dauidis mentem pertentarent, quomodo erga puellæ coniugium ſit affectus. Qui cum indicaſſent ei, quòd ob gratiam qua cum apud Regem tum apud populum polleret, Saulus generum ſibi eum deſtinaſſet: Vobis, inquit, fortaſſis mediocris res videtur generum regium fieri, mihi certè non item, qui conſcius mihi ſum quàm plebeijs ortus ſim natalibus. Quo renunciato, Saulus ad domeſticos, dicite, inquit, nihil me morari pecunias aut dona quæ ſponſæ offerat. hoc enim vendere fuerit filiam magis quàm elocare. Sed cupere generum, fortitudine aliisq; virtutibus præcellentem, quales in ipſo iam comperi. poſcere autem pro nuptijs filiæ non aurum aut argentum quod è paternis ædibus afferat, ſed cladem Palæſtinorum, & ſexcenta eius gentis virorum capita. Nam & mihi nullum aliud tali munere optabilius: & filiæ fuerit honorificum non vulgaria dona iſta accipere, ſed in matrimonium viri ſpectatæ ac teſtatæ fortitudinis conuenire. Quibus auditis Dauid putans ſincerè à Rege affinitatem ſuam expeti, nihil cunctatus neq; expendens negocij difficultatem, cum

Saul Dauidi filiam coniugium promittit, ſi ſexcenta Palæſtinorum capita afferat.

Dauid vt plurimum propitium numen experitur.

ſuo

ſuo ſodalitio ad imperata exſequenda properat: & hic quoq;, vt in cæteris, propitium numen expertus, rem ex ſententia conficit. Cæſis enim plurimis hoſtium, ſexcenta capita abſciſa ſignum victoriæ ad Regem retulit, promiſſi eum admonens.

An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081.

CAP. XII.

Saulus Dauidis fortitudinem admiratus, filiam ei in matrimonium collocat.

SAVLVS autem non valens tergiuerſari, quòd turpe diceret vel mentiri, vel prætextu affinitatis inſidias & perniciem per mandata tam periculoſa viro forti ſtruxiſſe videri, collocat ei filiam nomine Melcham. Nec tamen hæc neceſsitudo animum Regis immutauit. Videns enim fauorem Dauidis & apud Deum & apud populum augeri, parum tutum hoc exiſtimauit vel regno ſuo vel vitæ: & cum durum eſſet vel de alterutro periclitari, tollere hominem decreuit: eiusq; necis, Jonatham filium cum domeſticorum fidiſſimis, miniſtros eſſe voluit. Qui demiratus patris inconſtantiam, quòd non ſolum amare talem iuuenem deſiuerit, ſed mortem etiam eius expeteret, tum propria beneuolentia, tum virtute hominis motus, ſecretam patris voluntatem ei nunciat: ſimulq; conſulit, vt ſaluti ſuæ maturè fuga proſpiciat, neu in ſequentem diem vſquam in propinquo appareat. Jnterim, inquit, ego patrem ſalutabo, & nactus occaſionem de te mentionem iniiciam, & cognita indignationis cauſa, refellere eam conabor. Nullam enim exiſtere poſſe idoneam rationem, cur optimè & de Republica & de Rege meritus opprimi debeat. Nam etiam ſi quid peccatum ſit, oportere hoc priſtinis eius meritis donari. poſt colloquium autem certiorem te de patris animo faciam. Paruit huic conſilio Dauid, ſeq; quàm primum è conſpectu Regis ſubtraxit.

1. Reg. 19. Saulus Dauidi filiam Melcham ſiue Michol collocat.

Hedio & Ruffinus Cap. 12.

Saulus Dauidẽ tollere cogitat.

Ionathas Dauidem amat, patris voluntatem ei nunciat, ſimulq; conſulit, vt ſaluti ſuæ fuga proſpiciat.

CAP. XIII.

Quòd Rex Dauidi necem ſit molitus.

IONATHAS autem die ſequenti patrem accedens, cum hilarem ac lubentem eum offendiſſet, cœpit de Dauide verba facere. Pater, inquit, qua nam in re vel magna vel parua læſus iubes interfici virum, qui tantum momentum ad ſalutem noſtram attulit, nec minus ad cladem Paleſtinorum: quiq; à quadraginta dierum ignominia populum Hebræum vindicauit, ſolus prouocato hoſti opponere ſe auſus. idem poſtea relato præſcripto capitum numero, honoris cauſa ſororem meam in matrimonium accepit: quo magis lugubris fiat nobis eius mors, non ſolum ob virtutem, ſed etiam ob neceſsitudinem. Jniuria enim hæc ad filiam quoq; tuam pertinet, quæ priùs viduitatem quàm coniugij fructus experietur. Hæc igitur reputans ſine te flecti ad mitiora, néue ſæuias in virum primum optimè de familia noſtra meritum, quando te dæmoniaco morbo miſerè vexatum, priſtinæ ſanitati reſtitutum ſeruauit: deinde qui in perpetuos noſtros hoſtes tam egregiè vindicauit. Jndecorum enim fuerit horum omnium obliuiſci. His perſuaſus Saulus, iurat filio, poſthac omnem iniuriam à Dauide abſtinere ſe velle. Vicit enim æquitas iram ac formidinem. Jonathas autem accito Dauidi indicat mollitum patrem iam nihil magis quàm ſalutem ipſius cupere: reductumq; in aulam patri reconciliat, vt ſolita officia circa eum, quemadmodum antè, obiret.

Ionathas paręti præclaras Dauidis res geſtas cõmemorat, orans ne tantoperè in ciuſmodi virum ſæuiat.

Ionathas Dauidi mollitum patrem indicat.

Quomodo

An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081.

CAP. XIIII.

Quomodo Dauid aliquoties inſidias Regis ægrè elapſus, bis tamen eum in poteſtatem ſuam redactum interficere non ſuſtinuerit.

Dauid Palæſtinos magna eorum edita ſtrage vincit.

PER idem tempus Palaſtinis bellum redintegrantibus, Dauid cum exercitu contra illos mittitur: breuiq; victor, magna eorum ſtrage edita, ad Regem reuertitur. At non ita exceptus eſt ab eo, vt ſperabat, vtq; poſt rem feliciter adminiſtratam excipi oportebat: ſed ſucceſſu mœſtus, eius felicitatem periculoſam ſibi fore exiſtimabat. Cumq; rurſum intemperijs, vt antè agitaretur, accitum in cubiculum, in quo decumbebat, ſpiculum manu tenens, iuſſit pſalmos ac hymnos incantare: & illo iuſſa exſequente, ſpiculum in eum iaculatus eſt. quod cum Dauid flexu corporis declinaſſet, domum refugit, ibiq; per totam eam diem manſit. No-

Saulus in Dauidem ſpiculum eiaculatur.



ctu verò miſit Rex qui vſq; manè ædes eius ſeruarent, ne clam elaberetur, vt in iudicium euocatum capitali ſententia damnaret. Melcha autem eius vxor & Regis filia, vbi patris voluntatem cognouit, accurrit ad maritum, quanto is in periculo eſſet, ipſaq; vnà cum eo renuncians, quo ſine viuere nec vellet nec poſſet. Caue, inquit, ne te ſol hic deprehendat, aut nunquam poſthac te videbit. ſed fuge dum per nocturnas tenebras licet, quas Deus ad tuam ſalutem longiores faciat. alioqui ſcito, quòd ſi te pater inuenerit, ſine mora eſt interfecturus. His dictis fune per feneſtram demiſſum periculo exemit. deinde, parato lecto, tanquam ægrotanti, ſtragulis iecur caprarecens exemptum ſubiecit: diluculoq; venientibus, quos pater ad Dauidem miſerat, oſtendit lectum opertum, & quòd palpitatione iecoris ſtragula moueri viderent, maritum ægrum anhelare perſuaſit, addens totam noctem inquietam eum exegiſſe. Quod vbi renunciatum eſt Regi, ea nocte in aduerſam valetudinem incidiſſe, iubet ſic vt erat eum afferri. omninò enim illi moriendum eſſe. qui cum reuerſi ac retecto cubili artem muliebrem tandem deprehendiſſent, rem totam ad Regem deferunt. & cum pater expoſtularet quòd inimicum ſibi eripuiſſet, excuſationem veriſimilem commenta eſt. Ait illum mortem ſibi, ni pareret ac adiutaret, comminatum: itaq; venia ſe dignam

Michol Regis ſeruis, Dauidem ægrotare, perſuadet.

Michol ſeſe quod Dauidem eripuerit, excuſat.

qua

quæ hoc non ſponte fecerit, ſed neceſsitate compulſa. debere enim illi cariorem eſſe An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081.
vitam filiæ, quàm inimici interitum. atq; ita veniam conſequitur. Dauid au-
tem fuga elapſus peruenit ad prophetã Samuelem in Ramatha: eiq; rem omnem, Dauid Samueli Regis erga ſeſe animum indicat.
quo erga ſe animo Rex eſſet, indicat, & quàm minimum abfuerit, quin ſpiculo
ab eo traiectus fuerit: idq; cum neq; Regem vlla in re læſiſſet, neq; in bello ſegniter
aut improuidè ſe geſsiſſet, ſed fauente Deo cuncta ex ſententia confeciſſet. atq;
hoc ipſum eſſe quod Saulum ad inuidiam ac odium magis excitaret. Propheta
verò, cognita Regis iniquitate, relicta Ramatha Dauidem ad quendam locum
deducit, cui nomen Galbaath: ibiq; aliquandiu cum eo habitauit. Vt verò nun-
ciatum eſt Regi Dauidem apud prophetã agere, mittit armatos qui eum com- Saul armatos qui Dauidem ad ſe pertrahant, mittit, qui prophetare incipiunt, tandem ipſe quoq; eò properans, agere Prophetam incipit.
prehenſum ad ſe pertrahant. Qui poſtquam ad Samuelem venerunt, offendunt
eum in cœtu prophetarum: moxq; eodem ſpiritu afflati, & ipſi prophetare cœpe-
runt. Hoc audito Saulus alios eò mittit, Dauidem comprehenſuros. quibus cum
idem quod prioribus accidiſſet, rurſum alios mittit. cumq; tertij quoq; propheti-
co ſpiritu corriperentur: tandem ira impotens ipſe eò properat. iamq; non longè
ab eo loco remotus, priuſquam in conſpectum Samuelis veniret, eius opera &
ipſe prophetam agere incepit. Cumq; ad deſtinatum locum peruenisſet, alienatus
à mente, abiectoq; veſtitu nudus per diem ac noctem in conſpectu Dauidis &
prophetæ iacuit. Paulò poſt ad Jonatham Dauid peruenit, multa de patris 1. Reg. 20. Dauid Ionathæ de patris inſidijs conqueritur, Ionathas autem parentẽ excuſat.
eius inſidijs conquerens, quòd ſe nihil tale meritum totis viribus opprimere cu-
peret. Ille verò rogabat, ne vel ipſe hoc temerè ſuſpicaretur, vel alijs fortè ſug-
gerentibus talia facilè crederet: ſed ſibi ſoli fideret, cui compertum ſit nihil ma-
li patrem contra ipſum moliri: alioqui indicaturum eum ſibi fuiſſe, cum abſque
ipſius conſilio nihil agere ſoleat. Contrà Dauid iureiurando aſſeuerabat ſe ve-
ra dicere: obteſtabaturq;, vt mallet credere ac ſaluti amici proſpicere, quàm con-
temptis eius verbis tanquam vanis tum demum fidem habere, poſteaquam ex-
tinctum vel viderit vel audiuerit. Nam patrem talia conſilia ideo cum ipſo Dauid orat Ionathã, vt parentis erga ſe animum expiſcari & ſignificare velit.
non communicare, quòd non ignoret mutuam beneuolentiam quæ inter ipſos
intercedat. Quare triſtis quòd iam perſuaſus eſſet, percontatus eſt, qua nam in
re poſſet illi gratificari. Tum Dauid: Scio, inquit, quod benè mihi velis, & gra-
tificari cupias. Cras erit prima luna & ſolenne Regis conuiuium, cui me quoque
adhibere ſolet. quare ſi ita videtur extra vrbem in agro clam te præſtolabor.
tu verò cum requiſiuerit me. dic profectum in patriam Bethlema, vt interſim
feſto quod mea tribus celebrat: idq; permiſſu tuo factum. Quòd ſi, vt mos eſt,
de amicis, dixerit, feliciter profectus ſit, ſcito illum nihil mali aduerſum me
in pectore coquere. Sin autem aliter reſponderit, hoc erit tibi iniqui in me animi
argumentum. indicabisq; mihi rem, ita vt præſenti mea calamitate mutuaq;
noſtra amicitia dignum eſt, quam fide in hoc data & accepta dominus cum ſer-
uo tuo voluiſti inire. qua ſi me indignum aut erga parentem tuum iniurium
cenſes, nihil expectatis eius iuſsis iam nunc me tuo gladio confodito. Hæc vltima
verba grauiter ferens Jonathas, facturum ſe poſtulata promiſit, & ſi quid pa-
trem malè de ipſo cogitare deprehenderit, indicaturum. & quo maiorem ei fi-
dem faceret, educto ſub diuum iureiurando confirmat, nihil ſe non tentaturum Ionathas amicitiam cũ Dauide iureiurando confirmat.
quod ad ſalutem ipſius pertineat. Deus, inquit, qui hanc vniuerſitatẽ quàm latè
vides, implet ac moderatur, quiq; priuſquã eloquar mentẽ meã nouit, teſtis eſto
iniiti inter nos fœderis, quodq; non prius patris voluntatem ſcrutari deſiſtam,

CAP. XIIII.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

Quomodo Dauid aliquoties insidias Regis ægrè elapsus, bis tamen eum in potestatem suam redactum interficere non sustinuerit.

Dauid Palæstinos magna eorum edita strage vincit.

PER idem tempus Palæstinis bellum redintegrantibus, Dauid cum exercitu contra illos mittitur: breuiq; victor, magna eorum strage edita, ad Regem reuertitur. At non ita exceptus est ab eo, vt sperabat, vtq; post rem feliciter administratam excipi oportebat: sed successu mœstus, eius felicitatem periculosam sibi fore existimabat. Cumq; rursum intemperijs, vt antè agitaretur, accitum in cubiculum, in quo decumbebat, spiculum manu tenens, iussit psalmos ac hymnos incantare: & illo iussa exsequente, spiculum in eum iaculatus est. quod cum Dauid flexu corporis declinasset, domum refugit, ibiq; per totam eam diem mansit. Noctu verò misit Rex qui vsq; manè ades eius seruarent, ne clam elaberetur, vt in iudicium euocatum capitali sententia damnaret. Melcha autem eius vxor & Regis filia, vbi patris voluntatem cognouit, accurrit ad maritum, quanto is in periculo esset, ipsaq; vnà cum eo renuncians, quo sine viuere nec vellet nec posset. Caue, inquit, ne te sol hic deprehendat, aut nunquam posthac te videbit. sed fuge dum per nocturnas tenebras licet, quas Deus ad tuam salutem longiores faciat. alioqui scito, quòd si te pater inuenerit, sine mora est interfecturus. His dictis fune per fenestram demissum periculo exemit. deinde, parato lecto, tanquam ægrotanti, stragulis iecur caprarecens exemptum subiecit: diluculoq; venientibus, quos pater ad Dauidem miserat, ostendit lectum opertum, & quod palpitatione iecoris stragula moueri viderent, maritum ægrum anhelare persuasit, addens totam noctem inquietam eum exegisse. Quod vbi renunciatum est Regi, ea nocte in aduersam valetudinem incidisse, iubet sic vt erat eum afferri. omninò enim illi moriendum esse. qui cum reuersi ac retecto cubili artem muliebrem tandem deprehendissent, rem totam ad Regem deferunt. & cum pater expostularet quòd inimicum sibi eripuisset, excusationem verisimilem commenta est. Ait illum mortem sibi, ni pareret ac adiutaret, comminatum: itaq; venia se dignam

Saulus in Dauidem spiculum eiaculatur.



Michol Regis seruis, Dauidem ægrotare, persuadet.

Michol sese quod Dauidem eripuerit, excusat.

qua

qua hoc non ſponte fecerit, ſed neceſsitate compulſa. debere enim illi cariorem eſſe vitam filia, quàm inimici interitum. atq; ita veniam conſequitur. Dauid autem fuga elapſus peruenit ad prophetã Samuelem in Ramatha: eiq; rem omnem, quo erga ſe animo Rex eſſet, indicat, & quàm minimum abfuerit, quin ſpiculo ab eo traiectus fuerit: idq; cum neq; Regem vlla in re laſsiſſet, neq; in bello ſegniter aut improuidè ſe geſsiſſet, ſed fauente Deo cuncta ex ſententia confeciſſet. atq; hoc ipſum eſſe quod Saulum ad inuidiam ac odium magis excitaret. Propheta verò, cognita Regis iniquitate, relicta Ramatha Dauidem ad quendam locum deducit, cui nomen Galbaath: ibiq; aliquandiu cum eo habitauit. Vt verò nunciatum eſt Regi Dauidem apud prophetã agere, mittit armatos qui eum comprehenſum ad ſe pertrahant. Qui poſtquam ad Samuelem venerunt, offendunt eum in cœtu prophetarum: moxq; eodem ſpiritu afflati, & ipſi prophetare cœperunt. Hoc audito Saulus alios eò mittit, Dauidem comprehenſuros. quibus cum idem quod prioribus accidiſſet, rurſum alios mittit. cumq; tertij quoq; prophetico ſpiritu corriperentur: tandem ira impotens ipſe eò properat. iamq; non longè ab eo loco remotus, priuſquam in conſpectum Samuelis veniret, eius opera & ipſe prophetam agere incepit. Cumq; ad deſtinatum locum peruenisſet, alienatus à mente, abiectoq; veſtitu nudus per diem ac noctem in conſpectu Dauidis & prophetæ iacuit. Paulò poſt ad Jonatham Dauid peruenit, multa de patris eius inſidijs conquerens, quòd ſe nihil tale meritum totis viribus opprimere cuperet. Ille verò rogabat, ne vel ipſe hoc temerè ſuſpicaretur, vel alijs fortè ſuggerentibus talia facilè crederet: ſed ſibi ſoli fideret, cui compertum ſit nihil mali patrem contra ipſum moliri: alioqui indicaturum eum ſibi fuiſſe, cum abſque ipſius conſilio nihil agere ſoleat. Contrà Dauid iureiurando aſſeuerabat ſe vera dicere: obteſtabaturq;, vt mallet credere ac ſaluti amici proſpicere, quàm contemptis eius verbis tanquam vanis tum demum fidem habere, poſteaquam extinctum vel viderit vel audiuerit. Nam patrem talia conſilia ideo cum ipſo non communicare, quòd non ignoret mutuam beneuolentiam quæ inter ipſos intercedat. Quare triſtis quòd iam perſuaſus eſſet, percontatus eſt, qua nam in re poſſet illi gratificari. Tum Dauid: Scio, inquit, quod benè mihi velis, & gratificari cupias. Cras erit prima luna & ſolenne Regis conuiuium, cui me quoque adhibere ſolet. quare ſi ita videtur extra vrbem in agro clam te præſtolabor. tu verò cum requiſiuerit me. dic profectum in patriam Bethlema, vt interſim feſto quod mea tribus celebrat: idq; permiſſu tuo factum. Quòd ſi, vt mos eſt, de amicis, dixerit, feliciter profectus ſit, ſcito illum nihil mali aduerſum me in pectore coquere. Sin autem aliter reſponderit, hoc erit tibi iniqui in me animi argumentum. indicabisq; mihi rem, ita vt præſenti mea calamitate mutuaq; noſtra amicitia dignum eſt, quam fide in hoc data & accepta dominus cum ſeruo tuo voluiſti inire. qua ſi me indignum aut erga parentem tuum iniurium cenſes, nihil expectatis eius iuſsis iam nunc me tuo gladio confodito. Hæc vltima verba grauiter ferens Jonathas, facturum ſe poſtulata promiſit, & ſi quid patrem malè de ipſo cogitare deprehenderit, indicaturum. & quo maiorem ei fidem faceret, educto ſub diuum iureiurando confirmat, nihil ſe non tentaturum quod ad ſalutem ipſius pertineat. Deus, inquit, qui hanc vniuerſitatẽ quàm latè vides, implet ac moderatur, quiq; priuſquã eloquar mentẽ meã nouit, teſtis eſto iniiti inter nos fœderis, quodq; non prius patris voluntatem ſcrutari deſiſtam,

An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081.

Dauid Samuelis Regis erga ſeſe animum indicat.

Saul armatos qui Dauidem ad ſe pertrahant, mittit, qui prophetare incipiunt, tandem ipſe quoq; eò properans, agere Prophetam incipit.

1. Reg. 20. Dauid Ionathæ de patris inſidijs conqueritur, Ionathas autem parentẽ excuſat.

Dauid orat Ionathã, vt parentis erga ſe animum expiſcari & ſignificare velit.

Ionathas amicitiam cũ Dauide iureiurando confirmat.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

quàm compertum habuero, ecquid latentis odij aduersum te conceperit: & quicquid deprehendero, siue amicum, siue infensum, confestim tibi significabo. Nouit Deus, quòd ipsum tibi perpetuò propitium precor, vtq; semper tuas res prospe-ret, quemadmodum & nunc facit, & posthac facturus est. & siue pater meus, siue ego tibi aduerser, tu tamen ope illius nunquam non victor euades. Tu verò memor esto huius nostri affectus, & si me perire contingat, liberos meos serua, & mihi debitam gratiam in illos colloca. Post hoc iusiurandum Dauidem dimittit, iussum in certum agri locum secedere, in quo se exercere solebat. cognito enim patris animo, venturum se illuc vnà cum puero. & si, inquit, emissis tribus ad scopum iaculis, collecta puerum referre iussero: iacere enim ante ipsum: scito nihil triste à patre timendum. quòd si contrarium me dicere audieris, patrem quoque contrario modo affectum existima. vtcunque tamen ceciderit, ego dabo operam, ne quid tibi secus, quam velimus, accidat. Tu cum lætiora tempora venerint, fac memor sis horum, & liberos meos commendatos habeto. His Jonathæ promissionibus confirmatus Dauid ad constitutum locum proficiscitur. Sequenti verò die qua fuit nouilunium, Rex de more castè ac purè ad cœnam venit. cumq; filius Jonathas dexter illi accumberet, alterumq; latus Abenares exercitus imperator clauderet, videns Dauidis locum vacuum tacuit, suspicatus eum ideò abesse, quod à congressu vxoris non esset purus. sed cum ne postridie quidem adesset, sciscitatus est ex filio, qua de causa neq; tunc neq; hesterna die adfuisset, solennibus epulis Jessæi filius. Respondit ille profectum in patriam ad solennem tribus eius festiuitatem, commeatu à se impetrato. Quinetiam me, inquit, ad hoc epulum inuitauit: & si tibi idem videtur, ibo. nosti enim quanta beneuolentia hominem prosequar. Hic iam non amplius odium suum Saulus apud filium dissimulare potuit, & euidenter patuit quàm infesto esset in Dauidem animo. Jurgio enim adortus filium, desertorem eum patris ac hostem appellauit, sociumq; & adiutorem Dauidis. Nec pudere eum quòd nullo parentum respectu cum inimicis conspiret, & non possit induci vt credat nunquam securè regnaturos incolumi Dauide. simulq; iubet, vt hominem accersat, daturum debitum supplicium. cumq; filius quærere vellet, ob quam culpam eum capite plectere vellet, non iam intra verba iram continens proripuit se, & nactus alicunde spiculum impetum in filium fecit: perpetrasset q; impium facinus, ni intercursu amicorum fuisset cohibitus. atque ita manifestè malignum & infestum erga Dauidem animum apud filium prodidit, cum minimum abfuerit, quin suis ipsum manibus propter illum perimeret. Actum quidem regius filius è conuiuio profugus, oblitus epularum, tum suum periculum, tum amici iam neci destinati vicem dolens, in mœrore noctem exegit: & prima luce ante vrbem in agrum prætextu exercendi se, sed reuera, vt amico indicaret omnia, processit. peractisq; in iaculatione his quæ promiserat, ablegatoq; in vrbem comite puero, solitudinem nactus ad colloquium Dauidis properat. qui vt primum in conspectum est datus, procumbens ad eius pedes seruatorem suum salutauit. ille erectum à terra complectitur, atq; ita æquales duo in mutuis amplexibus hærentes iniquam sortem suam deplorabant, quæ illis suauissimam consuetudinem inuideret, & inuitissimos à se inuicem distraheret, quod illis morte nihilo mitius videbatur. ac vix tandem multis lamentis exsatiati obtestatiq; se inuicem, vt mutuæ fidei perpetuò memi-

Ionathas Dauidi signa Regis animum declarantia constituit.

Saul Dauidis absentiam sciscitatur, respõso Ionathas, Regis animum cognoscere cupit.

Saul malignũ in Dauidem animum prodit.

Dauidẽ Ionathas excusans, à parente spiculo petitur.

Ionathas è conuiuio profugit.

Ionathas & Dauid in agro conueniunt.

meminissent, digrediuntur. Inde Dauid fugiens infestissimum Regem, in oppidum Nabam ad Achimelechum sacerdotem peruenit: qui solum neq; famulitio stipatum, neq; amicis comitatum aduenisse videns, motus admiratione tanta solitudinis causam percontatus est. tum ille secreta mandata à Rege se habere dixit, ad quæ peragenda nullo comitatu opus esset. nam famulos in constituto loco sibi occurrere iussos. popposcit autem ab eo viaticum, sic enim & amici officium facturum, & ad præsens negocium opem collaturum, quo impetrato, armorum etiam aliquid petijt, aut hastam aut gladium. Forte autem aderat Sauli quidam seruus natione Syrus, nomine Doëcus, regiarum mularum curator. Pontifex verò negauit sibi esse quicquam armorum. esse tamen ibi Goliathi

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081. Hedio & Rufinus Cap. 13. 1. Reg. 21. Dauid Nabam ad Achimelechum sacerdotem peruenit.



gladium, quem occiso Palæstino Deo consecrauerat. Hoc accepto Dauid extra ditionem Hebræorum aufugit in Gittam Palæstinorum, apud quam regnabat Anchus. vbi agnitus à Regis ministris, & indicio ad Regem perlato, hunc esse Dauidem qui tam multa Palæstinorum millia neci dederit: veritus ne ab eo perimeretur, & periculum quod apud Saulum effugerat, apud hunc incideret, furorem ac rabiem simulat, ita vt ore spumam emitteret, & alia signa insaniæ præ se ferret, quibus morbo fidem apud Gittensium Regem astrueret. qui iratus famulis quòd mente captum hominem ad se adduxissent, iussit vt quam primùm eijceretur. Hoc pacto è Gitta cum euasisset, in tribum Judæ peruenit, & agens in spelunca quæ est in agro Adullamæ, misit ad fratres qui eos doceret, vbinam ipse moraretur. at illi cum tota cognatione se ad eum contulerunt, necnon & alij multi aut rerum nouarum cupidi, aut Saulum timentes, ad eum vltrò confluxerunt, operam suam ad omnem eius nutum offerentes. quorum numerus ad quadringentos creuit. quorum multitudine ac ope fretus, relicto eo loco, ad Moabitarum Regem proficiscitur, rogat q; hominem, vt parentes ipsius intra regni sui fines tantisper reciperet, dum res eorum in meliore statu collocarentur. Quo impetrato, & parentibus in magno honore apud Regem quamdiu illic manserunt habitis, ipse iussu propheta relicto deserto in tribum

Dauid Goliathi gladio accepto, in Gittã Palæstinorũ ad Anchum se confert.

Dauid Regem Anchum timens, furorẽ ac rabiem simulat. 1. Reg. 22.

Dauid ad speluncam Adullamæ peruenit, vbi illius tota cognatio nec non & alij multi ad eum se conferunt.

Dauid ad Moabitarum Regem proficiscens, parentes ei commendat.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

quàm compertum habuero, ecquid latentis odij aduersum te conceperit: & quicquid deprehendero, siue amicum, siue infensum, confestim tibi significabo. Nouit Deus, quòd ipsum tibi perpetuò propitium precor, vtq; semper tuas res prosperet, quemadmodum & nunc facit, & posthac facturus est. & siue pater meus, siue ego tibi aduersèr, tu tamen ope illius nunquam non victor euades. Tu verò memor esto huius nostri affectus, & si me perire contingat, liberos meos serua, & mihi debitam gratiam in illos colloca. Post hoc iusiurandum Dauidem dimittit, iussum in certum agri locum secedere, in quo se exercere solebat. cognito enim patris animo, venturum se illuc vnà cum puero. & si, inquit, emissis tribus ad scopum iaculis, collecta puerum referre iussero: iacere enim ante ipsum: scito nihil triste à patre timendum. quòd si contrarium me dicere audieris, patrem quoque contrario modo affectum existima. vtcunque tamen ceciderit, ego dabo operam, ne quid tibi secus, quam velimus, accidat. Tu cum latiora tempora venerint, fac memor sis horum, & liberos meos commendatos habeto. His Jonathæ promissionibus confirmatus Dauid ad constitutum locum proficiscitur. Sequenti verò die qua fuit nouilunium, Rex de more castè ac purè ad cœnam venit. cumq; filius Jonathas dexter illi accumberet, alterumq; latus Abenares exercitus imperator clauderet, videns Dauidis locum vacuum tacuit, suspicatus eum ideò abesse, quod à congressu vxoris non esset purus. sed cum ne postridie quidem adesset, sciscitatus est ex filio, qua de causa neq; tunc neq; hesterna die adfuisset, solennibus epulis Jessai filius. Respondit ille profectum in patriam ad solennem tribus eius festiuitatem, commeatu à se impetrato. Quinetiam me, inquit, ad hoc epulum inuitauit: & si tibi idem videtur, ibo. nosti enim quanta beneuolentia hominem prosequar. Hic iam non amplius odium suum Saulus apud filium dissimulare potuit, & euidenter patuit quàm infesto èsset in Dauidem animo. Jurgio enim adortus filium, desertorem eum patris ac hostem appellauit, sociumq; & adiutorem Dauidis. Nec pudere eum quòd nullo parentum respectu cum inimicis conspiret, & non possit induci vt credat nunquam securè regnaturos incolumi Dauide. simulq; iubet, vt hominem accersat, daturum debitum supplicium. cumq; filius quærere vellet, ob quam culpam eum capite plectere vellet, non iam intra verba iram continens proripuit se, & nactus alicunde spiculum impetum in filium fecit: perpetrasset q; impium facinus, ni intercursu amicorum fuisset cohibitus. atque ita manifestè malignum & infestum erga Dauidem animum apud filium prodidit, cum minimum abfuerit, quin suis ipsum manibus propter illum perimeret. Actum quidem regius filius è conuiuio profugus, oblitus epularum, tum suum periculum, tum amici iam neci destinati vicem dolens, in mœrore noctem exegit: & prima luce ante vrbem in agrum prætextu exercendi se, sed reuera, vt amico indicaret omnia, processit. peractisq; in iaculatione his quæ promiserat, ablegatoq; in vrbem comite puero, solitudinem nactus ad colloquium Dauidis properat. qui vt primum in conspectum est datus, procumbens ad eius pedes seruatorem suum salutauit. ille erectum à terra complectitur, atq; ita æquales duo in mutuis amplexibus hærentes iniquam sortem suam deplorabant, quæ illis suauissimam consuetudinem inuideret, & inuitissimos à se inuicem distraheret, quod illis morte nihilo mitius videbatur. ac vix tandem multis lamentis exsatiati obtestatiq; se inuicem, vt mutuæ fidei perpetuò memi-

Ionathas Dauidi signa Regis animum declarantia constituit.

Saul Dauidis absentiam scisitatur, respõso Ionathas, Regis animum cognoscere cupit.

Saul malignũ in Dauidem animum prodit.

Dauidẽ Ionathas excusans, à parente spiculo petitur.

Ionathas è conuiuio profugit.

Ionathas & Dauid in agro conueniunt.

meminiſſent, digrediuntur. Inde Dauid fugiens infeſtiſſimum Regem, in oppidum Nabam ad Achimelechum ſacerdotem peruenit: qui ſolum neq; famulitio ſtipatum, neq; amicis comitatum aduenisse videns, motus admiratione tanta ſolitudinis cauſam percontatus eſt. tum ille ſecreta mandata à Rege ſe habere dixit, ad quæ peragenda nullo comitatu opus eſſet. nam famulos in conſtituto loco ſibi occurrere iuſſos. poposcit autem ab eo viaticum, ſic enim & amici officium facturum, & ad præſens negocium opem collaturum, quo impetrato, armorum etiam aliquid petijt, aut haſtam aut gladium. Forte autem aderat Sauli quidam ſeruus natione Syrus, nomine Doëcus, regiarum mularum curator. Pontifex verò negauit ſibi eſſe quicquam armorum. eſſe tamen ibi Goliathi

An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081. Hedio & Ruffinus Cap. 13. 1. Reg. 21.

Dauid Nabam ad Achimelechum ſacerdotem peruenit.



gladium, quem occiſo Paleſtino Deo conſecrauerat. Hoc accepto Dauid extra ditionem Hebræorum aufugit in Gittam Paleſtinorum, apud quam regnabat Anchus. vbi agnitus à Regis miniſtris, & indicio ad Regem perlato, hunc eſſe Dauidem qui tam multa Paleſtinorum millia neci dederit: veritus ne ab eo perimeretur, & periculum quod apud Saulum effugerat, apud hunc incideret, furorem ac rabiem ſimulat, ita vt ore ſpumam emitteret, & alia ſigna inſaniæ præ ſe ferret, quibus morbo fidem apud Gittenſium Regem aſtrueret. qui iratus famulis quòd mente captum hominem ad ſe adduxiſſent, iuſſit vt quam primùm eijceretur. Hoc pacto è Gitta cum euaſiſſet, in tribum Judæ peruenit, & agens in ſpelunca quæ eſt in agro Adullamæ, miſit ad fratres qui eos doceret, vbinam ipſe moraretur. at illi cum tota cognatione ſe ad eum contulerunt, necnon & alij multi aut rerum nouarum cupidi, aut Saulum timentes, ad eum vltrò confluxerunt, operam ſuam ad omnem eius nutum offerentes. quorum numerus ad quadringentos creuit. quorum multitudine ac ope fretus, relicto eo loco, ad Moabitarum Regem proficiſcitur, rogatq; hominem, vt parentes ipſius intra regni ſui fines tantiſper reciperet, dum res eorum in meliore ſtatu collocarentur. Quo impetrato, & parentibus in magno honore apud Regem quamdiu illic manſerunt habitis, ipſe iuſſu propheta relicto deſerto in tribum

Dauid Goliathi gladio accepto, in Gittã Palæſtinorũ ad Anchum ſe conferꝛ.

Dauid Regem Anchum timens, furorẽ ac rabiem ſimulat. 1. Reg. 22.

Dauid ad ſpeluncam Adullamæ peruenit, vbi illius tota cognatio nec non & alij multi ad eum ſe conferunt.

Dauid ad Moabitarum Regem proficiſcens, parentes ei commendat.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1084.

Dauid ad Sarim oppidum peruenit. Saul Dauidẽ timet.

Iudæ se cum suis transtulit, apud Sarim oppidum se continens. Quod postquam ad Saulum delatum est, Dauidem cum armatorum manu esse conspectũ, in non mediocrem metum ac perturbationem Regem coniecit. Sciens enim eius magnanimitatem ac fortitudinem, aliquid magnum molituram suspicabatur, quod rebus Regis aut periculum, aut certè difficultatis ac laboris plurimum afferret.

Saulis ad amicos, Duces & tribules oratio, in qua Dauidem accusat.

conuocatisq; amicis & ducibus & vniuersis suis tribulibus ad regiam vrbem Gabam, sedens in loco cui nomen Aruum, adstante honoratissimo quoq; & toto satellitio, sic eos est affatus. Viri contribules, scio vos meminisse quantis à me affecti sitis beneficijs, & agris locupletati, & honoribus ac præfecturis aucti. Rogo igitur num plura & maiora munera à Iessæi filio exspectetis. scio enim vos omnes in illũ propensiores, initio facto à Ionatha filio, qui & vobis huius sententiæ autor est. non enim me latent clandestina inter illum & Dauidem icta fœdera: neque quòd consilio & opibus aduersariorum partes contra me adiuuat. Vos autem nihil hæc cura tangit, sed quieti, quò res euasura sit, exspectatis. Post

Doecus Saulo, se Dauidem in Noba apud Achimelechum vidisse, significat.

hæc Regis verba cæteris silentibus, solus Doëcus Syrus mularum regiarum curator respondit se vidisse Dauidem in Noba oppido, quò cum ad Pontificem Achimelechum venisset, ab eo de euentu rerum oraculum accepisse, adiutumq; commeatu & gladio Goliathi armatum, quò volebat deductum esse. Accitus est mox cum tota cognatione Pontifex: cui Rex, Qua nostra iniuria prouocatus excepisti Iessæi filium, & Regis insidiatorem armis atque commeatu instruxisti? aut cur etiam de futuris oracula ei reddidisti? Non enim ignorabas, quòd propter odium, quo familiam meam prosequitur, hinc aufugerit.

Saulus Achimelecho quod Dauide armis atq; cõmeatu instruxerit, exprobrat.

Achimelechi proditionis á Saulo insimulati apologia.

Pontifex autem nihil horum inficiatus, liberè fassus est hæc se non tam Dauidi præstitisse quàm ipsi Regi. Excepi, inquit, non vt inimicum tuum, sed vt fidissimum ministrum & tribunum, & (quod maius est) generum, ac propinqua necessitudine coniunctum. quis enim putaret eum, qui hoc honore à te dignatus sit, inimicum esse, ac non potius cum primis beneuolum? Consultus etiam de diuina voluntate, non nunc primùm ei respondi, sed aliàs quoque sæpenumerò. Cumq; se diceret à te missum ad arduum negocium properare, non suppeditare quæ requirebat, ad tuam magis quàm ad illius iniuriam pertinere iudicabam. Quare non est quod de me malè suspiceris, aut si quid noui nunc Dauidem moliri audiusti, ob exhibitam à me humanitatem, fauere me illi aduersum te cogites. in amicum enim ac generum & tribunum tuum collatum volui, quicquid officij in illum contuli. His verbis Saulus fidem habere noluit, quòd plus apud eum metus periculi valeret quàm excusatio quantumuis iusta. itaque circumdatum armatis cum tota familia iubet contrucidari.

Iniusta Achimelechi cum tota familia cædes.

cumq; illis religio esset viros Deo sacros ferro violare, Doëcum Syrum eam cædem perpetrare mandauit. qui assumptis ad hoc aliquot sui similibus facinorosis, Pontificem cum tota cognatione interfecit: quorum numerus erat trecenti octuaginta quinque. moxq; missi sunt à Rege Nobam sacerdotum oppidum,

Noba sacerdotũ oppidum, habitatoribus ad vnum occisis, incenditur.

qui contrucidatis ad vnum habitatoribus, nullo vel ætatis vel sexus respectu, postremò flammis eam deleuerunt: ex qua clade vnicus tantum Achimelechi filius, nomine Abiathar us seruatus est: idq; totum iuxta oraculum Dei Eli Pontifici olim redditum contigit, quo prædictum erat, propter filiorum iniquitatem eius posteritatem aliquando interituram. Rex autem Saulus tam sæuo facinore perpetrato, stirpe Põtificia internecione deleta, neq; teneram

Sup. lib. 5. cap. 11. 1. Reg. 2. & 3.

ætatem

Ante Christum An. mūdi 2883. natum 1081.

ætatem miseratus, neque grandæuos reueritus, insuperq; ciuitate quam patriam ac alumnam Sacerdotum & Prophetarum singulari priuilegio Deus elegerat, solo æquata, satis declarauit quàm prauum sit hominum ingenium. Tantisper enim dum humiles sunt atque plebeij, quia non audent, neque liberum est naturæ obsequi, æqui ac boni viri esse videntur, mirumq; quoddam iustitiæ studium præ se ferunt. quin & pietatem interea colunt, Deumq; omnibus actionibus nostris interesse, omnes denique cogitationes intueri persuasum habent. sed simul atque ad potentiam & imperium prouecti sunt, exutis pristinis moribus, & tanquam in scena mutato habitu, nouaq; persona assumpta, in omnem audaciam & insolentiam diuinarumq; æquè ac humanarum rerum contemptũ prolabuntur. & cum ad superandam inuidiam maximè illis opus est pietate & iustitia, cumq; omnes eorum non actiones solum, verum etiam voluntates in conspicuo sint omnibus propositæ, tum maximè tanquam aut dissimulante Deo, aut & ipso potestatem eorũ formidante, in subditos debacchantur. & quicquid aut per inanem metum, aut odium vel fauorem irrationabilem decernunt, id tum hominibus ratum, tum Deo quoq; ipsi probatum esse existimant: futurorum verò prorsus nullum nec respectum nec rationem habent. Quotquot enim in eorum gratiam plurimos labores exhauriunt, eos primum euehunt, deinde iam honoratos per inuidiam non solum dignitatibus priuant, sed per calumniã etiam sæpe opprimunt, non considerantes quàm meritò, tantumq; temerarijs delationibus absque vlla probatione fidem adhibentes: & sæuiunt non in quos oportet, sed in quos ipsis sæuire est facile. Hæc ita esse manifestum exemplum in Saulo Cisi filio nobis est exhibitum, qui primus post sublatam optimatum administrationem ac iudicum supremum magistratum Rex Hebræorum creatus, propter suspectum Abimelechum trecentos Sacerdotes & Prophetas interfecit: casosq; excidio vrbis obruit, & quantum in se fuit summi Dei fanum Sacerdotibus sacrisq; ministerijs orbauit, post tam numerosam cædem ne patriam quidem eorum & seminarium superesse passus. Abiatharus autem Achimelechi filius, qui solus generis sui superstes cædem Sacerdotum euaserat, ad Dauidem fuga delatus, familiæ cladem & patris interitũ ei renunciauit. at ille iam ante se hoc præsagiuisse dicebat, cum illic Doecum videret: facileq; suspicatum, calumniã Pontifici apud Regem struendam: ægerrimeq; ferebat quòd ipse tanti mali occasionem præbuisset, simulq; iussit, vt apud se maneret, quòd nusquam tutiores latebras inuenire posset. Per idem tempus cum indicatum esset Dauidi Palæstinos in Cillanorum agrum irrupisse, eumq; quantus est populari, decreuit illos adoriri, consulto prius Propheta, an Deus victoriam annueret: confirmatusq; oraculo, & cum sua cohorte hostem aggressus magna cæde repulit, prædasq; ex hostico egit, & Cillanis præsidio fuit dum fruges ex areis conueherent. Resciuit hoc maturè Saulus. nam rei feliciter gestæ fama contineri non potuit quin latè propagata ad regias quoq; aures permanaret, nõ sine ipsius Dauidis laude. Quo nuncio lætus Rex putauit se iam rem factã habere, audiẽs inimicũ se intra vnius oppidi mœnia conclusisse, & diuinitus hanc occasionem opprimendi eius datam dictitans, edicit populo vt Cillam propere circumuentã tam diu premant obsidione, donec Dauidem in potestatem redactũ interficiant. At ille oraculo admonitus, nisi maturè suis rebus cõsuleret, fore vt Cillani eius deditione ab ira Regis se redimant, relicta vrbe in desertũ se cum quadringentis armatis contulit, ibiq;

Exemplũ eius quod dicitur, honores mutant mores.

Abiathar manibus Sauli elapsus, Dauidi patris & Sacerdotum nunciat cædem.

Dauid Cillanos contra Palæstinorum incursiones defendit. 1. Regum 23.

Saulus Dauidem in cilla hærentem obsidere conatur.

Dauid oraculo monitus fugit.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

collem quendam munitũ insedit, nomine Engelain. Saulus autem cognito quòd Dauid non amplius apud Cillam esset, expeditionem eam omisit. Dauid verò ex deserto in Canam locum agri Zipheni se cum suis transtulit: quò etiam Ionathas Regis filius presto fuit salutaturus amicũ, & de futuris collocuturus. Hortabaturq́; eum vt benè speraret, néve præsentibus difficultatibus defatigatus cederet. omnino enim regnaturum eum, & vniuerso Hebræorum populo prafuturum. Tales autem felicitates non solere ocioſis contingere. Renouatisq́; fœderibus, & sancita sub Deo teste in omnem vitam amicitia, additisq́; diris execrationibus in eum qui prior à pactis recederet, illum eo loci reliquit, metu nonnihil ac solicitudine leuatum: ipse verò domum suam repetijt. Zipheni verò gratiam Regis captantes, certiorem eum faciunt, Dauidem in agro suo morari: pollicebanturq́; suam operam, vt in manus Regis traderetur. occupatis enim quibusdam faucibus, nullum reliquum illi fore effugium. Saulus verò hominibus collaudatis, gratiisq́; actis quòd inimicum sibi indicassent, cumulatè se illis beneficium repositurum pollicitus, misit qui diligenter quærerent Dauidem, omnesq́; deserti latebras perscrutarentur: dicens se breui cum exercitu secuturum. Atq; ita Zipheni duces se Regi ad perquirendum eum & comprehendendum obtulerunt, studium suum erga ipsum non indicio tantum declaraturi, sed omnibus viribus conando, vt in potestatem redactum Regi traderent. Sed non habuit successum iniqua eorum cupiditas, quibus cum nullum periculum ex silentio immineret, per adulationem & auaritiam virum pium & præter ius ad mortem quæsitum, Regi se tradituros erant polliciti. Dauid enim, cognita eorum malicia, simulq́; Regis aduentu, relictis locorum angustijs in quibus tum versabatur, euasit ad magnam petram quæ sita est in deserto Simonis. Nec Saulus destitit illum insequi. cognito enim inter eundum quòd superatis faucibus euasisset, ad alterum petræ latus peruenit: futurumq́; erat vt Dauid circumuentus comprehenderetur, nisi Rex trepidis nuncijs reuocatus esset, qui Palæstinos in ditionem eius hostiliter irrupisse adferebant. Satius enim iudicauit hos perpetuos ac germanos hostes vlcisci, agrisq́; suis, quò minus vastarentur, opem afferre, quàm studio capiendi inimici, regionem illis populandam prodere. atq; ita Dauid præter omnium opinionem seruatus, ad fauces agri Engadeni se contulit. Saulo autem post reiectos Palæstinos nunciatum est, Dauidem intra fines Engadenorum morari: moxq́; assumptis tribus armatorum millibus ex omni exercitu selectis, properè eos ad locum indicatum duxit. cumq́; non longè abesset, offendit speluncam longo recessu opacam, & in penitiore sinu latè patentem, in qua tum forte Dauid cum sua cohorte delitescebat: in eamq́; solus ad requisita natura se insinuauit. Animaduersum est id continuò ab vno è Dauidis comitibus, qui cum eum moneret tempus vltionis offerre Deum, nec esse negligendam occasionem tot erumnas finiendi, abscisso infestissimi Regis capite, laciniam tantũ Regij pallij præcidit: indignum ratus in proprium dominum sæuire, quem Deus ipse ad imperij fastigium electione sua prouexerat. nec enim par esse iniurijs certare cum eo, qui immeritum extinguere cuperet. Egresso deinde è spelunca Saulo, Dauid quoque in apertum progressus Regem inclamat, & cum ad agnitam vocem se conuertisset, ex more prius adoratum sic alloquitur. Quàm iniquum est Rex, te calumniatoribus patulas aures præbentem, & vanissimis hominibus fidem adhibentem, de amicis spectatis suspicari, quos ex ipsorum factis potius iudicare oportebat.

Dauid in Cœnã cum suis se confert, quò & Ionathas perueniens, eum consolatur, & fœdus cum eo renouat.

Zipheni Saulum, Dauidem in agro suo morari, certiorem faciunt.

Dauid cognito Regis aduentu fugæ sibi cõsulit.


Saulus Dauidem insequitur, eumq́; circumuentũ comprehendisset, nisi nuncijs reuocatus fuisset.

1. Regum 24. Saul Dauidem in Engadenorũ agro quærit, speluncam in qua Dauid cũ sua cohorte delitescebat, ingreditur.

Dauid laciniam Regij pallij præcidit.

Dauid Regi Saulo, q̃ sibi insonti insidias struat exprobrat.

oportebat. verba enim vel falsa possunt esse vel vera: sed nullum apertius de animo quàm ex factis argumentum potest colligi, quemadmodum nunc quoque iudicare potes, num temerè illis credideris, qui eius criminis me apud te reum fa- An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.



ciunt, quod ne in mentem quidem vnquã venit: & in tantum te exasperauerũt, vt nocte atq; die nihil magis quàm de mea pernicie cogites. An non vides vanissimã esse tuã opinionem, qua persuasus es me familiæ vestræ inimicum, tuæq; imprimis necis esse cupidum? Aut quibus oculis Deum putas immanitatem tuam aspicere, qui hominem ad cædem expetis, oblata vindictæ tali occasione tibi parcentem, quam ipse nactus nunquam elabi è manibus sinisses? Nihilo enim maiore negocio caput tibi præcidere poteram, quàm hanc vestis laciniam. Simulq; pannum protulit, qui verbis fidem astrueret. Ego certè ne iustæ quidem vltioni indulsi, & tu iniustas simultates contra me exercere non vereris. Sed horum Deus iudex erit, probabitq; vter nostrum æquioribus moribus sit præditus. Tum Saulus demirans è quanto periculo esset seruatus, modestiaq; iuuenis attonitus, ingemuit: similemq; gemitum referente Dauide, Rex se iustius gemere fassus est. Tu enim, inquit, multorum bonorum causa mihi fuisti, ego contrà tibi multarum calamitatum autor. Et nunc quoq; declarasti te à priscorum æquitate non degenerem, qui inimicos in solitudine adiniuriam expositos nacti, incolumes dimittere maluerunt. Itaq; hodie manifestè cerno regnum tibi à Deo repositum, & sub tuum imperium vniuersam Hebræorum gentem concessuram. quamobrem postulo vt iureiurando fidem mihi facias, te rerum potitũ obliuioni iniurias meas traditurum, & familiam meam saluam esse passurũ. pollicitus est id Dauid interposito iureiurando, atq; ita Regem in regnum remisit. In idem tempus mors Samuelis Prophetæ incidit, viri qui suo merito in maximo semper apud Hebræos precio fuerat: illustreq; virtutis ipsius ac suæ obseruantiæ populus testimonium edidit, dum defuncti exequias & sepulturam magnifico sumptu concelebrat: & postquam iusta exsoluit in Ramatha patria sepulto luctum in longum tempus prorogat, non quasi in publico mœrore, sed quasi ad vnum

Saulus suam malitiã & Dauidis innocentiam agnoscit, eumq; rogat, vt ad regnum euectus ipsius familiam saluam esse pateretur.

Samuelis mors & sepultura. 1. Regum 25.

An.mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

vnum quemuis propriè hæc orbitas pertineret. fuerat enim vir ad omnem iustitiam ac bonitatem à natura compositus, & ob has virtutes Deo longè acceptissimus. Præfuit populo post Elis Pontificis obitum primum solus annis duodecim, deinde Saulo regnãte annis decem & octo. cuius extremi dies in hæc vt dixi tempora inciderunt. In locis autem, in quibus tum Dauid versabatur, erat Ziphenus quidam in oppido Emma, vir locuples & multorum gregum dominus. habebat enim in pascuis ouium tria millia, & capras mille: ab his Dauid omnem

Nabali gregibus à Dauide parcitur.

iniuriam abstinuit, grauiter interminatus suis ne vel cupiditate, vel egestate, vel latendi spe impulsi quidquam violarent, sed pluris iustitiam facerent, & Dei voluntatem, cui nunquam placuerunt qui in alienas res manus auidas iniicerent. in hac disciplina suos continebat, putans se in hominem probum & sua beneuolentia dignum hoc officium collocare. Nabalus verò (hoc erat viro nomen) homo erat agrestis & malis moribus praditus, sed honesta ac prudentis & elegãtis mulieris maritus. Ad hunc Dauid pecora tondentem decem è suis misit salutatum, qui illi in multos annos eam felicitatem ominarentur: simulq; rogarẽt vt è facultatibus suis aliquid communicaret, cum è pastoribus intelligere posset, quòd longo iam tempore in solitudine versati adeò nihil detrimenti attulerint gregibus, vt custodes eorum fuisse potius videri possint. Quicquid autem in Dauidem contulerit, in hominem gratum ac memorem collaturum. Ad hæc postulata homo suo more nimis durè dedit responsum. Percõtatus enim quis esset Dauid, vt audiuit esse Iessæi filium, Nunc, inquit, fugitiui relictis dominis insolenter ac superbè se gerunt. Quibus renunciatis Dauid in iram accensus, quadringentis armatis assumptis, & ducentis ad custodiam impedimentorum relictis,

Dauidis legatis petentibus aliquid cõmeatus, durè respondetur à Nabalo.

Dauid contra Nabalum cũ quadringentis armatis proficiscitur.

(iam enim sexcentorum manum coëgerat) contra Nabalum proficiscebatur, iuratus quòd ea nocte & familiam eius & opes omnes esset euersurus. Neque enim se tam agrè ferre, quòd homo ingratus officij nihil rependeret, quàm quòd vltrò conuicijs se impeteret, nulla vnquam affectus iniuria. Interea quidam è seruis pastoribus ad heram suam, illius vxorem, venit nuncians quòd Dauid à marito eius modicum quiddam postulans non solum nihil impetrauerit, sed conuicijs etiam non ferendis sit appetitus, cum tamen in eam diem semper greges eius intactos præstitisset: eamq; insolentiam domini posse illi magnam aliquã calamitatem adferre. Hoc audito Abigæa (id nomen mulieri fuit) oneratis multis asinis, & varijs xenijs in sarcinas congestis, inscio marito & per temulentiã sopito, ad Dauidem properat: eiq; in vallis cuiusdam descensu contra Nabalum armatorum agmen ducenti fit obuiam. Quem postquam appropinquare vidit, de iumento desilijt, & prona in faciem adorabunda deprecata est ne verbis Nabali moueretur, qui reuera esset id quod vocabatur. Nabalus enim Hebræorum lingua vocatur insipiens. Excusabat q; se neminem eorum vidisse, qui ad maritum missi fuerant. Quare obsecro, inquit, da veniam, & age gratias Deo, qui per me tibi obstitit, quò minus humano sanguine manus polluas. Si enim incontaminatus à cæde permanseris, ipse pro te pœnas ab his, qui te læserũt, exacturus est. Quod enim Nabalum manet infortunium, inimicorum tuorum contingat capitibus. Tu verò propitius hæc mea munuscula admitte, & iram qua merito in maritum meum es commotus, in meam gratiam remitte. Decet enim clementia & humanitas eum, cui fata regnum destinauerunt. Ille verò muneribus acceptis, Profectò, inquit, Dei voluntate ad nos hodie venisti: alioqui crastinam

Abigæa Nabali vxor muneribus Dauidem placat.

Nabalus, fatuus.

nam diem non videres. iuraui enim me hac nocte domum veſtram ſubuerſurũ, & neminem ſuperſtitem relicturum ex familia hominis ingrati, ac in me meosq́; conſumelioſi. nunc verò Deus tibi in mentem immiſit, vt maturè occurrens furorem meum delinires. Nabalus autem tametſi propter te veniam nunc conſequitur, pœnam tamen non euadet, ſed ſui mores per aliam occaſionem perdent hominem. Hæc locutus mulierem dimiſit. Ea domum reuerſa offendit maritum cum æqualibus compotantem, iamq́; vino grauem, ideoq́; tum nihil eorum quæ geſſerat indicauit. ſequenti verò die poſteaquam ſobrio rem totam expoſuiſſet, in tantũ mœrorem eum coniecit, vt toto corpore ſideratus decima pòſt die mortem obiret. Quod vbi Dauidi relatum eſt, meritas pœnas Deo perſoluiſſe eum dixit. ſuapte enim malicia perditum, & vltioni ſubiectum, idq́; incontaminatis eius manibus qui iniuriam acceperat. Atque hoc quoque exemplo didicit, neminem ſceleſtum vindictam Dei poſſe euadere. nec humanas res à Deo neglectas ferri temerè: ſed bona bonis, & malis, quod illis dignum eſt, rependi. Moxq́;, miſſis ad vxorem eius nuncijs, acciuit eam in legitimum thorum coniugem ſibi inducturus. quæ profata priùs ſe indignam vt vel pedes eius contingeret, cum omni tamen ſuo paratu venit: & vxoris loco poſthac habita eſt, hunc honorem ab eo conſecuta tum propter modeſtiam bonosq́; mores, tum propter eximiã formæ gratiam. Habuerat autem Dauid & antea coniugem, ex Abeſaro oppido oriundam. Nam Melcham Sauli filiam priùs Dauidi nuptam pater Liſo Pheltiæ filio elocauit, in oppido Gethla habitanti. Nec ita multo poſt Zipheneorum quidam renunciant Saulo, Dauidem rurſum in eorum regione eſſe, & ſi velit adiutare, poſſe eum comprehendi. at ille cum tribus millibus militum eò proficiſcitur: & ſuperueniente nocte caſtra metatus eſt in quodam loco, cui nomen Sycella. Dauid autem cognito quòd Rex contra ſe cum armis veniret, ſpeculatoribus miſſis iußit vt ſe certiorem facerent, quonam vſq́; proceſſiſſet: cumq́; audiſſet eum eſſe apud Sycellam, noctu ignaris ſuis omnibus, duobus tantum comitatus, Abiſæo ſororis ſuæ Saruiæ filio, & Abimelecho Chetthæo, in caſtra hoſtium penetrat. Dormienteq́; Saulo & circum eum ſatellitio, ſimulq́; imperatore copiarum Abenero, in tentorium Regium inſinuatus, neq́; Regem agnito eius cubili ex ſpiculo interficere ſuſtinuit, neque Abiſæum accenſum ad facinus permiſit: ſed cohibuit admonitum nefas eſſe Regem diuino ſuffragio creatum interimere, quantumuis malum: eius enim eſſe in eum vindicare, qui regnum dediſſet. vtq́; aliquod ſignum eſſet, quòd nactus poteſtatem Regis opprimendi non eſſet ea vſus, ablato ſpiculo & lecytho aquali, quæ iuxta cubile ſita erant, nemine ſentiente caſtra exiuit, intrepidè & quaſi per ocium inter ſopitos verſatus, partim nocturnis tenebris partim audacia propria fretus. transgreſſusq́; torrentem, & conſcenſo montis vertice, vnde facilè poterat exaudiri, inclamatis Sauli militibus & Imperatore eorum Abenero è ſomno eos excitat. & cum Imperator nominatim appellatus ſcitaretur quiſnam eſſet qui ſe vocaret, ſic reſpondit, Dauid ego ſum Jeſſæi filius, à vobis profugus. Sed quî factum eſt, vt tu vir tantus & inter amicos Regios maximè honoratus, tam negligenter domini corpus cuſtodias, vt dormire malis quàm curam ſalutis eius gerere. Capitalem enim culpam admiſiſtis, qui paulo antè quoſdam è noſtris clam in caſtra Regia ſubrepentes non ſenſiſtis. Vide igitur quonam deuenerit ſpiculum Regium, & aqua lecythus: & diſce quantum flagitium ſit commiſſum. Saulus au-

An. mũdi 2883. Ante Chriſtum natum 1081.

Dauid à propoſito Nabalum euertendi deſiſtit.

Nabal in tantũ ſe cõiicit mœrorem, vt toto corpore ſideratus mortem obiret.

Exemplũ prouidentiæ diuinæ, nullũ ſceleſtum Dei vindictã euadere.

Dauid Abigæam Nabali viduam ducit.

Saul Melcham priùs Dauidi nuptam alij elocat.

2. Regum 26.

Zipheni rurſum Dauidem in eorum eſſe regione Saulo renũciat.

Dauid cum duobus in hoſtium caſtrã penetrans Sauli ſpiculũ & lecythũ aqualem aufert.

Dauid Sauli Imperatori Abenero quòd Regium ſpiculum & aquæ lecythum auferri paſſus ſit exprobrat.

An. mũdi 2883. Ante Christum natum 1081.

tem agnita Dauidis voce, & cognito quòd adeptus eum à somno & custodum negligentia proditum, non tamen interfecit, cum id iure suo facere potuisset, gratias se illi habere pro salute concessa professus est. hortabaturq; vt bono esset animo, nihilq; mali in posterum timens, ad proprias ædes reuerteretur. Compertum enim habere, non sibi ipsi salutem suam cariorem esse quàm Dauidi. Se enim seruatorem suum, hominem spectatæ per multa officia beneuolentiæ, in exilium actum, & sæpe in capitis discrimen adductum, amicorumq; consuetudine orbatum persequi non desistere. illum verò pro hostili infectatione salutem sibi reponere. Tum Dauid iussit vt mitteret qui spiculum & lecythum reportarent, hoc attestatus, quod Deus futurus esset vtriusq; naturæ & morũ ac gestorum iudex cui notũ esset quòd ea quoq; die pepercisset inimico, quem in manu erat interficere. Atque hoc modo Saulus iam iterum clementia Dauidis incolumis è manibus emissus, retro in Regiam se recepit. Cæterum Dauid veritus ne si diutius in eis locis hæreret tandem comprehenderetur, consultius putauit in Palæstinã transire, & illic degere: quod cum cæteris quoque visum esset, vnà cum sexcentorum manu ad Anchum se contulit Regem Gittæ vnius è quinque eius gentis ciuitatibus: vbi domicilio accepto à Rege cum duabus vxoribus Achima & Abigæa habitauit. Saulus autem cautior factus posthac destitit contra eum aut proficisci aut militem mittere, videns id sibi iam bis malè cessisse, minimumq; abfuisse quin captando caperetur. Dauidi autem non placuit in vrbe Gitta manere, sed petijt à Rege vt ad pristinam erga se hospitalitatem hoc quoque adyceret, & agri partem ad incolendum ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra mœnia morando oneroſus Gittensibus videatur. annuit eius precib. Rex, & vicum quendam nomine Secellam ei donauit, quam Dauid postea regnum adeptus adeo dilexit, vt suam & posterorum priuatam possessionem in perpetuũ esse voluerit: qua de re aliàs fusius dicturi sumus. totum autem tempus quo Dauid apud Secellam vixit, fuerunt menses quatuor, additis viginti diebus. ex eo loco clancularijs excursionibus Palestinæ gentis vicinos sibi Saritas & Amalecitas infestabat, magnas iumentorum & camelorum prædas abigens. mancipia enim non abstrahebat, veritus ne horum indicio res ad Anchum Regem perferretur. De manubijs autem munera mittere ad Regem solebat. quo percontante vnde eas prædas ageret, meridionalem Iudæorum regionem campestrem incursare se respondens, Regi facile persuasit vt crederet quod verum esse vehementer cupiebat. sperabat enim Dauidem si hostiliter gentem propriã tractasset, præcluso reditu semper posthac obnoxium se habiturum. Et parabatur tum bellum in Hebræos communi Palæstinorum decreto, indicto omnibus eius nominis socijs die ad conueniendum in Rengam, vbi collectum exercitum Anchus in hostem ducturus erat: & inter cætera auxilia Dauidem cum sexcentorum cohorte euocauerat. quo promptè operam pollicente, & dicente adesse tempus referendæ hospitalis gratiæ, Rex contrà quò magis eum sibi deuinciret, promisit se eum re benè gesta in summo apud se honore habiturum, & satellitio suo præpositurum.

Saulus Dauidem collaudat, vtq; bono esset animo, & ad proprias ædes reuerteretur hortatur.

Dauid Saulo innocẽtiam suam declarat.

1. Regum 27. An. mũdi 2889. Ante Christum natum 1705.

Dauid cũ sexcentorũ manu & duab⁹ vxoribus in Palæstinã ad Anchum Gittæ Regẽ se confert.

Saul contra Dauidem proficisci desistit.

Dauid à Rege petit vt agri partem ad incolendũ ei cum suis attribueret, Rex Secellam ei donat.

Dauid Saritas & Amalecitas excursiomb⁹ infestat, de manubijs munera Regi mittit, eique meridionalem Iudæorum Regione se incursare persuadet.

Hedio & Ruffinus cap 14. 1. Regum 28. Palæstini in Hebræos bellu parant. Anchus Dauidem cũ sexcentorum cohorte euocat.

Hebræi

CAP. XV.

Hebræi à Palæstinis magno prælio vincuntur, in quo Saulus Rex vnà cum filijs fortiter pugnans occubuit.

An. mũdi 2890. Ante Christum natum 1074.

SAVLVS autem è regno suo diuinos omnes & ventriloquos ac ariolos cæterosq; similis vanitatis homines eiecerat, solis Prophetis retentis: cumq; audisset Palæstinos Sonnam vsq; vrbem progressos castra ibi metatos, & ipse cum suis copijs illuc occurrit: & iuxta montem quendam Gelboe dictum castra è regione hostium posuit. vbi no mediocris trepidatio illum incessit, reputantem hostilem exercitũ viribus longè præcellere: qua de re solicitus ad oraculum Dei confugit, euentum prælij sciscitans. Deo autem silente, magis etiam territus, prorsus animũ despondit, præsagiens cladem imminere, posteaquam Deus præter solitum auxiliatricem manũ subtraheret: quæri nihilominus imperat mulierculã quampiã ventriloquam, & manes elicere callentem, quò vel sic rerum euentum præsoscere. nam ventriloquorũ genus euocatis defunctorũ animabus per eas futura sciscitantibus prædicunt. cumq; indicio cuiusdam familiaris sui comperisset esse talem mulierculam in oppido Endoro, ignaris omnibus, mutato regio habitu; assumptisq; duobus fidissimis famulis, ad Endorum & mulierem fatidicam proficiscitur: rogatq; eam vt diuinet, educatq; ad superos animam viri, cuius ipse voluerit. illa autem repugnante & negante se edictum Regis contemptura̅m, qui hoc diuinaculorum genus à suo regno arceat: & obtestante ne nulla iniuria lacessitus insidias sibi strueret, quò deprehensa vetitas artes attrectare ad supplicium raperetur: iurauit neminem hoc rescieturũ, neq; se responsum cum alijs cõmunicaturum, sed fore eam extra omne periculũ. Vt verò iureiurando persuasa est nõ timere, iussit eam Samuelis animam excitare. qua cum nesciret quisnam fuisset Samuel, ab inferis hunc euocat. quo in conspectum veniente, mulier specie viri diuina & veneranda perterrita ac stupefacta, versa ad Regem, nónne, inquit, tu es Saulus Rex? hoc enim ex Samuele didicerat. Quo annuente & rogante trepidationis causam, ait se videre ascendentem virum diuina quadam specie præditum. percontante deinde qua effigie, quóue habitu esset ac ætate, ait senem esse venerandum, habitu Sacerdotali amictum. Agnouit Rex Samuelem esse, & procidens adoratione salutauit. anima autem Samuelis interrogante quam ob causam se elici ac suis moueri sedibus iusserit, necessitate se huc adactũ cõquestus est. imminere enim grauem hostium exercitum, & se inopem esse consilij destitutũ à Deo, neq; per vates, neque per somniorum visiones futura præsignare dignante. quapropter ad eum se confugisse, cui res suas semper curæ fuisse sit expertus. Samuel verò adesse iam Regi extremũ vitæ diem prauidens, superuacaneũ r espõdit ex ipso futura scitari, cum à Deo destitutũ se agnoscat. Audi tamen, inquit, infatis esse vt Dauid assumpta regia dignitate bellum ex sententia cõficiat. tè verò & principatũ & vitã simul amittere, eò quòd in bello, quod cõtra Amalecitas gessisti, obediens Deo nõ fueris, &, qua tibi per me etiã tum viuum mãdauit, neglexeris. Scito igitur & exercitum tuum ab hoste profligandum, & te vnà cũ filijs in prælio cadentem cras mecum futurũ. His auditis Saulus obmutuit præmœstitia, & in humum collapsus est, siue ob subitaneam tristitiam viribus deficientibus, siue ob inediam, quòd ea nocte ac præterita die corpus cibo recurare neglexisset. tandem cum agrè ad seipsum redisset, mulier vrgebat eum vt cibũ sumeret,

Saulus è regno ventriloquos ac ariolos eijcit.

Saulus Palæstinos cũ copijs aduentare audiens ad oraculũ Dei confugit.

Saulus Endorum ad mulierem fatidicam proficiscitur.

Saulus Pythonissam Samuelis animã excitare iubet.

Saulus Samueli de necessitate sua conqueritur, eumq; consulit.

Samuelis anima Saulo visa belli cum Palæstinis euentũ prædicit.

Saulus ob subitaneã tristitiam, viribus deficientibus in humũ collabitur.

An.mũdi 2890 Ante Christum natum 1074.

hanc gratiam ab ipso reposcens officij, quod per interdictas artes non sine suo periculo poscenti præstiterat, priusquam sciret hunc ipsum esse qui interdixit. pro quo beneficio hoc tantum reposcebat, vt mensa apposita vires refoueret, quo ad exercitũ redire valeret. resistentem verò & cibũ omnem præ desperatione auersari pergentem, tantũ non adegit improbis precibus vt assentiretur. cumq; vnicum haberet vitulũ domi à se educatum mulier quotidianis operis victũ sibi parans, & nihil præterea possidens, hoc mactato carnes coctas ipsi & famulis apposuit. Saulus verò eadem nocte in castra est reuersus. Mirari succurrit hoc loco mulieris huius comitatem ac liberalitatem, quæ tametsi à Rege artem exercere vetita qua victum parare assueuerat, hominem nunquam antè visum, immemor totam alendi se rationem per hunc sibi ademptã, non auersata est vt hospitem & ignotũ, sed cõmiserata & consolata ad fastiditũ cibum sumendũ adhortata est: & quod solum mulieri pauperi superfuit, promptè ac libenti animo apposuit, nec gratiam pro beneficio rependens, nec officio fauorem Regis captans, quem iamiam morituru præsciebat: cum tamen homines natura ita comparati simus, vt tum demum officiosos esse libeat, quando aut pro meritis gratia est rependenda, aut ipsi demereri quempiam cupimus, quem cumulatè aliquando beneficium repositurũ speramus. Egregium igitur exemplar beneficentiæ nobis exhibuit, ostendens nihil esse potius quam in necessitate constitutos subleuare, nihil quod hominem magis deceat, nihil quod Deum æquè conciliet, & ad benefaciendũ nobis prouocet. atq; hæc de muliere illa dixisse sufficiat. Nunc aliã quandã admonitionem scriptis meis iuuat inserere, cum populis ac gentibus profuturã, tum præcipuè viris eximijs & ad gloriã natis incitamento futurã ad virtutem: quandoquidem hæc sola in sempiterna memoria sui cultores collocare valens, magnum calcar ad honesta studia tam Regibus gentium, quàm ciuitatum magistratibus debet subdere, vt contemptis periculis atq; etiam certa morte, nihil durũ pro patria subire ac sustinere subterfugiãt. Quod vt faciã opportunè Saulli Hebræorum Regis illustre exemplum flagitat. Hic enim licet futuri gnarus, & de obitu suo præmonitus à Propheta, noluit tamen eum vitare, & ob vitæ cupiditatem exercitum hosti prodere, atq; hoc modo Regiam maiestatem dehonestare: sed cum liberis totaq; familia periculo se obijciens, pulchrum existimauit in prælio pro suo subditis imperio pugnando cadere, & filios in eiusdem laudis societatem assumere potius quàm superstites relinquere, incertum quales nam futuros. Sic enim existimauit, loco posteritatis perpetuam laudem & immortalem memoriam sibi futuram. Quamobrem hic mihi verè iustus & fortis ac prudens fuisse videtur, & si quis huic similis fuit aut futurus est, huic virtutis testimonium ab omnibus reddi æquum censeo. Nam illos qui cum certa victoria incolumitatisq; spe bellum aggrediuntur, posteaquam magnificum aliquid gesserint, non censeo meritò fortitudinis titulis insigniri ab historicis alijsq; scriptoribus. Sed quamuis & illis sua laus debeatur, soli tamen generosi ac fortes periculorumq; contemptores iure dici possunt, qui Saulum æmulantur. Quid enim magni est communem martis aleam subire, & inter spem ac metum fluctuando, si fortuna affulserit fauore eius vti? contrà nihil lætum sperantem, & præscium quòd necesse sit in pugna cadere, intrepidè tamen & imperculso animo fato minanti occurrere, id verò generosi & verè fortis viri facinus ego censeo. Hæc est Sauli nostri laus, qui exemplo est omnibus veræ gloriæ amatoribus, vt si honesti

Pythonissa Saulũ vt mensa apposita vires refoueret adigit.

Exemplum comitatis ac liberalitatis in Pythonissa.

Iosephus Regẽ Saulum tanquam insignem & infractum Heroem sese cũ tota familia periculo obijcientem, futuri præsertim gnarum, laudat.

neſti apud poſteros nominis rationem habent, idem ſibi, ſi quando vſus veniat proponant: in primis autem Regibus, quibus propter fortunæ ſublimitatem adeò non licet eſſe ignauis, vt turpe ſit etiam mediocritatem fortitudinis non excedere. Poſſem quidem etiam plura in hoc argumento de Sauli generoſitate dicere, verum ne videar immodicus, eò vnde digreſſi ſumus reuertar. Palæſtinis copias vndique contrahentibus, delectuq́ per ſingulas gentes ac regna & ſatrapias habito, nouiſſimus venit cum ſuo milite Rex Anchus, quem ſecutus eſt Dauid cum ſexcentorum cohorte. quem vbi viderunt Palæſtinorum duces, percontabantur Regem vndenam venirent Hebræi, aut à quo vocati. Is reſpondit Dauidem iram domini ſui Sauli fugientem, à ſe exceptum, nunc vt gratiam hoſpiti referat, vtq́ de Saulo vindictam ſumat, in auxilium veniſſe. at illis non probabatur, quòd veterem hoſtem in auxilium acciuiſſet: ſuadebantq́ vt eum retrò remitteret, ne fortè cladem aliquam ipſis afferat. facilè enim habiturum occaſionem reconciliandi ſe domino, ſi hoſtibus eius detrimentum aliquod attulerit. Quare proſpiciendum eſſe in futurum, Dauidemq́ cum ſua cohorte ad agros à Rege illi aſſignatos remittendum. Hunc enim eſſe illum Dauidem virginibus cantatum quòd plurima Palæſtinorum millia deleuiſſet. Viſum eſt Regi quoq́ Gittæ rectè illos monere: moxq́ accito Dauide, equidē, inquit, fidem tuam ac virtutem compertam habens ſociū huius expeditionis te aſſumpſi, ſed cæteris ducibus hoc non probatur. quare confeſtim agrū, quem tibi donaui, repete, nihil de voluntate noſtra dubitans: & illic eſto præſidio meæ regioni, ne interim, dum cum exercitu abſum, hoſtes aliqui eam per occaſionem inuadant. hoc enim pacto non minus amici ac ſocij præſtiteris officium. Paruit Dauid, & ad Sicellam ſe recepit. Sed interim dum Palæſtinorum caſtra ſequeretur, Amalecitarum gens expugnata & incenſa Sicella, prædaq́ tàm inde quàm ex vicinis Palæſtinorum agris abacta, in ſuam regionem reuertebatur. Dauid autem vicum ſuum vaſtatum inueniens, omnibusq́ direptis vtranq́ etiam vxorem abductam, et pari modo commilitonum vxores ac liberos cum cætera præda abactos, doloris impatiens ſcidit veſtimenta ſua: & adeò huic calamitati ſuccubuit, vt non prius flere ac lamentari ſuam & ſuorum vicē deſineret, quàm lacrymæ eum deficerent. nec multum aberat quin ab iratis ob iacturā coniugum & liberorū militibus ſaxis impeteretur, quòd in ipſum cauſam tanti mali reijcerent. Poſt quā autem à mœrore ſe recollegit, & animam ad Deum erexit, rogauit Pōtificem Abiatharum, vt ſumpto ſacerdotali amictu Deum conſuleret, & oraculū referret, num Deus conceſſurus ſit aſſecuto Amalecitas vxores ac liberos recipere, pœnasq́ de hoſte ſumere. Pontifice verò iubente perſequi aſſumptis ſexcentis armatis quantū potuit per veſtigia hoſtium properauit. cumq́ ad torrentem quendam nomine Baſelum peruenisſet, incidit in quendam Ægyptium errantem, iamq́ inopia & fame deficientem, qui toto triduo per deſertum impaſtus oberrauerat. hunc cibo & potu prius refocillatū, rogat cuius eſſet, & quanatione. is reſpondit ſe Ægyptium genere, à domino relictum in itinere, quòd propter languorem non poſſet agmen conſequi eorum, qui vaſtata Sicella finitimisq́ locis domum ſe recipiebant. Itaque hoc ductore Dauid vſus ad perſequendos Amalecitas, aſſecutusq́ eos in terram proiectos, & partim prandium ſumentes, partim iam temulentos, & rebus ex præda quæſitis ſe oblectantes, ex improuiſo irruens magnam eorum ſtragem edidit. Inermes enim & nihil tale expectantes, & epulis tantum

An. mūdi 2890 Ante Chriſtum natum 1074.

1. Reg. 29.

Anchus ſecum Dauidem contra Hebræos educit, qui a Palæſtinorum Ducibus reprobatur.

Anchus Dauidem remittit.

Amalecitarum gens expugnata & incenſa Sicella, prædam abegerunt.

Dauid Deum conſulit, num ab Amalecitis vxores ac liberos recipere ſit conceſſurus.

Dauid Aegyptio ſeruo ductore, Amalecitas aſſequitur.

Dauid in Amalecitas irruit, magnam eorum ſtragem edit, omnemq́ prædam recuperat.

An. mūdi 2890 Ante Christum natum 1074.

ac compotationibus intenti, facilè ab armatis cõficiebantur. alij enim instructis mensis accubantes, cruore appositos cibos inundabant, alij propinantes sibi inuicem opprimebantur, nonnulli verò somno iam ac vino sopiti: & si qui se interim armare potuerunt, non multo maiore negocio quàm cateri cadebantur. durauit enim ea cades à prandio vsq; ad vesperam, vt ex omnibus Amalecitarum copijs agrè quadringenti celeritate camelorum ab internecione sint exempti. cæterùm præda omnis est recepta, vxoresq; tàm ipsius Dauidis quàm commilitonum. Remetientes autem iter postquã ad eum locũ peruenerunt, vbi ducentos minus expeditos ad custodiam impedimentorũ reliquerãt, quadringenti illi nolebant eos in præda partem admittere, quòd per ignauiam in persequendo hoste delassati fuissent, aiebantq; contentos esse oportere receptis vxoribus ac liberis. Hanc eorum voluntatem iniquam Dauid pronunciauit. Par enim esse, vt victoria diuinitus concessa, receptisq; ex hoste spolijs, vniuersi milites ex æquo fruerentur, maximè cum reliqui impedimenta interim asseruauerint. & ex eo præiudicio mos in posterum obtinuit, vt tantundem ex præda cederet ijs qui pugnæ interfuerunt, & ijs qui interim circa impedimentorum custodiam sunt versati. Reuersus deinde Sycellam Dauid, per totam tribum Judæ partes ex præda ad amicos & familiares misit. atq; in hunc modum circa Sycellam & in persequendis Amalecitis res gesta est. Interea Palæstini acri prælio cum hoste congressi & superiores facti, plurimos ex aduersa acie sternunt. ibi Saulus & filij contra hostem egregiè certantes, & hoc tantum agentes ne inulti caderent, vtq; honestis vulneribus confecti luctuosam hosti victoriam relinquerẽt, totam vim hostium in se conuerterunt: & circumuenti multitudine, magna circa se strage Palæstinorum edita postremò & ipsi hostium telis sunt obruti. fuerunt autem Sauli filij, Jonathas, Aminadabus & Melchisus. post quorum casum vniuersus He-

Dauid custodes impedimentorum, obstrepentibus pugnæ socijs, in prædæ partem admittit.

1. Reg. 31.

Saulus cum filijs in Palæstinorũ pugna, reliquo exercitu fuso fugatoq; cadit.



braorum exercitus profligatur: dumq; nullo ordine trepidi fugiunt, instantibus à tergo barbaris ingens cades est perpetrata. Saulus quoq; stipatus suorum caterua fugiebat: in quem Palæstini immissis sagittarijs & iaculatoribus, omnes paucis

paucis exceptis confixerũt. ipſe verò poſt multa fortia facinora edita, grauatus vulneribus, vt iam nec ſubſiſtere, nec ſibi ipſe manus inferre valeret, obſecrauit armigerum vt ſe ferro transfigeret, priuſquam viuus in hoſtium poteſtatem fieret. quod cum armiger ob maieſtatis reuerentiam detrectaret, ipſe admoto ad pectus proprij gladij mucrone in eum incubuit. & cum deficientibus viribus traijcere ſe non poſſet, circumſpiciens iuuenem proximum rogat, quiſnam eſſet: auditoq; eſſe Amalecitam, orat vt ſe iuuaret efficere, quod ipſe ſuis manibus non quiret. qui poſtquàm eius optata exſecutus eſt, ademptis aureis armillis & corona inſigni regio, quantum potuit feſtinus inde ſe proripuit. armiger autem regius conſpecta Sauli nece, ipſe quoque ſe iugulauit. pari modo & vniuerſum eius ſatellitium vnà cum domino ſuo cecidit, circa montem qui nominatur Gelboe. Qua clade audita ab Hebræis qui vallem vltra Iordanem ſitam habitant, quique campeſtres vrbes tenent, quòd Saulus Rex cum filijs & exercitu in prælio cecidiſſet, relictis ſuis oppidis in munitiſſimas quaſque vrbes confugerunt: quæ Palæſtini deſerta nacti, facilè occupata ipſi poſthac incoluerunt. Die verò quæ prælium proximè conſecuta eſt, dum cæſorum cadauera ſpoliant, inciderunt in Sauli filiorumq; eius corpora, quibus exutis capita etiam præciderunt: & dimiſſis in hoc per totam ſuam regionem certis hominibus, hoſtes cecidiſſe nunciauerunt: quorum arma in templo Aſtartes dedicauerunt, porrò corpora eorum circa mœnia vrbis Bethſanæ, quæ nunc eſt Scythopolis, crucibus affixerunt. Quod poſteaquam auditum eſt in Jabiſſa vrbe regionis Galaditidis, truncata eſſe Sauli ac filiorum cadauera, rem indignam rati eos extremo exſequiarum honore fraudari, aliquam multi fortiſſimi & audaciſſimi egrediuntur, (alit enim hæc vrbs homines robuſtos ac feroces) factoq; per totam noctem itinere, ad Bethſanæ mœnia peruenientes, demptis Sauli & filiorum corporibus Jabiſſam ea deportauerunt, nemine hoſtium arcere eos aut aggredi propter virtutem ipſorum audente. Jabiſſeni autem populariter eos deploratos in celeberrimo agri ſui loco ſepeliuerunt, & indicto ob Regis & filiorum cædem luctu ac ieiunio dierum ſeptem, in lamentis & planctu eos exegerunt. Hic finis fuit Sauli iuxta Samuelis vaticinium, propterea quòd mandata Dei de bello contra Amalecitas gerendo non eſt exſecutus, & quia trucidato cum tota cognatione Achimelecho Pontifice, vrbem quoque Pontificalem ſubuertit. Regnauitq; viuente Samuele annis decem & octo, & poſt mortem eius annis viginti: quo tempore exacto, eum quem diximus vitæ finem eſt ſortitus.

An. mũdi 2890 Ante Chriſtum natum 1074.

Saulus ſeipſum interficere molitur, eumq; iuuenis Amalecita iuuat.

Hebræi vallem vltra Iordanem ſitam habitantes, relictis ſuis oppidis in munitiſſimas vrbes confugiunt.

Palæſtini Sauli filiorumq; corpora crucibus affigunt.

Ciues in Iabiſſa, Sauli & filiorum cadauera dempta ſepeliunt.

Saulus regnauit annis 38.

FLAVII

An. mũdi 2891. Ante Christum natum 1073.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEPTIMVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI VII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Dauid apud Hebronem vnius tribus Rex creatur, in reliquis Sauli filius paternum regnum obtinet.
II. Ieboſtho amicorum inſidijs interfecto, vniuerſum regnum ad Dauidem deuenit.
III. Dauid in captis Hieroſolymis Chananæos inde populariter eijcit, vrbemq; Iudæis victoribus inhabitandam tradit.
IIII. Dauid Palæſtinorum bello impetitus, apud Hieroſolyma victoriam illuſtrem conſequitur.
V. Dauid ſubactis finitimis gentibus tributa illis imponit.
VI. Damaſceni à Dauide vincuntur.
VII. Quomodo Dauid Meſopotamios deuicerit.
VIII. Quomodo per inteſtinum familiæ diſſidium, Dauid à filio regno pulſus fuerit.
IX. Abſolonij contra patrem profecti, cum exercitu interitus.
X. Dauidis iam in regnum reſtituti ſtatus felix.
XI. Dauid ſe viuente Solomonem filium ſuum regnum auſpicari voluit.
XII. Mors Dauidis, & quantum filio ad ſtructuram templi reliquerit.

CAP. I.

Dauid apud Hebronem vnius tribus Rex creatur, in reliquis Sauli filius paternum regnum obtinet.

2. Reg. 1. Amalecita Dauidi Regem Saulum cæſum nunciat, & eius cædis argumenta armillas aureas & inſigne regium affert.

HOc prælium in eum diem incidit, quo Dauid de Amalecitis victor Sycellam eſt reuerſus. tertio autem poſt eius reditum die, elapſus è prælio Sauli interfector, ſciſſa veſte, caputq; ſparſus cinere, ad Dauidem peruenit: adoratoq; eo, interrogatus vnde veniret, è conflictu Iſraëlitarum ait ſe venire. id fuiſſe illorum partibus infortunatum, caſis multis Hebræorum millibus, & inſuper Rege cum filijs poſt eam pugnam deſiderato. atque ſe nunciare ſuis oculis viſa, cum fortè in fugientem cum ſuis Regem incidiſſet, quem à ſe, rogatu ipſius, cæſum fatebatur, ne viuus in manus hoſtium deueniret: cum enim in gladium incubuiſſet, non potuiſſe ſeipſum præ multitudine vulnerũ interficere. eius deinde cædis argumenta certiſſima oſtendebat, armillas aureas, & inſigne regium, quæ ipſe mortuo detraxerat, vt Dauidi afferret, At ille tam certis indicijs credere coactus, ſcidit veſtimentum, & in fletu ac lamentis totam diem cum amicis exegit. accedebat ad mœroris cumulum Jonathas Sauli filius, fidiſſimus eius amicus, & ſalutis ipſius non ſemel autor. Tanta autem fuit Dauidis virtus & erga Saulum beneuolentia, vt quamuis ſæpius capitalibus eius inſidijs appetitus, non ſolùm ægerrimè tulerit eius interitum, verùm etiam interfectorem illius affici ſupplicio iuſſerit. Præfatus enim quòd ipſe ſui accuſator extiterit, Regis cædem profeſſus, & per hoc Amalecitæ filium ſe declarauerit, duci hominem mandauit. præterea lamentationes & epitaphia in laudem Sauli & Jonathæ compoſuit, quæ in hodiernum vſq; diem leguntur. His extremis officijs honorato Rege, luctuq; finito, conſuluit Deum per prophetam, quamnam ex vrbibus Judæ tribus habitandam ſibi concederet. cumq; reſponſum eſſet, Hebronem


Dauid Sauli & Ionathæ necem deplorat.

Dauid Amalecitam Sauli interfectorem affici ſupplicio iubet.

2. Reg. 2.

bronem concedi, relicta Sicella eò cõmigrauit, ambabus vxoribus illò adductis, An. mũdi 2891 Ante Christum natum 1073.
& cohorte domestica: moxq; tota tribus ad eum locum confluens, Regem eum communi suffragio declarauit. Audito deinde quòd Saulum cum filijs Iabiseni

Dauid ex Dei iussu Hebronem commigrans, à Iudæ tribu Rex declaratur.



in Galaditide regione sepelissent, misit illuc qui collaudato eorum facinore, gratiam illis referendam suo nomine pollicerentur, simulq; nunciarent, quòd Iudæ tribus Regem se consalutasset. Interea Sauli copiarũ præfectus Abenerus filius Neri vir strenuus & ad magnas res obeundas natus, quàm primum cognouit cecidisse Regem & Jonatham, aliosq; duos eius filios, properè in castra delatus, reliquum ex omnibus filijs nomine Jebosthum periculo eripit, & superato vnà cum illo Iordane, totius populi Regem eum constituit, excepta tribu Iudæ: regiamq; ei elegit apud locum qui Hebraicè Manalis dictus, interpretatur castrum. inde profectus est cum delectissimo milite vt prœlio cum Iudæ tribu decerneret, iratus quòd Dauidem Regẽ creauissent. Huic occurrit Ioabus Saruiæ Dauidis sororis filius, natus ex patre Suri, duos secum fratres, Abisæum & Asaelem, vniuersumq; Dauidis exercitum ducens: & cum circa quendã fonticulum apud vrbem Gabao in eum incidisset, aciem ad prœlium explicat, Cumq; Abenerus dixisset cupere se experiri vtrius partis præstantiores milites essent, ex pacto vtrinq; duodeni ad certamen sunt destinati. qui progressi inter vtranq; aciem, emissis priùs pilis, gladios stringunt: comprehensisq; aduersariorum capitibus, latera & ilia feriebant, donec mutuis vulneribus ad vnum se conficerent. quo facto exercitus etiam conflixerunt, & post acre certamen, partes Abeneri succubuerunt. Versos deinde in fugam Ioabus non destitit persequi, sed tergis eorum inhærens hortabatur suos vt ne defatigarentur: idemq; etiam fratres eius faciebant, præcipuè iunior Asael ob eximiam pedum pernicitatem celebris, & non solum cum hominibus, sed cum equis etiam cursu contendere solitus. is tum Abenerum recta insequebatur, nec in sinistram nec in dextram deflectens. Conuersus autem Abenerus, & impetum eius frustrari volens, primùm vnius militis armatura cum eo depaciscì voluit, vt persequi desineret. deinde rogabat, ne se in hanc necessitatem adduceret, vt illo interfecto in fratris eius conspe-

Dauid Iabisenos quod Saulum cum filijs sepelissent, collaudat.

Abenerus Neri filius Sauli filium Iebosthum populi Regẽ constituit.

Abenerus contra Iudæ tribum copias educit, cui Ioabus cũ vniuerso Dauidis exercitu occurrit.

Duodeni milites congrediuntur, qui ad vnum se conficiunt, & Abeneri partes succumbunt.

Asael Ioabi frater Abenerum insequitur.

Abenerus in fugam conuersus, Asael trucidat.

An. mũdi 2891. Ante Christum natum 1073.

ctum posthac venire non auderet. cumq; ille his verbis nihil moueretur, sed persequi pergeret, ita vt versa hasta fugiebat, imminenti lethale vulnus infligit, vt in vestigio concideret. qui verò cum eo Abenerum insectabantur, postquam ad locum, in quo Asaël iacebat, peruenerunt, obliti amplioris persecutionis circum cadauer constiterunt. Joabus autem & frater eius Abisæus, prater exanime corpus cursu prouecti, incitatiq; ira extincti fratris, mira pernicitate ac alacritate vsque ad solis occasum persecuti sunt Abenerum, & vsque locum qui ab aqua ductu nomen accepit, hic in loco eminentiore consistit, Abenerum cum Beniamitis fugientem prospiciens. qui cum exclamasset, satis iam indignationi indultum, nec esse viros consanguineos improba insectatione cogendos omissa fuga in certamen redire: culpam enim penes fratrem eius Asaëlem esse, quòd monitus ab insequendo desistere noluisset, & ideo ictus cecidisset: visus est non malè admonere: moxq; Joabus, dato receptui signo, suos cohibuit: & in eo loco castris positis pernoctauit. Abenerus verò continuato per totam noctem itinere trans Jordanem in Jebosthi regiam se contulit. sequenti die Joabus recensitis casorum cadaueribus omnes sepultura dignatus est. ceciderant autem ex Abeneri exercitu trecenti sexaginta: ex Dauidis nouendecim, praterq; Asael: cuius cadauer Bethlema reportatum fratres cum patrijs monumentis intulissent, ad Regem suum in Hebronem sunt reuersi. Hoc fuit inter Hebræos ciuilis belli initium, quod aliquandiu durauit, sed ita vt Dauidis partes magis ac magis proficerent, contra eorum qui sub Sauli filij degebant imperio, indies deteriores fierent. Interea Dauid sex filios è totidẽ vxoribus suscepit, quorum natu maximus è matre Achima natus, Ammon dictus est. Secundus ex vxore Abigaa Daniel. Tertius ex Machama filia Tholomai natus Regis Gessirorum, nomine Abesalon. Quartus Adonias ex vxore Angite susceptus. quintum verò & sextum Gertheſam & Galam nominauit. Porrò post conflatum ciuile bellum, & crebros partium conflictus, præcipuum momentum fuit in Abenero, qui quòd esset vir prudens & ad popularem gratiam factus, multitudinem in officio continebat, vt longo tempore in fide Jebosthi permanerent. Deinde verò insimulatus apud eum quòd consuetudinem haberet cum concubina eius Rasphà filia Sibathi, & ea de causa obiurgatus, dolore & indignatione motus quasi non bona gratia sibi pro fideli studio redderetur: minatus est se regnum ad Dauidem translaturum, & declaraturum quòd Iebosthus non tam propria virtute aut prudentia regno trans Jordanem potiretur, quàm ipsius bellicis artibus & eximia in eam diem fide. moxq; misit in Hebronem ad Dauidem qui suo nomine fœdus cum eo ferirent, hac conditione, vt inter præcipuos Regis amicos reciperetur, si populo ad defectionẽ à filio Sauli concitato, efficeret vt Dauid ab vniuersis Hebræis Rex agnosceretur. Qui cum vehementer hoc nuncio lætus conditionẽ accepisset, & quò magis ratum esset fœdus, postulasset vt Melcholen vxorem ad eum remitteret, quam magno suo periculo & annumeratis Saulo sexcentis Palastinorum capitibus emerat: ante omnia remisit eam abstractam à Phelthia coniugio, adiuuante etiam Jebostho. nam & huic Dauid scripserat, æquum esse vxorem sibi restitui. deinde conuocatis senioribus populi, & præfectis militiæ in eam sententiam locutus est apud eos, remoratum se quidem illos, quò minus, relicto Jebostho, ad Dauidem desciscerent: nunc autem libenter se hoc illis permissurum, quandoquidem certo comperisset hunc per Samuelem

Ioabus & Abisæus vsq; ad Solis occasum Abenerum persequuntur.

Ioabus dato receptui signo suos cohibet.

In vtroq; exercitu quot ceciderint.

2. Reg. 3. Ciuilis belli inter Hebræos initium.

Sex filij Dauidi in Hebrone nati.

Abenerus multitudinem in officio continet, vt longo tempore in fide Iebosthi permanerent.

Abenerus ad Dauidem in Hebronem mittit legatos, qui suo nomine fœdus cum eo ferirent.

Dauid vxorem Melcholen ab Abenero postulat.

Abenerus apud seniores populi, præfectosq; militiæ, vt ad Dauidem desciscerent, loquitur.

An.mūdi 2891. Ante Christum natum 1073.

muelem prophetam totius Hebræorum gentis Regem diuino iudicio deſignatum eſſe. eundemq; vatem præcecinisse, quòd huius ductu vindicandum ſit in Palæſtinos, nec alio Rege ſub iugum Iſraëlitarum eos poſſe ſubigi. His auditis ſeniores & præfecti, certi iam in eorum ſententiam Abenerum tranſiſſe, Dauidi in poſterum apertè ſtuduerunt. Supererat vt & Beniamitæ in hanc ſententiam concederent, quòd ex hac tribu eſſet Jeboſthi ſatellitium. ad quos quum eadem verba feciſſet, ac ne illos quidem reniti animaduertiſſet, cum viginti fermè comitibus ad Dauidem proficiſcitur, vt præſens fœdus initum confirmaret: tum quia quiſq; in rebus ſuis ſibi magis quàm alijs fidit, tum quia volebat certiorem facere, quid in cauſa eius cum ſenioribus & ducibus egiſſet, & quòd ipſam quoq; Beniamiticam tribum in partes ipſius traduxiſſet. à quo comiter exceptus, & ſplendidis ac ſumptuoſis epulis per aliquot dies adhibitus, tandem petijt vt dimitteretur, traducturus ad eum exercitū, & quod promiſerat re exhibiturus, & quaſi in manū imperium gentis ei traditurus, Vix ad hæc promiſſa exſequenda miſſus à Dauide Hebronem exiuerat, cum Ioabus copiarum imperator peregrè rediens illuc aduenit: cognitoq; quòd Abenerus icto cum Dauide fœdere paulo ante abiſſet regnum ei tradi curaturus: veritus ne is primum inter amicos locum obtineret, autor illi factus regij faſtigij, & alioqui vir prudens in conſilijs capiendis, & rerum momentis obſeruandis: ipſe verò deteriori conditione eſſe inciperet, & præfectura copiarum priuaretur, malum & iniquum conſilium concipit. ac primùm calumnijs eum aggreſſus, perſuadere conatur Regi, vt caueat ſibi, neq; fidem illius verbis adhibeat. Nihil enim illum non tentare quo regnum Sauli filio conſtabiliat: & nunc ſtructis dolis aduenisse, & optatis potitum, cum certa ſpe inſidijs circumueniendi Dauidis abire. Poſtquā autem fruſtra ſe verba fundere animaduertit, ac ne tantillum quidem Regem his moueri, mutato conſilio facinus audax mente concipit, & certus hominem tollere, mittit confeſtim qui curſim per eius veſtigia viam carperent, & aſſecuti eum Dauidis nomine reuocarent, quaſi per obliuionem quiddam maximè ad rem pertinens illi ſignificare omiſiſſet. Abenerus autem poſtquam hæc audiuit ex nuncijs in loco cui nomen Beſira viginti ſtadijs ab Hebrone diſsito, nihil eorum quæ euentura erant ſuſpicatus ad vrbem reuertitur. Cui obuiam factus ante mœnia Joabus, humaniſsimè exceptum ſummam beneuolentiam præ ſe ferens (vt ſæpè fit cum ad obtexendas inſidias malum aliquod facinus molientes ſummam bonitatem ſimulant) ſeorſum à cætero comitatu ſeducit, quaſi ſecretius aliquid cum eo colloqui vellet: atq; ita abductū in locum portæ ſolitarium, vno tantū fratre Abiſæo præſente ſtricto ferro per ilia traijcit. Hunc exitum habuit vir egregius, inſidijs à Ioabo interceptus, vt ipſe videri volebat in vltionem fratris Aſaelis, quē in prælio ad Hebronem commiſſo Abenerus pertinaciter ſe inſequentem interemerat: re autem vera quòd miſerè timeret, ne honore quem obtinebat priuaretur, Dauide imperium exercitus in Abenerū transferente. Hinc ſanè videre licet quam nihil non audeant homines ambitioni & auaritiæ dediti, dum nemini cedere volunt. Nam & dum cupitis potiri properant, non dubitant quoduis perpetrare facinus: & ne, quod ſemel nacti ſunt, amittant, maiora etiam non reformidant: ſic exiſtimantes, leuius incommodum eſſe ad ſummum faſtigium non peruenire, quàm ab aſſuetis iam bonis excidere. ideoq; plus illis ſemper audaciæ ſupereſt, dum timent ne priſtina felicitate priuentur. Sed de his ſatis eſt paucis admo-

Seniores & Præfecti ab Abnero perſuaſi, Dauidi apertè ſtudent.

Beniamitæ in Abneri ſententiā concedūt, ipſe ad Dauide proficiſcitur, & hac de re certiorem facit.

Abnerus à Dauide comiter exceptus, amicè dimittitur.

Ioabus præfecturæ ſuæ metuens, Abnerum primū calūnijs, mox inſidijs aggreſſus, vita dolose priuat.

Homines ambitioni & auaritiæ dediti, nihil non audent.

An.mũdi 2899 Ante Christum natum 1065.

nuisse. Porrò Dauid, audita Abeneri nece, vehementer indoluit, sublataq; ad cœlum dextera, magna voce protestatus est, quòd nec iubente se, nec conscio, cædes ea fuerit commissa. ad hæc diris imprecationibus autorẽ necis huius execratus, & familiam eius & facinoris socios præiudicio suo damnauit. Valde enim solicitus erat, ne videretur hoc contra fœdus cum Abenero ictum fuisse admissum. edixitq; vt totus populus defleret ac lugeret virum, & solennibus funeralibus ei parentaret, sciſsis vestibus & saccos indutus: atq; hoc modo exequias frequentari voluit, quas & ipse vnà cũ honoratioribus ac præfect· deduxit, planctu & lacrymis satis indicans vel beneuolentiam erga viuum, vel mœrorem ob defunctum: quodq; præter ipsius voluntatẽ interemptus fuerit. quin & magnificè apud Hebronem sepultum, ac epitaphio à se composito honoratum, stans super monumentum primus deplorauit, suoq; exemplo cæteros ad idem faciendum prouocauit. adeoq; grauiter Abeneri morte affectus est, vt nullis amicorum precibus ad gustandum ea die cibum adduci potuerit, sed iuratus ieiuniũ vsq; ad solis occasum seruauerit. quod sanè non mediocrẽ ipsi gratiã apud multitudinem conciliauit. Nam quotquot erant Abeneri studiosi vehementer hunc defuncti extremum honorem & seruatam ad vltimum fidem probauerunt, quòd omnia in eum contulisset quæ in amicos cõferri solent, & non vt inimicũ aliquando neglecta & ignominiosæ sepulturæ tradidisset: tum considerantes pro se quisq; egregiam Regis benignitatẽ, eadem sibi quoq; ab illo pollicebãtur. atq; hoc modo optimè Dauid famæ suæ cõsuluit, nemine amplius suspicante ipsius voluntate cæsum fuisse Abenerum. quin & priusquam multitudo, quæ ad funus celebrãdum conuenerat, digrederetur, docuit eos, quãtum ipse in animo vulnus accepisset, quantumq; totius populus detrimentum, amisso viro in rebus bellicis tàm cõsilio quàm manu præstantissimo. Sed Deus, inquit, qui vniuersa gubernat, necem huius inultam non sinet. Js mihi testis esto quòd in Joabum & Abisæum animaduertere non valeo, qui apud exercitum penè plus possunt quàm ego ipse. pœnam tamen diuinitus infligendam non effugient. Et Abenerus quidem in hunc modum vitam finiuit.

Dauid cum toto populo Abenerum deflet ac luget, & solennibus funeralibus ei parentat.

Dauid famæ suæ cõsulit, nemine suspicante ipsius voluntate cæsum fuisse Abenerum.

CAP. II.

Iebostho amicorum insidijs interfecto, vniuersum regnum ad Dauidem deuenit.

Hedio & Ruffinus Cap. 2. 2. Reg. 4.

IEBOSTHVS autem Sauli filius, morte eius audita, grauiter hoc tulit, quòd priuatus esset viro consanguineo, qui præcipuus autor ei fuerat, vt in paternum regnum succederet, mirumq; in modum ob hanc causam se afflictauit. Nec ipse diu superstes fuit, sed à filijs Hieremmonis Banaotha & Thanno per insidias est oppressus. Hi enim cum essent Beniamitæ genere, & inter præcipuos optimates, existimantes, si Jebosthum interficerent, magna se munera à Dauide accepturos, & aut amplas præfecturas aut aliud quid honorificum apud eum per hoc factum se consecuturos, nacti solum Iebosthum in cubiculo meridiantem, videntesq; nec satellitum quenquam adesse, nec ianitricem vigilare, sed & ipsam partim laßitudine partim æstu in somnum solutam, subintrogreßi ad eum, dormientem interemerunt: præciſoq; capite, & per totam noctem ac diem itinere continuato, tanquam à læsis properantes ad eum, quem magno beneficio demeruissent, Hebronem peruenerunt: ostensoq; Dauidi Iebosthi capite, commendabant ei suam operam ac beneuolentiam, quòd regni æmulum de medio

ebosthi caput ad Dauidem defertur.

dio ſuſtuliſſent. Sed multum eos ſpes ſua fefellit: neque enim pro eorum opinione illos excepit Rex. Sceleratiſsimi, inquit, & iamiam pœnas daturi, an neſciebatis quod à me operæ præmium Sauli interfector retulerit, qui ad me coronã eius auream apportauerat? & ille quidem rogatus hoc ei præſtiterat, ne ab hoſtibus caperetur. Aut forte alium me iam factum credebatis, vt mutatis moribus delectarer viris maleficis, & domini cædem tanquam beneficium oblatum complecterer: idq; occiſo à vobis in ſuo lecto viro iuſto, qui neminem vnquam læſit, vos verò maxima etiam beneuolentia ſummisq; honoribus proſecutus eſt. quapropter eadem opera & illi pœnas violatæ fidei dabitis, & mihi iniquæ de me opinationis, quem putaſtis de tali Ieboſthi cæde libenter auditurum. Neq; enim alio modo grauius exiſtimationem meam lædere potuiſtis. Hæc locutus iuſsit eos exquiſitiſsimis tormentis excruciatos ſupplicio dedi: caputq; Ieboſthi cum omni honore funeratum in Abeneri monumentum intulit. His ita finitis vniuerſi Hebræorum proceres Hebronem ad Dauidem conuenerunt, cum tribunis ac præfectis, ſeq; & ſua omnia illi dediderunt, commemoratis prius veteribus officijs quæ in eum viuente etiam tum Saulo contuliſſent, & quòd tribunum tunc Regium in ſummo honore habuiſſent. & quòd diuino ſuffragio per Samuelem Prophetam Rex vnà cum ſuis filijs declaratus eſſet: eiq; ſoli deſtinatũ eſſet, vt, perdomitis Palæſtinis, Hebræorum rebus perpetuam ſalutem ac ſecuritatem afferret. At ille collaudato eorum ſtudio, hortatusq; vt in cœptis permanerent, fore enim vt nunquam eos pœniteat, conuiuio & omni comitate exceptos remiſit ad populum in regiam adducendum. Conuenerunt itaque, ex tribu Iudæ armatorũ ſex millia octingenti, ſcuta & lanceas geſtantes, qui hactenus Sauli filium ſecuti fuerant, & ſine quibus hæc tribus Dauidi regnum decreuerat. ex tribu Simeonis ſeptem millia & centum eo amplius. ex tribu Leuitica quatuor millia ſeptingenti cum Principe ſuo Iodamo, cũ his erat Pontifex Sadacus cum viginti duobus cognatis principibus. ex tribu Beniamitide armati quater mille. Hæc enim tribus adhuc ſuſtinebat credens aliquem ex genere Sauli regnaturum. Ex tribu Ephræmi viginti millia & octingenti, viri animis & viribus præſtantes. Ex dimidia tribu Manaſsitide millia decem & octo. Ex tribu Iſaſchar ducenti futurorum præſcij, & armatorum viginti millia. Ex tribu Zabulon armatorum lectiſsimorum quinquaginta millia. Hæc enim tribus ſola vniuerſa ad Dauidem confluxit. hi omnes eadem armatura vtebantur, qua tribus Gadi. Ex tribu Nephthalitide inſigniores & ductores mille, ſcuto & haſta armati: quos ſequebantur reliqui tribules eorum, multitudo penè innumerabilis. Ex tribu Danitide ſelectorũ viginti ſeptem millia, ex tribu Aſeri quadraginta millia. ex duabus autẽ tribubus trans Iordanem habitantibus & reliquo tribus Manaſsitidis armatorũ ſcuto & haſta galeaq; ac gladio viginti duo millia. Reliquæ quoque tribus gladijs vtebantur. Hæ fuerunt copiæ quæ in Hebronem ad Dauidem ſunt collectæ cum magno cõmeatu frumenti & vini cæterorumq; ad victũ commodorũ, omnesq; communi ſententia regnum ei ratũ ac firmum eſſe voluerunt. cumq; triduo illic feſta celebraſſent epulisq; operati eſſent, Dauid cum omnibus his copijs Hieroſolyma eſt profectus. Iebuſæi verò qui tum vrbem incolebant, Chananæorum & ipſi generis, clauſis ad eius aduentum portis, & in mœnibus quotquot erant cæci vel claudi, aut alioqui mutili in contemptum Regis collocatis, dictitabãt hos ad arcendum hoſtem ſufficere, freti munitionum firmitate.

An. mũdi 2899 Ante Chriſtum natum 1065.

Oratio Dauidis in Ieboſthi interfectores acerrima: pœnaq; illis irrogata.

2. Regum 5. Hebræorũ proceres Hebronem ad Dauidem cõueniũt eumq; Regem declarant.

Dauid Proceres & Præfectos comiter atque benignè excipit.

Armati ad Dauidem venientes. 1. Par

Hedio & Ruffinus Cap. 3.

Oppugnatio Ieruſalem a Dauide ſuſcipitur.

An. mũdi 2899 Ante Christum natum 1069.

Quo ludibrio ad iram concitatus, oppugnationem aggreditur: & cum strenua militum opera vteretur, omnibus adnitentibus vt vnius vrbis expugnatione cæteris si qui similiter pertinaces essent, metus incuteretur, vi inferiorem vrbis partem occupat. Resistente autem sola arce, decreuit propositis honoribus ac præmijs militem ad rem alacriter gerendam excitare: promisitq; ei, qui per subiectam vallem in arcem euasisset, totius exercitus imperium se commissurum. & cum eò certatim omnes enitérentur, cupiditate summæ præfecturæ accensi, Saruiæ filius Ioabus alios præuenit, & conscensa arce, clamore sublato à Rege promissum copiarum imperium repoposcit.

Dauid Hierosolymæ partem inferiorē occupat.

Virtus militum Dauidis, Ioabi præsertim.

CAP. III.

Dauid vi captis Hierosolymis Chananæos inde populariter eiicit, vrbemq; Iudæis victoribus inhabitandam tradit.

EIECTIS deinde ex arce Iebusæis, & instauratis Hierosolymis, Rex ea ciuitatem Dauidis appellauit, ac per omne regni sui tempus domicilium inibi habuit. cæterum tempus, quo apud Hebronem solius tribus Iudæ Rex fuit, septem anni fuêre, & menses sex. postquam autem Hierosolymis regiam sibi optauit, in dies magis ac magis res ei ex voto succedebant, Deo prouidente vt ea vrbs egregijs accessionibus quàm celeberrima redderetur. Per idem tempus Iramus, legatione in hoc missa, in amicitiam ac societatem Dauidis est receptus: misitq; ei dono materiam cedrinam & architectos ac fabros, qui Regiam ei Hierosolymis exædificarent. Dauid autem superiorem vrbis partem & arcem in ea cõditam in vnum corpus redegit, cingendumq; eisdem munitionibus Ioabo demandauit. Igitur primus Dauid, Iebusæis inde eiectis, à se ciuitatem denominauit. Nam tempore Abrahami generis nostri autoris Solyma vocabatur. nec desunt qui affirment etiam apud Homerum Solymorum nomine hanc vrbem intelligendã. templum enim iuxta Hebræorum linguam nominatum est hac voce, securitatem significante. Totum autem hoc tempus ex quo Iesus Hebræorum aduersus Chananæos Imperator, deuicta regionis agros suis diuisit, post quem Israelita nunquam barbaros ex Hierosolymis eiicere valuerunt, vsque ad hanc Dauidis expugnationem, anni fuêre quingenti & quindecim. Nec prætermittendus est per silentium Orphonas vir inter Iebusæos opulentus, cui in expugnatione Hierosolymorum parcitum est à Rege, tum propter perpetuam eius erga Hebræos beneuolentiam, tum quia priuato quodam officio demeritus est eum, vt paulo pòst magis opportuno loco indicabimus. Dauid deinde alias quoq; vxores duxit, & concubinas sibi adiunxit. filios etiam vndecim suscepit, quorũ nomina, Amnas, Ellus, Sebas, Nathan, Solomon, Iebar, Eliel, Phalna, Ennaphen, Ienas, Eliphal, & præterea filiam Thamaram. Horũ nouem ex legitimis coniugibus nati sunt, duo verò postremi è concubinis. Thamara autem Abesalomi germana fuit.

Dauid Iebusæos ex arce & Hierosolymis eiicit, & ciuitatē Dauidis appellat.

Societas Dauidis & Irami.

Hierosolyma quondam Solyma vocata, cuius nominis & Homerus meminit.

Anni à Iosuæ tempore vsque ad hanc expugnationē fuêre 515.

Orphonas Iebusæus ciuis Hierosol. amicus Dauidis. 2. Regum 24.

Dauidis liberi Hierosolymis suscepti.

CAP. IIII.

Dauid palæstinorum bello impetitus apud Hierosolyma victoriam illustrem consequitur.

PALÆSTINI autem cognito quòd Hebræi Dauidem Regem creassent, collecto contra eos exercitu, & occupata conualle quæ dicitur Gigantum non procul Hierosolymis sita, castra ibi posuerunt. Iudæorum verò Rex nihil inconsulto Deo solitus agere, iussit Pontificem, quid tunc quoque de euentu belli polliceretur, prædicere.

Hedio & Ruffinus cap. 4.

Palęstini in Dauidem signa mouentes partim occiduntur, partim in fugā vertuntur.

prædicere. à quo postqã lata omnia didicit, incunctanter & ipse exercitũ contra hostes eduxit: & cõmisso prælio, ipse à tergo eos ex improuiso adortus, partim occidit, partim in fugã compulit. Nemo autẽ suspicetur modicũ aut ignauũ fuisse Palæstinorũ exercitũ qui tum Hebræos inuaserat, coniecturã indefaciens, quod non magno negocio sit profligatus, nulla prius memorabili regesta: sed sciat vniuersam Syriam ac Phœnicen, consociatis armis, auxilium illis tulisse: qua causa fuit vt toties victi, tam multis millibus desideratis, denuo bellum maioribus viribus redintegrarent: quandoquidem post præsentem quoque cladem, triplicato exercitu, Dauidis ditionem inuaserunt, & eodem quo prius loco castra metari sunt ausi. Rege verò iterum de euentu oraculum consulente, respondit Pontifex, in sylua quæ fletus cognominata non longè ab hoste aberat, exercitum continendum, nec prius ad pugnã educendum quàm sylua, nullo perflante vento, suapte sponte agitaretur. quod vbi primum obseruatum est, & Deus maturè præsentiæ suæ signum dedit, nihil moratus ad paratam iam & indubitatam victoriam est progressus. nam ne primum quidem impetum hostilis acies sustinuit, sed mox, vt ad manus ventum est, terga vertit. nec segnius Hebræus institit, fodiendoq; terga fugientium, & multos prosternendo, vsque Gezara quod oppidum in vtrorunq; confinio situm erat, victos est insecutus. itum est deinde ad castra expugnanda, vbi non magno labore ingenti præda potiti, Deos etiam eorum confractos diripuerunt. Et quia iam iterum contra hostem res feliciter gestæ erat, visum est Regi de communi seniorum & optimatum ac tribunorum consilio omne suæ tribus robur ex tota eorum ditione conuocare, & itidem sacerdotes ac leuitas, atq; ita profectos vnà ad oppidum Cariathiarim, Arcã Dei, ex eo loco, Hierosolyma transportare, omnemq; diuinum cultum cum sacrificijs & ceremonijs à maioribus acceptis, in posterum in hac vrbe celebrari. Si enim sub Saulo sacra non fuissent neglecta, nunquam talem cladem populum accepturum fuisse. Conuentu igitur, sicut decretũ fuerat, habito, Rex ad transferendã Arcam accedit: quã Sacerdotes ex ædibus Aminadabi elatam, in plaustrumq; nouum impositam, subiunctis bobus, fratribus eius & liberis ducendam permiserunt. Præcedebat Rex & cum eo multitudo. sacros hymnos canentes & omne genus patriorum carminum, & ad variorum instrumentorũ musicorũ pulsum saltitantes, accedentibus & tubis & cymbalis, atq; ita Arcã Hierosolyma deducentes. postquam autem ventum est ad locum cui nomen Chidonis area, manifesta numinis ira Oza quidam exanimatus est. bobus enim exorbitantibus plaustrum & Arca inclinata, Oza cum non esset sacerdos ausus manum sustentandi causa admoliri, in vestigio exspirauit, & loco nomen reliquit, qui inde vsque hodiernum Oza percussio vocatur. Tum Dauid territus & cogitans se fortè idem passurũ quod Oza, si ad se in vrbem Arcam reciperet, quãdoquidem ille manu tantum in eam extensa morte mulctatus sit, supersedit illã Hierosolyma inducere, diuertensq; paulum in villam hominis cuiusdam iusti nomine Obadami, genere Leuitæ, apud hunc eam deposuit. qua per tres integros menses hoc hospitio vsa, rem Obadami familiarem auxit, eiusq; domum multis felicitatibus cumulauit. Rex autem cognito quòd Leuitæ is ex paupere & humili repente, vsque ad inuidiam eorum qui incrementa eius viderent, felix exstitisset, nihil amplius mali veritus Arcam in vrbem suã transtulit hac pompa, vt à sacerdotibus deportaretur, deduceretur q; à septem choris a se in hoc instituti

An. mũdi 2899 Ante Christum natum 1065. Palæstini ingenti exercitu multis consociatis Hebræos inuaserant.

Palæstinorum fuga. 2. Regum 6.

Mandatum Dauidis de transportanda Arca.

Oza Dei Arcæ manu admouens in vestigio expirat.

Dauid Arcam in ędes Obadami Leuitæ deponit, cuius domus multis felicitatibus cumulatur.

Arca in vrbem reducta, in tabernaculum reponitur.

An.mũdi2899. Ante Christum natum 1065.

institutis & ordinatis, Rege ipso interim citharam pulsante ac plaudente, ita vt Michole vxor eius, Sauli prioris Regis filia, factum hoc improbaret. qua vbi intra vrbem illata est, reposuerunt eam in tabernaculum â Dauide in hunc vsum erectum. In ea festiuitate sumptuosè ac splendidè sacrificatum est, & totus populus exceptus conuiuio, vt tam mulieribus quàm viris ac pueris in singulos distribueretur libum panis subcinericij, & laganum frixum, & frustum de victima. atq; his epulis populo pasto, ipse domum reuertitur. Huic occurrens Michole vxor, filia Sauli, omnia precata est illi, quacunque Deus propitius largiri solet: reprehendit tamen quòd prater decorum tantus Rex saltasset, ita vt in cõspectu seruorum suorum & ancillarum partes quasdam inter saltandum denudarit. at ille non pudere se huius facti respondit, quod sciret gratum esse Deo, qui eum & patri ipsius mulieris & alijs omnibus pratulisset: cantaturumq; se ei sapius ac saltaturum, nihil curantem quàm indecorum hoc aut ipsi, aut ipsius ancillis videatur. Hac Michole ex Dauidis coniugio nullos filios peperit, sed ex alio marito, cui pater à priore abstractam tradidit, quinque liberos genuit, vt suo loco dicetur. Caterum Rex videns res suas quotidianis successibus per Dei fauorem proficere, peccare se putauit, quòd cum ipse habitaret in alta regia cedrinis trabibus extructa, & omni exornata artificio, Arcam pateretur in tabernaculo iacere: itaque decreuit exadificare Deo templum, quemadmodũ Moses pradixerat. communicatoq; super ea re consilio cum Nathane Propheta, cum is autor esset proposita exsequendi, polliceturq; Deum opem ad hoc laturum, auidior etiam struendi templi factus est. Sequenti verò nocte Deus Nathani per visionem apparuit, iubens vt Dauidi nunciaret, gratã quidem sibi esse eius voluntatem, quòd primus omnium de adificando templo cogitauerit: non tamen se permittere, vt is, qui multis bellis implicitus hostili sanguine manus polluerat, sacratissimũ fanum construeret. Veruntamen postquam longã vitã Rex ad vltimã senectutem prouectus felici fine clauserit, exstruendum esse templum à filio eius & successore, qui vocandus esset Solomon. cuius non aliter quàm filij curam se habiturum pollicebatur, regnumq; per posteros eius continuaturum: quòd si quid peccauerit, pœnam non vltra morbos & terra sterilitatem processurã. His ex Propheta cognitis Dauid latus, quòd iam sciret posteris suis imperium permansurum, & familiam suam fore illustrem ac celebrem, ad Arcam se contulit: procidensq; in faciem adorauit Deum, gratias agens pro omnibus beneficijs acceptis, quòd se ex humili pastore ad tantum rerum fastigium tantamq; gloriam euexisset: proq; promissa posteris etiam suis felicitate, perpetuaq; prouidentia qua res Hebraorum augere atque ornare non desineret: atque ita, gratijs actis hymnoq; decantato, è tabernaculo digressus est.

Irridetur Dauid à Michol.

2. Regum 7. Dauid Deo templum exædificare decernit. An.mũdi 2900 Ante Christum natum 1064.

Dauidi Deus per Nathanem, á Salomone templum extruendũ nunciat.

Dauid Deo, pro promissa per Nathanem felicitate, gratias agit.

CAP. V.

Dauid subactis finitimis gentibus tributa illis imponit.

Hedio & Ruffinus Cap. 5. Dauid in Palæstinos mouet, eisq; bonam agrorũ partem adimit. 2. Regum 8.

NON multo deinde interiecto tempore expeditionem in Palestinos decreuit, ablegato omni ocio & segnicie, vt quemadmodum Deus pradixerat, deuictis hostibus pacatum regnum successoribus relinqueret. Et indicta die militibus ad conueniendum, iussisq; omnibus, vt quàm instructissimi ad bellum essent, vbi satis omnia parata existimauit, profectus Hierosolymis in Palestinam peruenit: hostibusq; magno pralio victis, & bona agrorum parte mulctatis, hisq; agris Iudæorum

daorum terra contributis, in Moabitas bellum traduxit. eorum copias ita concidit, vt tertia tantum pars supereſſet, quam in deditionem accepit. His quoque annuo tributo impoſito contra Adrazarum Arachi filium mouit, Sophenorũ Regem: cum quo ad Euphratem congreſſus, viginti peditũ millia, equites quinquies mille occidit. currus etiam mille cepit, ex quibus, incenſis reliquis, centum ſolos ſibi reſeruauit.

An. mũdi 2900 Ante Chriſtum natum 1064.
Maxima Moabitarũ ſtrages.
Dauid Sophenorum Regem vincit.

CAP. VI.

Damaſceni à Dauide vincuntur.

INTERIM Adadus Damaſci & Syrorum Rex audito quòd Dauid Adrazaro bellum intuliſſet, cum eſſet eius amicus ac ſocius, cum valido exercitu in auxilium eius properat, ſperans ſe bellũ ab eo depulſurum. cumq; & ipſe non procul Euphrate cũ Dauide cõflixiſſet, prælio victus magnã exercitus partem amiſit. Deſideratis enim ex eius acie viginti millibus, reliqui fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. Huius Adadi etiam Nicolaus in quarto hiſtoriarum ſuarum libro, in hæc verba meminit. Longo deinde poſt tempore indigenarum quidam nomine Adadus, cæteris potentior, Damaſci & reliquæ Syriæ præter Phœnicen regnum obtinuit. Hic bello inter eum & Dauidem Iudæorum Regem exorto, crebris prælijs cum eo conflictatus, in poſtremo quo apud Euphratem victus eſt, multis editis facinoribus Regem ſe & viriũ & animi robore præſtantiſſimum declarauit. Idem de poſteris quoq; eius narrat, quòd quaſi per manus alius ab alio regnum ſimul & nomen acceperint. Illo, inquit, defuncto, poſteri eius decimam vſque generationem regnum obtinuerunt, quiſque à ſuo patre cum imperio nomen accipiens, quemadmodum apud Ægyptios Ptolemæi. ex his potentiſſimus ordine tertius inſtaurato bello abolere volens ignominiam aui temporibus acceptam, expeditione contra Judæos facta, Samariam vaſtauit. Nec à vero aberrauit hac parte. hic eſt enim ille Adadus, qui Achabo apud Iſraelitas regnante, Samariam inuaſit, de quo ſuo loco dicturi ſumus. Porrò Dauid peragrata cum victore exercitu Damaſco & reliqua Syria, totam ſub imperium redegit, diſpoſitisq; opportunis in locis præſidijs, & tributo impoſito, domum eſt reuerſus: & ceu tropæum aureas ſatellitum Adadi pharetras reliquamq; eorum armaturam Deo Hieroſolymis conſecrauit. has poſtea Suſacus Ægyptiorum Rex, victo Roboam huius nepote, ſpoliata vrbe cum multis alijs diuitijs exportauit. Sed hæc, poſtquam ad ea tempora ventum fuerit, dicentur. Hebræorum autem Rex fauore numinis vtens, & fortunam belli ſequens, præcipuas Adrazari vrbes aggreſſus eſt, Betthaam & Machonem: easq; vi expugnatas diripuit. in his magna vis auri & argenti reperta eſt: & præter hæc æris genus, quod auro precioſius eſt habitum: ex quo poſtea Solomon fecit magnum illud vas mare appellatum, & pulcherrima polubra, cum templũ adornaret. Amathenorum autem Rex audita Adrazari clade, quodq; exercitum amiſiſſet, timens ſibi decreuit in fidem & amicitiam Dauidis vltrò venire: miſitq; ad eum Adoramum filium, qui victoriam de communi inimico ei ſuo nomine gratularetur, & in ſocietatem atq; amicitiam recipi peteret, & munera offerret, antiqui operis vaſa aurea & argentea & ærea. Dauid verò inita amicitia cũ Theno (ſic Amathenus vocabatur) & acceptis muneribus, filium eius pro vtriuſq; dignitate tractatũ dimiſit: munera verò illa, cũ alio auro ex manubiis captarum

Adadus Damaſci & Syrorum Rex à Dauide prælio vincitur.

Nicolaus Hiſtoriographus Regis Adadi eiusque cum Dauide belli meminit.

De alio Syriæ Rege, qui Samariam vaſtauit. 3. Regum 20.

Dauid Syriæ ſubiugatæ tributum imponit. 2. Regum 8.

Hieroſolyma à Suſaco Aegyptiorũ Rege ſpoliata. 3. Regum 14.

Præda ex bello capta. 2. Regum 8.

Amathenorum Rex Dauidis ſocietatem petit.

An. mũdi 2900 Ante Christum natum 1064.

vrbium redacto, autori victoriæ Deo dedicauit. qui non ſolum, quoties ipſe Rex bellũ adminiſtraret, rem proſperabat: verum etiã, miſſo in Idumæã Abeſæo Ioabi ſummi copiarum ducis fratre, illius ductu Idumæos perdomari conceſſit. Decem enim & octo ex illorum exercitu millia in acie ceciderunt: & occupata præſidijs recens capta regione, Rex non ex agris tantum, ſed viritim etiã tributa exegit. Erat autem natura iuſtus, & in reddendo iure verum tantum & æquum reſpiciebat. exercitui verò vniuerſo Ioabum præfecerat. à commentarijs habuit Joſaphatum Achilli filium. Deſignauit etiam ex Phineeſi familia Sadocum Pontificem cum Abiatharo, amicus enim ei erat. Scribam verò Siſam conſtituit. Banaiam Ioiadæ filium ſatellitio ſuo præpoſuit: omnes Regis ſeniores filij inter patris ſatellites verſabantur. His ita ordinatis ſuccurrit illi recordatio amici quondam Ionathæ, fœderiſq; mutui, quod inter eos interceſſerat. nam inter cæteras omnes virtutes hanc quoque habuit, quòd egregiè meminerat beneficiorum quæ vnquam accepiſſet. Igitur ſcitatus eſt, num quis ſupereſſet ex amici genere, cui gratiã referre poſſet pro iucundiſſima olim cum Ionatha acta conſuetudine. cumq; adductus eſſet ad eum quidã è libertis Sauli, qui poterat ſuperſtites noſcere, per contatus eſt, num poſſet aliquem indicare ex Jonathæ genere viuum, cui pro beneficijs à veteri amico perceptis gratiam reponere quiret, quo reſpondente: ſupereſſe filium eius Memphiboſthum, pedibus claudum: eo quòd nutrix, audita clade in qua pater eius & auus ceciderant, dum rapto puero trepidè fugit, prolapſum ex humeris læſerat: diligenter perueſtigauit, vbinam & apud quos educaretur. quo comperto miſit in Labatham oppidum ad Machirum (id altoris nomen fuit) qui eum adducerent. Memphiboſthus verò poſtquàm ad Regem peruenit, procidens in faciem, adorauit illum. moxq; iuſſus eſt bono animo eſſe, & omnia, quæ cuperet, de benigniſſimo Rege, ſibi polliceri: & auitam domum cum prædijs ad illam pertinentibus accepit: iuſſusq; eſt ad eandem cum Rege menſam accumbere, & nulla die conuiuio non intereſſe. cumq; adoleſcens latus promiſſionibus & muneribus Regis, gratias agens, adorauiſſet, Rex accito Siba, ait ſe adoleſcenti paternam domum cum omnibus auitis poſſeſſionibus donaſſe: iuſſitq; eum, villicatione agrorum ſuſcepta, omnes reditus Hieroſolyma referre. Poſt hæc ſingulis diebus eum menſæ adhibuit: & Sibam cum quindecim filijs & viginti ſeruis Memphiboſtho largitus eſt. his ita ordinatis, Siba adorato Rege, omnia ſe facturum pollicitus, diſceſſit. Jonathæ verò filius poſthac Hieroſolymis habitauit, conuictor Regis, nec aliter quàm ſi ipſius filius eſſet tractatus, filium etiam ex ſe genitum, Michanum nominauit. atque hoc honore Ionathæ poſteri à Rege fuêre affecti. Cæterum cum per idem tempus Ammanitarum Rex Naaſſes, ſocius & amicus, defunctus eſſet, filiusq; in regnum paternum ſucceſſiſſet, Dauid per legatos officiosè eum conſolatus eſt, hortatus vt æquo animo patris obitum ferret, eandemq;, quam pater expertus fuerat, amicitiam â ſe expectaret. Primores verò Ammanitarum, ſecus quàm de Dauide ſuſpicari par erat, malitiosè hanc legationem miſſam interpretati ſunt: concitaueruntq; Regem, dicentes Dauidem ſpeculatores regionis & opum eius ſub officij prætextu miſiſſe. proinde cauendũ ab illis, & verbis eorum non credendum, ne fortè deceptus in aliquã immedicabilem cladem ſeſe conijciat. At Rex Ammanitarum Naaſſes ab optimatibus contra rei veritatem perſuaſus

Dauid ſibi ſubditos Idumæos, vt viritim tributa perſoluerent, cogit.

Diſtributio officiorum.

2. Regum 9.

Dauid num quis ex Ionathæ genere ſupereſſet ſcitatur.

Memphiboſthus donatus paternis & auitis bonis menſæ Dauidis adhibetur.

Dauid Sibæ Ionathæ facultates commendat, eumque omnes reditus Hieroſolyma referre iubet.

Hedio & Ruffinus cap. 6. 2. Reg. 10. Dauidis legati ad Ammanitarum Regem ob patris obitum cõſolandi cauſa miſſi contumeliosè tractantur.

perſuaſus, cum iniuria legatos Dauidis reiecit. Raſis enim media ex parte eorũ barbis, præciſoq́ dimidio veſtimentorum, factis non verbis animum ſuum declarauit. Quam rem Dauid indigniſſimè tulit, nihil diſſimulans non neglecturum ſe iniuriam cum contumelia coniunctam, ſed bello vindicaturum in Ammanitas, & pœnas violatæ contra ius gentium legationis à Rege eorum exacturũ. Quod poſteaquam perlatum eſt ad Regis barbari neceſſarios, & copiarum eius præfectos, conſcij ſibi violati fœderis, ac debitam pœnam metuentes, & ipſi ad bellum ſe parabant. & miſſis legatis ad Syrum Meſopotamenorum Regem cum mille talentis ſocietatem eius hac mercede impetrauerunt, adducto in ſuas partes & Suba. Hi Reges habebant peditum viginti millia. conduxerũt etiam Regem Micha regionis, & quartum nomine Iſtobum, qui & ipſi viginti duo millia militum in armis habebant.

An. mũdi 2900 Ante Chriſtum natum 1064.

Dauid Ammanitarũ iniuriã fert indigniſſimè, eamque vindicare cogitat.

Ammanitæ exterorũ ſocietate mercede impetrata, in Dauidem copias parant.

CAP. VII.

Quomodo Dauid Meſopotamios deuicerit.

NON terruit tamen Dauidem Ammanitarum apparatus & inita cum Regib. ſocietas, Deo fretũ, & ſcientem quòd bonã cauſam haberet, iuſtiſq́ armis iniuriam ſibi illatam vlciſceretur. Itaq́ Ioabo commiſſa belli adminiſtratione, cum lectiſſimo milite eum contra hoſtem miſit: qui mox ad primariam eius gentis vrbem caſtra admouit. Hoſtibus verò vrbem egreſſis, & duas ſeorſum acies explicantibus: alteram quæ ex auxilijs conſtabat, in patenti campo: alteram verò quæ Ammanitarum gentis erat, pro portis quæ Hebræos ſpectabant: Ioabus hoc animaduerſo & ipſe ad militares artes confugit. & aſſumptis fortiſſimis militũ, ipſe Syro alijſq́ Regibus ſe oppoſuit. reliquis Abiſao fratri traditis, iuſſit vt contra Ammanitas aciem dirigeret: admonito prius, vt ſi videret Syros ſibi præualere, adducto properè ſuo milite ſuccurreret. idem ſe facturum ſi ipſum Ammanitas agrè ſuſtinere contingeret. cum his mandatis dimiſſo fratre, hortatusq́ vt generosè & alacriter rem gereret, daretq́ operã ne quã ignominiam accipe-

Dauid Ioabum cum lectiſſimo milite cõtra Ammanitas mittit.

Ioabi & Abiſæi acies.



An. mũdi 2910 Ante Christum natum 1054.

Victoria Ioabi.

ret, ipse Syros aggreditur. qui cum aliquãtisper magna vi restitissent, multis suorum cadentibus terga vertere sunt coacti. quo viso Ammonitæ territi, Abisaum cum suo milite aduentantem non expectauerunt, sed moti sociorum exemplo intra mœnia refugerunt. atque ita Ioabus, malè mulctatis hostibus, victorem exercitum Hierosolyma reduxit. Nec tamen ea clades Ammanitarum effecit, vt experti se impares in posterũ quiescerent. sed missis nuncijs ad Chalamam Syrorum trãseuphratensium Regem, eius auxilia mercede cõduxerunt. Huius vicem in exercitu gerebat Sabecus, qui cõstabat ex octuaginta peditum, equitum verò decem millibus. Tum Hebræorum Rex intellecto quòd denuo tam magnas copias Ammanitæ contra se parauissent, nolens amplius per legatos cum eis bellum gerere, ipse cum vniuerso exercitu Iordanem transgressus illis occurrit: & cõmisso prælio victor euasit, cæsis peditum quadraginta, equitum verò septem millibus. Sabecus quoq; hostium Imperator in eo prælio vulnus accepit à Rege, ex quo postea curam non admittente mori eum contigit. Mesopotamitæ deinde cognito tam tristi pugnæ euentu, sine mora legatione ad Dauidem cum muneribus missa, deditionem fecerunt. atque ita, appetente iam hyeme, Hierosolyma est reuersus. Vere autem ineunte, Ioabum ad bellum Ammaniticum misit. Is longè lateq; vastatis hostium agris, compulsos eos in Rabatham gentis Metropolim obsidione cinxit: quo tempore Dauid tametsi vir iustus ac pius & patriarum legum obseruator diligens, in graue tamen peccatum incidit. Cum enim, vergente iam die, in solario Regiæ more soliti deambularet, prospexit in


Syri cum Ammanitis in Dauidem mouent.

Dauid Syris occurrens, 47000. cum Sabeco eorũ Imperatore cædit.

Mesopotamitæ vltrò ad Dauidem deditionem faciunt.

Rabatha obsidione cingitur. Hedio & Ruffinus cap. 7. 2. Regum 11.

Dauidis adulterium.



vicinis ædibus mulierem frigida lauantem, insigni forma præcellentem, cui nomen Bethsabe: victusq; eius pulchritudine, & à concupita sibi temperare nõ valens, accitam ad se complexus est. Paulo pòst mulier grauidam se sentiens, nunciat Regi, vt dispiciat, quomodo factum hoc latere posset, alioqui publicis legibus adulterij damnatã supplicium daturã. Rex itaq; accersitum ad se ex castris Ioabi armigerum maritum mulieris Vriam nomine, de exercitu, & quomodo oppugnatio procedat, percontatur. quo referente omnia cedere ex sententia,

Bethsabe Regi se grauidam esse nuuciat.

Dauid Vriam accersit, eumque vt profectus ad vxorem, ibi pernoctaret, iubet, quod tamen nõ facit.

partes

partes ei de ſua cœna obtulit, iußitq́, vt profectus ad vxorem apud illam pernoctaret. at ille non ita fecit, ſed inibi in regia & inter ſatellites Regis noctem eam exegit. quo cognito, Rex ſcitatus eſt ex eo, quamobrem tanto poſt tempore domum reuerſus, ad vxorem non iuiſſet, idq́ prater communem omnium hominum morem, quicunque peregrè ad ſuos redeunt. reſpondit ille non eſſe æquum, vt interim, dum imperator ſuus & commilitones in hoſtili ſolo in caſtris humi cubitant, ipſe in vxoris amplexibus ſe oblectet. hac locutum manere inibi ea quoque die iußit, ſequenti ad vicarium ſuum ducem dimiſſurus. vocatus deinde ad cœnam, & Rege de induſtria crebrioribus propinationibus inuitante ad ebrietatem vſq́ progreſſus, nihilo minus tum quoq́ pro foribus regij cubiculi pernoctauit, nullo vxoris deſiderio tactus. hanc ob rem indignatus Rex ſcripſit Joabo, vt in Vriam pœnam meritum animaduerteret: modumq́ puniendi indicauit, ne manifeſtum fieret ſuo iuſſu hoc factum. iußit enim, vt, quà plurimum periculi eſſet, hoſti opponeretur, moxq́ à ſocijs, quò facilius opprimi poſſet, deſtitueretur. his ita ſcriptis, & proprio ſigillo obſignatis, epiſtolam Uria commiſit ad Joabum perferendam: qui receptis literis, & cognita Regis voluntate, quem locum maximè ab hoſtibus infeſtari ſciebat, in eo collocaturus Uriam, adiunctis illi lectiſſimis aliquot militibus, pollicitus eſt ſe cum toto exercitu affore, ſi qua parte muri ſuffoſſa aditũ intra vrbem patefeciſſent: hortatus eum vt exiſtimationi quam tum apud Regem, tum apud cõmilitones ſibi parauerat, reſpondens, libenter potius quàm grauatim iuſſa capeßeret. cumq́ Urias magna alacritate demandatum munus ſuſcepiſſet, manipulo illi adiungendo clam imperauit, vt cum primùm occurrentibus hoſtibus vrgeri hominẽ viderent, deſerto illo in tutum ſe reciperent. Itaq́ cum Hebræi feciſſent aſſultum ad mœnia, veriti Ammanitæ, ne ab illa parte hoſtis murum occuparet, fortiſſimus quiſq́ recluſa repentè porta magno impetu erumpunt. quod vbi viderunt qui circa Uriam verſabantur, memores Joabi mandatorum, uno agmine ſeſe retrorſum receperunt. Solus Urias quòd puderet contra quàm promiſerat aßignatum locum nõ tueri, in ſe ruentes ſuſtinuit, ferroq́ exceptos interemit non paucos, donec circumuentus cum aliquot alijs, quos ignaros conſilij pudor idem in officio continuerat, non inultus occubuit. His ita geſtis Ioabus Regi per nuncium ſignificat, quòd non ferens obſidionis moras, oppugnatione adortus mœnia, amißis aliquam multis, infecta re, in caſtra redire ſit compulſus. mandarat autem nuncio, ſi Regem hoc factum ægrè ferre ſentiret, vt de Uriæ quoq́ morte renunciaret: id quod etiã euenit. Rex enim his cognitis malè factum aiebat, quòd aperta vi mœnia tentaſſent. oportuiſſe enim machinis ac cuniculis aditum moliri, maximè cum Abimelechus Gedeonis filius domeſticũ exemplum illis eſſe debuerit, qui Thebis turrim vi capere conatus, ſaxo ab anicula miſſo ictus turpiter vitam amiſit vir alioqui fortiſſimus, quòd inconſultè difficilimum oppugnationis genus eſſet aggreſſus. Vtiliſſimum autem in re militari quid alijs benè aut ſecus ceſſerit conſiderando, cum ſimile periculum incidit, hæc ſequi, illa fugere. poſtquam autem indignabundo de Uriæ quoq́ morte relatum eſt, iraſci deſiit: iußitq́ Ioabo renunciari, vulgare eſſe id incommodum, nec à natura belli alienum, cuius hæ ſint viciſſitudines. debere tamen eum in poſterum cautius rem adminiſtrare, & aggeribus ac machinis expugnatam vrbem ſolo æquare, & habitatores eius ad vnum necidedere. Cum his mandatis nuncius ad Ioabum properè ſe recepit. caterùm

An. mũdi 2910. Ante Chriſtum natum 1054.

Dauid Ioabo, vt in Uriam animaduerteret, ſcribit.

Ioabus iuſſu Regis Uriam in hoſtes mittit.

Urias cum quibuſdã alſultum ad mœnia facies, à ſuis, vt mandatum illis erat, cum Ammanitæ erumperent, deſeritur.

Urias cum aliquot alijs occumbit, quod mox Regi per nuncium ſignificatur.

Dauidis ob cladem acceptã indignatio.

Dauid Uriæ nece audita, iraſci deſinit.

An. mũdi 2910. Ante Christum natum 1054.

Dauid Bethsabæ cõiugem sibi asciscit, ex qua puer ei nascitur.

2. Reg. 12.

Bethsabe, audita mariti morte, per aliquot dies eum luxit: vbi verò à mœrore ac lacrymis destitit, sine mora eam Rex coniugem sibi asciuit: ex qua mox puer masculus ei natus est. Has nuptias Deus nequaquam aquis oculis inspexit, sed iratus Dauidi, cum propheta Nathani per visum nocturnum se obtulisset, Regem grauiter incusauit. propheta verò qui esset vir festiuus ac prudens, reputans Reges, quoties suis affectibus rapiuntur, non magnum iuris respectum habere solere, comminatione numinis ad tempus dissimulata, maluit illum blanda oratione aggredi, in hunc modum sententiam eius exploraturus. Duo viri, inquit, eandem vrbem incolebant: alterq; prædiues multorumq; armentorum & gregum dominus: alter vnius tantum ouiculæ possessor. eam vnà cum pueris suis domi quotidianis cibis alebat, non alio affectu quàm si esset filia: cum verò hospes diuiti superuenisset, ille parcens suis pecoribus nullum in amici gratiam mactare voluit: sed abstracta per vim ouicula pauperis, iugulatam & apparatam hospiti apposuit. His verbis Rex grauiter commotus, sceleſtum hominem illum facinus hoc ausum pronunciauit, iustumq; esse vt quadruplum pro adempta ouicula restituatur, & ipse insuper capite plectatur. Tum Nathan incunctanter subiecit, ipsum esse qui hac pœna dignus sit, suopte iudicio nefarij sceleris damnatus. ac tum demum illi exposuit in quantam indignationem numinis incurrisset, cuius fauore vniuersæ gentis Hebræorum Rex constitutus, circumquaq; vicinarum etiam gentium earumq; multarum & magnarum dominium consecutus esset: non semel antea liberatus è Sauli manibus. nunc cum eiusdem benignitate aliquot legitimas vxores habeat, contempto omni humano simul atque diuino iure, alienam eum duxisse vxorem, marito ipsius interfecto & hosti prodito. Igitur affore diuinam vltionem, & ipsius quoq; mulieres ab vno è filijs per vim constuprãdas, & ipsum insidijs ab eodem appetendum, vt pro clam admisso peccato, in propatulo pœnas persoluat. quin & puerum ex ea natum sine mora esse interiturum. territo autem per hanc denunciationem Rege, vehementerq; perturbato, & cum lacrymis fatente se peccasse in Deum: erat enim vir pius, & qui hoc vno excepto, in tota vita nihil admiserat: placatus Deus recepto in gratiam promisit, & regnum & vitam ei seruaturum se esse. post pœnitentiam enim non amplius se irasci. Atq; ita Nathan postquam futura Regi aperuisset, domum reuertitur. Porrò infans ex vxore Vriæ natus Dauidi, immittente Deo, graui morbo corripitur, cuius vicem mœstissimus pater dolenter ferens per septem dies à familiaribus induci non potuit vt vllum cibum degustaret: sed atratus & sacco amictus, humi prostratus iacebat, & à Deo salutem pueri precabatur. Nimis enim eius matrem diligebat. Septima verò die mortuo puero, familiares non audebant hoc Regi indicare, veriti ne re cognita pertinacius etiam à cibo reliquaq; cura corporis abstineret desiderio defuncti infantis, cuius morbum tam impotenter tulisset. qui cum turbatam familiam sentiret, & aliquid mali celari, facilè intellexit extinctum puerum: accitoq; vno è famulis, postquam veritatem comperit, cõfestim surrexit: lotus deinde sumptaq; veste cãdida, ad Dei tabernaculum properauit. posthæc iussis famulis vt cœnam sibi apponerent præter omnem opinionẽ, admirationi fuit omnibus cognatis & domesticis, stupentibus quòd cum nihil horum, ægrotãte puero, fecisset, nunc post eius obitum omnia simul faceret: impetrataq; prius licentia, causam sciscitabantur. Tum ille. Non intelligitis, inquit, quod dum puer viueret, de salute eius sperans,

Dauidem propria sententia damnatum, grauiter accusat, pœnasq; ei denunciat Nathã.

Dauid fassus peccatum, à Deo veniam consequitur.

Dauid per septẽ dies, infantis ex Bethsabe suscepti, vicem dolenter ferens, ieiunat.

Dauid puerũ extinctum sentiens, surgit, ac lotus cibum capit.

Dauid causam, cur mortuo puero cibũ capiat, quorum nihil puero adhuc ægrotante fecerat, indicat,

ſperans, nihil nõ faciebam quo Deum flecterem? nunc poſtquã is obijt, ſuperua- An.mũdi 2910. Ante Chriſtum natum 1054.
caneum ſit inaniter mœrore confici. His auditis omnes ſapientiam eius laudauerunt. nec ita multo poſt Bethſabe grauida, exactis legitimis naturæ menſibus, filium ei peperit, quem Nathanis monitu Solomonem nominauit. Interea Salomon Dauidi ex Bethſabe natus.
Joabus Ammanitas acri obſidione premebat, præciſis aqua ductibus, & commeatibus interceptis, ita vt fame ſimul & ſiti laboraretur. ab vnico enim puteo ſpes eorum pendebat, ac ne hoc quidem ad ſatietatem vtebantur, parcè aquam diſpenſantes, ne fortè in totum deficeret. Hac Joabus per literas Regi ſignificauit, hortans vt ad excidium vrbis ipſe veniret, & hunc quoq; titulum victorijs ſuis apponeret. qui collaudato ducis officio fideq;, aſſumpto ſecum Ioabus per literas Dauidem ad Rabathæ excidiũ vocat.
exercitu ad deuaſtandam Rabatham proficiſcitur: eamq; mox vi captam, militi diripiendam permiſit. ipſe verò ex præda nactus eſt Ammanitarum Regis auream coronam talentum pendentem, & precioſo ſardonyche inſignem: quam poſtea capite geſtare ſolitus eſt. nec non & alia multa ac magni precij præda in ea vrbe potitus eſt. viros verò eius excruciatos prius ad vnum interemit: neq; mitius alias Ammanitarum vrbes tractauit, pari modo expugnatas. Poſt Dauid Rabathã vi captam, militi diripiendam permittit.
hanc victoriam domum reuerſo graue quiddam accidit ex tali cauſa. Filiam habebat adhuc virginem, formoſiſſimas quaſque mulieres pulchritudine vincentem: Thamaram nomine, ex eadem, qua Abeſalomus, genitrice natam. huius amore correptus Amnon filiorum Dauidis natu maximus, cum propter virginitatem ipſius & aſſeruationem potiri ea non poſſet, adeò paſſione hac conflictabatur, vt non aliter quàm ex morbo lentam tabem ac pallorem ſibi contraheret. Hedio & Ruffinus Cap. 8. 2. Reg. 13. Ampon Dauidis filius, Thamaram Abſolonis ſororem deperiens, in morbum incidit.
id malum deprehendit Jonathas quidam eius cognatus & amicus, vir prudens & magni conſilij. videns enim Amnonem à natiua corporis habitudine indies magis ac magis deficere, acceſſit illum rogans vt cauſam ſibi indicaret. Suſpicari enim ſe, amatoriam quandam eſſe hanc paſſionem. quo fatente ſororem germanam ſibi adamatam, conſilium dat quomodo optatis potiri valeat. ſuaſit enim vt ſimulata ægritudine, ſimul atq; pater viſendi cauſa illum acceſſiſſet, roget vt ſororem ad ſe mittat, cuius miniſterijs releuatus eo citius conualeſcere poſſit. Paruit Amnon, & cum nihil cunctatus decubuiſſet, ſimulare morbum cœpit. Dein cum pater officiosè inuiſens percontaretur de valetudine, petijt ſororem ad ſe mitti. ea poſtquã iuſſu patris accita venit, poſtulauit vt ſuis manibus colyphia frixa adferret. Sic enim libentius ſe comeſturũ. quæ in conſpectu fratris farina ſubacta, formatisq; colyphijs ac frixis, iuueni obtulit. at ille nõ ea guſtauit, ſed famulis mandauit, vt quot quot pro foribus cubiculi obuerſarentur, ſubmouerent: dicens ſe abſq; ſtrepitu quieſcere cupere. quo facto iuſſit ſororem in intimum conclaue paratã cœnã inferre. quod cum puella feciſſet, apprehenſa ſuadere cœpit, vt ſui copiam faceret. At puella exclamat, Abſtine vim frater abſtine, nefas eſt te rem tam turpem perpetrare. Deſine à tam flagitioſa concupiſcentia, quæ nihil præter dedecus & infamiam toti familiæ noſtræ adferre poteſt. aut ſi reſiſtere ei non vales, à patre tibi hoc impetrandum eſt, nõ per vim extorquendum. at ille amore feruens non paruit, ſed libidinis æſtro percitus reluctantem per vim opprimit: atq; poſt oblatũ vitium, in contrariũ mox affectum vertitur, & exoſam ac faſtiditam conuicijs aggreſſus iubet vt eueſtigio ſe inde faceſſat. quæ cum hanc iniuriam priore grauiorẽ diceret, quòd conſtupratam vel vſq; noctem illic manere nõ patiatur, ſed confeſtim extrudat clara adhuc luce, vt turpi- Amnon ſororem reluctantem per vim opprimit, mox exoſam & faſtiditam extrudit.

tudinis

An. mũdi 2912 Ante Christum natum 1052.

tudinis ſuæ teſtibus occurrat: mandauit famulo vt eam eiiceret. illa verò ſciſſa talari tunica, qualibus tum regiæ puellæ ex more velabantur, & cinere caput ſparſa, per mediam vrbem diſcedebat, vim ſibi illatam quiritando. in quam ſic affectam cũ Abeſalomus frater incidiſſet, ſciſcitatus eſt quid mali haberet quòd ita ſeſe afflictaret. cumq; illa de ſtupro rem totam ei denarraſſet, ſolatus eã hortabatur vt æquo animo factum hoc ferret, nec ad iniuriam ſuam pertinere putaret, cum à fratre ſit vitiata. quibus verbis placata puella vociferari ac quiritari deſiit: & deinde aliquam multo tempore in cœlibatu apud Abeſalomum fratrem perſeuerauit. His cognitis Dauid pater vehementer indoluit, ſed quia diligebat Amnonem vt filiorum natu maximum, non ſuſtinuit illi moleſtus eſſe. Porrò Abeſalomus graue odium eius in pectore celabat, opportunitatẽ vindictæ expectans. iamq; alter annus abierat, ex quo pudicitiæ ſororis eius illuſum eſt: & cum eſſet iturus in Belſephon, quod eſt oppidum tribus Ephramitica, ad tondendos ſuos greges, inuitauit patrem ac fratres ad ſolenne conuiuium. quo excuſante quòd nollet eum grauare, rogauit vt pace eius liceret filijs proficiſci. quo impetrato ſuis iniunxit, vt quamprimùm animaduertiſſent Amnonem temeto grauatum, neminem veriti ad nutum ſuum illum trucidarent.

Abeſalomus ſororẽ Thamaram ſolatur.

Abeſalomus vindictæ opportunitatem expectat.

Abeſalomus patrem ac fratres ad ſolenne conuiuium inuitat, & Amnonem vino ſepultum, trucidari curat.

CAP. VIII.

Quomodo per inteſtinum familiæ diſſidium, Dauid à filio regno pulſus ſit.

VT verò perpetratum eſt quod mandauerat, ſtupor & trepidatio fratres occupat: & ſibi quiſq; timens, correptis equis curſu ad patrem ferebantur. Interim quidam præueniens, omnes ab Abeſalomo cæſos nunciat. qui non aliter quàm par erat amiſſis ſimul tot filijs, idq; fratris ſcelere, graui dolore ictus, ne cauſam quidem rogauit, neq; expectato nuncio in re propter facinoris magnitudinem incredibili, totum ſe luctui tradens, conſciſſa veſte humi proſtratus iacebat, deplorans non magis quos peremptos acceperat, quàm ipſum interfectorem. Jonathas verò Sammæ fratris eius filius hortabatur, vt moderatius doleret, negans ſe de morte cæterorum credere: nec enim cauſam facti inuenire poſſe: de ſolo Amnone dicens diligentius perquirendum. nam de hoc probabile eſſe, quòd memor iniuriæ ſororis frater in eum tale aliquid auſus ſit. interea ſonitus aduentantium equorum, & quorundam eos præcurrentium, omnes in ſe conuertit. hi fuêre filij Regis, qui, relicto conuiuio, profugerant. ibi pater occurrit flens flentibus, ex inſperato videns quos paulo ante extinctos acceperat. denuoq; gemitus ac lacrymæ inſtaurantur: his fratrem, Rege filium fœdè trucidatum deplorantibus. At Abeſalomus in Geſura ad maternum auum fugit, eius regionis dynaſtam, ibiq; toto triennio permanſit. Cum autem Dauidi animus eſſet Abeſalomum ad ſe reuocare, non ad ſupplicium, ſed vt eum apud ſe haberet: (iam enim ira reſederat) vltrò huc propenſum Joabus imperator ſuis artibus impulit. mulierculam enim quandam grandi natu ſubornat, quæ lugubri cultu ad Regem accedens, aiebat inter duos ſuos filios ruri agentes rixam exortam adeò increuiſſe, vt, cum ſoli eſſent ac nemo adeſſet qui dirimeret, alter ab altero ictus exſpirauerit: rogabatq; hanc gratiam, vt quoniam cognati eius qui interfectus eſt alterum ad cædem expeterent, ſaluti eius conſuleret, ne reliqua ſpe ſuæ ſenectutis orbaretur. neq; enim aliud remedium ſupereſſe, ſi nullum apud Regem inueniret. nam nihil eſſe quod illos compeſcere queat, præter maieſtatis regiæ reuerentiam. Cumq;

Dauidi omnes filios ab Abeſalomo cæſos nunciatur.

Ionathas Dauidem conſolatur, mortem cæterorum negans, de ſolo Amnone diligentius perquirendum cenſet.

Dauidis filij ad patrẽ, Abeſalomus verò ad auum confugit.

2. Reg. 14.

Abſalon callidè per mulierem à Ioabo ſubornatam reuocatur Hieroſolyma.

Rex

Rex postulatis eius annuisset, hac verba subiecit: Tua quidem benignitati Rex gratias ago, quòd senectutẽ meam & tantum non orbitatem miseraris: sed quò certior sim de tua clementia, tuum ipsius filium prius in gratiam recipe, & indignationem contra eum depone. alioqui quomodo possem de concessa hac mihi gratia non dubitare, cum ipse adhuc ob similem iniuriam filio infensus esse pergas. At cuius est prudentiæ, vno contra voluntatem amisso, vltrò necem alterius addere? Tetigit mox Regis animum suspitio, personam à Joabo esse subornatam: & cognito ex anicula rem ita se habere, accersit Joabum, dicens eum assecutum quod cupiebat, licereq; vt Abesalomum reducat. Non enim amplius se in in eum stomachari, sed totam indignationem præterijsse. At ille adorato Rege, & verbis eius libenter acceptis, euestigiò Gesura properauit, & assumptum secum Abesalomum Hierosolyma reduxit. Rex verò audiens filium aduentare, misit qui ei denunciaret, ne ad ipsum accederet. nondum enim ita se affectum, vt reuersum videre statim sustineat. Ille ita vt iussus est deuitato patris conspectu, intra domesticos parietes cum suo famulitiò se continebat. nec tamen aliquid eius pulchritudini decessit, vel propter mœrorem, vel quòd non ea tractatione vteretur, qua vti regium iuuenem par erat: sed tam forma quàm statura quosuis in maximis delicijs degentes superabat. Tanta autem fuit eius casaries, vt intra octauum quemque mensem ad ducentos siclos, hoc est ad quinque pondo accresceret. Ad hunc modum priuato cultu per biennium Hierosolymis habitauit: natiq; sunt ei filij tres & vna filia formosissima, quæ Solomonis filio Roboamo postea nupsit, & filium ei nomine Abiam peperit. Deinde misit ad Joabum rogans vt se penitus in paternam gratiam reducat, & impetret vt sibi liceat patrem inuisere & alloqui. quod quum Joabus facere cunctaretur, agrum eius vicinum per quosdam è suis incendio vastari iussit. Is quum re cognita ad Abesalomum venisset, expostalanti, quo suo merito damnum ab eo accepisset, respondit se hoc stratagemate illum ad se elicere voluisse, quandoquidem mandata de conciliando sibi patre negligeret. quam ob rem, inquit, nunc te præsentem obsecro, vt placatum mihi reddas genitorem, quandoquidem molestior est mihi reditus in patriam quàm exilium fuerat, si ille in indignatione sit pertinax. Tum Joabus his verbis inductus, & vicem eius miseratus, deprecatus est Regem pro illo, & tam accuratè & feliciter eius causam egit, vt flexus ad pietatem confestim eum acciri iuberet. Qui cum supplex illi ad genua veniam peccati petens procidisset, sua manu erecto obliuionem omnium ante actorum est pollicitus. Porrò Abesalomus in integram gratiam patris receptus breui magnum equitatum & multos currus sibi comparauit, & satellitium armatorum L. & per singulos dies manè regiam frequentans, eos qui ius illuc petentes causa cadebant, comiter appellabat: dictitansq; malos adesse patri consiliarios, aut etiam ipsum in ferenda sententia lapsum, popularem auram ita captabat. His artibus conciliatis sibi populi studijs, certus iam de eius fauore, quarto post reconciliationem anno orauit patrem, vt cum bona eius gratia Hebronem ad vota, quæ in exilio conceperat, persoluenda abire sibi liceat: permissuq; eius profectus, mox vndique plurimos ad se acciuit, ita vt cateruatim illò confluerent. Inter cæteros affuit etiam Dauidis consiliarius Achitophel Gelmonæus, & ducenti Hierosolymitæ, non quidem conscij conspirationis, sed quasi ad sacrificium euocati: nec mora stratagemate succedente, Rex ab vniuersis

An. mũdi 2916 Ante Christum natum 1048.

Abesalomus reductus patris Dauidis conspectum deuitare iubetur.

Abesalomi Hierosolymis nati liberi, 2. Reg. 13.

Ioabus incendio agri reuocatus, reconciliat Abesalomum patri.

An. mũdi 2918. Ante Christum natum 1046.

Hedio & Ruffinus Cap. 9. Abesalomus patris sui affectat regnum, astutè satis & callidè.

An. mũdi 2920 Ante Christum natum 1044.

 uersis

An. mũdi 2920 Ante Christum natum 1044.

Abesalomus Rex ab vniuersis salutatur.

uersis consalutatur. Caterùm Dauid audita ex insperato filij tyrannide, impia hominis audacia perculsus, qui immemor condonatæ prioris noxæ, multo sceleratiora consilia cepisset, primùm vsurpandi regni quod patri diuinitus datum sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decreuit vltra Iordanem in loca tutiora se recipere: conuocatisq; amicorum intimis, & collocutus cum eis de insolentia filij, totum negocium iudici Deo committens, reliquit regia custodiam decem pellicibus, & Hierosolymis excessit, cum alia multitudine magna alacritate prosequente, tum præcipuè sexcentorum cohorte, quæ etiam regnante Saulo à latere fugitantis nusquam discesserat. Abiatharum verò & Sadocum Pontifices & quicquid Leuitici generis aderat simul abire cupientes, Arcamq; asportare, bonis rationibus manere persuasit, dicens etiam sine Arcæ præsidio diuina ope è periculis se seruandum: simulq; mandauit vt de omnibus quæ inciderent per clancularios nuncios se certiorem facerent. fidelem enim operam in talibus negotijs præstiterunt filij Pontificum, Sadochi Achimas & Abiathari Jonathas. Ethæo quoque Gittæus nullis Regis monitis adduci potuit, vt maneret, quo magis illustris fuit eius erga Regem fides ac beneuolentia. Ascendenti autem per cliuum Oliueti montis, omnibus circa eum lacrymantibus renunciatum est etiam Achitophelem, mutatis studijs, in partes Absalomi concessisse: quo vix aliud tristius ei in hac calamitate accidit. quamobrem precatus est Deum, vt Absalomi animum ab Achitophele alienaret. verebatur enim ne eius consilijs contra se vteretur, viri prudentissimi & oculatissimi in dispiciendo quid facto opus esset. Quumq; in verticem montis peruenisset, respiciebat ciuitatem, & cum multis lacrymis non aliter quàm regno eiectus Deum precabatur. ibi offendit virum in amicitia constantem, nomine Chusim: hunc conspicatus scisso amictu & caput cineribus oppletum, & mutabilitatem rerum deplorantem, solatus est pro tempore iussum æquo animo præsentem statum ferre: ac postremò obnixè precatus est, vt simulato Absalomi partium studio, diligenter secreta eius perscrutaretur, & Achitophelis consilijs semper se opponeret: sic enim eum magis partibus profuturum, quàm si vnà maneret. atque ita persuasus à Dauide, eo relicto Hierosolyma se contulit: quò paulo post etiam Absalomus peruenit. Interim Dauid paulum progressus obuiàm habuit Sibam Memphibosthi seruum, quem ipse ad curam prædiorum amici filio donatorum miserat, agentem præ se duos asinos necessarijs ad victum onustos. Is obtulit ei vt quicquid vellet sibi ac suis acciperet, simulq; rogatus vbi nam Memphibosthum reliquisset, Hierosolymis relictum respondit. Sperare enim eum, rebus turbatis, fore vt ob Saulimeritorum memoriam ipse suffragijs populi Rex crearetur. quamobrem indignatus, omnia, quæ prius domino eius concesserat, Sibæ est largitus: dicens hunc digniorem quàm illum vt talibus possessionibus fruatur. Hac liberalitate Siba gauisus est. Dauidi verò iuxta locum Bachoram superuenit cognatus Saulinomine Semeis, filius Geræ, saxis eum simul & conuicijs impetens: cumq; amici eum protegerent, magis etiam exasperatus ad conuicia, sanguinarium & multorum malorum causam appellabat, iubens vt impurus ac execrabilis regione excederet: gratiasq; agebat Deo, quòd per proprium filium pœnam peccatorum ab illo exigeret, & eorum quæ olim in dominum suum commiserat. Hac tam sæua petulantia concitatis omnibus ad indigna-

Dauid Hierosolymis excedit.

Dauid fugiens, sacerdotes in vrbe manere vult, vt per eos, quid in ea agatur, cognoscat.

Ethæo fit Dauidi exilij comes.

Achitophel ad Absalomũ deficit, cuius consilia ne succedãt Dauid precatur.

Chusini Dauid vt Achitophelis consilijs se opponeret, obnixè precatur.

2 Reg. 16. Siba heri falsò accusati opibus potitur.

Semeis in Dauidem iniuria.

dignationem, Abiſæo verò etiam interficere Semeim volente, Dauid eos cohibuit, negans addendam ad præſentia mala noui alicuius motus occaſionem. Nihil, inquit, moror hunc rabidum canem, & Deo cedo, qui eum in nos immiſit. Mirum verò ſi hæc ab iſto patimur, quando etiam filius pietatis eſt oblitus. Sed hæc miſericordi Deo cura erunt, cuius fauore tandem inimici nobis ſuccumbent. His dictis continuabat iter, contempto Semei parte alia montis curſim cum conuicijs aſſectante. Delatus deinde ad Iordanem, ſuos ex itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat. Interim Abeſalomo cum Achitophele conſiliario Hieroſolyma ingreſſo, concurſu populi ſalutãtis ad eos facto, inter cæteros etiam Dauidis amicus ad eos venit, & adorato nouo Rege, precatus eſt illi perpetuum hoc imperium. Rogatus deinde ab eo, quidita cum hactenus inter præcipuos ac fidiſſimos patris amicos eſſet habitus, nunc deſerto illo ad ſe tranſiret: cordatè reſpondit, non eſſe Dei voluntati & populi conſenſui repugnandum. Hos, inquit, tibi ſtudentes, ego quoque merito ſequor. à Deo enim regnum hoc accepiſti. quòd ſi me in tuorum numerũ recipere dignatus fueris, quam fidem & beneuolentiam patri tuo me præſtitiſſe noſti, eandem tibi præſtabo. Nemo enim præſentem ſtatum iniquè ferre debet, quando non in aliam familiam regnum tranſlatum eſt, ſed in eadem manet, filio ſuccedente. His verbis iuueni omnem ſuſpicionem exemit. Aduocato deinde Achitophele conſultabatur quidnam eſſet agendum. Is ſuaſit vt cum paternis pellicibus congrederetur. Sic enim populum conſtantius in partibus perſeueraturum, ſublata reconciliationis ſpe: & promptè contra patrem militaturum. Nam hactenus non libenter eos inimicos ſe illi profiteri, veritos ne pax inter patrem & filium coëat. Paruit iuuenis, iuſſitq; famulis vt in regia tentorium ſibi erigerent inſpectante populo, in quod ingreſſus cum pellicibus patris concubuit. Idq; totum iuxta Nathanis prophetæ vaticinium euenit, quod Dauidi futurum, vt ab vno è filijs oppugnaretur, prædixerat.

An. mũdi 2920 Ante Chriſtum natum 1044.

Dauid Semeim occidi vetat.

Chuſim ſimulatè offert Abeſalomo ſtudium ac fidem ſuam.

Achitophel Abeſalomo vt cum paternis pellicibus congrederetur, ſuadet.

CAP. IX.

Abſalomi contra patrem profecti cum exercitu interitus.

HOC Achitophelis conſilium exſequutus, iterum poſtulat quid de belli ratione cenſeat. Reſpondit ille, oportere ſibi attribui decem millia lectorum militum. Cum his ſe profectum interfecturum patrem, atque ita partibus ſuis incolumitatem, & ipſi ſecurum imperium eadem opera, Dauide ſublato, pariturum. Hac ſententia delectatus, accerſit Chuſim Dauidis amicorum principem (ſic enim eum ille vocabat) & expoſito Achitophelis conſilio, quid ipſi videretur quærebat. At ille intelligens quòd hoc modo Dauid in poteſtatem redactus facilè occidi poſſet, contrariam ſententiam attulit. Scis, inquit, Rex virtutem patris & eorum qui illum ſequuntur, quòd in multis conflictibus ſemper victor euaſit. Profectò veteranus bellator artibus contra nos vtetur. & intellecto noſtrorum aduentu, noctu vallem aliquam cum parte militum inſidebit, aut poſt rupem aliquam deliteſcet. Deinde noſtris exercitum eius inuadentibus paulatim illi pedem referent, expectantes occaſionem dum Regi propiores facti totis viribus in pugnam redeant. interim ille ex improuiſo ſuperueniens, ſuis animum addet, noſtris verò metum ac conſternationem afferet. Expende

2. Reg 17.

Achitophelis conſilio ſuadentis Dauidem bello proſequẽdum Chuſim ſe opponit.

An. mũdi 2920 Ante Christum natum 1044.

Chusi consiliũ, quod etiam, Achitophelis reiecto, recipitur.

igitur meum quoq; consilium sanè melius, & Achitophelis opinionem missam fac. ac potius edicto per totam Hebræorum regionem copias contra patrem colli-ge: quæ vbi in vnum conuenerint, imperium earum tu ipse assume, néue alterius fidei committas. Facilè enim illum deuinces, si in aperto campo assequaris, quòd ille paucos circa se habeat, tu verò tàm multa millia virorum, qui dari sibi occa-sionem cupiunt declarandi quàm sint tui nominis studiosi. quòd si pater intra mœnia cuiuspiam oppidi se concluserit, machinis ac cuniculis id expugnabimus. In huius sententiam itum est, Abesalomo autore consilio Achitophelis præ-latam: sed hoc ipsum Deus effecit, vt Chusis consultor magis placeret. qui prope-rè ad Pontifices Sadocum & Abiatharum veniens, suum & Achitophelis con-silium eis exposuit, quodq; ipsius comprobatum sit: petijt deinde vt hæc Dauidi per nuncios significarent, adhortarenturq; eum vt sine mora Iordanem tran-siret: ne fortè filius, mutata sententia, persequatur eum, & priusquam in

Sadocus & Abiathā-rus filios ad Dauidē mittunt.

tutum se recipiat, comprehendat. Pontifices autem iam ante curauerant, vt extra vrbem laterent filij, renunciaturi Dauidi quid in vrbe agatur. ad hos igitur fidam famulam miserunt, afferentem quid Abesalomo decretum sit: mandaruntq;, vt, quantum possent, properarent Dauidi hæc indicaturi. qui cuestigio cum patrum mandatis, vt pios ac fidos ministros decebat, nihil sibi ad summam celeritatem reliquum facientes, ad Dauidem properabant. Vix duo stadia promouerant, quum à quibusdam equitibus conspecti, apud Abesalo-mum deferuntur: qui mox ad capiendum eos misit. Senserunt hoc maturè Pontificum filij, & diuertentes à via publica in propinquum vicum agri Hie-rosolymitani nomine Bocchuram se dederunt, ibiq; mulierem quandam ro-gauerunt vt se absconderet. ea mox demissis per funem in puteum, os eius velleribus contexit: rogataq; à superuenientibus persecutoribus num eos vi-disset, conspectos sibi non negauit. accepto enim à se potu statim abiuisse di-cebat: & si modo alacriter persequantur, fore, vt eos comprehendant. Illi diu frustra persequuti, retrò sunt reuersi. Mulier verò, vbi hoc animaduertit, & non esse amplius periculum iuuenibus ne capiantur, per funem rursum extra-ctos cœptum iter continuare iussit. Illi quanta potuerunt festinatione ad Da-uidem peruenerunt, & omnes Abesalomi conatus illi renunciauerunt: qui suos confestim Iordanem transire edicit, quamuis nox esset, nihil cunctari passus.

Pontificum filij ad Dauidem missi, in pu teum sese abscondunt.

Dauid de Absalomi conatibus certior fa-ctus, cum suis Iorda-nem transit.

Achitophel, suo con-silio explosо, laqueo, sibi vitam finit.

Porrò Achitophel vbi suum alterius consilio posthabitum vidit, conscenso iu-mento Gelmonem patriam petijt. Ibi conuocatis omnibus domesticis, exposuit eis quæ Abesalomo consuluerat, addens quoniam non persuasisset, certo se breui periturum. Dauidem enim omnino superiorem hoc bello fore, & amis-sum regnum recepturum esse. Præstat igitur, inquit, magno animo, vt virum ingenuum decet, è vita exire, quàm Dauidi ob filio nauatam contra eum ope-ram, excarnificandum se præbere. His dictis in penitissimas ædes digressus, se ipse suspendit, atque ita Achitophelem, suopte iudicio tali morti addictum, co-gnati eius laqueo demptum funerauerunt. Caterùm Dauid, superato, vt di-ximus, Iordane, peruenit Castrum, pulcherrimam ac munitissimam eius tra-ctus. Ibi cum summa beneuolentia ab omnibus eius regionis optimatibus ex-ceptus est, partim præsenti hominis necessitate motis, partim reuerentia pri-stinæ felicitatis. Fuerunt autem hi Barzelæus Galadita, & Siphar Amma-nitidis dynastes, & Mabbirus Galaditidis regionis primas. Hi quicquid ad vi-

Dauid Mahanaim peruenit, vbi cum summa reuerentia ab optimatibus ex-cipitur.

ctum

ctum pertinebat, largiter Regi cum ſuis prabebant, vt nec lecti ſtrati eis deeſſent, nec panis ac vinum, quin & carnium copia ſemper aderat, & quicquid vel ad alimoniam, vel ad laſſitudinis refectionem opus eſſet. Interim Abeſalomus coacto grandi contra patrem exercitu, & traiecto Iordane amne, conſtitit non longè à Caſtro oppido Galaditidis, loco Ioabi prapoſito exercitui cognato eius Amaſa. prognatus enim erat patre Iotharſa, & matre Abigaa. hæc verò & Saruia Ioabi mater, ſorores erant Dauidis. Rex autem recenſitis, qui circa ſe erant, comparatoq; numero circiter quatuor millium, decreuit non expectare dum Abeſalomus prior ipſum aggrediatur, ſed creatis tribunis, diuiſoq; in tres partes exercitu, vnam Ioabo imperatori attribuit, alteram fratri eius Abiſao: tertiam tradidit Ethæo, amico quidem & familiari, ſed è Gitta oriundo. Ipſum autem volentem adeſſe in exercitu amici prohibuerunt, idq; prudentiſſima ratione. Si enim, eo præſente, vincerentur, nihil ſpei reliquum fore. quòd ſi vna parte exercitus victi, cum catera ad ipſum refugiſſent, reparandarum viriũ facultatem non defore. alioquin etiam hoſtem ſuſpicaturum, alium exercitum circa Regem eſſe. Placuit hoc conſilium: itaque perſuaſus apud Caſtrum manſit. Sed dum amicos ad pugnam dimitteret, obteſtabatur vt memores omnium acceptorum beneficiorum ſtrenuam ac fidelem operam ſibi nauarent: & vt poſt victoriam filio parcerent, ne occiſo illo, aliquid mali in ſeipſum ſtatueret. atque ita precatus illis victoriam, exercitum emiſit. Caterum cum Joabus ex aduerſo hoſtium aciem ſuam explicuiſſet in planicie ſyluam à tergo habente, Abeſalomus quoque ſuos contrà eduxit: & congreſſi acriterq; pugnantes multa vtrinque præclara facinora edebant: his dummodo Dauid regnum recipiat, quiduis periculi magno animo contemnentibus: illis contrà ne Abeſalomus & hoc priuetur, & patri inſuper audaciæ pœnas det, nihil nõ vel facere vel pati paratis. Iidem cum numero longè præſtarent, ignominioſum ducebant tanto

An. mũdi 2920 Ante Chriſtum natum 1044. Hedio & Ruffinus cap. 10. 2 Regnm 18.

Abſalomus Iordanem traijcit.

Diuiſio exercitus Dauidici.

Dauidem adeſſe volentem in exercitu amici prohibent.

Mandatum Dauidis de parcendo filio.

Prælium inter Abſalomum & Ioabum.



paucioribus Joabi militibus ſuccumbere. Contrà Regij vt tot millia p roſligarent omni ope cõnixi, tandem, vt erat dignum veteranis & rei militaris peritiſſimis,

An.mũdi 2920 Ante Christum natum 1044.

Fuga & strages exercitus Abesalomi.

hostem terga vertere coegerũt. fugientes deinde per saltus & abrupta insequendo, alios captiuabant, alios trucidabant, ita, vt multo plures in fuga caderent, quàm in prælio. Interfecta sunt enim ea die fermè viginti millia. Plurimi autem in Abesalomum ferebantur, insignem tam pulchritudine quàm statura corporis. Is veritus ne viuus caperetur, conscensa mula Regia effuso cursu fugiebat. Cumq; per agitationem ventilaretur capillitium, aspera arboris prominenti ramo inopinatè implicitum iuuenem suspendit. Iumentum enim vehementi impetu ferebatur, non aliter quàm sessorem gerens. at ille sublimis in ramo retinebatur, ne hostem effugeret. Quod animaduersum quidam è militibus Dauidis indicauit Ioabo: eoq; quinquaginta siclos promittente, si illum cõfoderet, respondit: Nec si duo millia daturus esses, facerem hoc domini mei filio, maximè cum omnibus nobis audientibus parci iuueni sit precatus. At ille iussit vt indicaret vbinam pendentem viderit, moxq; defixo in cor telo eum interemit. Armigeri verò Ioabi circumsistentes ab arbore eum detraxerunt, & proiectum in hiatum profundum ac obscurum congestis saxis obruerunt, ita vt tumuli forma extaret. Deinde cum receptui cecinisset Ioabus suos à persequendo cohibuit, parcendum ciuili sanguini ratus. Porrò Abesalomus erexerat sibi in valle Regis columnam marmoream cum inscriptione, duobus stadijs à Hierosolymis dissitam, quam voluit vocari Manum Abesalomi dicens, quòd, etiam si liberos eius perire contingat, in hac tamen nomen ipsius esset mansurum. Habuit enim tres mares, & vnam filiam Thamaram, quemadmodũ iam antè diximus: quæ Dauidis nepoti Roboamo nupta, Abiam eius successorem peperit: sicut pòst loco suo copiosius dicetur.

Ioabus Absalomum interimit.

Absalomi columna marmorea.

CAP. X.

Dauidis iam in regnum restituti status felix.

Chusis victoriæ nuncij ad Dauidem missus ab Achima antevertitur.

DEFVNCTO Abesalomo populus eius domum quisque suam dilapsus est. Achimas verò Sadoci Pontificis filius adito Ioabo, rogauit vt sibi permitteret ad Dauidem ire, nunciaturo lætæ omnia, quodq; diuina ope ac prouidentia victoriam sit cõsequutus. Negauit hoc Imperator, dicens non conuenire, vt antehac afferre lætæ solitus, nunc de morte filij Regem certiorem faceret: iussitq; eum ibi manere. sed vocato Chusi illi mandauit, vt omnia quæ sciret ad Regem perferret. Achima verò denuo rogante, vt ipse mitteretur, victoriã tantum nunciaturus, non etiam Abesalomi mortem, passus est eum hoc facere. Is viã compendiosam ingressus soli sibi notam, Chusim anteuertit. Sedente autem Rege in porta, & expectante aliquem de prælio nuncium, speculatorũ vnus conspecto Achima currente, necdum valens eum agnoscere, ait ad Regem, videre se quempiam accurrentem. Cumq; Rex bonum esse nuncium ominaretur: paulo pòst sequi illum alterum quendam indicauit. Respondente Rege, hunc quoque bonum fore nuncium, speculator iam propiorem Achimam noscitans, Sadoci Pontificis filiũ ait curriculo aduentare. Tum Dauid, profectò hunc bonum & optatũ nuncium afferre de prælio. Vix hæc verba finierat, dum Achimas Regem adoratum salutat: & scitante de pugna, lætam victoriam annunciat. rogatus deinde quid filio factum sit, ait se versis in fugam hostibus confestim iter arripuisse, audisse tamen clamorem militum Abesalomum persequentium: nec præterea quicquam comperti habere, quòd iubente Ioabo properè discedendum fuerit, vt victoriam renun-

renunciaret. iamq; & Chusis aderat Regẽ adorãs & victoriã annunciãs. qui similiter de filio rogatus: Inimicis, inquit, tuis eueniat idem qp Abesalomo. Hæc verba in causa fuerũt, vt nullã ex ea victoria voluptatẽ nec Rex perciperet, nec milites. Ipse enim cõscensa editissima vrbis parte deflebat filiũ, plangẽs pectus, & capillitiũ laceráns, & modis omnib. sese afflictans, ac vociferãs, Fili mi, vtinam mihi tecum mortem oppetere contingeret. Cum enim esset natura suorum amantissimus, præ cæteris hunc maiore affectione prosequebatur. Exercitum autem & Ioabum, audito quòd Rex filium ita lugeat, puduit triumphabundos in oppidum ingredi: sed demisso capite lacrymantes, non aliter quàm clade accepta veniebant. Cæterum quum Rex operto capite gemere desiderio filij perseueraret, Ioabus consolandi causa ad eum ingressus: Quid facis, inquit, ó Rex? an nescis quòd pacto tibi ipse calumniam struis, quasi amicos pro tua salute periculis se exponentes, atque adeò teipsum & familiam tuam oderis: ames verò tibi infestissimos, & iustissima pœna absumptos desiderare non desinas? Nam si Abesalomus vicisset, & regnum suum constabilisset, nihil ex nobis omnibus reliquum fecisset: sed à te ac tuis liberis initio facto, ad vnum miserabilem in modum perdidisset, non deflentibus nos inimicis, sed gaudentibus, & grauiter punientibus eos qui nostram vicem miserarentur. Te verò non pudet hæc facere propter hominem inimicissimum, qui quum esset tuus filius, tantoperein te fuit impius? Desine igitur ab iniusto luctu, & da te in conspectum tuorum militum, & gratias illis age, quòd sua virtute hanc victoriã nobis pepererunt: alioqui si quà cœpisti pergas, hodie regnum ac exercitum alteri tradam, efficiamq; vt iam grauius ac verius quàm antè lugeas. Talibus verbis Ioabus Regi mœstitiam excussit, eumq; ad curam Reipublicæ adduxit. Sumpto enim habitu alio, quò gratior esset militi eius conspectus, pro foribus portæ consedit, ita vt hoc audito vniuersus populus ad salutandum eum concurreret. Dum hæc ita geruntur, qui ex Abesalomi exercitu cladi superfuerunt, domum reuersi nuncios oppidatim dimiserunt, admonentes quantum beneficiorum à Dauide accepissent, & quomodo post multa ac magna bella in libertatem ab eo vindicati fuissent: & quàm iniquè hoc eiecto alteri regnum commisissent. Itaque debere eos, extincto quem elegerant, Dauidem rogare, vt omissa ira in gratiam populum suum recipiat, & quemadmodum antea curam Reipublicæ suscipiat. De hac re crebri nuncij veniebant ad Regem: isq; mox Sadoco & Abiatharo Pontificibus per literas mandauit, vt Principes tribus Iudæ compellent, turpe illis esse, alias tribus ante eos in regnum Dauidem reponere, maximè cum is tribulis sit ac consanguineus. pari modo Amasam Imperatorem eos alloqui iussit, quî fieret quòd cum esset ipsius ex sorore nepos, exercitui non persuaderet, vt Dauidi regnum in manus reddat. Sperandam autem illi non solum veniam, quæ iam contigisset, verumetiã vniuersarum copiarum præfecturam, quam Abesalomus ei concesserat. Pontifices verò tum Principes dictæ tribus sunt alloquuti, tum Amasam ostentata Regis pollicitatione in partes ipsius traduxerunt. Ac primum contribules Dauidis incunctanter per legatos eum in regnum reuocant: quorum exemplo simul & Amasæ autoritate moti cæteri Israelitæ & ipsi idem faciunt. atque hæ legationes ad eum Hierosolymis excipiendum confluebant. Sed singulare Judæ tribus officium extitit, quæ vsque Iordanem amnem illi occurrit. eódem præsto fuit

An. mũdi 2920 Ante Christum natum 1044.

Dauid cognita filij cæde à Chusi acriter eum deflet.

2. Regum 19. Ioabus cum exercitu lugens vrbem ingreditur.

Taxatus Dauid ob filij luctũ excussa mœstitia, prodit in publicum.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. Israeliticum regnum Dauidi iterum offertur.

Dauid Amasæ veniã & vniuersarũ copiarum Præfecturã cõcedit.

An. mũdi 2920 Ante Christum natum 1044.

fuit Semeis filius Gera, sequentibus mille viris è tribu Beniamitica: necnon Siba libertus Sauli comitatus quindecim filijs & seruis viginti. Hi vnà cũ tribu Iudæ ponte ripas fluminis iunxerunt, vt Rex cum suis absque negocio transire posset. Vt verò ad Iordanem peruenit, salutatus est à tribu Iudæ: & Semeis in pontem progressus, accidensq; ad Regis pedes, rogabat veniam commissorum, vtq; infensus sibi esse desineret, néve recepta potestate in se primum animaduerteret: reputaretq; id quoq; quòd erroris pœnitentia ductus, primus ipse reuertenti occurrisset. In hunc modum supplicanti ac misericordiam implorãti, Abisaus Ioabi frater, satin' hoc, inquit, putas ad effugiendum supplicium, quod maledico in Regem diuinitus electum ore es commeritus? Tum Rex ad eum versus: Desinite Saruiæ filij, néve nouas turbas ac seditiones excitare. Sic enim vos existimare volo, hanc esse mihi aditialem regni diem. quam ob rem iuro me omnibus omnem pœnam remittere, qui quocunque modo in maiestatem meam peccauerunt, neq; in quenquam ea de causa animaduersurum esse. tu quoque Semei bono animo esto, nihil de supplicio solicitus. At ille adorato Rege, cœpit eum præcedere. Post hæc Memphibosthus Saulinepos ei venit obuiam, sordidatus & promisso ac neglecto capillitio. ex quo enim Rex profugerat, neque comam totondit, neque vestem purgauit, calamitatem eius non secus quàm propriam ferens: ad hæc suo procuratore apud Regem falso delatus fuerat. Is post salutatum & adoratum Regem interrogatus ab eo, qua de causa non simul exisset, socius fugæ futurus: respondit Sibam esse in culpa. Hunc iussum parare ad profectionem necessaria, verba sua non aliter quàm alicuius mancipij cõtempsisse. alioquin, inquit, si pedibus integris fuissem, & ad profectionem his vti potuissem, nunquam abstrelinqui passus fuissem. Nec contentus meam erga te domine pietatem impedisse, insuper maliciosè ac mendaciter me detulit. Sed benè noui quòd tua prudentia tales calumnias non admittat: quum sis iustus, & Deum ac veritatem, cui tantopere studes, diligas. Cum enim in grauissimis periculis aui mei temporibus versatus sis, liceret q; tibi de tota familia nostra eo nomine pœnas sumere, quatua bonitas est ac modestia, omnes acceptas iniurias obliuioni tradidisti, recenti etiã tum earum memoria summam potestatem assecutus. præterea in amicorum ordinem allectum, & mensæ tuæ quotidianum conuiuam adhibitum, nihilo deteriore conditione quàm vnum quemuis è maximè necessarijs apud te esse voluisti. his auditis neque Memphibosthum punire libuit, neque an Siba calumniator fuerit cognoscere. sed præfatus cuncta se eius bona Sibæ largitum, veniam tamen illi & dimidiæ partis restitutionem promisit. Tum Memphibosthus: Habeat sibi totum Siba, mihi satis est te in tuum regnum restitutum esse. Berzelæum deinde Galaditam virum magnum ac bonum, cuius benignitate belli tempore adiutus fuerat, deducentem se Iordanem vsque, Rex rogauit vt simul Hierosolyma proficisceretur: pollicitus eum parentis loco se habiturum, nihilq; illi defore quo extremæ eius ætati refouendæ sit opus. at ille excusauit, rem domesticam conuictui regio præferens: dicens se iam octuagenarium non posse Regiæ voluptatibus perfrui, iam de absoluendo extremo vitæ actu & sepultura solicitũ: rogansq; vt sibi cum bona Regis gratia liceat suo more domi viuere: quandoquidem iam per ætatem non amplius vllam è potu aut cibo voluptatem capiat, & aures obturatas habeat ad sonos tibiarum cæterorumq; instrumentorum quibus aulici Regij se oblectare solent. Quo ita instanter rogante, Te, inquit, dimitto: hunc

Iudæ tribus ad Iordanem vsque Dauidi occurrit, & pontem fluminis ripas iungit.

Semeis veniã consequitur.

Memphibosthus à calũnijs Siba se purgat.

Dauid Memphibosthino veniã & dimidiæ partis bonorum Sibæ donatorum restitutionem promittit.

Berzelæus Hierosolyma, patre eò proficisci nolente, cũ Dauide contendit.

vero

verò Achimanum filium mecum abire ſinito. Omnium enim bonorum mee- An.mũdi 2920
rum particeps erit. Tum Berzellaus relicto filio, & adorato Rege, omniaq́ Ante Chriſtum
fauſta illi precatus, domum eſt reuerſus. Dauid autem Galgala peruenit, iam natum 1044.
dimidium totius populi circa ſe habens, & Iuda tribum integram. Eò vene- Tribus Iudæ, quòd
runt ad illum primores eius regionis, ſequente magna hominum multitudine: inſcijs Iſraelitis Regẽ
incuſabantq́ Iuda tribum, quòd inſcijs cæteris ad Regem ſe contuliſſet, cui o- reduxerit, accuſatio
mnes ſimul vnanimiter occurrere debuerint. Principes verò tribus Iuda ro- & excuſatio.
gabant, vt æquo animo ferrent, quòd prauenti eſſent. Exhibitum enim hoc of-
ficium propter cognationem, qua deuinctum ſibi feruentioribus ſtudijs proſe-
querentur. neque enim ſe hac de cauſa vlla munera accepiſſe, vt merito ægrè
ferre debeant, ſerius ſe ad illum peruenisſe. Non tulerunt hoc dictum cæte-
rarum tribuum Principes, Demiramur, inquiunt, fratres, quòd Regem vobis
propriè cognatum vindicatis, ac ſi non omnium noſtrùm cognatus ſit haben-
dus, quem omnibus nobis ex æquo Deus præeſſe voluit: ergo cum totus populus
vndecim partes habeat, vos vnicam, tantoq́ potiores ſimus, præter æquum fe-
ciſtis quòd nobis neſcientibus ad Regem veniſtis. In hac Principum altercа- 2. Regum 20.
tione exortus eſt vir quidam malus ac ſeditioſus, Sabæus filius Bochoriæ, tri- Sabæus homo ſedi-
bus Beniamitidis: qui ſublata voce in medio multitudinis exclamauit, Non tioſus auertit Iſraeli-
eſt nobis pars apud Dauidem, nec hæreditas apud Ieſſæi filium, ſimulq́ cornи- tas à Dauide.
cine iuſſo canere bellicum, omnes, relicto Dauide, illum ſunt ſecuti, ſola Iudæ
tribu circa eum manente, à qua mox in regiam Hieroſolymorum eſt deductus.
Vbi concubinis, cum quibus filius Abeſalomus congreſſus fuerat, in alias ædes Dauidis concubinæ à
traductis, omnia benignè vt ante adminiſtrari iuſſit, ipſe verò poſthac non am- filio ſtupratæ aliò
plius eis eſt vſus. Amaſam deinde exercitui præpoſuit, dignitate in hunc colla- traducuntur.
ta, quæ prius Ioabi fuerat: iuſſitq́ vt collectis quantis poſſet è tribu Iuda co- Ioabus contra Sabæũ
pijs poſt triduum ad ſe veniret, vt eum, tradito exercitu, cum imperio contra paucis copijs, Amaſa
Bochoriæ filium mitteret. Quo ad colligendum militem profecto, quum in ea in colligendo exerci-
re occupatior maturè non rediret: tertia die Rex Ioabo dixit, non eſſe in rem tu cunctante, mitti-
publicam, dilationem Sabæo concedi: ne forte inſtructior factus plus damni tur.
det, plusq́ exhibeat negocij, quàm modo Abeſalomus exhibuiſſet. Non eſt,
inquit, vlterius expectandum, ſed cum his quæ nunc ad manum ſunt, copijs,
& ſexcentorum cohorte, cum Abiſæo fratre hoſtem perſequere: & vbicunque
illum adeptus fueris, da operam, vt prælio decernatur: & caue, ne occupatis
munitis vrbibus multorum nobis certaminum & laborum materiam præbeat.
Ioabus nihil cunctatus paruit, & aſſumpto fratre ac cohorte, reliquisq́, qui
tum Hieroſolymis aderant, militibus, contra Sabæum raptim exercitum du-
cit. Cumq́ Gabaonem, qui vicus quadraginta ſtadijs à Hieroſolymis abeſt,
peruenisſet, obuiã ei factus eſt Amaſa magnum exercitum adducens. Ibi Ioa-
bus thorace munitus, accinctusq́ gladio, accedente ad complectendum Ama-
ſa, de induſtria gladium ſibi è vagina elabi paſſus eſt: eosq́ mox à terra ſub-
lato, & altera manu barba Amaſæ ceu deoſculandi prehenſa, improuiſo ictu Ioabus Amaſam iu-
ventrem ei perfodit, hominemq́ confecit, facinus ſanè impium, quòd bonum gulat.
& cognatum iuuenem immerentem propter æmulationem ſummæ præfectu-
ræ & regiæ gratiæ ſuſtulit. Hac enim de cauſa iam ante Abeneri quoque ea-
dem perpetrauerat. Sed illud facinus propter honeſtum prætextum fraternæ vl-
tionis dignius venia videbatur: in Amaſæ verò cæde nihil tale habuit quod præ-

An. mũdi 2920 Ante Christum natum 1044.

tenderet. Caſo autem imperatore pergebat ad Sabæum debellandum, vno relicto apud cadauer. hunc iuſsit proclamare ad exercitũ, Amaſam iure cæſum meritas pœnas dediſſe: qui verò partes Regis fouerent, Ioabum & fratrem Abiſæũ eius duces ſequi debere, iacente verò in via corpore, & tota multitudine ad id confluente, & vt fieri ſolet cum admiratione circumſtante, cuſtos tranſlatum illud in villam quandam longè à via remotam depoſuit, & veſte contexit: quo facto omnes Ioabum ſunt ſequuti. Is quum per totam Iſraeliticam regionem Sabæum eſſet perſequutus, indicio cuiuſdam cognouit eum eſſe in munita quadam vrbe, nomine Abelmachea. qua obſeſſa & circumuallata, iubet militem muros eius ſuffodere & euertere: valde enim irascebatur, quòd portas ei clauſiſſent. mulier autem quædam honeſta & prudens, videns patriam in extremo periculo, conſcenſis mœnibus Ioabum per milites ad colloquium euocat. qui poſtquam proceſſit, Deus, inquit, Reges & Imperatores creat, vt deletis Hebræorum hoſtibus in pace Iſraelitas contineant: tu verò nulla in re læſus, primariam Iſraelitarum vrbem expugnatum veniſti. Tum ille abominatus eius verba, & meliorem ſibi mentem precatus, negauit ſe vel vnum è plebe occiſum cupere, tantum abeſſe vt vrbem tam egregiam exciſam velit: & ſi ad ſupplicium dedatur Sabæus Bochoriæ filius, Regi rebellis, omiſſa oppugnatione confeſtim ſe inde exercitum abducturum. His auditis mulier, Ioabum rogat, vt pauliſper ſuſtineat, pollicita illi caput hoſtis ſtatim è mœnibus deijciendum: moxq; ad ciues reuerſa, Vultis, inquit, mali malè perire cum liberis ac coniugibus propter hominem malum & ignotum, eumq; pro Dauide, cuius tanta in vos extant beneficia, regnare, & vnam hanc vrbem tam valido exercitui reſiſtere? Quibus verbis perſuaſi, præciſo capite Sabæi, ad milites Ioabi hoc deijciunt: confeſtimq; ſigno receptui dato dux obſidionem ſoluit: & Hieroſolyma reuerſus denuò vniuerſis copijs Imperator præficitur. Banaias quoque ſatellitibus & ſexcentorum cohorti à Rege præponitur. Adoramus quæſtor tributis recipiendis conſtituitur. Sabathes & Achilaus Commentarienſium fiunt Principes. Suſa ſcribis præpoſitus, Pontificatus quoque Sadoco & Abiatharo manſit.

Ioabus Sabæũ in vrbe Abelmachea circumuallat.

Mulier Ioabo vrbem quam iuſtius cõſeruaret euerſuro, opprobrat.

Conditio obſidionis ſoluendæ à Ioabo propoſita.

Supplicium de Sabæo ſumtum.

Officia à Dauide diſtributa.

Hedio & Ruffinus cap. 12. 2. Reg. 21.

Poſt hæc fame regionem premente, Rex ſupplex à Deo petijt, vt populum miſeratus cauſam atq; remediũ tanti mali oſtendere dignaretur. Reſponſum eſt per Prophetas, poſtulare Deũ, vt Gabaonitæ vindicẽtur, quos Saulus Rex deceptos præter ius & fas interfecerat, & iuſiurandum quod illis olim Ieſus imperator & ſenatus iurauit, violauerat. Quamobrem ſi Gabaonitis pro cæſis ciuibus pœnas quas ipſi voluerint exigere permittat Rex, fore vt placatus Deus populũ è præſenti calamitate eximat. quod poſteaquam ex Prophetarum relatione compertum eſt, accitis Gabaonitis percontatus eſt quid à ſe peterent: qui cum ſeptem è Sauli progenie depoſcerent ad ſupplicium, Rex perquiſitos eis tradidit, Memphiboſtho tamen Jonathæ filio parcens. his acceptis Gabaonitæ, vt libitum eſt, in eos animaduerterunt: confeſtimq; pluente Deo terra poſito ſqualore ad priſtinam fertilitatem redijt, populusq; copia rerum vt antè fruebatur. Aliquanto poſt Rex bello Palæſtinos adortus, & prælio cum eis cõgreſſus, dum victos auidius perſequitur, vltra cæteros ſolus eſt longiùs prouectus. hunc iam laſſulum conſpicit Acmon filius Araphi, vnus è Gigantum ſobole, indutus loricam circulis conſertam, & lanceam gerens trecentos ſiclos pendentem, accinctusq; gladio:

Fames ob iuramentũ violatum, Iſraelitis immiſſa.

Septem viri è Sauli progenie ad ſupplicium Gabaonitis traduntur.

Dauid in vitæ diſcrimen vocatus ab Abiſæo liberatur.

gladio: & conuersus è fuga haud dubiè confecisset Regem, ni Abisaus Ioabi frater repentè superueniens eum protexisset iam prostratum, & hostem trucidasset. quo Regis periculo grauiter commotus est exercitus, & duces iureiurando eum deuinxerunt, ne in posterum cum alijs interesset prælio, ne, si propter fortitudinẽ & audaciam humanum aliquid ei contingeret, populus ea felicitate, quàm ex ipsius administratione percipiebat, orbaretur. Cumq; post hanc pugnam Palæstini ad Gazaram vrbem conuenissent, Rex quamprimum hoc cognouit, exercitum cõtra eos confestim ire iussit. in hac expeditione egregiam laudem ob præclara facinora edita meruit Sobacchis Chettæus, vnus è fortissimis Dauidis militibus, complures enim qui se de gigantum genere iactabant, & viribus eximijs insolescebant, orco tradidit, præcipuus autor victoriæ quam tum Hebræus de hoste reportauit. Redintegrãtibusq; bellum Palæstinis, & nouo exercitu in eos misso à Rege, optimè se gessit Nephanus cognatus ipsius. singulari enim certamine cum fortissimo Palæstinorum congressus, occiso illo effecit, vt reliqui terga verterent: multiq; hostium in ea pugna sunt desiderati. Nec ita multo post rursum castra metati sunt ad quoddam oppidum non procul Hebræorũ finibus: fuitq; in eo exercitu vir statura cubitorum sex: cui seni digiti erant in manib. ac pedibus. Huic ex Regis exercitu Ionathas Samæ filius solus se opposuit, stratoq; aduersario maximum momentum ad victoriam attulit, & ipse fortissimi viri laudem retulit. nam & hic barbarus oriundum se à gigantibus iactabat. Hoc prælium cum gente fuit vltimum, non ausa postea se contra Israelitas mouere. Caterum Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in altissima pace degens, vario genere carminum odas & hymnos in honorem Dei composuit, partim trimetro versu, partim pentametro: instrumentisq; musicis comparatis docuit Leuitas ad pulsum eorum laudes Dei decantare, tam Sabbatis diebus, quàm in cæteris festiuitatibus. species autem instrumentorum hæ fuere: cinnyra decem chordis intenditur, & plectro pulsatur: nabla duodecim sonos continet, sed digitis carpitur: cumq; his aderant & cymbalaærea, benè magna atque lata: quod sanè de prædictorum instrumentorũ natura, ne prorsus ignorentur, dixisse, sufficit. Porrò Rex fortissimos viros circa se habuit, sed maximè insignes præclaris facinoribus XXXVIII, quorũ quinq; tantum virtutem cõmemorabo, facili ex his de reliquis coniectura. tales enim erant hi qui possent vel regiones subigere, vel magnas gentes debellare. Primus Issamus filius Achemai, qui non semel in aciem hostium irruens non prius à cæde abstitit, quàm nongentos occideret. Post hunc Eleazarus filius Dodeia, qui fuit cum Rege in Araſamo. hic in quodã prælio Israelitis multitudine hostium territis & in fugã versis, solus locum suum non deseruit: & congressus cum hostibus multos interfecit, adeò vt cruore gladius eius ad dextrã adglutinaretur: quo viso reuersi in prælium Israelitæ cedentem iam hostem vrgendo admirandã ac celebratam victoriam retulerunt, Eleazaro sternente, vulgo vero militum prostratos spoliante. Tertius erat Ili filius Sebas. hic quoq; cum bello Palæstino in loco qui Maxilla dicitur, acies ex aduerso constitissent, Hebræiq; rursum territi loco cederent, solus in aciei vicem hosti se opposuit: & non paucis letho datis, reliquos impressionem eius non sustinentes, & in fugam effusos insectatus est. Hæc fuerunt facinora quæ hi tres in prælijs ediderunt. Eo verò tempore, quo Rege Hierosolymis agente Palæstinorũ exercitus vsq; ad vrbem accessit, & dum ille consulturus Deum de bello, arcem ascendit, in ea valle castra meta-

An. mũdi 2924 Ante Christum natum 1040. Dauidi, vt prælijs abstineat, suadetur.

Heroes Dauidis. Sabachis.

Nephanus.

Ionathas.

2. Regum 22. Dauid Poeta.

Instrumenta Musica Dauidis.

2. Regum 23. Triginta octo Dauidis Heroes.

Issæmus.

Eleasar.

Sebas.

An. mũdi 2924 Ante Christum natum 1040.

tus est, quæ XX. stadiorum spatio vsque Bethlema pertinet: dicente ad amicos: ô quàm bonam aquam habemus in patria mea, maximè in cisterna porta vicina: ó si quis eã mihi afferret, id certè mallem quàm multũ argenti accipere: tres isti his auditis, eueſtigio excurrerunt, & cùm per media hostium castra Bethlema peruenissent, hausta aqua per eandem viam ad Regem sunt reuersi, attonitis audacia tanta barbaris, nec ausis paucitatem eorum contemnere. eam aquam Rex bibere noluit, dicens, periculo sanguinis emptam, & ob hoc sibi non conuenire: sed Deo inde libauit, gratias agens, pro virorum incolumitate. Post hos erat Ioabi frater, Abisæus, qui vna die DC. hostes interemit. Quintus Banaias, genere Sacerdos. hic prouocatus à duobus fratribus, virtute inter Moabitas illustribus, vtrumq; confecit. Rursum ex prouocatione, cum mira statura Ægyptio certans, inermis cum armato, hasta ex ipsius manibus exorta hominem confodit: quo insignior fuit victoria, quòd adhuc viuenti ademptis armis, prius eum spoliauit, mox proprijs armis occidit. Est & aliud eius facinus, quod iam dictis, quantum ad animo sitatem vel præferri potest, vel certè conferri. Quum enim ningeret, leo in quendam puteum illapsus est: cuius os quòd angustum esset, videbat breui fore, vt id niuibus oppleretur: atque ita desperato exitu, & salute, rugire occepit. Banaias autem fortè fortuna iter faciens, accurrit ad rugitum bestiæ: & quum descendisset in puteum, repugnantem ictu baculi quem gerebat exanimauit. nec deteriores virtute fuerunt reliqui triginta tres. Caterum Dauid volens cognoscere quantus millium numerus recenseri posset in populo, oblitus præceptorum Mosis, qui pradixerat, quoties censeretur populus in singula eius capita pendendum Deo semisiclum, iussit Ioabum imperatorem, vt iret ad censum peragendum. quo excusante nihil opus esse, nihil motus coëgit sine mora ad imperata exequenda proficisci. Ioabus autem assumptis ad hoc negocium Principibus tribuum & scribis, obita tota Israelitarum regione, & cognito quanta esset populi multitudo, post nouem menses & viginti dies Hierosolyma reuersus ad Regem numerum ei populi reddidit, absque tribu Beniamitica: quam nondum ad censum vocauerat, sicut nec Leuiticam. Rex enim interim pœnitiuit, agnoscens in Deum se peccasse. Erat autem reliquorum Israelitarum numerus nongenta millia, duntaxat eorum qui ad militiam essent idonei. In Iuda verò tribu quadringinta millia censebantur. Prophetis deinde referentibus ad Dauidem, quòd Deũ offendisset. supplex orare cœpit, vt propitius redditus facti huius daret veniam. Qui exoratus Gadum Prophetã ad eum misit, tres optiones offerentem, vt ex his quam mallet eligeret, aut famem per septennium duraturam, aut bellum per tres menses iniquo marte cum hoste gerendum, aut pestilentiam per triduum in Hebræos sæuituram. Illo vero hærente, ac turbato propter difficilem inter hac mala electionem, & Propheta vrgente ad celerem responsionem, vt Deo renunciare posset: Rex cogitans, quòd si famem peteret, sui magis quàm aliorum rationem habuisse videri posset, quandoquidem ipsi nihil periculi esset multum frumenti in horreis habenti, illis non item: quòd si per tres menses ab hoste vinci elegisset, sic quoque sibi consuluisse, qui arces & fortissimam circa se cohortem haberet: optauit malum regnantibus æquè ac regnatis commune, in quo omnibus par metus imminet: præfatus melius esse incidere in manus Dei, quàm in manus hostiũ. Hac ita, vt audiuit Propheta Deo renunciante, pestilentia in Hebræos ingruit, ita vt varijs modis absumerentur,

Heroes tres per hostiũ castra excurrũt, in Bethlehem aquam hauriunt, & Dauidi afferunt.

Abisæus. Banaias.

Banaias Aegyptium hasta ex ipsius manibus extorta confodit.

Banaias Leonem exanimat.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. 2 Regum 24.

Dauid Ioabũ ad peragendum censum ire iubet.

Numerati populi summa.

Dauid tribus malis propositis pestem eligit.

ſumerentur, nec facilè eſſet morbum cognoſcere. mors enim vna erat, ſed plurimis & incompertis cauſis homines rapiebat. alius enim poſt alium efferebatur, & clanculum obrepens malum celeriter exitium afferebat. quidam enim repentè cum vehementi dolore, & amaro cruciatu animam exhalabant. alij paulo lentiore vexati malo ne curationẽ quidem ferre poterant, ſed inter officia medicorum exſpirabant. alij ſubitò tenebris ob oculos obortis, ceu præfocati exanimabantur. nonnulli interim dum aliquem domeſticorum funerant, ſepultura nondum abſoluta commoriebantur. quo factum eſt vt à matutina hora vſque ad prandium hac peſte ſeptuaginta millia hominum ſint abſumpta. iamq; genius à Deo miſſus Hieroſolyma petebat: eam quoque vrbem ſimili malo afflicturus. Tum Rex ſaccum indutus & humi proſtratus, ſupplex orabat Deum, vt peſtem ſedaret, & iam mortuis contentus de catero quieſceret. inter has preces ſublatis oculis, cernens genium per aërem ſtricto gladio Hieroſolyma petentem, exclamat ad Deum: ſe eſſe paſtorem pœna dignum, cæterùm greges nihil commeruiſſe. Effunderet iram in ſe ac ſuam familiam, & innocenti populo parceret. Deus autem admiſſa ſupplicatione peſtem repulit: miſſoq; ad eum Gado propheta, mandauit vt confeſtim aſcenderet in aream Oronna Jebuſæi, & exſtructo altari, inibi ſacrificaret: qui mandatum hoc non neglexit, ſed mox ad deſtinatum locum ſe contulit. Oronna verò circa triturам frugum occupatus, vt Regem vnà cum omnibus filijs accedentem vidit, occurrens adorauit eum. Erat autem genere quidem Jebuſæus, ſed inter præcipuos amicos Dauidis: quæ cauſa fuit vt capta vrbe nihil illi moleſtum acciderit, quemadmodum ſuperius diximus. Hoc percontante, quamobrem herus ad ſeruum accederet, ait ſe velle aream eius emere, vt in ea Domino altare conſtrueret, & ſacra faceret. at ille & aream & aratra & boues in holocautoma gratis largiri ſe dixit, precariq; vt Deus libens ac propitius hoc ſacrificium admittat. Rex verò gratam ſibi eius ſimplicitatem ac magnanimitatem profeſſus, voluit vt precium acciperet. Jniquum enim eſſe de gratuitis offerre ſacrificium. Oronna verò dicente, facturum ſe quicquid Rex vellet, aream hanc de eo quinquaginta ſiclis emit: exſtructoq; ibi altari, ſacrificia & holocautomata ſuper eo perfecit, & hoſtias pacificas obtulit. quo feſto Deus placatus, propitius vt antè eſt redditus. Erat autem is locus in quem olim Abrahamus filium, vt holocautoma faceret, adduxerat, & cum iamiam iugulandus eſſet puer, aries repentè adſtans altari apparuerat: qui pueri vice fuit mactatus, vt iam antè ſcripſimus. Dauid autem cum animaduertiſſet ſe exauditum, & gratum fuiſſe ſacrificium, decreuit totum illum locum altare vniuerſi populi appellare, & Deo templum ibi exadificare; quam eius vocem Deus in futurum ratam eſſe voluit. mox enim propheta ad eum miſſo, illic templum exſtruendum prædixit à filio, quem regni ſucceſſorem eſſet relicturus. Poſt hanc prophetiam iuſſit Rex numerari inquilinos, & inuenta ſunt eorum centum octuaginta millia. ex his conſtituit lapicidarum octuaginta millia: reliquos ad conuehendos lapides deputauit, ex quibus tria millia & quingentos operarijs præfecit. magnam quoque vim ferri ac æris ad horum operum vſum congeſſit: materiemq; cedrinam multam & pragrandem, Tyrijs & Sidonijs hanc ſuppeditantibus, à quibus huius copiam impetrauerat. dicebatq; ſuis amicis, hac ideò ſe apparare, vt filio ſucceſſuro materiam ad adificandum relinqueret, & non tum demum eam comportare neceſſe habeat,

An. mũdi 2930. Ante Chriſtum natum 1034.

Ingens Hebræorum ſtrages ob peſtem à Deo immiſſam.

Dauid pro innocente orat populo.

Mandatum de altari exſtruendo.

Oronna Iebuſæus Sup. lib 7. Cap. 3. Orphona dictus.

Oronna aream Dauidi donat.

Precium pro area datur.

Locus altaris extructi. Gen. 22. Sup. lib. 1. Cap. 13.

Hedio & Ruffinus Cap 14.

Architecti templi exſtruendi. 1. Par. 22.

Dauid magnam vim ferri, æris & lignorũ comportat.

An. mũdi 2924 Ante Christum natum 1040.

tus est, quæ XX. *stadiorum spatio vsque Bethlema pertinet: dicente ad amicos: ô quàm bonam aquam habemus in patria mea, maximè in cisterna portæ vicina: ó si quis eã mihi afferret, id certè mallem quàm multũ argenti accipere: tres isti his auditis, eueſtigio excurrerunt, & cùm per media hoſtium caſtra Bethlema peruenissent, hausta aqua per eandem viam ad Regem sunt reuersi, attonitis audacia tanta barbaris, nec ausis paucitatem eorum contemnere. eam aquam Rex bibere noluit, dicens, periculo sanguinis emptam, & ob hoc sibi non conuenire: sed Deo inde libauit, gratias agens, pro virorum incolumitate. Post hos erat Ioabi frater, Abisæus, qui vna die* DC. *hoſtes interemit. Quintus Banaias, genere Sacerdos. hic prouocatus à duobus fratribus, virtute inter Moabitas illustribus, vtrumq; confecit. Rursum ex prouocatione, cum mira statura Ægyptio certans, inermis cum armato, hasta ex ipsius manibus exorta hominem confodit: quo insignior fuit victoria, quòd adhuc viuenti ademptis armis, prius eum spoliauit, mox proprijs armis occidit. Est & aliud eius facinus, quod iam dictis, quantum ad animositatem vel præferri potest, vel certè conferri. Quum enim ningeret, leo in quendam puteum illapsus est: cuius os quòd angustum esset, videbat breui fore, vt id niuibus oppleretur: atque ita desperato exitu, & salute, rugire occepit. Banaias autem fortè fortuna iter faciens, accurrit ad rugitum bestiæ: & quum descendisset in puteum, repugnantem ictu baculi quem gerebat exanimauit. nec deteriores virtute fuerunt reliqui triginta tres. Caterum Dauid volens cognoscere quantus millium numerus recenseri posset in populo, oblitus præceptorum Mosis, qui prædixerat, quoties censeretur populus in singula eius capita pendendum Deo semisiclum, iussit Ioabum imperatorem, vt iret ad censum peragendum. quo excusante nihil opus esse, nihil motus coëgit sine mora ad imperata exequenda proficisci. Ioabus autem assumptis ad hoc negocium Principibus tribuum & scribis, obita tota Israelitarum regione, & cognito quanta esset populi multitudo, post nouem menses & viginti dies Hierosolyma reuersus ad Regem numerum ei populi reddidit, absque tribu Beniamitica: quam nondum ad censum vocauerat, sicut nec Leuiticam. Rex enim interim pœnituit, agnoscens in Deum se peccasse. Erat autem reliquorum Israelitarum numerus nongenta millia, duntaxat eorum qui ad militiam essent idonei. In Iuda verò tribu quadringinta millia censebantur. Prophetis deinde referentibus ad Dauidem, quòd Deũ offendisset. supplex orare cœpit, vt propitius redditus facti huius daret veniam. Qui exoratus Gadum Prophetã ad eum misit, tres optiones offerentem, vt ex his quam mallet eligeret, aut famem per septennium duraturam, aut bellum per tres menses iniquo marte cum hoste gerendum, aut pestilentiam per triduum in Hebræos sæuituram. Illo vero hærente ac turbato propter difficilem inter hæc mala electionem, & Propheta vrgente ad celerem responsionem, vt Deo renunciare posset: Rex cogitans, quòd si famem peteret, sui magis quàm aliorum rationem habuisse videri posset, quandoquidem ipsi nihil periculi esset multum frumenti in horreis habenti, illis non item: quòd si per tres menses ab hoste vinci elegisset, sic quoque sibi consuluisse, qui arces & fortissimam circa se cohortem haberet: optauit malum regnantibus æquè ac regnatis commune, in quo omnibus par metus imminet: præfatus melius esse incidere in manus Dei, quàm in manus hostiũ. Hæc ita, vt audiuit Propheta Deo renunciante, pestilentia in Hebræos ingruit, ita vt varijs modis absumerentur,*

Heroes tres per hostiũ castra excurrũt, in Bethlehem aquam hauriunt, & Dauidi afferunt.

Abisæus. Banaias.

Banaias Aegyptium hasta ex ipsius manibus extorta confodit.

Banaias Leonem exanimat.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. 2 Regum 24.

Dauid Ioabũ ad peragendum censum ire iubet.

Numerati populi summa.

Dauid tribus malis propositis pestem eligit.

ſumerentur, nec facilè eſſet morbum cognoſcere. mors enim vna erat, ſed plurimis & incompertis cauſis homines rapiebat. alius enim poſt alium efferebatur, & clanculum obrepens malum celeriter exitium afferebat. quidam enim repentè cum vehementi dolore, & amaro cruciatu animam exhalabant. alij paulo lentiore vexati malo ne curationẽ quidem ferre poterant, ſed inter officia medicorum exſpirabant. alij ſubitò tenebris ob oculos obortis, ceu præfocati exanimabantur. nonnulli interim dum aliquem domeſticorum funerant, ſepultura nondum abſoluta commoriebantur. quo factum eſt vt à matutina hora vſque ad prandium hac peſte ſeptuaginta millia hominum ſint abſumpta. iamq; genius à Deo miſſus Hieroſolyma petebat: eam quoque vrbem ſimili malo afflicturus. Tum Rex ſaccum indutus & humi proſtratus, ſupplex orabat Deum, vt peſtem ſedaret, & iam mortuis contentus de catero quieſceret. inter has preces ſublatis oculis, cernens genium per aërem ſtricto gladio Hieroſolyma petentem, exclamat ad Deum: ſe eſſe paſtorem pœna dignum, cæterùm greges nihil commeruiſſe. Effunderet iram in ſe ac ſuam familiam, & innocenti populo parceret. Deus autem admiſſa ſupplicatione peſtem repulit: miſſoq; ad eum Gado propheta, mandauit vt confeſtim aſcenderet in aream Oronna Jebuſai, & exſtructo altari, inibi ſacrificaret: qui mandatum hoc non neglexit, ſed mox ad deſtinatum locum ſe contulit. Oronna verò circa trituram frugum occupatus, vt Regem vnà cum omnibus filijs accedentem vidit, occurrens adorauit eum. Erat autem genere quidem Jebuſæus, ſed inter præcipuos amicos Dauidis: qua cauſa fuit vt capta vrbe nihil illi moleſtum acciderit, quemadmodum ſuperius diximus. Hoc percontante, quamobrem herus ad ſeruum accederet, ait ſe velle aream eius emere, vt in ea Domino altare conſtrueret, & ſacra faceret. at ille & aream & aratra & boues in holocaustoma gratis largiri ſe dixit, precariq; vt Deus libens ac propitius hoc ſacrificium admittat. Rex verò gratam ſibi eius ſimplicitatem ac magnanimitatem profeſſus, voluit vt precium acciperet. Iniquum enim eſſe de gratuitis offerre ſacrificium. Oronna verò dicente, facturum ſe quicquid Rex vellet, aream hanc de eo quinquaginta ſiclis emit: exſtructoq; ibi altari, ſacrificia & holocaustomata ſuper eo perfecit, & hoſtias pacificas obtulit. quo feſto Deus placatus, propitius vt antè eſt redditus. Erat autem is locus in quem olim Abrahamus filium, vt holocaustoma faceret, adduxerat, & cum iamiam iugulandus eſſet puer, aries repentè adſtans altari apparuerat: qui pueri vice fuit mactatus, vt iam antè ſcripſimus. Dauid autem cum animaduertiſſet ſe exauditum, & gratum fuiſſe ſacrificium, decreuit totum illum locum altare vniuerſi populi appellare, & Deo templum ibi exadificare; quam eius vocem Deus in futurum ratam eſſe voluit. mox enim propheta ad eum miſſo, illic templum exſtruendum prædixit à filio, quem regni ſucceſſorem eſſet relicturus. Poſt hanc prophetiam iuſſit Rex numerari inquilinos, & inuenta ſunt eorum centum octuaginta millia. ex his conſtituit lapicidarum octuaginta millia: reliquos ad conuehendos lapides deputauit, ex quibus tria millia & quingentos operarijs præfecit. magnam quoque vim ferri ac æris ad horum operum vſum congeſſit: materiemq; cedrinam multam & prægrandem, Tyrijs & Sidonijs hanc ſuppeditantibus, à quibus huius copiam impetrauerat. dicebatq; ſuis amicis, hac ideò ſe apparare, vt filio ſucceſſuro materiam ad ædificandum relinqueret, & non tum demum eam comportare neceſſe habeat,

An. mũdi 2930. Ante Chriſtum natum 1034.

Ingens Hebræorum ſtrages ob peſtem à Deo immiſſam.

Dauid pro innocente orat populo.

Mandatum de altari exſtruendo.

Oronna Iebuſæus Sup. lib 7. Cap. 3. Orphona dictus.

Oronna aream Dauidi donat.

Precium pro area datur.

Locus altaris extructi. Gen. 22. Sup. lib. 1. Cap. 13.

Hedio & Ruffinus Cap 14.

Architecti templi exſtruendi. 1. Par. 22.

Dauid magnam vim ferri, æris & lignorũ comportat.

An. mũdi 2930 Ante Christum natum 1034.

adhuc per ætatem rudis talium negociorum, ſed omnibus in promptu ſitis facilè opus abſoluat.

CAP. XI.

Dauid ſe viuente Solomonem filium ſuum regnum auſpicari voluit.

Extructio templi Solomoni mandatur.

ACCITO deinde Solomoni filio mandauit, vt quamprimùm regnum adeptus eſſet, templũ Deo conſtrueret, dicens ſe id voluiſſe quidẽ, ſed oraculo prohibitũ, quòd propter crebra bella cruentus haberetur, prædictumq; ſibi id ædificium à fatis deſtinatum filiorum natu minimo, qui Solomon eſſet appellandus: quem non aliter quam filium patri, ipſi Deo curæ futurum: atq; etiam totam Hebræorum regionem hoc Principe felicem fore, & inter cætera bona id quod omnium eſt potiſſimum, pacem habituram, vtpote alienam non tantum ab externis bellis, verumetiam ab inteſtinis ſeditionibus. Ergo, inquit, quandoquidem à Deo deſignatus es Rex, antequam natus, da operam vt alioquin etiam dignus ſis eius

Dauid Solomonem vt Deum colat, hortatur.

prouidentia, pietatem colens & iuſtitiam atq; fortitudinem, & præcepta eius legesq; per Moſem traditas obſeruans, & ab alijs eas violari non permittens: & inſuper templum quod te regnante ſtrui ſibi voluit, cura vt ſicut debes ei reddas, nihil deterritus operis magnitudine. omnia enim ante obitum parata tibi relinquam. Scito ſanè auri quidem collecta decem millia, argenti verò talentorum centum millia. æris item ac ferri tantum congeſſi, quantum vix numero

Theſaurus ad tẽpli ſtructurã congeſtus.

comprehendi poſſit: & ad hæc lapidum & lignorũ materiem copioſiſſimam. Habes præterea multa millia fabrorum lignariorum & cæmentariorum: & ſi quid his defuerit, tu ſupplebis. Quapropter hoc opere abſoluto carus eris Deo, eumq; perpetuum protectorem habebis. Poſthæc adhortatus eſt principes populi, vt in

Adiutores Salomonis in templo exædificando.

ea ſtructura filium adiutarent, & ſecuri de omnibus aduerſitatibus, cultui tantum diuino vacarent. percepturos enim pro hoc pacem & bonum ac legitimum Reipublicæ ſtatum, quæ præmia pijs ac iuſtis Deus ſolet reddere. Poſtquam autem abſolutum fuerit templum, iuſſit Arcam in eo reponi, cæteramq; ſacram

Mandatum de Arca, cæteraq; ſacra ſuppellectile in templũ reponenda.

ſuppellectilem, cuius receptaculo iam pridem templum debuerat exſtrui, niſi patres mandatum Dei neglexiſſent, qui præceperat, vt quamprimùm hoſtilem terram occupaſſent, templum illi exædificarent. Hæ fuerunt Dauidis adhortationes, tàm ad filium quàm ad Principes. Prægrauante autem iam ſeni, & corpore per ætatem frigeſcente, alſioſus factus eſt, vt ne iniectis quidem multis ſtragulis calefieret: quumq; ex communi medicorum conſilio decretum eſſet, vt lectiſſima è formoſis totius regionis virginibus cum Rege cubaret: hoc enim fore

Hedio & Ruffinus Cap 15. 3. Reg. 1. Dauid alſioſus fact'. Abiſace eum recale fecit.

contra frigus remedium, fouente eum puella: inuenta eſt in vrbe vna fœmina omnium eius ætatis pulcherrima, Abiſace nomine, quæ cum Rege cubitans, nihil aliud quàm recalefaciebat eum: iam enim præ ſenio ad venereas res elanguerat. ſed de hac virgine paulo poſt incidet mentio. Cæterùm quartus filius Dauidis, iuuenis pulcher & magnus, ex vxore Ægiſtha ei natus, nomine Adonias,

Adonias affectat regnum.

Abeſalomo quod ambitionem attinet ſimilis, de occupando regno cogitare cœpit, & cum amicis egit, vt ſibi Principatum deferrent: parauitq; ſibi currus multos & equos, & quinquaginta viros ſtipatores: id quod pater videns, nec obiurgauit eum, nec compeſcuit, ac ne ſcitatus quidem eſt, quid ſibi vellet talis apparatus. Adiutores autem habebat Adonias Joabum imperatorem & Pontificem

An. mũdi 2931. Ante Christum natum 1033.

Abiatharum. Soli autem conatibus eius reſiſtebant, Pontifex Sadocus & pro-

pheta

pheta Nathan, & Banaias præfectus ſatellitum, & Semeis Dauidis amicus, & manus fortiſſimorum. Porrò Adonias paratis in ſuburbano epulis, ad fontem qui eſt in hortis regijs, & inuitatis illuc omnibus fratribus excepto Solomone, aſſumpſit ſecum & imperatorem Joabum & Abiatharum & principes tribus Juda. Eos verò qui Pontificis & Nathanis propheta & Banaia ſatellitum præfecti partium erant, ad hoc conuiuium non vocauit. Hoc Solomonis matri Bethſabæ propheta Nathan indicauit, Adoniam regnare inſciente Dauide: ſuaſitq; vt tam propriæ ſaluti, quam filij regno conſuleret: ingreſſaq; ad Dauidem ſola diceret ei, quòd ipſe quidem iuraſſet poſt ſe regnaturum Solomonem, & interim Adonias regnum occupaſſet. Hæc loquenti cum Rege ſe quoq; ſuperuenturum propheta pollicitus eſt, & verbis eius teſtem futurum. Paruit Bethſabe, & Regem adijt. Quo adorato impetrataq; dicendi copia, omnia ſicut propheta ſubmonuerat indicauit, expoſuitq; ordine quemadmodum Adonias epulum adornauerit, & Abiatharum Pontificem Joabumq; principem exercitus vocauerit, & filios regios abſque Solomone ac eius neceſſarijs amicis. addebat etiam totum populum ſuſpenſum expectare, quemnam eſſet ſucceſſorem declaraturus: vt cogitet rogans, quòd ſe defuncto mori neceſſe eſſet tàm ipſam quàm Solomonem filium. Adhuc ea loquente cubicularij nunciant Nathanem veniſſe vt Regem viſeret: ſtatimq; admiſſus percontabatur, num hodie Regem declaret Adoniam, & principatum ſuum in illum transferat. Parato enim ſplendido conuiuio, vocatos ab eo filios eius omnes excepto Solomone, & præter hos Ioabum imperatorem: hos omnes ſuauiter epulantes cum plauſu & alacritate, fauſtis acclamationibus perpetuum imperium nouo Regi ominari. Sed neque me, inquit, vocauit, neque Sadocum Pontificem aut Banaiam ſatellitio tuo præpoſitum. quare æquum eſt, vt ab omnibus ſciatur, num hæc gerantur ex tua ſententia. His auditis Rex iubet acciri Bethſaben, exceſſerat enim cubiculo propheta veniente. qua introgreſſa: Juro, inquit, tibi maximum Deum, regnaturum tuum filium vt iam antè iuraui, eumq; in ſolio meo ſeſſurum, idq; hac ipſa die. Ad quæ verba cum mulier adorato Rege longam ei vitam eſſet precata, Sadocum accerſit Pontificem, & Banaiam præfectum ſatellitum: quibus mox venientibus iubet vt aſſumpto Nathane propheta & cohorte regia, impoſitoq; filio ipſius Solomone in mulam regiam, extra vrbem illum deducerent ad fontem qui vocatur Gion: vnctumq; ſacro oleo Regem declararent. hoc autem munus Sadoci Pontifici, & Nathani propheta iniunxit: mandauitq; vt inuecto per mediam vrbem præcinente tubicine proſequentium multitudo acclamaret, In æternum Solomon Rex in ſolio regio ſedeat: vt notum fiat vniuerſo populo, Regem eum à patre declaratum. Solomoni verò præcepta imperandi dedit, vt iuſtè ac piè præſit tum Judæ tribui, tum vniuerſo Hebræorum populo. Poſt hæc Banaias Deum Solomoni propitium fieri precatus, cum cæteris ſine mora eum in regiam mulam imponit: & deductum extra vrbem ad fontem, oleoq; vnctum: rurſum in eam cum fauſtis acclamationibus introducũt, vt multos annos in hoc principatu feliciter exigat: moxq; aaductum in regiam in ſolio paterno collocant. quo facto populus totus ad conuiuia feſtiuitatemq; animum aduertit, choris & tibijs ſeſe oblectans, vt præ concentu inſtrumentorum terra ſimulac aër reſonaret. Vt verò has voces Adonias & eius conuiuæ audiuêre, vehementer ſunt perturbati: & Joabus imperator negauit ſibi placere vel ſonitum

An. mũdi 2931. Ante Chriſtum natum 1033.

Bethſabe ſtudium Adoniæ, ſic ſuadente Nathane, Dauidi indicat.

Salomoni iuramẽto regnũ promittitur.

Salomon in Regem vnctus, in ſolio patẽo collocatur.

An. mũdi 2931. Ante Christum natum 1033.

ſonitum illum vel tubam. Cumq; nemo frueretur appoſitis, ſed omnes cogitabundi accumberent, accurrit ad eos Pontificis Abiathari filius Jonathas: & cum Adonias libenter viſum iuuenem bonum nuncium ominatus eſſet, ordine illis rem totam de Solomone & Regis voluntatem expoſuit. quo audito proripiunt ſe omnes è conuiuio, & ſuam quiſq; domum diffugiunt. Adonias autem veritus ne Rex factum eius iniquo animo ferret, ſupplex ad altare confugit, & hoc apprehenſo ſe tutabatur. quod vbi ad Solomonem eſt perlatum, quodq; rogaret fidem ſibi dari de obliuione huius iniuriæ, & ſecuritate impunitatis: clementer ſimul ac prudenter præteriti quidem errativeniam ei conceſſit, ſed præmonito vt caueret in poſterum: alioqui, ſi amplius aliquid nouare deprehenderetur, ipſum ſibi cauſam exitij futurum. miſit deinde qui illum ex aſylo educerent. qui cum veniſſet, nouumq; Regem adoraſſet: iuſſit eum domum ſuam abire nihil ſolicitum, ac in reliquum curare vt vir bonus ſit, quandoquidem hoc ipſi maximè expediat. Dauid autem volens eum totius populi Regem declarare, conuocat principes Hieroſolyma, vnà cum ſacerdotibus ac Leuitis. quibus recenſitis inuenit eorum, qui trigeſimum annum excederent, XXXVIII. millia: ex quibus deſignauit curatores ædificij templi ter mille ſupra viginti millia: iudices verò populi & ſcribas eorum ſex millia: ianitorum verò domus Dei quatuor millia: tantundemq; eorum qui hymnos Deo canerent, & inſtrumentis Muſicis à Dauide vt diximus in hoc præparatis vterentur. Hos diuiſit in cognationes, & ſeparatis à reliqua tribu ſacerdotibus, viginti quatuor eorum cognationes inuenit: ex Eleazari familia ſexdecim, ex Ithamari octo. Inſtituitque vt vna cognatio miniſtraret Deo per dies octo, à ſabbato vſque ſabbatum: atque ita ſortitio facta eſt omnium cognationum in præſentia Dauidis & Sadoci ac Abiathari Pontificum & omnium principum. & cuius prima ſors exijt, deſcripta eſt cognatio prima. & poſt hanc ſecunda, deincepsq; vſq; vigeſimã quartam: quæ quidem diuiſio durat vſque in hodiernum diem. Leuiticam quoq; tribum in partes viginti quatuor diuiſit: & ſortitione facta & illis quemadmodũ ſacerdotibus octoni miniſterij dies obuenerunt. Præcipuus autem honos Moſis poſteris eſt habitus. Conſtituit enim eos cuſtodes theſaurorum Dei, & donariorum quæ Reges ſolent dedicare. inſtituitq; vt vniuerſa Leuitarum tribus & ſacerdotes per ſuas quiſque vices interdiu noctuq; circa cultum diuini numinis verſarentur, ſicut olim à Moſe præſcriptum fuerat. Poſt hæc totas copias in duodecim partes digeſſit, eisq; tribunos, centuriones & præfectos aſſignauit. continebat quæq; pars millia viginti quatuor: voluitq; vt ſingula ſingulis menſibus ſtationem agerẽt circa regiam Solomonis, vnà cum tribunis ſuis ac centurionibus: & cuiq; ſuum ducem præfecit, virum iuſtum & ſpectatæ bonitatis. quin & theſauris & vicis & agris, eorumq; cultoribus, & armentis cum ſuis paſtoribus præfectos attribuit, quos nominatim recenſere neceſſe non habeo. Poſtquam autem omnia ſicut diximus ordinauit, aduocatis in concionem magiſtratibus Hebræorum & tribuum principibus, & ducibus quos ſingulis exercitus ſui partibus præpoſuerat, adhæc omnibus qui negocijs & facultatibus regijs præerant, è ſuggeſtu celſiore in hunc modum multitudinem eſt alloquutus. Fratres & populares, notum vobis eſſe volo, quòd cum decreuiſſem templum exſtruere, multum auri eum in vſum & argenti centum millia talentorum comparaui. ſed Deus ipſe per prophetam Nathanem me vetuit, eo quòd bellis quæ pro libertate veſtra

Adonias ex conuiuio ſe proripiens, ad altaris cornua confugit.

Dauid Leuitas numerat, eorumq; officia diſtribuit. 1. Paral. 23.

Diuiſio Sacerdotum in 24. cognationes. 1. Par. 24.

Leuitica tribus in partes 24. diuiditur.

Theſauri diuini cuſtodes, Moſis poſteri. 1. Par. 26.

Copiæ in partes duodecim congeſtæ. 1. Paral. 27.

Dauid Principibus Tribuum conuocatis Solomonem cõmendat. 1. Par. 28.

ſtra geſſi, dextram hoſtili cruore contaminauerim: & filium meum regniq; ſucceſſorem templum ſibi iuſſit exſtruere. Nunc igitur quandoquidem ſcitis quod etiam maiores noſtri Jacobi filij quum duodecim eſſent, Judas tamen conſenſu omnium principatum obtinuit, & mihi cum ſex fratres eſſent, poſthabitis illis Deum ad me regnum detuliſſe, neque eorum quenquam id factum iniquè tuliſſe: ita ego quoque poſtulo, vt Solomone imperium conſecuto, cæteri mei filij nec contra illum nec inter ſe inuicem ſeditiones agitent, ſed ſcientes hunc diuinitus electum, libenter eius dominio ſint ſubiecti. Cum enim æquum ſit, ſi Deus ita velit, vel externos ferre dominos, quanto magis gratulari & fauere decet fratri, non ſecus quàm eiuſdem honoris participes. Ego ſanè nihil magis in votis habeo quàm vt promiſſiones Dei deducantur ad effectum, & felicitas quæ hanc regionem ſub Solomonis regno manet, quamprimùm totam eam occupet, & in perpetuum in ea duret. Quod quidem dubio procul ita futurum eſt, & omnia rectè euenient, ſi tu fili mi pietatis & iuſticiæ, patriarumq; legum cuſtodem geras: alioquin ſi hæ non ſeruentur, nihil niſi triſte eſt expectandum. Hoc ſermone finito inſpectantibus omnibus Solomoni templi deſcriptionem ac formam dedit, in qua fundamenta & cellæ tàm inferiores quàm ſuperiores, earumq; numerus & quantitas ac capacitas deſignabatur: tum quo pondere quæq; vaſa tàm aurea quàm argentea fieri deberent præfiniuit, hortatusq; eſt eum vt ſummam diligentiam ad hoc opus adhiberet: ſimulq; principes & tribum Leuiticam, vt eum adiuuarent, tum propter ætatem nondum ſat maturam, tum quia diuinitus & ad regnum eſſet electus, & ad templum ædificandum. quam quidem fabricam nequaquam fore difficilem, præparata per ſe iam antè materia, multis auri talentis, plurimis item argenti, & trabibus fabrorumq; ac cæmentariorum multitudine, & ſmaragdis alijsq; omnis generis gemmis. Poſtremò nunc ſe in hunc vſum ex proprio fiſco erogare alia tria millia talentorum auri puriſſimi, ad exornandum adytum & currum Dei cherubinos, quos oporteret ſupra Arcam ſtare eamq; protegere. Poſtquam autem Dauid finem loquendi fecit, ſecuta eſt magna alacritas principum & ſacerdotum, & tribus Leuiticæ, de ſuo quoq; conferentium, & multa liberaliter ac magnificè pollicentium; obtulerunt enim ſe contributuros talentorum auri quinq; millia, & ſtateres decies mille, argenti verò c. millia, ferri quoq; talentorum multa millia. & ſicui lapillus aliquis erat pretioſus, afferebat & tradebat in theſauros reponendum, quorum curæ præpoſitus erat vnus è Moſis poſteris nomine Jalus. Eares magna voluptate affecit totum populum, & maximè Dauid viſa principum & ſacerdotũ reliquorumq; omnium promptitudine, elata voce Deum laudauit, patrem ac conditorem huius vniuerſitatis appellitans, fabricatoremq; rerum tàm humanarum quàm diuinarum, & præſidem ac gubernatorem generis Hebræorum eorumq; felicitatis & regni ab ipſo ſibi commiſſi. Poſt hæc precatus omni populo bona omnia, priuatimq; filio mentem bonam & iuſtam, omniq; virtute præditam: iuſſit vt populus quoq; Deò laudes perſolueret. Illi verò proſtrati humi Deum adorauerunt: verſi deinde ad Dauidem, pro omnibus ei bonis, quæ ipſo regnante perceperant, gratias egerunt. Sequenti verò die ſacrificia ſunt inſtaurata, mille vitulis, mille arietibus, mille agnis in holocautoma oblatis: ad pacifica quoq; ſacrificia multis millibus victimarum mactatis: & tota ea die Rex vnà cum omni populo feſtiuitati operam dedit: Solomonq; denuò eſt inunctus & legitimus Rex declaratus:

An. mũdi 2931. Ante Chriſtum natum 1033.

Forma templi extruendi Solomoni datur.

Principes Iſraelitarũ ingentem vim auri, argenti, æris & gemmarum ad templi ſtructuram conferunt. 1. Paral. 29.

Sacrificia & feſtiuitas in regni Solomonis confirmatione inſtituta.

An. mũdi 2931. Ante Christum natum 1033.

simulq́ Sadocus Pontifex totius multitudinis designatus. Deducto deinde in regiam Solomone, & in solio paterno collocato, ex ea die in posterum obedientes ei fuerunt.

CAP. XII.

Mors Dauidis, & quantum filio ad structuram templi reliquerit.

Hedio & Ruffinus Cap. 16. 3. Reg. 2. Dauidis ad Solomonem postremum alloquium.

PAVLO autem post Dauid accedente ad senium morbo videns iam instare sibi mortem, accito Solomone sic illum est affatus. Ego fili, fato vocante ad patres meos abeo, & viam omnibus qui nunc sunt, quiue pòst erunt communem ingredior: quàm remeti rinon licebit, nec quid in hac vita geratur reuisere. Quapropter viuens adhuc & morti vicinus iterum atq́ iterum te moneo qua & antè consului, vt iustus sis erga subditos, & pius erga Deum qui te hoc regno cohonestauit: vtq́ custodias præcepta eius & leges, quas nobis per Mosem demisit: & caue ne vel gratia vel assentatione aut cupiditate aliáue affectione ad neglectum earum deflectas. Nequaquam enim Dei fauorem poteris retinere, nisi seruatis eius legibus, alioqui suam prouidentiam à te auertet. Quòd si talem te erga eum exhibueris, qualem decet, & qualem optamus, efficies vt regnum in familia nostra mancat, & nulla vnquam alia domus præter nostram in Hebræos

Dauid Solomoni Ioabũ puniendum mandat.

dominationem obtineat. Memento etiam iniquitatis Joabi, qui propter amulationem duos duces iustos ac bonos interemit, Abenerum Neri filium, & Amasam filium Jethranis. in eum tuo arbitratu animaduertes, quandoquidem hactenus pœnam euasit, quòd meipso esset potentior. Commendo tibi etiam

Berzellæi filios Solomoni Dauid cõmendat.

Berzellai Galaditæ filios, quos mea causa omni honore ac studio prosequeris, non conferens in eos beneficium, sed referens, pro officijs quæ pater illorum in me exulem liberaliter contulit, & per quæ nos sibi debitores effecit. præterea Geræ filium Semeim Beniamitam, qui me pulsum multis affecit conuicijs quando Castrum petebam, moxq́ ad Jordanem occurrens fidem incolumitatis tunc à

Semeis quomodo puniendus.

me impetrauit, nunc occasionem rationabilem nactus punito. His mandatis filio de Republica & amicis, & eis quos punitos volebat, exspirauit, exactis septuaginta vitæ annis, postquam regnasset apud Hebronem tribui Judæ imperitans annos septem & menses sex, Hierosolymis verò vniuersæ regionis Rex annos triginta tres, vir optimus & omnibus virtutibus præditus, quas Regẽ tot gentium incolumitati prospicientem habere oportebat. Nam fortis erat vt nemo alius, & in certaminibus pro subiectorum tutela susceptis primus se periculis obiiciebat, exemplo suo militem ad præclara facinora excitans, & non tanquam dominus pro imperio ad officium cogens. idem in consilijs prudentissimus, & egregiè callens quid in præsens, quidue in futurum conduceret. adhæc sobrius, mitis, benignus erga calamitosos, iustus, humanus, quæ quidem præcipuæ sunt Regum virtutes. nec in tanta potestate vnquam ab æquitate deflexit, nisi quod ad Vriæ vxorem attinet. Tantas præterea diuitias hæredi reliquit, quantas nullus alius Rex vel Hebræorum vel aliarum gentium. Sepeliuit autem eum filius Solomon Hierosolymis magnificè, præter solennia illa in Regum funeribus, illatis etiam in monumentum eius maximis diuitijs, quarum magnitudinem facilè sit coniectare ex hoc quod dicemus. Nam post annos MCCC. *Hyrcanus Pontifex oppugnatus ab Antiocho cognomine Pio, Demetrij filio, volens pecuniam ei dare vt ab-*

Annj ætatis & reiminis, item virtutes & diuitiæ Dauidis.

Sepultura Dauidis splendida.

Hyrcanus ingentem pecuniæ summam ex Dauidis sepulchro aufert.

vt abducto exercitu obsidionem solueret, nec valens aliunde sumere, aperta cella monumenti Dauidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumq; parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo se exemit, sicut & alibi indicauimus. Ac rursum post multos annos elapsos Herodes Rex alia cella aperta magnam pecuniam sustulit. ad loculos tamen qui Regum cineres continent neuter eorum peruenit. singulari enim arte ita erant sub terram conditi, vt ab ingredientibus monumentum inueniri nequirent. Sed de his hactenus dixisse sufficit.

An. mūdi 2931. Ante Christum natum 1031. Herodes Dauidis sepulchrum spoliat.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER OCTAVVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI VIII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Quomodo Solomon regnum adeptus, inimicos expulerit.
II. De sapientia Solomonis & prudentia & diuitijs, quodq; primis Hierosolymis templum ædificauerit.
III. Solomone defuncto populus à Roboamo eius filio deficiens, Hieroboamum decem tribuum Regem fecit.
IIII. Susacus Aegyptiorum Rex captis Hierosolymis, diuitias eius vrbis in Aegyptum transportauit.
V. Hieroboami contra Abiam filium Roboami expeditio & clades, & quod Basanes Hieroboami generis exstirpator ipse regnum occupauerit.
VI. Aethiopum irruptio in agrū Hierosolymitanum sub Asano, & exercitus eorum interitus.
VII. Basanis stirpe sublata apud Israelitas Zamares, & post hunc Amarinus & Achabus filius regnum obtinent.
VIII. Adadus Damasci & Syriæ Rex, bis contra Achabum ducto exercitu, profligatur.
IX. De Iosaphato Rege Hierosolymorum.
X. Achabus à Syris bello lacessitis in prœlio victus occiditur.

CAP. I.

Quomodo Solomon regnum adeptus, inimicos expulerit.

DE DAVIDE igitur & eius virtute, quantorumq; bonorum sua genti autor fuerit, & quantis bellis feliciter gestis senio confectus decesserit, in proximo volumine docuimus. Caterùm postquam Solomon eius filius, aetate etiamtum iuuenis, regnum adeptus ex sententia patris & decreto diuini numinis in solio consedit, populus quidem totus, vt nouis Regibus solet, faustis acclamationibus precatus est ei perpetuam rerum felicitatem, & post regnum benè administratum diuturnam senectutem. Adonias verò qui etiam viuente patre occupare conatus est regnum, accessit ad Regis matrem, eamq; blandè salutauit. Qua quarente, nunquid venisset quod opera sua opus haberet, omniaq; benignè pollicente, orsus est dicere, ipsam quoq; nosse, quòd tam aetatis prærogatiua, quàm populi consensu regnum sibi deberetur. sed quoniam Deo visum sit id transferre in filium eius Solomonem, se quoq; libenter ferre illius dominationem, & contentum esse præsenti conditione. rogauit deinde, vt apud fratrem pro se intercederet, eiq; persuaderet, vt bona eius pace liceat

3. Reg 2. Solomon post obitum Dauidis, Rex Israelis.

Adonias cum Abisace coniugium expetit.

An.mũdi 2931. Ante Christum natum 1033.

ſibi ducere Abiſacen cum patre cubare ſolitam. Eſſe enim adhuc virginem, quòd pater præſenio congredi cum ea non valuiſſet. Bethſabe verò promiſit operam ſuam in hoc negocio, & de hoc coniugio benè eum ſperare voluit, tum quòd Rex vltro fratri gratificari cuperet, tum quòd eò preces matris eſſent acceſſura: atque ita plenum ſpe hominem dimiſit: moxq; ipſa ad filium properauit, colloquutura de eo quod Adonia petenti promiſerat. cui cum Rex occurriſſet, complexuq; eam excepiſſet, deducta in cubiculum in quo tum erat regia ſella, ſedit, iuſſitq; alteram matri à dextris poni. Quæ poſtquam conſedit, Vnam, inquit, gratiam fili petenti mihi annue, neque tuo renutu triſtiorem facias. Reſpondit ille, iuberet quicquid vellet, pium enim eſſe matri quidlibet concedere: nec oportuiſſe eam ſic præfari, ac ſi negaturum ſuſpicaretur, ſed certam impetrandi ſpem habere. tum illa rogat, vt virginem Abiſacen Adoniæ fratri nuptum tradat. At Rex iratus dimiſit matrem, dicens Adoniam maiora moliri, miraríq; ſe quòd non eadem opera poſtularet, vt regnum ei tanquã natu grandiori cederet, quando Abiſacæ coniugium expetat, habens amicos potentes, Ioabum Imperatorem copiarum & Abiatharum Sacerdotem. Moxq; accito Banaia præfecto ſatellitum, mandauit ei vt Adoniam fratrem interficeret. Vocato deinde Abiatharo Sacerdote, Te, inquit, ſupplicio eximunt tum alij labores acti cum meo patre, tum illud præcipuè quòd vnà cum eo Arcam tranſtuliſti. Hæc autem pœna tibi erit Adoniæ partes ſequuto, vt neque hic maneas, neque in conſpectum meum venias: ſed abi in patriam tuam, & illic ruri viue, atque ibi vſque ad mortem dege, quandoquidem talia commiſiſti propter quæ indignus es, vt honoribus fruaris. Ob hanc itaq; cauſam ablatus eſt Sacerdotalis honor à domo Ithamari, ſicut Deus Eli prædixerat auo Abiathari, & tranſlatus eſt in genus Phineeſis ad Sadocum. Cæterum eo tempore quo Pontificatus in Ithamari domo fuit, poſt Elim primum ex ea familia Pontificem, ex Phineeſis gente priuatam vitam egerunt hi: filius Ioſephi Pontificis Boccias, & huius Ioathamus, Ioathami verò Maræothus, & Maræothi Arophæus, Arophæi Achitobus, cuius fuit Sadocus, qui primus Dauide regnante Pontifex eſt creatus. Porrò Ioabus imperator audita nece Adoniæ, valde extimuit. eius enim amicitiam magis quàm Regis coluerat, & ideo non immeritò malè ſuſpicans ad altare confugit, impunitatem ſe inde quæſiturum exiſtimans, propter notam Regis erga Deum pietatem. Qui poſteaquàm de Ioabo renunciatum eſt, miſit Banaiam, qui citaret eum ad ſuum tribunal cauſam dicturum. Ioabus autem negabat ſe fanum relicturum, ſed ibi potius quàm aliâs morituru. Hoc eius reſponſo per Banaiam accepto, Rex iuſſit, vt inibi caput eius ita vt vellet abſcinderetur, & hanc pœnã lueret pro duobus Imperatoribus, quos contra omne fas peremerat. Corpus verò ſepeliri, vt peccata eius apud poſteros manerent, ipſe verò ac pater innocentes eſſent quod ad Ioabi mortem attinet. Banaias verò exſequutus mandatum, ipſe in imperium copiarum ei ſucceſſit. Poſt hæc abrogato Abiatharo Pontificatu, Rex ſolum Sadocum id Sacerdotiũ obtinere voluit. Semei deinde imperauit, domo Hieroſolymis exſtructa inibi apud ſe manere, interdicto Cedronis torrentis tranſitu: aut ſi ſecus fecerit eſſe capite mulctandum. nec contentus interminatione, iureiurando hominem ad id mandatum ſeruandum adegit. Semeis verò profeſſus ſibi gratiſſimum hoc regium mandatum, & iuratus facturum ſe imperata, patria relicta Hieroſolymis domi-

Adonias interficitur.

Abiatharus Sacerdotali honore priuatur.

Genealogia Pontificis Sadoci.

Ioabus interficitur, in cuius locum Banaias ſurrogatur.

Sadocus loco Abiathari Sacerdotiũ obtinet.

Semeis pœna & mors.

domicilium habuit. Triennio dein exacto, quum audisset duos fugitiuos suos apud Gittam agere, retracturus eos illuc proficiscitur. Rex autem post ea quã intellexit eum vnà cum illis reuersum, ægrè tulit non præscriptum modo suum contemptim habitum, sed Sacramentũ etiam Dei violatum. Accitoq; mox, Nónne tu, inquit, iurasti te nunquam me derelicturum, neq; ex hac vrbe in aliam commeaturum? non euades pœnam periurij, vir pessime, sed lues etiam illa quæ olim per petulantiam in patrem meum eiectum es debacchatus: vt scias quòd nihil lucrentur nocentes etiam si non statim post peccatum puniantur, sed per omne tempus quo propter impunitatẽ securi sibi videntur, crescit illorum pœna quam iamdudum sunt promeriti. atque ita Semeim iussu Regis Banaias interfecit. Solomon autem sublatis iam inimicis, regnoq; constabilito, Pharaonis Ægyptiorum Regis filiam duxit vxorem: instauratisq; Hierosolymorum mœnibus maioribus multo & munitioribus, in tranquillissima pace rempublicam deinde administrauit, nihil impeditus iuuenili ætate, quo minus vel iustitiam coleret & leges custodiret, vel mandata, quæ à patre morituro acceperat, exsequeretur: sed non secus ac si grandis natu esset, maturaq; iam prudentia, omnibus rebus diligentissimè prospiciebat.

An. mũdi 2931. Ante Christum natum 1033.

Hedio & Ruffinus cap. 2. 3. Regum 3. Solomon Aegyptiorum Regis filiam ducit vxorem, regnuq; constabilit.

CAP. II.

De sapientia Solomonis & prudentia & diuitijs, quodq; primis Hierosolymis templum ædificauerit.

VISVM est autem ei Hebronem petere, & super altare æreum à Mose fabricatum sacrificare, mille victimarum holocautomatis cælesti numini oblatis: qui honor Deo fuit acceptissimus. illa ipsa enim nocte, cum in somnis ei conspiciendum se præbuisset, iussit eum postulare quicquid donorum pro hac pietate rependi sibi cuperet. Solomon verò pulcherrimum quiddam ac maximum petijt, quod & Deus libentissimè largitur, & homini est vtilissimum. Non enim aurum aut argentum aut alias id genus diuitias vt homo iuuenis petijt. nam hæc sola vulgò hominũ videntur expetenda, hæc sola diuina munificentia digna. Sed da mihi, inquit, domine mentem sanam, & intellectum bonum, vt his acceptis populũ hunc verè ac iustè iudicare valeã. Hac postulatione delectatus Deus, pollicitus est se etiam alia quæ non petierat, additurum, diuitias & gloriam, sed ante omnia talem intellectum ac sapientiam, qualem antehac nemo habuerit vel regum vel priuatorum. adhæc conseruaturum regnum in eius familia per multas ætates, modo iustus esse pergat Deoq; per omnia parere, & paternis vestigijs incedere, præcipuas eius virtutes imitando. His diuinitus auditis Solomon è stratis se proripit, & adorato Deo Hierosolyma est reuersus: & mactatis ante tabernaculum plurimis victimis, epulum omnibus suis exhibuit. Per eosdem dies iudicium ad eum delatum est arduum, cuius exitum inuenire fuit difficile. Rem autem controuersam de qua lis erat, necessarium duxi indicare, vt qui hæc legent difficultatem decernendi intelligant: & si quando tale quippiam inciderit, ad exemplar solertiæ regiæ difficultatem disquirendi sibi comparent. Duæ mulieres quæstus meretricij venerunt ad eum, quarum altera quæ iniuriam pati videbatur, sic est exorsa. Ego, Rex, & mulier hæc habitamus in eodẽ cubiculo. Accidit autem vt ambæ eadem die, eademq; hora infantes masculos pareremus. Post triduum ista iuxta cubantem suum infantem per somnũ oppressit,

Deus Solomoni in somnis oblatꝰ, quod maximè cuperet, eũ postulare iubet.

Salomon sapientiã à Deo petens tantu, & diuitias cõsequitur.

Duæ mulieres sese inimicè de infante permutato accusant.

An.mũdi 2931. Ante Christum natum 1033.

& ſublato è meo gremio infante meo, mortuum illum dormienti mihi in ſinum impoſuit. Illuceſcente die mammam præbere volens infanti, meum non inueni, ſed iſtius mortuum vidi iuxta me iacentem: id quod certiſſimis indicijs depre-



hendi. & quia repetens meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium Domine confugi. nam quia propter ſolitudinẽ nemo eſt qui coarguat, pertinaciter, quod meum eſt, abnegat. Tum Rex interrogat alteram, ecquid habeat quod accuſationi huius opponat. Illa negante ſe hoc feciſſe, & aſſeuerante ſuum eſſe ſuperſtitem infantem, alterius vero mortuum: neminecꝫ inueniente quid decerni poſſet, ſed omnibus vt in re obſcuriſſima cacutientibus, ſolus Rex tale quiddam excogitauit. Iuſſis afferri infantibus, tam viuo quàm mortuo, vocat quendam è ſatellitibus, imperatqꝫ vt ſtricto gladio, puerum vtrumque ſecet in duas partes, quo vtraque dimidium accipiat tam viui quàm mortui. Hanc ſententiam totus populus tacitè damnabat vt puerilem, ſed interim cùm vera mater exclamaſſet, non ita faciendum, ſed potius alteri addicendum infantem: ſibi enim ſat eſſe, ſi viuum videat, etiam ſi alienus exiſtimetur: altera verò parata eſſet, ex alieno dolore crudelem voluptatem capere: animaduertens Rex has poſtremas voces non fingi, ei quæ exclamauerat infantem adiudicauit, quòd hæc reuera mater eſſet: alterius verò malicią damnauit, quòd & ſuum perdidiſſet, & amica infantem perdere conaretur. Viſum eſt hoc populo inſigne argumentum Regię, prudentię ſimul & patientię, & ex illa die non ſecus quàm diuina mente prædito obtemperabant. In tota autem ſua ditione præfectos & duces habuit hos: Toparchia Bethlemis, quæ ſortem Ephraimi complectebatur, præerat Vres. Ea verò in qua Dora ſunt & regio maritima, parebat Aminadabo Solomonis genero. Magnus campus erat ſub Banaia filio Achili, cuius præfecturæ contributa erat, & ea regio quæ vſque ad Iordanem pertinet. Galaditicã & Gaulaniticam vſqꝫ montem Libanum, vrbesqꝫ in eis ſexaginta magnas ac benè munitas Gabaris adminiſtrabat. Achinadabus Galilææ toti Sidonem vſque præerat, habens & ipſe in matrimonio Solomonis filiam nomine Baſimam. Maritimam

Solomon vtrumque puerũ ſecari mandat.

Ex ſermone & geſtu mulierum matrem infantis viui Solomon agnoſcit.

Præfecti & Duces Solomonis. 3. Regum 4.

mam verô quæ est circa Arcen Banacates obtinebat: Saphates Itabyrium mon- An. mũdi 2931.
tem & Carmelum totamq; inferiorem Galilæam. Subeæ Beniamitica ditio fuit Ante Christum
commissa. Tabares regionem trans Iordanem sitam sub se habuit. & rursum natum 1033.
his omnibus vnus præerat Princeps. Mirandum autem in modum per id tem- Alma pax Israelitarũ
pus auctæ sunt res Hebræorum, & tribus Iudæ, populo ad agrorum colendorum Solomonis tempore
studium conuerso. Pace enim potiti, & nullis bellicis tumultibus distracti, adhæc viget.
optatissima libertate auidè perfruentes, in hoc potissimum erant intenti, vt suas
quisque facultates augeret & maioris pretij faceret. Erant præterea Regi alij
præfecti, qui Syrorum cæterorumq; barbarorum Euphratem inter & Ægyptũ
incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari confe- Sumptus quotidiani
rebãt in quotidianos regiæ mensæ sumptus similæ coros triginta, farinæ sexagin- Solomonis.
ta, saginatos boues decem, & pascuales viginti, & saginatos agnos centum, præ-
ter capturas venationum quæ constabant ceruis ac bubalis, præterq; aues &
pisces. Tantam etiam curruum multitudinem habebat, vt quadraginta mil- Currus & equites Solomonis.
lia præsepium numerarentur, in quibus equi iugales alebantur. & absque his
equitatus ei fuit duodecim millium, quorum media pars Hierosolymis circa
Regem versabatur, reliqui verò sparsim per villas regias degebant. & qui
Regijs impensis præerat, idem etiam equis necessaria suppeditabat, eò conue-
hendo vbicunque Rex habitaret. Tanta autem fuit sapientia & prudentia Sapientia & prudentia Solomonis.
quam Solomon diuinitus acceperat, vt omnes priscos superaret, atque etiam
Ægyptios, qui omnium sapientissimi habentur, longè post se relinqueret. præ-
cellebat etiam eos, qui per idem tempus, in maxima opinione sapientiæ fuerunt
apud Hebræos, quorum nomina non tacebo. Fuerunt autem hi: Athanus, Ae-
manus, Chalceus, Dodanus, filij Hemaonis. Composuit etiam libros odarum
& carminum quinque supra mille, & parabolarum ac similitudinum libros,
ter mille. cuilibet enim speciei plantarum suam adhibuit parabolam, ab hysopo
vsq; cedrũ: idem fecit de pecoribus & cæteris terrestribus animantibus, natati-
libusq; & quæ per aërem feruntur. nullius enim horũ naturã ignorauit, aut in-
scrutatam reliquit: sed circa omnes Philosophatus est, & scientiam proprietatũ
earum summam præse tulit. quin & eam artem diuinitus consecutus est ad vti-
litatem & medelam hominum, quæ aduersus dæmones est efficax. Incantationes Solomon coniurationum modos, quibus Dæmones fugãtur, conscripsit.
enim composuit, quibus morbi pelluntur: & coniurationum modos scriptos reli-
quit, quibus cedentes dæmones ita fugantur, vt in posterum nunquã reuerti au-
deant: atq; hoc sanationis genus nunc vsq; plurimum apud nostrates pollet. Vidi
enim ex popularibus meis quendam Eleazarum, in præsentia Vespasiani & filio-
rum & tribunorũ reliquorumq; militũ, multos arrepticios percurantem. Mo- Iudæus Dæmones eiicit.
dus verò curationis erat hic. Admoto naribus dæmoniaci anulo, sub cuius sigil-
lo inclusa erat radicis species à Solomone indicatæ, ad eius olfactum per na-
sum extrahebatur dæmonium: & collapso mox homine, adiurabat id, ne amplius
rediret, Solomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inuen-
tas recitans. Volens dein Eleazarus his qui aderant ostendere suæ artis efficaciam, non longè inde ponebat poculũ aut polubrũ aqua plenum, imperabatq; dæ-
monio hominem exeunti vt his subuersis signũ daret spectantibus quod reliquis-
set hominem. quo facto nemini dubium erat quanta fuisset Solomonis scientia
& sapientia: quamobrem libuit hoc quoq; narrare, vt omnibus nota sit eximia
Regis huius natura, quamq; carus Deo fuerit, & in omni genere virtutũ excel-

lentis-

An. mũdi 2931. Ante Christum natum 1033.

lentissimus. Porrò Tyriorum Rex Iromus audito, quòd Solomon patri in regnũ succeſſiſſet, vehementer eſt gauiſus: nam Dauidis amicus fuerat: & per legatos ſalutato gratulatus eſt præſentem felicitatem. per quos Solomon ſcripſit ad eum in hunc fermè modum. Solomon Iromo Regi. Scito patrem meum cum voluiſſet ædificare templum Deo, bellis aſſiduis impeditum. neque enim prius à ſubiugandis hoſtibus deſtitit, quàm omnes ſibi tributarios redderet. Ego verò gratias habeo Deo, pro pace, qua nunc fruimur, & præſenti ocio decreui vti ad exſtruendum cæleſti numini domicilium. id enim à me fabricandum, iam antè patri meo Deus prædixit: quamobrem rogo, vt aliquos vnà cum meis mittas in montem Libanum ad materiam cædendam: quandoquidem hanc artem Sidonij melius calleni quàm noſtrates. mercedis autem quanta huiuſmodi operarijs perſoluenda ſit, te arbitrum facio. Eam Epiſtolam Iromus libenter legit, Solomoniq; in hunc modum reſcripſit. Rex Iromus Regi Solomoni. Gratia Deo, quòd tibi paternum principatum tradidit, viro ſapienti & omni virtutum genere prædito. Quare cum nihil mihi gratius accidere potuerit, voluntati tuæ libens obſequar. Exciſis enim multis & magnis trabibus cedrinis atque cypariſſinis, per meos ad mare deducendas curabo: eoſdemq; iubebo, vt compactis ratibus ad quemcunq; volueris, tuæ regionis locum eas appellant, vnde poſt per tuos, Hieroſolyma deportentur. Tu verò hanc nobis gratiam repones, vt exportandi ad nos frumenti poteſtatem facias, quo vtpote inſulares maximè indigemus. Harum literarũ exemplaria hodie quoq; durant, tam in noſtris quàm Tyriorũ annalib. & ſi cui libuerit hæc certius cognoſcere, impetrata à publicorum commentariorum conſeruatoribus viſendi copia, comperiet eorum ſcripta, conſonare cum his, quæ à nobis produntur. quod ideo admonui, vt qui hæc legunt, ſciant nos nihil veris affingere, neque veriſimilia quædam & ad delectationem accommoda narrationi noſtræ interſerere, atque deinde poſtulare, vt lector nihil amplius diſquirendo fidem nobis habeat: quandoquidem in hac cõmentatione à decoro diſcedere abſque nefario ſcelere non licet. quapropter nõ recuſamus quin ſcripta noſtra reijciantur, niſi talia ſunt, vt eorum veritas validiſſimis argumentis approbari poſſit. Cæterum Solomon Rex, acceptis Regis Tyriorum literis, & facilitatem eius & beneuolentiam collaudauit, & inſuper quibus ipſum cupere intellexit, præmijs eum eſt remuneratus, frumenti annuos bis mille coros mittendo, & totidem olei bados. badus autem capit ſextarios LXXII. *parem quoque vini modum illi exhibuit. Et ab his initijs amicitia Regum horum exorta, maioribusq; incrementis aucta in tantum adoleuit, vt in perpetuum firma duraverit. Solomon autem à populo ſuo millia* XXX. *operariorum exegit, prudenter inter eos operas partitus, quò minus labor ſentiretur. Decem enim millia iuſſit in Libano ſyluam per menſem integrum cædere, ac deinde per duos alios domi interquieſcere, dum reliqua viginti millia ſuum opus abſoluunt, ita vt quarto demum menſe labor ad primos illos decies mille rediret. His omnibus Adoramus eſt præpoſitus. Praeter hos erãt in opere inquilini illi quos Dauid eò deſtinauerat, conuectores ſaxorum cæteraq; materiæ* LXXM, *& cæmentarij* LXXXM. *magiſtriq; horum ter mille &* CC. *ijs mandatum fuerat, vt ſaxa prægrandia exciderent in vſum fundamentorum templi, eaq; in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in vrbem conueherent: idq; non modo indigenis, ſed & miſſis ab Iromo opificibus erat iniunctum. Exorſusq; eſt Solomon fabricam hanc, anno regni ſui quarto, ſecundo*

Iromi legati ad Solomonem.

3. Regum 5. Solomon ab Iromo fabros & operarios petit.

Iromus Solomoni ligna, mittit, corũq; vice fumentũ petit.

Veritas Ioſephi Hiſtoriæ.

Solomon Iromo ingentem frumẽti, olei & vini numerũ mittit

Ordo fabrorũ lignariorum in Libano.

Ordo cæmentariorũ & aliorum operariorum.

Hedio & Ruffinus Cap. 3. 3. Regum 6.

cundo mense, (hunc Macedones artemisium vocant, Iar verò Hebrai) annis DCX. *duobus postquam Israelitæ ex Ægypto excesserant: mille & xx. annis post Abrahami ex Mesopotamena regione in Chananæam migrationem: post diluuium verò annis* MCCCCXL. *quod si ab Adamo creato, vsque templi ædificationem temporum ratio subducatur, comperientur anni* MMMCII. *Initium verò fabricandi templi in annum vndecimum regni Fromi incidit, apud Tyrum regnantis, quæ condita est* CCXL. *annis antequam templum exstrueretur. Iecit igitur Rex in altissimam terræ profunditatem fundamenta templi è saxis validissimis, quæ contra omnem temporum iniuriã resistere possent, ita vt cum contigua terra coalita solum ac firmamentum imponendis substructionibus præberent, & propter inconcussam soliditatem facile molem ædificij cum paratu ornamentorum sumptuosissimo perferrent, non minorem admirationem habitura, quàm quæ supernè ad amplitudinem, pulchritudinem & magnificentiam operis per artifices elaborata sunt. exstruxeruntq; illud vsque lacunar ex albo lapide. Huius ædificij altitudo fuit cubitorum sexaginta, & totidem longitudo, latitudo verò viginti. Super hoc autem erat aliud ædificium pari mensura, ita vt tota altitudo templi centum viginti cubitis constaret. versum autem erat ad orientem. Et porticus in aditu eius erat viginti cubitorũ longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi, lata cubitos decem, surgens in altum cubitis centum viginti. In circuitu deinde templi construxit triginta cellas, quæ inter se constipatæ externè parietes templi fulciebant. erantq; inter se peruiæ. & patebant singulæ in longum viginti quinque cubitos, ac totidem in latum, & viginti cubitis attollebantur. Super has alia series cellarum erat exstructa, super quam rursum aliæ, omnes inter se numero & amplitudine pares, ita vt coniunctæ inferius ædificium æquarent altitudine. Nam superius non erat circumædificatum. fuerunt autem omnia cedro contecta. Et cellæ quidem suum quæque tectum habebant, non proximo contiguum. reliquum ex longissimis trabibus erat consertum, ad vtrunque latus pertingentibus, ita vt ipsi parietes hoc pacto consibulati firmiores redderentur. His trabibus subnexa erant laquearia politissima, cælaturis & bracteis aureis ornata. Parietes etiam cedrinis tabulis auro illitis erant incrustati, ita vt omnia reniderent auro, & intrantium oculos fulgor vndique occurrens perstringeret. Tota verò structura ex lapidibus politissimis constabat, ita ad vnguem inter se quadrantibus, & commissuris oculos fallentibus, vt intuentibus nullum vsquam mallei aut cuiuslibet fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia quàm arte congesta viderentur. Porrò ascensum in superiorem templi partem sic commentus est Rex, vt cochleam in hunc vsum crassitudini parietis includeret. Hæc enim pars non habebat ab oriente magnam ianuam vt inferior, sed à lateribus inerant parua hostiola. nec parum ad firmitatem conferebant tabulæ cedrinæ se inuicem complectentes, & crassis catenis inter se constrictæ. Diuiso deinde in duas partes fano, penetrale eius viginti cubitorum nulli fecit accessibile, reliquum quadraginta cubitorum spatium in vsum Sacerdotum consecrauit: & in pariete adytum à reliquo corpore separante fores apposuit cedrinas, has quoque cælatas & inauratas, eas prætexuit velis picturatissimis, hyacintho, purpura, cocco, byssoq; splendidissima ac mollissima distinctis. Post hæc in adyto viginti cubitos quaqua versum patente dedicauit duos che-*

An. mũdi 2933. Ante Christum natum 1031.

Quando ædificatio templi sit incepta.

Profunditas fundamentorum templi.

Altitudo, longitudo & latitudo templi.

Porticus ante templum.

Cellæ in circuitu tẽpli constructæ.

Trabes & parietes auro incrustati.

Cochlea.

Templum in partes duas diuisum.

Cherubini duo.

rubinos ex auro ſolido, vtrunq; quinq; cubitorum altitudine. vterq; duas habebat ad quinque cubitos protenſas: quapropter non longo ſeruatis interuallo ſtatuit, vt vna ala auſtralem parietem attingeret, altera ſeptentrionalem: reliquæ duæ ſeſe contingentes in medio ſuum Arcam protegerent. Ea cherubica effigies quanam ſpecie fuerint, nemo vel conijcere poteſt vel dicere. Pauimentum etiam templi conſtrauit laminis aureis. Ianua demum forti altitudini parietis pro portione conuenientes addidit, latas cubitos viginti, & auro illitas. Atque, vt compendio dicam, nihil tam intus quàm foris mansit, quod non inauraret. Oppanſum eſt præterea aulæum & huic ianuæ ſimile illi quod interior ianua habuit. Cæterum porticus nihil tale habebat. Post hæc Solomon accerſuit Tyro ab Iromo artificem nomine Chiramum, filium mulieris Nephthalitidis, patre Tyrio ab Iſraelitis oriundo, operarium inſignem in quauis materia, ſed præcipue in auro & argento ac ære. Huius opera vſus eſt in omnibus quæ artificioſe in templo fieri voluit. Is fecit duas columnas æreas craſſitudine quatuor digitorum, altas decem & octo cubitos, quarum circumferentia duodecim cubitos complectebatur. his impoſita erant capitella fuſilia iuxta proceritate quinque cubitorum: quibus circundata erant retiacula area quæ operiebant lilia, dependebantq; inde duæ ſeries malorum punicorum ducentorum numero. Has columnas poſuit in aditu veſtibuli, alteram à dextris nominatam iachin, alteram à ſiniſtris nominatam boz. Fecit etiam vas aheneum fuſile ſemiorbis ſpecie, quod propter capacitatem appellatum eſt mare. Erat enim labrum patens per dimetientem lineam in cubitos decem, craſſitudine palmari. eius meditullium ſuſtinebatur ſpira decies replicata, cuius dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circumſtabant duodecim iuuenci ad tractus quatuor ventorum obuerſi terni, quorum poſtica ſubſidebant vt eis orbiculare illud vas incumberet, in medio ſui depreſſius. Capiebat autem hoc mare congiorũ tria millia. Fecit præterea labrorũ decem baſes æreas quadrangulas. harum quæque longitudine fuit cubitorũ quinque, latitudine quatuor, altitudine trium. huius operis partes ſeorſim fabricatæ ſic compingebãtur. Quatuor erant columellæ per totidem angulos diſpoſitæ quadrangulæ, quibus latera baſium vtrinque inferebantur. erant autem hæc tripertita, & interiunctura calaturis diſtincta, alibi leonis effigie, tauri alibi aut aquilæ. Columellæ quoque eiſdem calaturis erant ornatæ. Totum verò opus quatuor rotis ſuſpendebatur, quæ fuſiles erant, habebantq; modiolos & radios, ſeſquicubitali inter vtramque extremitatem interuallo. eratq; mirum videre rotarum circumferentias, quomodo lateribus baſium coaptatæ cantis ſuis inſiſtebant. Angulos autem ſupernè continebant fuſiles humeruli manuum extenſarum. his impoſita erat ſpira, cui labrum inſerebatur, ita vt manibus ſuſtineri videretur: qua parte effigies leonum & aquilarum ſic erant adaptatæ, vt connatas putares, interuenientibus inter eas palmarum arbuſculis. Atque hæc fuit decem baſium ſtructura. Deinde ex eodem ære fecit decem labra rotunda concha ſpecie, quorum quodq; capiebat congios quadraginta. erat enim altitudo quatuor cubitorum, & tantundem ſpatij patebat inter margines. Ea labra decem illis baſibus impoſuit, quas mechenoth ſua lingua appellabant. horum quinque ad ſiniſtrum latus templi ſeptentrionale collocauit, totidem ad dextrum auſtrale, ita vt orientem ſpectarent: quo loco etiam mare illud dedicauit. Omnibus deinde aqua repletis, mare quidem in eum vſum aſſigna-

Decem baſes æreæ labrorum.

Decem labra rotunda.

Maris & decem labrorum vſus.

aſſignauit, vt inde Sacerdotes templum ingredientes manus ac pedes abluerent, An. mũdi 2933. Ante Chriſtum natum 1031.
ad altare aſcenſuri: labra autem vt eorum aqua purgarentur inteſtina ac pedes
animantium ad holocautoma deſtinatorum. Fabricauit etiã altare æreum vi- Altare & vaſa ad illud pertinentia.
ginti cubitorum longitudine, totidem latitudine, altitudine verò decem, in quo
holocautomata incenderentur. Fecit item vaſa eius ex ære omnia, lebetes & a-
mulas, tenacula & harpagones & reliqua, auri fulgorem referentia. Menſas Menſa ſacri panis.
quoque multas dedicauit Rex, & in his vnam magnam auream, in qua propo-
nebantur ſacri panes, reliqua non multo deteriores diuerſo modo facta ſuſtine-
bant phialas & pateras, aureas vigeſies mille, argenteariũ quadraginta millia.
Candelabrorum item fecit decem millia, iuxta præceptũ Moſis: ex quibus vnũ Candelabra.
in templo dedicauit, vt interdiu luceret iuxta legem: & menſam vnam impoſi-
tos panes habentem, ſitam ad ſeptentrionale templi latus ex aduerſo candelabri.
id enim ad auſtrale latus collocauerat. medium autem inter vtrunque locum
obtinebat altare illud aureum. Hæc omnia continebat anterior illa templi pars
quadraginta cubitos longa, & velo diſparata ab adyto. illò enim Arca erat in-
ferenda. Cantharorum autem vinariorum octuaginta millia Rex comparauit, Canthari & phialæ.
& phialarum aurearum millia decem, argenteariarum verò alterum tantũ. Lan- Lances.
cium item aureariũ, ad offerendam in eis ſimilam maceratam ad altare, octua-
ginta millia, duplum verò argenteariarum. Craterarum quoq; in quibus ſimilam Crateres.
oleo ſubigebant, ſexaginta millia aurearum, & alterum tantum argenteariarum.
Menſurarum verò quales Moſi hin vocantur & aſſaron, aurearum erant vi- Menſura.
ginti millia, & duplicatus numerus argenteariarum. Acerra quoque aureæ qui- Acerræ.
bus odoramenta in templum inferri ſolent, erant numero viginti millia: & alia
quibus deferebatur ignis à magno altari in paruum intra templũ ſitum quin-
quaginta millia. Paratæ erant & Sacerdotales veſtes in vſum Pontificum, an- Veſtes Sacerdotales.
numeratis talaribus & epomidibus atque logio cum ſuis gemmis in vniuerſum
mille. Corona verò in qua Moſes Dei nomen inſcripſit, vnica fuit, & vſq; in Corona.
hodiernum permanſit. Stolas autem Sacerdotales è byſſo fieri curauit, cum de- Stolæ Leuitarum.
cies mille zonis purpureis, & tubarum quales Moſes præſcripſit CCM. *Item*
alias ſtolas byſſinas Leuitis hymnorum cantoribus, numero ducenta millia. In-
ſtrumentorum præterea muſicorum, quæ naula & cinnyra vocantur, in vſum Naula & cinnyræ.
hymnodiarum ex electro confecit quadringenta millia. Quæ omnia Solomon ad
honorem Dei magnificè parauit, nullis parcens ſumptibus: ſed omni liberalitate
vſus hæc in theſauris Dei condidit. Circumdedit deinde templo ſeptum quoddã Septum circa templum.
trium cubitorum altitudine, quod noſtra lingua giſon vocamus, excluſurũ pro-
fanam multitudinem, & ſolos Sacerdotes admiſſurum. extra hoc ſeptũ erat fa- Fanum.
num, porticibus magnis ac latis cinctum, & portis altis patens: quarum ſingu-
la ſingulos ventos ſpectabant, & foribus auratis claudebantur. in hoc fanũ cui-
libet è populo, puro modo ac caſto & præſcriptorum legis obſeruanti, acceſſus pa-
tebat. Dici autem non poteſt, ac vix etiam oculis credi, quàm mirandum fue-
rit illud exterius fanum. vallibus enim expletis, tam profundis vt ad proſpectum
oculi caligarent, & aggeſta ad quadringentos cubitos terra, eam vertici montis Valles ingẽtes in quibus templũ fuit extructum explentur.
in quo templum exſtructum eſt æquauit: atque hoc modo factum eſt vt area fa-
ni cum ſolo templi æquaretur. hanc cinxit duplicibus porticibus, quas columnæ
è natiuo ſaxo ſuſtentabant, & laquearia cedro expolita tegebant. Fores verò
habebant omnes ex argento fabricatas. His tam magnis ac pulchris operibus & Hedio & Ruffinus cap. 4. 3 Regum 8.

An. mũdi 2941. Ante Christum natum 1023.

donarijs ſeptennio perfectis, non ad opulentiæ modo, ſed & celeritatis oſtentationem: quæ enim ætatem integram hominis poſcere videbantur, tam breui, ſi ad magnitudinem conferatur, tempore erant abſoluta: Solomon Rex per literas iuſſit magiſtratus ac ſeniores Hebræorum totum populum Hieroſolyma congregare, adſpectandum templum, & ad transferendam illuc arcam Deo ſacratam: denunciataq́ omnibus profectione Hieroſolymitana, ſeptimo demum menſe conuenerunt, qui noſtratibus eſt thuri, Macedonibus hyperberetæus: inciditq́ in idem tempus ſcenopegia, feſtum apud Hebræos ſanctiſſimum & maximum. Tollentes igitur Arcam, & tabernaculum quod Moſes conſtruxerat, & omnia vaſa ad miniſterium ſacrificiorum Dei parata, tranſportauerunt in templum: acceſſeruntq́ illò cum victimis tam Rex quàm vniuerſus populus ac Leuitæ, libaminibus & multo hoſtiarum ſanguine viam perfundentes, & infinitam vim odoramentorum adolentes, vt circumquaq́ totus aer ſuauitate repletus etiam longè remotis ſentiretur, conſtanti omnium opinione, aduentare Deum ad inhabitandum recens exſtructum ac dedicatum ſibi locum. nam neque hymnos canentibus, neque choreas ducentibus, laſſitudo eſt oborta, dum ad templum peruenirent. atque in hunc modũ Arca eſt tranſlata. Quum verò iam in adytum inferri deberet, reliqua quidem multitudo abſceſſit, ſoli verò baiulantes Sacerdotes inter duos Cherubinos eam depoſuerunt: quæ effigies coniunctis alarum extremitatibus (ſic enim artifex eas fecerat) Arcam velut ſub vmbella aut tholo protexerunt. continebat hæc nihil aliud quàm duas tabulas lapideas, quæ decem præcepta, Dei ore in monte Sina prodita, inſculpta eis conſeruabant. Candelabrum autem & menſam & Altare aureum ſtatuerunt in templo ante adytum, eiſdem locis in quibus in tabernaculo prius ſita fuerant: vbi quotidianas hoſtias offerebant. Cæterum Altare æreum pro foribus templi eſt poſitum, vt apertis illis in conſpectu eſſet ſacrificiorum magnificentia. reliquorum verò vaſorum inſtrumentum omne in vnum congeſtum, intra templum eſt repoſitum. Poſtquam autem, omnibus quæ ad Arcam attinebant ritè peractis, Sacerdotes ſanctuarium exiuerunt, repente globus nebulæ, non aſper, nec qualis hiberno tempore grauidus pluuia condenſatur, ſed diffuſus ac temperatus in templum influxit: & primò Sacerdotum viſum, vt vix ſe inuicem cernerent, obſcurauit, deinde in omnibus eam cogitationem excitauit, quòd Deus in templum deſcendens, præſens ac libens hoc domicilium ſibi optaret. His talia voluentibus animo, Rex qui tum forte ſedebat, aſſurrexit: verbisq́ & ſe & Deo dignis cæleſte numen eſt allocutus. Tu quidem, inquit, ſempiternam domum habes Domine, nec ignoramus te tibijpſi hanc vniuerſi molem condidiſſe, quæ cælo, aere, terra & mari conſtat: quam totam imples, nec tamen ab ea caperis. hoc verò templum ideò tuo nomini adornauimus, vt in hoc ſacrificijs ac precibus in cælum miſſis tibi propitio litaremus, certo perſuaſi, quòd & heic ades, & nuſquam interim abes. Quum enim omnia videas, audias omnia, nihil obſtabit hæc ades quò minus vbicunque te dignum eſt habites, à nemine alienus, & omnibus proximus, præcipuè his, qui te deſiderant, nocte dieq́ præſens ac propitius. His vocibus Deum precatus, vertit orationem ad populum, docens eos de potentia Dei ſimul & prouidentia. Hunc Dauidi ſuo patri futura, quæq́ iam euenerint, quæq́ euentura ſint prædixiſſe: hunc ipſi nondum nato nomen impoſuiſſe, quo vocandus eſſet: quodq́ paterni regni ſucceſſor templum

Solomonis templum menſe Octobri conſecratum.

Arca Dei in templum tranſportatur.

Sacerdotes Arcã Dei in qua decem præcepta tabulæ lapideæ inſcripta aſſeruabantur, in ſuum locum deponunt.

Candelabrũ, menſa & altare aureum.

Altare æreum.

Nebula in templo.

Precatio Solomonis ad Deum

Deus immenſus.

Cauſa extructi templi.

Deus verax in promiſsis.

templum ei ædificaturus esset, prænunciasse. ergo cum vaticinium magna ex parte euentu sit comprobatum, debere eos Deo laudes offerre cum gratiarum actione, & de promissionibus futuræ felicitatis nihil dubitare, quibus iam nunc fidem adstrui conspicerent. His affatus multitudinem Rex, rursum ad templum vertit oculos, & extensa ad multitudinem dextera: Operibus quidem, inquit, impossibile est hominibus gratiam Deo pro acceptis beneficijs reddere. Nullius enim rei diuinum numen indiget, nimirum maius quàm cui tales retributiones conueniant. sed hoc vno quo nos cæteris animantibus præstantiores voluisti, laudare nos maiestatem tuam decet, & pro his quibus familiam meam atque Hebræorum populum dignatus es, necesse est gratias agere. Quæ enim re magis vel parum propitius placandus, vel in fauore es retinendus, quàm voce quam ex aëre haurimus, & per hunc rursum ascendere nouimus? Quapropter gratias tibi ago, primùm quòd patrem meum ex obscuro loco ad tantam gloriam euexisti: deinde quòd mihipsi in præsentem diem omnia quæcunque promiseras præstitisti: precorq; vt in posterum largiaris quæ Deus hominibus caris largiri potest, & familiam nostram in sempiternum augeas, quemadmodum patri meo & viuo & morituro es pollicitus, quòd apud nos regnum sit permansurum, & per innumeras successiones propagandum. Hæc igitur nobis concede, simulq; meis omnibus virtutem qua potissimùm delectaris. Ad hæc supplex oro, vt aliquid de tuo spiritu ad hoc templum incolendum deducas, vt nobis appareat, in terris quoque te degere. Alioquin tibi paruum est domicilium vniuersum hoc cœli conuexum, nedum hoc qualecunque templum. Tu tamen hoc vt proprium integrum seruato à vi hostium, oro, & tanquam possessionis tuæ curam gerito. Et si quando populus in peccatum prolapsus, ob hoc te affligente aut sterilitate terræ, aut pestilentia, simili ue malo mulctatus fuerit, qualibus in pietatis prauaricatores soles animaduertere: ac deinde affluens ad tuum templum supplex confugerit, salutem votis expetens: exaudi tanquam præsens, & miseratus eos è calamitatibus eripe. Nec solis Hebræis errantibus hanc opem à te precor: sed etiam si ab extremis orbis finibus aliqui venerint, aut vndecunque profecti in hoc loco boni quippiam impetrare à te voluerint, exoratus illis largire. Sic enim omnibus erit euidens, quòd & tu hanc ædem apud nos tibi exstrui voluisti, & nos nec inhumani sumus nec alienigenis iniqui, sed libenter ferimus te communiter omnibus tum opitulatorem esse, tum bonarum rerum omnium largitorem. Hæc loquutus & pronus humi stratus, cum aliquamdiu adorauisset, surrexit, hostiasq; ad altare adhibuit: quumq; id solidis victimis repleuisset, litatum Deo manifesto argumento cognouit. Ignis enim ex aëre emicans, omnibusq; inspectantibus in altare delapsus, correptas victimas absumpsit: ad quod prodigium populus haud dubiam coniecturam fecit, in eo templo numen esse habitaturum, & prægaudio procidens in solum, vnanimiter adorauit. Rex autem ad laudes Dei versus, multitudinem ad idem hortabatur, quandoquidem signa vidissent eius beneuolentiæ: precandum admonens, vt perpetuò talem se exhibeat, & mentem eorum puram ab omni peccati labe custodiat in iustitia & religione, quò possint præcepta per Mosem diuinitus tradita constanter obseruare. Sic enim fore genus Hebræorum felicissimum omnium, & cæteris mortalibus longè beatius. Simulq; iubebat eos meminisse, quòd, quibus artibus parauissent tanta bona, eisdem & hæc

An. mūdi 2941 Ante Christum natum 1023.

Oratio Solomonis, qua primum Deo pro acceptis beneficijs gratias agit, & vt in posterum eum conseruet, precatur.

Solomon Deum vt templum hoc tanquam suum domicilium protegat, supplex orat.

Exteri quoq; vt exaudiantur in hoc loco precatur.

Solomonis victimas ignis ex aere in altare delapsus, absumit. 2. Paral. 7.

Solomon populū ad laudes Dei, gratiarum actionē & preces hortatur. 3. Reg. 8.

An.mũdi 2941. Ante Christum natum 1023.

retenturi essent, & alia maiora atque cumulatiora quæsituri. Neque enim aliter existimandum, quàm iustitiæ ac pietatis meritò hæc illis contigisse. esse autem facilius parare quæ desint, quàm parta tueri, & cauere ne vllum detrimentum admittatur. His affatus multitudinem Rex concionem dimisit, sacris primùm factis tàm pro se quàm pro populo: mactauitq; vitulorum duodecim millia, agnorum centum & viginti millia, nam tum primùm templum victimarum cruore imbutum est, & omnes Hebræi cum liberis ac vxoribus epulo sunt excepti. Præterea scenopegiæ festum ante templum splendidè ac magnificè Rex per quatuordecim dies celebrauit cum vniuerso populo epulatus. Peractis autem his omnibus, & nullo pietatis officio prætermisso, dimissi sunt suam quisque domum, actis prius Regi gratijs, pro benè curata Republica, & pro tantis operibus absolutis, precatiq; vt eis omnipotens Deus in longum tempus Solomone Rege frui concederet. Faciebant autem iter gaudentes ac gestentes hymnosq; sacros canentes, ita vt præ gaudio nullum vitæ tædium in reuertendo sentirent. Caterùm illata in templum Arca, & spectaculo tàm elegantis & ampli ædificij publicè exhibito, festisq; diebus inter sacra & epulas exactis, cum iam singuli ad suas vrbes essent reuersi, Rex in somnis est admonitus, gratum Deo fuisse eius sacrificium, & vota exaudita esse. quodq; seruaturus esset suum templum, & semper inhabitaturus, donec ipsius posteri cum subiecto populo iustitiam colerent: inprimisque ipsum si à paternis præceptis nusquam discederet, ad summum felicitatis fastigium euehendum, & genus eius per continuatas successiones ei regioni præfuturum, nec vnquam è Iuda tribu Regem defore. Quòd si prodito & obliuioni tradito pietatis studio, ad externarum religionum ritus se transferret, radicitus eum excidendum: & neque generis ipsius reliquias mansuras, neque Israelitas calamitatem euasuros: sed bellis & alijs innumeris cladibus afflictos, & è patrio solo extorres, peregrè apud exteras gentes oberraturos. Templum verò quod tum recens exstructum esset, Dei permissione à barbaris direptum atque incensum iri, vrbe insuper hostili manu diruta: ita vt vbique sparso earum calamitatum rumore, & multis ob earum magnitudinem ægrè credentibus, finitimi demiraturi sint, & interrogaturi, qua de causa Hebræi in tantam nunc indignationẽ incidissent, quũ antea eius ope ad maximas diuitias maximamq; gloriã essent euecti. Quibus reliquias gentis responsuras, quòd propter peccata sua & patriarum legum prænaricationem hæc omnia contigissent. Hæc illi per somnium denunciata sacra litera continent. Absoluta autem templi fabrica, quæ septennio vt dictum est durauit, regia structuram est aggressus, quam vix tertio decimo anno consummauit, neq; enim tantam curam huic operi, quantam ædificando templo impendit. Sed illud quidem amplum licet, & plus quàm credi possit celebre, cooperanti Deo intra iam dictum tempus perfectum est: regia verò tametsi multum magnificentiæ templi cederet, quòd neque materia eius tanto antè præparata fuisset, & Regi non Deo strueretur domicilium, eo tardius ad finem est perducta. Et hæc tamen pro dignitate fortunarum Regis ac gentis est exædificata. Operæprecium autem fuerit totum eius ordinem ac dispositionem indicasse, vt ex eius descriptione totam amplitudinem lector colligere ac considerare possit. Basilica erat magna & pulchra, multis columnis suffulta, quam ad causas forenses agitandas, & lites decernendas condidit, capacem multitudinis, quæ eo ius peteret, longam cubitos centum, latam quinquaginta,

Solomonis in templi dedicationem sacrificia.

Scenopegiæ festum.

Populum Rex dimittit.

3. Reg 9.

Solomoni Deus iterum apparet, eique bona quæq; si à paternis præceptis nusquam discederet, pollicetur.

Comminatio grauis Israelitis à veræ pietatis tramite exorbitantibus proposita.

Hedio & Ruffinus Cap. 5.

Solomonis regia tredecim annis absoluitur.

Basilica.

ginta, altam triginta. hanc sexdecim columnæ quadrangulæ sustinebant, tectam opere Corinthiaco, additis parilibus postibus cum valuis calatis ad ornamentum loci simul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia, quadrata, lata triginta cubitos, columnis validis suffulta: & in ea tribunal magnificum, vbi Rex iura solebat reddere. Huic ædificio coniuncta erat domus in vsum Reginæ facta, & aliæ aulæ quò se negocijs peractis animi causa conferebant, omnes cedrinis tabulis constratæ: partim saxo quadrato decemcubitali constructæ, partim ita vt solent regiæ vel templa, incrustatæ precioso marmore quod è locis eo nomine celebribus apportatur. Et tribus quidem ordinibus aulais Babylonicis pratexebantur: quartus verò sculptorum admirabile artificium ostentabat, in quo effictæ erant variæ arborum ac plantarum species, frondibus & folijs tanta subtilitate expressis vt agitari quodammodo viderentur. Reliquum verò quod supererat vsq; ad lacunar, opere albario tectũ, & discoloribus picturis erat variegatum. Præter hæc erant & alia cubicula ad voluptatem facta, & porticus ad ornatum regiæ longissimæ, in quibus splendidissima triclinia referta auro, vt quæ aurea suppellectili ad omne regij conuiuij ministerium erant instructissima. Difficile est enumerare amplitudinẽ ac varietatem aularum, tàm maiorum quàm mediocrium, tum quæ sub terra latebant, quæue in aërem elegantissimè attollebãtur. In summa totum ædificium è marmore candido & cedro, & auro atq; argento constabat: dispositis per parietes & laquearia varijs lapillis auro inclusis, quemadmodum & in ornatu templi factum fuerat. Quin & ex ebore factum erat prægrande solium calatum, specie tribunalis, quod sex gradibus ascendebatur, in quorum singulis in extremitatibus leonum effigies erãt impositæ, totidem alijs supernè imminentibus. qua verò parte Rex insidebat, manuũ effigies eum excipiebant: & quà reclinabatur, dimidiatus erat iuuencus tergũ suum respiciens: totumq; tribunal auro coagmentatum erat. Hæc opera Solomon viginti annis perfecit, conferente magnam auri vim, maiorem argenti Iromo Tyriorum Rege, & præter hæc cedri atque pinus materiem. Sed & ipse maximis donis Iromum est remuneratus, singulis annis frumentum ei mittens & vinum atq; oleum, quibus maximè opus habebat, vt diximus, eo quod insulam incoleret. Præterea Galileæ oppida numero viginti non procul à Tyro dissita ei donauit: quæ cum ille perlustrata satis considerasset, & non valdè probasset, renunciari iussit Solomoni, sibi non esse opus eis oppidis. & ex eo terra Chabalon est appellata, voce Phœnicum lingua, id quod displicet significante. Quæstiones etiam ænigmaticas Tyrius Rex ad Solomonem transmisit, rogans vt eas explicaret, & dubitationem sibi omnem eximeret. At ille callens huiusmodi rerum ac naturæ prudentissimus, nihil inexplicatum relinquebat: sed omnia ratione peruincens, & perscrutatus eorum intellectum, apertissimè declarabat. Meminit horum duorum Regum & Menander, qui è Phœnicum lingua annales Tyriorum in græcum sermonem est interpretatus, in hunc modum scribens. Defuncto Abibalo successit in regnum filius Iromus, qui vixit annos quinquaginta tres, & regnauit annos triginta quatuor. hic aggessit ad insulam agrum qui dicitur amplus, & auream columnam in Iouis delubro dedicauit. idem materiem multam in monte Libano excidit ad contegenda templa, & demolitus antiqua templa, Herculi & Astartæ noua instaurauit: primusq; Herculi statuam erexit mense peritio. Deinde expeditione contra Eyceos suscepta, quòd debita tributa,

An. mũdi 2941. Ante Christum natum 1023.

Tribunal.

Reginæ domus aliæque aulæ.

Ornamẽta Solomonis regiæ.

Cubicula ad voluptatem facta aurea suppellectili referta, 3. Reg. 10.

Solomonis solium ex ebore factum

3. Reg. 5. Gratitudo Solomonis erga Iromũ pro acceptis beneficijs.

3. Reg 9.

3. Reg. 5. Solomon Tyrio Regi ænigmata quædam explicat.

Menander Historiographus Solomonis & Iromi meminit.

An. mũdi 2941. Ante Christum natum 1023.

tributa non persoluerent, subactis illis victor est domum reuersus. Huius temporibus erat Abdemonus adolescens, qui problemata à Solomone Hierosolymorum Rege iniuncta dissoluebat. Meminit & Dius sic scribens. Abibalo defuncto filius eius Iromus regnum excepit. Is orientalem vrbis partem aggeribus auxit, & eo pacto pomœria protulit. templum quoq; Iouis Olympij: quod antè separatum erat, medio spatio repleto aggeribus cum vrbe coniunxit, & aureis donarijs ornauit. conscenso deinde Libano materiem ad structuram templorum cecidit. Additq; Solomonem Hierosolymorum Regem ad hunc Iromum anigmata misisse, solutionem eorum postulantem: quod cum ille non valuisset, magna pecunia mulctatum esse. Deinde per Abdemonum quendam virum Tyrium proposita explicuisse, & ipsum alia proposuisse: in quibus soluendis quum Solomon hæreret, maiorem etiam pecuniam eum illi remisisse. Et Dius quidem ita scribit. Cæterùm Rex quum videret mœnia Hierosolymorum turribus & propugnaculis ad securitatem egere, nec ea dignitati vrbis satis respondere, & muros instaurauit, & turres magnas in eis erexit.

Dius Iromi meminit.

Dius de Solomone.

Solomon Hierosolymis muros instaurat, & turres erigit.

Hedio & Ruffinus Cap 6.

Solomon vrbes aliquot condit. Asorus, Magedo, Gazara.

Betachora, Baleth.

Condidit etiam vrbes vel præcipuis annumerandas, Asorum & Magedonem, & tertiam Gazara Palæstinæ vrbem, quam Pharao Rex Ægypti bello aggressus expugnauerat, occisisq; ad vnum habitatoribus diruerat, ac deinde filiæ suæ Solomoni nuptæ dono dederat. quamobrem denuò Rex eam exædificauit, quòd esset natura munita, & ad bellare rumq; nouitates opportuna. Nec procul inde alias duas vrbes condidit, quarum altera Betachora, altera Baleth vocabatur. necnon & alias ad secessus, voluptarios aptas ob aëris temperiem fructuumq; vbertatem, & perennibus aquis irriguas. Ingressus deinde in desertum quod est super Syriam, eiusq; regionis potitus, vrbem ibi maximam condidit, duorum dierum itinere à superiore Syria distantem, ab Euphrate verò vnius. ad magnam autem Babylonem inde sex dierum via protendebatur. Quare autem à reliquis culta Syriæ partibus hæc vrbs tam procul habitetur, causa est hæc, quòd mediterranea per desertum petentibus, ibi demum fontes ac putei reperiuntur. Hac igitur vrbe extructa, & mœnibus validissimis cincta, Thadamoram eam appellauit, quo nomine etiam nunc à Syris vocitatur. Græci Palmiram nominant. Atq; hæc fuerunt per id tempus Solomonis opera. Nunc quoniam video multos quærere, quî factum sit vt omnes Ægyptiorum Reges à Minæo illo qui Memphin condidit, quiq; multis annis auum nostrum Abrahamum præcesserit, vsq; ad Solomonis tempora, per mille trecentos & amplius annos Pharaones dicti sint, à quodam Rege nomine desumpto: operæprecium existimo eorum ignorantiæ mederi, & manifestam huius appellationis causam reddere. Pharao Regem Ægyptijs sonat. Opinor autem ipsos à pueritia nominibus alijs discretos, quàm primùm Reges creati fuerint, potestatis eius nomen patriæ linguæ vernaculum assumere. Nam & Alexandrini Reges alijs prius nominibus vocati post assumptum regnum vocati sunt Ptolemæi à primo eius vrbis Rege: & Romanorum imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Cæsares appellantur, principatus & honoris vocabulo, posthabito illo priore quod à parentibus hæreditarium in eos demanauit. Et hinc est, ni fallor, quòd Herodotus Halicarnasseus cum CCCXXX. *Reges post Minæum Memphis conditorem deinceps successisse dixerit, nomina eorum non recensuit, quia Pharaones vocati sint omnes. Quum enim post hos mulier imperium arripuisset, nomen eius ponit Nicau-*

Thadamora, siue Palmira.

Aegyptiorum Reges cur Pharaones dicti.

Ptolemæi.

Cæsares.

Herodotus Aegyptiorum Regũ nomina non recenset.

Nicaulen, nimirum ea de cauſa, quòd cum ſoli mares huius appellationis eſſent capaces, & non etiam fœmina, oportuit peculiare ipſius nomen dicere. Ego verò in noſtra gentis commentarijs reperi, quòd poſt Solomonis ſocerum Pharaonem nemo Ægyptiorum Regum amplius hoc nomine ſit vocatus: & quòd poſt illum venerit ad Solomonẽ iam dicta mulier, qua tum Ægypti ſimul ac Æthiopia regnum obtinebat. Sed de hac paulo poſt dicemus: nunc verò ideo hac memoraui, vt oſtenderem noſtros libros & Ægyptiorum in multis cõſentire. Solomon autem Rex reliquias Chananæorum qua Libanum montem vſq; ad vrbem Amathen colebant, & imperium eius detrectabant, ſub ditionem ſuam redactas tributa pendere coegit, & per ſingulos annos certum numerum ſeruorum & colonorum, qui per agros diſtribuerentur, exegit, Hebræorum enim nemo ad ſeruiles operas adigebatur: nec erat æquum, vt cum tam multas gentes Deus ſub eorum imperium ſubdidiſſet, ex his potius quàm deuictis eiuſmodi conditionis homines cenſerentur: ſed omnes arma & currus atque equos & rem militarem tractare malebant. Chananæis verò quos ad ſeruitutem abduxit, ſexcentos præfectos præpoſuit, qui procuratores eſſent regij, & ſua cuiq; opera atq; negotia præſcriberent. Quin & claſſem Rex in Ægyptio ſinu adificauit, in quodam loco ad mare rubrum, qui nominatur Aſiongaber. Hæc nunc Berenice vocatur, non procul ab Elana vrbe, qua regio tum in Hebræorum ditione cenſebatur. Et in hac quoque claſſe munificentia Jromi Regis amici fuit vſui. Viros enim gubernatores & nauticæ rei peritos ei miſit quotquot voluit, qui nauigantes cum regijs procuratoribus in regionem Jndiæ, olim Sophiram, nunc Auream terram nominatam, aurũ illi adferrent. hi collectis circiter quadringentis talentis retrò

An. mũdi 2953. Ante Chriſtum natum 1011.

Nicaule Aegypti & Aethiopiæ Reginæ ad Solomonem venit. 3. Reg. 10.

Solomon Chananæorum reliquias tributa pendere cogit. 3. Reg. 10.

Hebræorũ libertas, & Chananæorum ſeruitus.

Solomonis claſſis.

3. Reg 10.



ad Regẽ ſunt reuerſi. Jnterim ad Ægypti Æthiopiaq; Reginã, mulierem ſapientiæ ſtudioſam, & cætera quoq; egregiam, Solomonis virtutum ac ſapientiæ fama delata, cupiditas eam inceſſit coràm hominem viſendi: ſic enim fore vt experimento, non rumoribus crederet, qui ſæpenumero falſi eo quòd toti à fide renunciantium pendeant, paulo poſt euaneſcunt: decreuitq; ſuſcepta longinqua

Aegypti & Aethiopiæ Regina ad Solomonem venit.

An. mũdi 2953. Ante Christum natum 1011.

peregrinatione illius ſapientia perfrui, & de rebus arduis cum eo diſſerere. Venit igitur Hieroſolyma ſplendido & opulento paratu. Adducebat enim ſecum camelos onuſtos auro & varijs aromatibus lapillisq; precioſis. Rex verò honorificentißimè exceptam, & in cateris comiter ac liberaliter habuit, & propoſitiones illius pro ſua prudentia facilè explicans, opinione citius diſſoluebat. At illa ſtupebat ad Regis ſapientiam, tanto maiorem experta quàm audierat: magisq; etiam admirabatur regiam tam elegantem ac magnificam, & tam bellè diſpoſitum ædificiorum ordinem, quòd hic quoque ingenium Regis contemplaretur. Sed nihil magis mirata eſt quàm aulam, cui cognomen Saltus Libani, & quotidianos conuiuiorum ſumptus tam dapſiles, apparatumq; miniſterij. nam & cultu erant decentißimo, & perquàm ſcitè omnia adminiſtrabant. Nec minor fuit admiratio dum quotidiana ſacrificia videret, quantaq; cura & religione ſacerdotes ac Leuitæ circa ea verſarentur. Hæc quotidie contemplando vehementer admirabatur, id quod nec diſſimulare potuit, ſed apud Regem ingenuè faſſa eſt, quantopere huiuſmodi ſpectaculis afficeretur. Omnia, inquit, Rex, quæ auditu percipiuntur cunctantius credere ſolemus: ſed de tuis bonis, quæ vel intra te ſunt repoſita, ſapientia videlicet ac prudentia, vel tam amplum regnum tibi ſuppeditat, non vana fama ad nos perlata eſt: ſed quum eſſet vera, non reſpondiſſe tamen eam tuæ felicitati nunc præſens video. Quamuis enim auribus perſuadere conabatur, non potuit tamen res ita pro dignitate repræſentare, ſicut nunc oculis noſtris ſubijciuntur. de me quidem fatendum eſt, quòd cum de fide eius hæſitaſſem, ne fortè aliquid affingeret, nunc longè maiora eis conſpexi. Macti tanta felicitate Hebræi, macti amici ac familiares tui, quibus perpetuò ſapientia tua frui datũ eſt. Laudandus Deus qui regionẽ hanc & habitatores eius adeò dilexit, vt te Regem eis præficeret. Nec contenta verbis indicaſſe quanti Regem faceret, etiam muneribus ſuam erga illum obſeruantiam teſtari voluit. Viginti enim auri talenta ei donauit, & aromatum vim magnæ æſtimationis, lapillorumq; precioſiſſimorũ. Aiunt etiam quòd balſami plantam, cuius hodie quoq; ferax eſt noſtra regio, illius Reginæ munificentia ferri acceptã oporteat. Nec minora fuêre quæ ipſa à Rege recepit, optione etiam illi permiſſa. nihil enim roganti negatum eſt: ſed libentius quã illa peteret largiens, inſignem præ ſe tulit liberalitatem. Atq; ita Ægyptiorum Regina datis ſimul & acceptis ampliſſimis muneribus in patrium ſolum reuertitur. Per idem tempus allatis ex Aurea, ſicut vocant, terra gemmis & lignis pineis, ex hac materie Rex fulcra templi ac regiæ fecit, eiusq; parte vſus eſt ad inſtrumenta Muſica, cinnyras & nabla, quibus Leuitæ diuinos hymnos ſolent accinere. nunquam enim antehac tam elegans apportata fuerat, Sed nemo ſic cogitet, quæ nunc pinea ligna vocantur, quæue ad illiciendos emptores hac appellatione mangonizant negociatores, illis eſſe ſimilia. illa enim aſpectu ficulnam materiem referunt, niſi quòd candidiora ſunt & fulgentiora: id quod admonere officij noſtri duximus, ne quis per ignorantiã in his diſcernẽdis fallatur, quandoquidẽ res Solomonis in huius materiei mentionem nos induxerunt. Eadẽ claſſis attulit Regi auri talenta DCLXVI *non annumerato quod priuatim negotiatores mercati ſunt, nec eo quod toparchæ & Reges Arabiæ dono illi miſerunt. Ex eo fecit ducenta ſcuta fuſilia ſingula ſexcentos ſiclos pendẽtia, & trecentos clypeos, quorũ ſinguli trecentas minas penderent: atq; hæc omnia in aula Saltus Libani vocata repoſuit. Sed & pocula ex*

auro

Solomon Reginæ ænigmata cũ prudentia explicat.

Aethiopiæ Regina Solomonis ſapientiam ſtupet.

Aethiopiæ Regina Solomonis prudentiam & ſapientiam laudat.

Solomoni Regina ſplendida munera donat.

Solomon Reginæ liberalitatem remunerat.

Hedio & Ruffinus Cap. 7.

Ligna pretioſa Solomoni allata.

auro ſolido parauit, & è lapide precioſo, in vſum conuiuij ſingulari arte fabre- An. mũdi 2953.
factа, reliquamq; omnem ſuppellectilem regiam ex auro fieri curauit. Nullum Ante Chriſtum
enim tum argento in commercijs erat precium. Multa enim nauigia Rex in natum 1011.
mari, quod vocatur Tharſicũ, habuit, quæ ad remotas gentes merces varias de-
ferre iußit, pro quibus exportatis aurũ & argentum Regi referebant, multumq;
eboris, & mancipia Æthiopica & ſimias. Ea nauigatio in itu ac reditu trienni- Solomonis naues in itinere triennium abſumebant.
um integrum abſumebat. Fama etiam celeberrima per omnes circumquaq; re-
giones de Solomonis virtutibus ac ſapientia diuagabatur: qua exciti pleriq; Re- Solomoni plerique Reges exquiſita munera mittunt.
ges, quo certiores de iam dictis fierent, viſendi eius cupidine flagrabant, & ex-
quiſita munificentia ſtudioſos eius ſe declarabant. Mittebantur vaſa tàm au-
rea quàm argentea, & veſtes purpureæ, & omne genus aromata: equi præterea
currusq;, & muli ſubuehendis ſarcinis, qui vel robore vel pulchritudine Regi Munera Solomoni allata, eiusq; equitatus.
placituri videbantur: vt ad eum equorum ac curruum numerum, quem iam
antè habuerat, ex donaticijs quadringenti currus accederẽt. Habuit enim prius
currus mille, equorum viginti millia. hi quum pulcherrimi fuere, tum ad cur-
ſum exercitatiſſimi, vt collati ad cæteros omnes poſt ſe relinquerent. His decus
addebant equites, flos iuuentutis, procera ſtatura, promiſſoq; capillitio conſpicui,
& tunicas è ſarrana purpura induti. adhæc ramentis auri capillum quotidie
ſpargebant, vt ad ſolarium radiorum contactum fulgor à capitibus eorum re-
flecteretur. Hi armati & pharetris ſuccincti regium currum ſtipabant, quo
ſublimis inuectus, & amictus veſte candida, manè ſolebat vrbem egredi. Aberat
ab Hieroſolymis duorũ ſchœnorum ſpacio prædium nomine Hettan, hortis & in- Hettan.
ductis fontibus amœnum ſimul ac opulentum. in eum locum vectari delectaba-
tur. Diuina autem quadam diligentia & prouidentia rebus in omnibus vtebatur, & quum eſſet elegantiarum amator, ne viarum quidem curam prætermi-
ſit, ſed & harum quot quot Hieroſolyma regia ſedem ducebant, ſilice conſtrauit, Viæ circa Hieroſolyma ſilice ſtratæ.
tum vt vltro citroq; commeãtibus eſſent faciles, tum ad oſtentandam hac quo-
que parte principatus ſui magnificentiam. Diſtributisq; oppidatim curribus, &
in ſingula certo numero ad alendum præfinito, circa ſe quidem paucos reſerua-
uit: loca verò vbi alebantur, curruum oppida appellauit. Argenti etiam tan- Oppida curruum. Argenti, Solomonis tempore, copia.
tam copiam Hieroſolymis eſſe fecit, quanta fuit ſaxorum: & cedros arbores an-
tehac nunquam in Iudæa viſas, in campis eius adeò multiplicauit, vt moros nu-
mero æquarent. Mandauit etiam negotiatoribus Ægyptiacis vt equos vena- Equi Aegyptiaci.
les ad ſe adducerent, in ſingulas bigas ſexcentarum argenti drachmarum pre-
cio conſtituto: quos deinde ad Syriæ Reges & tranſeuphratenſes mittere ſole-
bat. Quumq; eſſet omnium Regum glorioſiſſimus & pÿſſimus, & opibus ac
prudentia omnes ſuperaſſet, qui ante illum rem Hebræorum adminiſtrauerant, deterior factus eſt ante obitum: & à patrijs moribus deſciſcendo, indi-
gnum antè geſtis rebus vitæ exitum habuit. Nam inſaniens in mulieres, & in 3. Reg. 11.
rebus venereis immodicus, non contentus ſuæ regionis mulieribus, multas ex- Solomõ exteras matrimonio ſibi iungens, ab ijs ſeducitur.
terna originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammanitidas, Idumæas: atque ita
contemptis ſemel Moſis inſtitutis, quæ non niſi gentis eiuſdem coniuges
permittebant, illarum deos colere cœpit, amori earum hoc tribuens. Atqui
hanc ipſam rem legiſlator præcauere voluerat, ne per hanc occaſionem peregri- An. mũdi 2964
nis implicarentur ritibus, néue relicto patrij numinis cultu, ad illarum reli- Ante Chriſtum
giones ſe transferrent. Sed hæc Salomon contempſit, voluptate irrationali vi- natum 1000.

An. mũdi 2964 Ante Christum natum 1000.

ctus : ductisq; vxoribus è principibus virisq; illustribus prognatis septingentis numero, & concubinis trecentis, & in his Ægyptiorum Regis filia, adeò consuetudine earum est captus, vt ritus earum imitaretur, quo magis illis hoc argumento fidem amoris ac beneuolentiæ faceret. ætate deinde prouectior, & mente iam paulatim senescente, magis etiam patriæ religionis oblitus cultum Dei sui neglexit, & mulierum exterarum ritibus assueuit: quamuis iam ante quoq; à præscripto legum discesserat, quando æreas boum effigies basi maris illius addiderat, sicut solio suo leonum post apposuit. Nam neq; illa fas erat facere. Cumq; domesticum haberet exemplum pulcherrimum parentis virtutem, & gloriam quam propter pietatem ad posteros reliquerat, discedens ab eius imitatione, idq; bis in somnis monitus sequi paterna vestigia, mortem inglorius oppetijt. Venit itaq; ad illum propheta missus à Deo, dicens neque clam esse eius impietatem, neque diutius impunitam fore: viuo tamen regnum non auferendum, quando patri eius diuinitus sit promissum non alium successorem futurum: sed post hunc defunctum, filium pœnas datarum: ita tamen vt non vniuersum regnum deficeret, sed decem solæ tribus seruo ipsius cederent, reliquæ duæ penes nepotem Dauidis remanerent, idq; ipsius aui respectu, & vrbis Hierosolymorum in qua Deus templum sibi elegisset. His auditis Solomon vehementer perturbatus indoluit, omni felicitate, qua hactenus suspiciebatur, in contrarium vergente. Nec multum temporis post hanc propheta denunciationem est elapsum, dum hostis ei, Deo sic volente, exortus est, cui nomen Aderus, Regi infensus ob causam hanc. Idumæus fuit genere, & è regio stemmate. Cumq; Joabus copiarum Dauidis imperator Idumæam subigeret, omnibus eius gentis, qui per ætatem arma ferre possent, internecione intra semestre deletis, hic etiam tum adolescentulus ad Pharaonem Ægyptiorum Regem euasit. ab eo comiter exceptus, & domum & agros ex quorum reditibus viueret, munificentia illius est consecutus: & postquam adoleuit tam carus ei factus est, vt Rex coniugis sua sororem, nomine Taphinen, nuptum ei traderet: ex qua filius natus, cum Regis liberis est educatus. Porrò accepto in Ægypto de Dauidis & Joabi morte nuncio, adiuit, rogans vt sibi in patriam reuerti permitteret. Rege autem percontante quid illi deesset, quáue sua iniuria prouocatus relinquere amicum benè meritum cuperet, etsi non semel id petitum, impetrare tamen tunc nequaquam valuit. Sed cum iam res Solomonis labare inciperent, Deo impietatem eius non amplius ferente, cuius nutu Pharao difficilem se hactenus præbuerat, Aderus impetrato à suo Rege commeatu, in Idumæam reuertitur. & cum non posset gentem suam ad defectionem à Solomone perpellere, eo quòd validis præsidijs impositis in officio continueretur, nec liceret impunè res nouas ibi moliri, profectus inde in Syriam se contulit. Vbi cum incidisset in quendam Razarum, qui defciuerat à Sophene Rege Adrazaro, & eas terras cum latronum manu incursionibus populabatur, societatem cum homine iniit: cuius ope occupata ea parte Syriæ, Rex declaratus, Israëlitarum ditionem crebrò irrumpendo, viuo adhuc Solomone rapinis omnia miscebat & cædibus. Et quasi parum esset Hebræis vnus hostis externus, domi extitit qui Solomonem infestaret, Hieroboamus Nabatæi filius, veteri quodam oraculo ad res nouandas excitatus. Cum enim patre orbatus adolescens adhuc à matre educaretur, Solomon animaduersa generosæ eius indole, præfecit eum fabricæ murorum, quando Hierosolyma mœnibus cingebat.

Pœna Solomoni immittenda, ob Deos alienos receptos.

Aderus Solomoni infensus.

Aderus in Aegyptũ profugit.

Aderus Pharaonem vt sibi in patriam reuerti permittat, orat.

Aderus in Idumæam reuertitur, inde in Syriam se confert.

Razarus cum Adero hostis Solomonis.

Hieroboamus Solomonem infestat.

cingebat. Eius operis curam tanta ſolertia geßit, vt Rex, comprobata hominis induſtria, præmio dignum ducens, eum Ioſephi tribui præficeret. Ad quam dum Hieroſolymis egreſſus iter faceret, obuiam ei fit Propheta nomine Achia, Siluntе oppido oriundus. Is ſalutatum eum de via paulum ſeduxit in rus quoddam diuertens, in quo tum nemo alius aderat: ſciſſoq; in duodecim fruſta pallio quo ipſe amiciebatur, iußit Hieroboamum decem inde ſumere, præfatus Deũ hoc iubere. Ille, inquit, ſciſſo imperio Solomonis, eius filio propter promißionem Dauidi factã tribum vnam cum altera ei contigua daturus eſt: tibi verò decem propter Solomonis peccatum, qui mulieribus & dijs earum totum ſe deuouit. Quare ſciens cauſam propter quam Deus ab illo eſt alienatus, iuſtitiam colito, & legum perpetuus cuſtos ac conſeruator eſto, cum pietatis ac religionis præmiũ maximum tibi ſit propoſitum, nimirum vt tantus euadas, quantum ſcis Dauidem prius fuiſſe. His Propheta verbis erectus ad ſpes magnas Hieroboamus, cum eſſet alioqui ambitioſo & inquieto ingenio, quamprimum in ſuam prouinciam peruenit, non immemor præſagij Prophetici ſolicitare populum cœpit, vt à Solomone deficeret, ipſiq; principatum deferret. Cuius conatibus & inſidijs cognitis Solomon volebat eum comprehenſum occidere. At ille ad Suſacum Ægypti Regem profugus & præſens periculum euaſit, & manendo illic vſque Solomonis obitum regno ſe Iſraelitico incolumem ſeruauit.

An. mũdi 2971. Ante Chriſtum natum 993.

Achia Propheta Hieroboamũ decem tribuum Regem futurũ oſtendit.

Hieroboamus in Aegyptũ profugit, vbi vſque ad Solomonis obitum manet.

CAP. III.

Solomone defuncto, populus à Roboamo eius filio deficiens Hieroboamum decem tribuum Regem fecit.

SOLOMON autem iam admodum ſenex moritur, exactis regni annis octuaginta, vitæ verò nonaginta quatuor: ſepeliturq; Hieroſolymis, omnium Regum feliciſsimus & opulentiſsimus atque prudentiſsimus, excepto peccato, ad quod iam ſeneſcens à mulieribus eſt pertractus, de quo & conſecutis mox Hebræorũ calamitatibus ſatis dictum eſt. Caterum defuncto Solomone, & ſuccedente in principatum eius filio Roboamo, quem è Noma Ammanitici generis muliere ſuſceperat, mox quidam è proceribus in Ægyptum miſerunt, qui Hieroboamum reuocarent. qui cum ad eos in vrbem Sicima veniſſet, etiam Roboamus eodem peruenit. Placuit enim conuentu Iſraelitarum illic habito, regnum de populi conſenſu accipere. Accedunt itaq; illum principes populi vnà cum Hieroboamo, rogantes vt aliquid de ſeruitio remitteret, & patre ſuo vellet eſſe mitior. Graui enim illius iugo ſe preſſos fuiſſe. Sic enim firmius ei fore imperium, ſi amari mallet quàm metui. Ille poſt triduum ad poſtulata reſponſurum ſe pollicitus, ſtatim in ſuſpicionem venit, quòd ſine mora votis eorum non annuiſſet. Decere enim eius ætatem putabant, procliuem eſſe ad benè merendũ. nonnihil tamen ſpei ſuberat, quòd non ſtatim eſſent repulſam paſſi. Interim ille conuocatis paternis amicis conſultabat, quale reſponſum populo dari oporteat. qui, quum benè ipſi cuperent, & populi naturam probè callerẽt, ſuaſerunt, vt comiter populum alloqueretur, & poſito aliquanti ſper faſtu regio, ad captandam multitudinis gratiam ſe accommodaret. hac enim arte captos facilè illum amaturos, quòd natura ita comparatũ ſit, vt ſubiecti delectentur Regibus mãſuetis, & de ſuo faſtigio nonnihil ſe demittentibus. Ibi Deus ſine dubio mentem ademit homini, cui tam vtilis in omne tẽpus ſententia, certè ad præſens ambienti regnum neceſſaria,

Mors Solomonis.

Hedio & Ruffinus Cap. 8. al. 4. 3. Regum 12.

Populus à Roboamo onerum mitigationem petit.

Seniorũm conſilium ſalutare.

An. mũdi 2971. Ante Christum natum 993.

non probabatur: sed accitis aqualibus suis iuuenibus, & exposito seniorum consilio, quid ipsis videretur, proferre iussit. Illi, quia nec per ætatem poterant, nec Deus sinebat, vtiliora cernere, autores ei fiunt sic ad populum respondendi: minimum digitum ipsius crassiorem esse quam patris lumbi fuerint: & si ab illo duriter habitos se putarent, durius etiam in posterum tractandos esse: & si ab illo scuticis casi fuissent, expectandum vt ab ipso scorpionibus flagellarentur. His delectatus Rex, & ratus decere maiestatem principatus tale responsum, postquã tertia die populus ad audiendum conuenit, omnibus expectatione suspensis, & existimantibus benignum aliquid sibi proponendum, omisso amicorum consilio, ex iuuenum sententia respondit, non sine Dei voluntate, vt Achia vaticinium suus euentus sequeretur. Jcti enim velut ferro tam duris verbis, non secus ac si à minis ad rem iam esset peruentum, per indignationem vno ore exclamãt, nihil sibi futurum amplius cum Dauidis progenie, haberet ipse templum quod pater exstruxisset, manifestè defectionem præ se ferentes. Adeoq; pertinax ira fuit, vt Adoramum quæstorem regium, missum ad excusandum iuuenilis linguæ petulantiam, placandosq; concitati vulgi animos, ne auditum quidem lapidibus obruerint. Quo facto Roboamus ratus, id quod erat, se in famulo saxis impetitum, veritusq; ne conceptum semel odium in ipsius caput effunderetur, trepidè conscenso curru, quantum potuit, Hierosolyma properauit. Et Iudæ quidem ac Beniamis tribus communibus suffragijs Regem eum eligunt: reliqua verò multitudo, ex illo die alienata à progenie Dauidis, Hieroboamo imperium detulit. id Roboamus ægrè ferens, cõuentu duarum tribuum sibi subditarum indicto, & delectu CLXXX. *millium habito, conaturus erat reliquas decem vi ad officium retrahere, nisi Deus per Prophetam intercessisset, admonens nefas esse ciuile bellum mouere, præsertim cum Deo volente populus ab eo defecisset. Nunc prius Hieroboami Israelitarum Regis gesta, ac tum demum res Roboami duarũ tribuum Regis dicemus, serie narrationis ita postulante. Ergo Hieroboamus regia Sicimis constructa, inibi domicilium optauit: nec eo contentus, apud Phanuelã vrbem aliud ædificauit. Nec multo pòst instante Scenopegia, cogitans secum, quòd si permitteret populo Hierosolymitanam profectionem, & festi illic celebrandi potestatem faceret, populus captus religione templi & ceremonijs, facilè mutata voluntate, seq; relicto ad priorem regem accedere posset, idq; non dominationi suæ tantum, verum etiam vitæ periculosum foret, statuit hoc modo rebus suis consulere. Duas vitulas ex auro fecit, & constructis totidem delubris, altero apud Bethela, altero apud Danam, quod oppidum situm est ad minoris Iordanis fontem, effigies illas vtrobique consecrauit: & conuentu indicto decem tribuum, quibus ipse præerat, pro concione in hunc modum eas est allocutus. Viri populares, notum vobis existimo, quòd nullus locus Deo est vacuus, & quòd is nullo certo loco includitur: sed vbique nota exaudit, vbique cultores suos respicit. Quare non placet mihi, hoc tempore vos Hierosolyma vrbem infensam longo itinere proficisci religionis ergò. Homo illud templum statuit, quemadmodum & ego duas aureas vitulas consecraui, alteram in Bethelis, alteram in Dana, vt pro locorum opportunitate ex propinquioribus oppidis ad eas cõfluentes, illic Deum ritè adoretis. Nec deerunt Sacerdotes ac Leuitæ ex vobis per me designati, ne quid Leuiticam tribum & Aaronis progeniem desideretis. Ergo quicunq; ex vobis Sacerdotium ambit, vitulum & arietem Deo mactet, quo ritu ferunt etiam*

Iuniorum consilium, quod Roboã, seniorum spreto, sequitur.

Israelitæ petitionis suæ repulsam passi à Roboamo deficiunt.

Roboam apostatas vi retracturus à proposito abstinere iubetur.

Regia Ieroboami.

Vitulæ Ieroboami cur factæ.

Ieroboã idololatriæ suasor.

etiam primum ſacerdotem Aaronem creatum eſſe. His verbis populum decepit, autor ei factus patria religionis deſerenda: qua cauſa fuit Hebræis omnium calamitatum, vt bello ab exteris gentibus deuicti, poſtremò in captiuitatem abducerentur, ſicut ſuo loco dicetur. Porrò appetente iam ſeptimi menſis feſtiuitate, volens & ipſe apud Bethela eam celebrare, ſicut à duabus tribubus Hieroſolymis celebrabatur, ante vitulam altare poſuit: moxq; aſſumpta Pontificis perſona, cum ſuis ſacerdotibus ad illud aſcendit. Cumq; iam holocautomata in conſpectu totius populi pararet incendere, Deo mittente ſuperuenit à Hieroſolymis propheta, nomine Iadon. Is in mediam multitudinem progreſſus, audiente Rege ad altare ſermonem vertit. Altare, altare, hæc dicit dominus. Exorietur quidam de genere Dauidis, Joſias nomine, is mactabit ſuper te falſos ſacerdotes illius temporis, & impoſtorum ad impietatem populum ſeducentium oſſa ſuper te incendet. Et vt nemini dubium ſit prædictionem hanc non eſſe vanam, prodigio confirmabitur. Rumpetur altare hoc, & adipes victimarum in eo congeſti in humum effundentur. His propheta verbis iritatus Rex, intendit in eum manum, iubens hominem comprehendi: moxq; ſideratum brachium diriguit, vt reducere manum non poſſet, torpente membro, haud ſecus quàm ſi eſſet exanime. Altare quoq; diruptum impoſitas victimas effudit, ita vt vates Dei prædixerat. Ibi Rex videns hominem veridicum eſſe ac diuinum, rogauit eum, vt Deum exoraret, quò affecta dextera vigorem priſtinum redderet. quod cum ita factum eſſet, lætus recepta ſanitate, rogabat prophetam vt cum eo prandere dignaretur. excuſauit Jadon, negans ſe in ea vrbe panem aut vinum ſumpturum. id enim ſibi contra interdictũ Dei non licere. vetitũ etiam ne per eandem viam reuertatur qua venerat. Rex autem miratus viri continentiam, eo magis de ſe cœpit eſſe ſolicitus, ex his quæ viderat & audierat, parum felicẽ rerum ſuarum exitum augurans. Erat in ea vrbe malus quidam Pſeudopropheta, quem Hieroboamus in honore habebat, ſeductus ab illo omnia ad gratiam loquente. hic tum decumbebat, quòd eſſet ſenio languidus. cumq; audiſſet à filijs de aduentu propheta à Hieroſolymis & prodigijs per eum patratis, & quòd Hieroboamus emortuam dextram ad illius preces ſanam recepiſſet: veritus ne Rex de hoſpite melius quàm de ſe opinaretur, mandauit filijs vt eueſtigio aſinum ſtratum ad iter ſibi expedirent. quibus impigrè iuſſa exſecutis, conſcenſo iumento per veſtigia propheta properabat. quem aſſecutus interquieſcentem ſub quercu patula & vmbroſa, primò ſalutauit: deinde poſtulauit cum eo quòd non ad ſe diuertiſſet, hoſpitalitate fruiturus. quo referente vetitum ſe à Deo, ne apud quenquam in ea vrbe cibum ſumeret: certè apud me, inquit, licuit ſumere. nam ego quoq; propheta ſum eiuſdem cuius tu cultor numinis. & nunc ipſius iuſſu venio, te ad nos adducturus, & prandio hoſpitali excepturus. Tum vates mentienti credens reuertitur. Adhuc autem illis prandentibus & familiari ſermone ſe oblectantibus, Deus apparuit Iadoni, pœnam inobedientiæ, pœnæq; modum denuncians. Fore enim vt in itinere à leone diſcerpatur, nec in paternum monumentum inferatur. Hæc autem Deo volente, contigiſſe opinor, quò minus apud Hieroboamum Jadonis verba fidem inuenirent, de mendacio ſuſpecti. Nam redeunti Hieroſolymam, leo factus obuiam, detractum de iumento necauit, nihil læſo aſino. imo & illum & propheta cadauer ſeruabat accubans, donec viatores quidam rem viſam pſeudopropheta renunciauerunt. Tum ille filijs in hoc miſſis

An. mũdi 2971. Ante Chriſtum natum 993.

Neglectus cultus diuini omnium malorum cauſa.

3. Reg. 13. Vaticinium contra altare in Bethel.

Miraculo vaticinium confirmatur.

Emortuæ dextræ ſanitas reſtituitur.

Hedio & Ruffinus Cap. 9.

Propheta ad Ieroboamũ miſſus per mendacium reducitur.

Inobedictis prophetæ pœna & ſepultura.

An. mũdi 2971. Ante Christum natum 993.

miſsis corpus eius in vrbem reportauit, inibiq; magnificè ſepeliit, monitis filijs vt ſe quoque poſt mortem in idem monumentum inferrent. Vera enim eſſe quæcunque ille præcecinisſet, de vrbe illa & altari, & Sacerdotibus ac Pſeudoprophetis. ad ſe autem nullam poſt mortem iniuriam peuenturam, propter communem cum illo ſepulturam confuſo oſſiũ diſcrimine. Poſt iuſta funebria Prophetæ reddita, & iniuncta filijs mandata, cum eſſet vir malus & impius, Hieroboamum adit, & quid ita, inquit, iſtius fatui turbatus es ſermonibus? Illo verò de altari & ſua ipſius manu referente, ac verè hominem Dei vatem q; optimum vocitante, cœpit hanc eius opinionem maliciosè labefactare, & probabilibus rationibus rei veritatem offuſcare. Aiebat enim præ laſſitudine manum eius obtorpuiſſe, dum altari infert victimas, ac deinde poſt quietem priſtinum vigorem recepiſſe. Altare etiam recentis tum ſtructuræ, quòd tot ac tantarum victimarum molem non ferret, diſruptum concidiſſe. Poſtremò vatis mortem indicat, à leone eſſe necatum: adeò nihil diuinum, nec in vita nec in verbis eius, fuiſſe. His dictis Regi perſuaſit, & mentem eius à Deo & iuſtis ac pijs operibus in totum auerſam in extremam impietatem præcipitauit. In tantum enim poſthac contra omne ius ac fas debacchatus eſt, vt nihil aliud quæreret, quàm quomodo indies magis ac magis ſemetipſe nouis ſceleribus ſuperaret. Sed hoc omiſſo, de Solomonis filio Roboamo iam dicendum. Is duarum tribuum regno potitus, vrbes munitas & magnas condidit, quarum nomina hæc: Bethleem, Etame, Thecos, Bethſur, Socho, Odolam, Ipa, Mareſa, Zipha, Adoram, Lachis, Azeca, Saram, Elom, Hebron, omnes in tribu Iuda ſitæ. Alias deinde æquè magnas in Beniamitica ſorte muniuit, ſingulisq; ſua præſidia & præfectos impoſuit, frumento, vino, oleo, cæterisq; commeatibus abundè inſtructis. Scutorum etiam & lancearum tantum numerum fabricari curauit, quantus multis millibus ſufficeret. Ad hunc Hieroſolymis degentem è tota Iſraelitarum ditione confluxerunt Sacerdotes & Leuitæ, & quotquot è reliqua plebe erant boni ac iuſti, patrias ſuas relinquebant, vt Hieroſolymis Deum colere liceret, offenſi Hieroboami tyrannide, qui eos ad ſuarum vitularum adorationem vi adigere volebat. quo factũ eſt, vt Hieroboami regnum integro triennio talibus acceſſionibus creſceret. Qui cum ex priore matrimonio cognatæ cuiuſdam mulieris tres liberos ſuſcepiſſet, ſuperduxit poſtea cognatam aliam, Machamè Thamare Abeſalomi filia progenitam, ex qua Abia pater factus eſt. & quamuis etiam ex alijs vxoribus liberos haberet, præ omnibus tamen amauit Macham. erant enim ei legitimæ vxores octodecim, concubinæ verò triginta: & ex his viginti octo filij, filiæ verò ſexaginta. Abiam verò Machæ filium ſucceſſorem ſibi deſignauit, eiusq; fidei theſauros ſuos & munitiſſimas quaſque vrbes credidit. Sed, vt plerunque ſolent mortales fortuna blandiente corrumpi, Roboamo quoque idem accidit. Videns enim ſui regni tanta incrementa, ad iniuſtas & impias actiones deflexit, factus cõtemptor veræ religionis, ita vt etiam populum in imitationem ſui pertraheret: quandoquidem ea eſt rerum humanarum natura, vt cum principum ac magiſtratuum moribus etiam ſubditi deprauentur, quorum modeſtia ceu norma corrigi debebant, & pro virtutibus vitia eorum ſequantur: alioquin niſi eadem quæ Reges faciant, improbare facta illorum videntur: ſicut ſub Roboamo contigit, populo leges ac pietatem egregiè contemnente, ne iuſtitiæ ſtudijs Regem ſuum offenderet.

Iadonis Prophetiam Ieroboamo Pſeudopropheta offuſcat.

Hedio & Ruffinus Cap. 10.

Roboami vrbes munitæ.

2. Paralip. 11.

Pij Iſraelitæ redeunt ad Roboamum.

Roboami vxores & liberi.

Regis ad exemplum totus cõponitur orbis.

Suſacus

CAP. IIII.

An. mũdi 2975. Ante Christum natum 989.

Susacus Aegyptiorum Rex captis Hierosolymis, diuitias eius vrbis in Aegyptum transportauit.



HANC contumeliam Deus per Susacum Ægyptiorum Regem vltus est, cuius res gestas Herodotus per errorem Sesostri adscribit. hic enim Susacus quinto anno Roboami regni numerosissimum exercitum contra illum adduxit: in quo fuisse ferunt currus MCC, *equitum* LXM, *peditũ* CCCCM: *eius miles maximè ex Afris constabat ac Æthiopibus. Irrumpens igitur in Hebræorum regionem, munitissimas Roboami vrbes sponte deditionem facientes in fidem suam recepit, quibus præsidio firmatis, postremo Hierosolyma est aggressus. Roboamus verò vnà cum suis à Susaci exercitu obsessus, versus ad supplicationes exorare Deum non potuit, vt victoriam annueret. Samæas quoque Propheta eos terruit, dicens Deum minari deserturum se illos, qui cultum ipsius priores deseruerant, quamobrem consternati, & videntes nullam salutis spem reliquã, omnes confiteri cœperunt, iure se à Deo propter impietatem ac legũ neglectum destitutos. Deus autem videns eos sic affectos, & peccata sua confitentes, per Prophetã denunciauit, nolle se eos perdere: subditurum tamen Ægyptijs, vt experiantur, vtrum commodius sit, Deo seruire an homini. Susacus autem Roboamo propter metũ dedente vrbem, conditiones nõ seruauit: sed deprædatus templũ, thesauros tum Deo sacros tum regios expilauit, exportata innumera auri atque argenti multitudine, ac ne scrupulo quidem relicto. Detraxit etiam aurea scuta & clypeos, quos Solomon Rex fecerat: ac ne pharetras quidem aureas reliquit, quas Dauid dedicauerat, à Sophena Rege acceptas: atq; ita cum opima præda domũ est reuersus. Meminit autem huius expeditionis etiam Halicarnassensis Herodotus, in nomine tantum errans, & quòd, peruasis multis alijs gentibus, etiam Palæstinam Syriã subiugarit, hominibus, non expectata vi, deditionem facientibus. Apparet autem satis, quòd nostrã gentem dicere velit ab Ægyptio subactã.*

Aliàs cap. 5. Susacus magnis copijs Iudæam inuadit.

Hierosolyma obsessa.

Samæas Propheta Iudæorum impietatem arguit. 2. Paral. 12.

Samæas populum consolatur.

Hierosolyma & templum deprædatur. 3. Regum 14.

Herodotus de hac expeditione quid scripserit.

Hæc narrat

An.mũdi 2975. Ante Christum natum 989.

narrat enim hunc columnas reliquisse apud eos, qui prius, quàm martem experirentur, deditionẽ fecissent, in quibus pudenda muliebria insculpta fuerint. Roboamus autem is fuit Rex *noster, qui vrbem, ante quàm oppugnaretur, dedidit. Idem ait Æthiopas quoq; ab Ægyptijs circunciſionẽ viriliũ didicisse. Phœnicas enim & Syros Palæstinos fateri se hanc ab Ægyptijs accepisse. Constat autem, quòd nulli alij circuncidantur in Palæstina Syria praterquã nos. Sed de his quisq; suo arbitratu sentiat. Post Susaci discessum Roboamus pro scutis & clypeis aureis parem æreorum numerum refecit, eaq; scutarijs & excubitorib. suis assignauit: & sine vlla memorabili expeditione, aut praclaro facinore, quietus regni sui tempora elabi passus est, metu cohibente, eo quòd perpetuum illi esset cum Hieroboamo dissidium. Vixit annos* LVII, *ex quibus decem & septem in principatu exegit, vir arrogans ac insipiens, vt qui propter spretum paternorum amicorum consilium tantam ditionem amisit. Sepultus est Hierosolymis in Regijs conditorijs. In regnum paternum Abias successit, octauum iam supra decimum annum Hieroboamo apud decem tribus regnum obtinente.*

Roboamus pro scutis & clypeis aureis parem æreorum numerum facit.

Roboamus moritur, eique Abias in regno succedit.

An.mũdi 2988. Ante Christum natum 976.

Hedio & Ruffinus Cap. 1°. 3. Regum 14. Ieroboami impietas.

Et quoniam huius Regis exitum diximus, superest, vt quis Hieroboami finis fuerit consequenter subnectamus. Is nullum neq; modum, neque finem impietatis faciens, singulis diebus aras in excelsis lucis exstruebat, & sacrificos his è vulgo assignabat. Hanc suam contumeliam, dignamq; tanta impietate pœnã, nõ multò post Deus in caput ipsius atque familiæ vertit. Cumq; filius eius Obimes illo tempore ægrotaret, iussit vxorem suam, mutato cultu, sumptoq; priuato habitu, ad Achiam Prophetam proficisci. esse enim hunc virum in prædicendis futuris mirificum, à quo ipse olim regnum sibi deberi cognouisset. mandauitq;, vt quasi peregrina de filio percontaretur, esset ne præsentem morbum euasurus. Illa, habitu mutato, ita vt à marito iussa fuerat, in Siluntem, vbi tum Achias degebat, peruenit. Iamq; aduentante ad illius ædes muliere, cæcutienti præ senio Deus apparuit, indicans & quòd Hieroboami vxor ad eum veniret, & quid ad interrogata respondendum sit. Et cum iam foribus esset priuatam hospitem simulans, exclamat, Ingredere Hieroboami cõiux, quid teipsam celas? Deũ certè latere non potes, qui me de aduentu tuo præmonuit, mandauitq; quid tecũ loqui debeam. Vade igitur ad maritum, & hæc Dei verbis ei renuncia. Quoniãte magnum è paruo & nihili reddidi, & abscisso à Dauidis familia regno, tibi illud dedi: tu contrà immemor horum beneficiorum fusiles Deos, quàm me, colere maluisti: ideò delebo te, & tuum genus, & cadauera vestra à canibus atq; alitibus deuorabuntur. constituam enim Regem super populum meum, qui neminem è Hieroboami genere superstitem est relicturus. Nec populus erit expers vltionis, sed excidet è terra bona hac, & in transeuphratenses regiones dispergetur, quia Regis impietatem est imitatus, & Deos ab illo factos adorat, relictis meis cæremonijs. Tu verò mulier ad maritum propera, hæc illi renunciatura. Filium enim mortuum reperies. nam te vrbem ineunte, ille à vita exiturus est: sepelieturq; defletus à toto populo, & publico luctu honoratus. Solus enim hic è Hieroboami familia bonus exstitit. Hoc oraculo mulier territa se proripit, & toto itinere futuram filij mortem iam tum deplorans plangensq; misera properat propter maritũ, eadem opera filio fatum accelerans, quem non nisi mortuum visura erat: reuersaq; domum, illum quidem, ita vt Propheta prædixerat, exanimem reperit, Regi verò cuncta ordine renunciauit.

Ieroboami filio ægrotante, mater ad Achiam Prophetam mittitur.

Pœna Ieroboamo & populo prædicta.

Hiero-

CAP. V.

Hieroboami contra Abiam filium Roboami expeditio & clades, & quòd Baſanes Hieroboami generis exſtirpator, ipſe regnum occupauerit.

An. mũdi 2988. Ante Chriſtum natum 976.

Aliàs Cap. 6. Ieroboami contra Abiam Iudæ Regem expeditio.


AT Hieroboamus nihil his motus, magnis delectibus habitis, contra Abiam filium Roboami, duarum tribuum Regem qui tum patri ſucceſſerat, duxit exercitum, propter ætatem eius non ſatis adminiſtrandis rebus maturã ſperans ſe facilem victoriam reportaturum. Ille verò, audito aduentu Hieroboami, haudquaquam eſt perterritus, ſed ſupra ætatem, & ſupra quàm hoſtis ſperauerat, impigrè collecto è duabus tribubus exercitu, occurrit Hieroboamo in quodam loco qui appellatur mons Samaron, & prope illum caſtra metatus ad prælium ſe & ſuos parabat. Habebat autem in caſtris quadringenta millia militum: Hieroboami copiæ duplo numeroſiores fuêre. Vt verò pugnandi ſtudio acies inſtructa ex aduerſo conſtitêre, Abias, occupato editiore quodam loco, manu mota ſilentium ab hoſte petijt. Quo impetrato, ſic orſus eſt dicere. Quòd Dauidi atque eius poſteris regnum in multas ætates duraturum diuinitus ſit conceſſum, ne ipſi quidem ignoratis: quò magis miror cur, deſerto meo patre, Hieroboamo eius ſeruo adhærere malueritis, & nunc ab illo contra nos ſtetis iuſto Dei ſuffragio principatum obtinentes, impugnaturi nos & reliqua regni parte depulſuri. maiorem enim eius partem Hieroboamus iam nunc iniuſta vi occupat. Sed non diu fruetur ſua tyrannide, dabit Deo pœnas perpetratorum ſcelerum, qui finem imponet eius nefarijs facinoribus, quandoquidem ipſe non vult imponere, atque etiam vos ad omnem iniquitatem incitare non deſinit. Hoc enim autore nulla iniuria prouocati à meo patre, tantum quia malis conſilijs ſeductus, parum comiter vos allocutus eſt, irati deſeruiſtis non tam illum quàm Deum optimum maximum, legesq; eius omnium, quæ vnquam fuêre, ſanctiſſimas. Atqui æquum erat veniam dediſſe non ſolum verbi durioris homini iuueni & concionandi non admodum perito, ſed etiamſi re aliquid per ætatem peccaſſet, vel propter Solomonem patrem, & illius in hanc gentem beneficia. Par enim eſt parentum meritis poſterorum errata condonari. Vos verò nullam eorum rationem habuiſtis, ac ne nunc quidem habetis, ſed tam numeroſo exercitu contra nos venitis. qua quæſo re freti? num aureis illis vitulis, & aris ac lucis celſioribus, quæ non religionis, ſed impietatis veſtræ argumenta ſunt? An fortè multitudo, qua potiores eſtis, ſpem vobis facit victoriæ? At nihil pollet quantumlibet innumera vis exercitus, pro iniuſtitia cõtra ius arma ferentis. In ſola enim pietate ac iuſtitia ſpes victoriæ ſita eſt, quæ profecto penes nos eſt, qui conſtanter in ſeruandis legibus & veri numinis cultu perſeueramus: quem non manus artificis è materia fragili ſculpſerunt, neque ſceleſtus Rex commentus eſt ad imponendum vulgo ignobili, ſed qui conditor eſt omnium, & principium huius vniuerſitatis ſimul & finis. Quamobrem nunc quoque ſuadeo, vt reſipiſcatis, & ſecuti meliora conſilia deſinatis contra inſtituta patria bellum gerere, per quæ ad tantam felicitatem perueniſtis. Dum in hanc ſententiam Abias verba facit ad Iſraeliticum populum, interim à Hieroboamo pars copiarum occultè miſſa à tergo Abianorum conſpicitur: qui circumuentos ſe videntes non mediocriter ſunt territi. Ibi Abias bono animo ſuos eſſe iubet, omnemq; fi-

Abias cõtra Ieroboamum exercitũ colligit.

Abiæ ad Hebræos oratio, qua deſertionẽ & impietatem eis exprobrat.

Abias victoria potitur.

An.mũdi 2988. Ante Christum natum 976. *ducíam in Deo ponere: illum certè nullis hominum insidijs circumueniri. Ad hanc Regis vocem redditus est militi animus: & inuocata ope numinis, ad Sacerdotum classica ingenti clamore sublato alacritatis indice in hostem irruunt.*



Nec defuit cæleste auxilium, quod hostiũ vigorem retudit, Abianis longè prapollentibus. Tantam enim stragem ediderunt, quanta in nullis vel Græcorum vel barbarorum inuenitur commentarijs. Cæsis enim quingentis millibus memorabilem apud omnes posteros victoriam retulerunt: & vrbes eorum munitissimas vi captas diripuerunt, Bethelen cum sua ditione, itemq́ Isanam & huic coniunctam ditionem. Post eam cladem Hieroboami vires omninò fractæ fuere, quamdiu Abia fuit superstes. Defunctus enim est, non multò post victoriam, exacto tertio principatus sui anno: sepultusq́ est Hierosolymis in maiorum suorum conditorijs, relictis filijs viginti duobus, filiabus sexdecim. is liberorum numerus è mulieribus XIIII. *ei susceptus est. In regnum successit filius Asanus, matre Machæa genitus, quo regnante Israelitarum regio decenni pace potita est. Atque hæc sunt, quæ de rebus Abiæ sunt prodita. Mortuus est deinde etiã Hieroboamus Rex decem tribuum, cum regnasset annis viginti duobus, secundo iam anno regni Asanici exacto. Eius loco imperauit filius Nadabus, paternæ malitiæ ac impietatis æmulus, eoq́ in principatu bienniũ exegit. Quo tempore ducto exercitu ad Gabatho Palæstinorum vrbem, putabat se eam obsidione posse capere. Interim quidam è domesticis eius amicis Basanes Macheli filius insidijs interceptum occidit, & arrepto regno totam eius stirpem excidit: euenitq́ iuxta Prophetæ vaticinium, vt qui ex Hieroboami cognatis in vrbe trucidabantur à canibus laniati absumerentur: qui verò in agris, ab alitibus. Atq́ in hunc modum Hieroboami familia debitas impietatis & scelerum pœnas exsoluit.*

Mors Abiæ.

3. Reg. 51. Asanus Rex Iudæ. An.mũdi 2991. Ante Christum natum 973.

Ieroboami mors.

Nadabus rex Israelis. An.mũdi 2992 Ante Christum natum 972.

Excisio stirpis Nadabi. Aliàs cap. 7. An.mũdi 2939 Ante Christum natum 971.

Aethio-

CAP. VI.

An. mũdi 2993 Ante Christum natum 971.

Aethiopum irruptio in agrum Hierosolymitanum sub Asano, & exercitus eorum interitus.

ASANVS autem Hierosolymorum Rex vir erat moribus honestissimis praditus, & cœlestis numinis obseruãtissimus, quiq; nihil vel cogitaret vel faceret nisi pietati ac naturæ legibus consonum. is correxit quicquid erat in suo regno vitiosum, sublatis omnibus exoticis immundicijs. habuitq; in exercitu lectissimorum virorum scutatorum ac hastatorum ex tribu Judæ trecenta millia: ex tribu item Beniamitica scutatorum & sagittariorum ducenta quinquaginta millia. Eius regni anno decimo Zaraus Æthiopum Rex cum maximo exercitu contra eum venit, ducens peditum nongenta millia, equitum centum millia, adiunctis trecentis curribus. Huic progresso vsq; Maresam, qua est vrbs ditionis Judæ, occurrit Asanus: & instructa contra eum acie, non procul ab vrbe in quadam valle, cui nomen Saphatha, vt vidit ingentem Æthiopum multitudinem, exclamauit Deum inuocans, oransq; vt victoriam sibi contra tam multa hostium millia dignetur annuere. Venisse se ad dimicandum cum Zaræo sola illius ope fretum, qui paucos plurium, & imbecilles fortium victores posset reddere. Hæc precanti Deus victoriæ signum obtulit: quo viso Rex alacris cum hoste conflixit, caesisq; plurimis, reliquos terga vertentes vsq; in agrum Gerarenum persequutus est. Versi deinde à cadibus ad rapinas Gerara capiunt ac diripiunt. idem & in castris hostium factum est: vnde multum auri egestum est, pradaq; abacta camelorum, iumentorum, & greges pecorum. Tanta victoria diuinitus parta ditati omnes reuertuntur Hierosolyma: iamq; non longè aberant quum illis propheta Azarias fit obuiam. is postea quam agmen consistere iussit, orsus est dicere, hanc victoriam diuino fauore eis contigisse propter seruatam iustitiam ac pietatem, & quia semper Dei voluntati obtemperauissent. Quod si ita, vt cœperant, pergerent, in posterum quoq; victorias de hoste & vitam fortunatã eiusdem fauore illis expectandam: sin verò à religione desciuerint, omnia contraria illos manere: sequuturumq; tale tempus, in quo neq; propheta verax in populo reperiatur, neq; sacerdos iustitiæ cultor: tuncq; & vrbes eorum subuertendas esse, & gentem per omnes terras dispergendam, erronumq; more vitam acturam nullis certis sedibus. Quapropter hortabatur vt dum tempus esset probitati studerent, & diuinum fauorem sibi ipsis non inuiderent. His auditis Rex vnà cum populo gauisi sunt. dederuntq; operam & publicè & priuatim, vt religio sarta tecta maneret, dimissis à Rege per totam regionem, à quibus hoc negocium diligenter curaretur. Nunc relictis in hoc statu Asani duarum tribuum Regis rebus, reuertor ad Basanem Israëlitarum Regem, qui, Nadabo Hieroboami filio caeso, regnum eius occupauerat. Hic in Tharse vrbe electo domicilio viginti quatuor annis regnauit, sceleratior, magisq; impius quàm vel Roboamus vel illius filius, afflictor populi, & aduersus Deum contumax. Quapropter misso ad eum Gimone propheta prædixit se totum ipsius genus excisurum, & eisdem quibus prius Hieroboamum, cladibus profligaturum: eò quod Rex à se constitutus ingratus fuisset, nulla in administrando regno pietatis aut iustitiæ ratione habita, quibus virtutib. nulla vel vtilior populo, vel Deo gratior: sed sceleratissimi

Hedio & Ruffinus Cap. 12. al. 8. Asani pietas. 3. Reg. 15.

Aethiopes arma cõtra Asanum capiunt. 2. Par. 14

An. mũdi 3000 Ante Christum natum 964.

Asani victoria.

Azariæ prophetæ ad populũ adhortatio. 2. Paral. 15.

Religio in Israelitico populo renouata.

Basanis impietas.

3. Reg. 16. Prophetia contra Basanem Regem.

An. mũdi 3000 Ante Christum natum 964.

Hieroboami factus imitator, omnibus eius vitijs sese contaminasset. Cui quum similis esse voluerit, merito etiam similem exitum habiturum. At Basanes posteaquam cognouit imminentes pro scelere sibi ac suo generi calamitates, non hoc curauit, vt correctior in posterum & antè actorum pœnitens, placato numine, vitaret exitium: sed velut proposito præmio, si strenuè pergeret, ac si per prophetam ampla spes proposita, non calamitas denunciata esset, seipso factus nequior, indies data opera scelus scelere cumulabat. Postremò cum exercitu aggressus est vrbem non ignobilem Ramathonem, distantem quadraginta stadijs à Hierosolymis: quam captam muniebat, vt eam sedem belli faceret, vnde sui milites excursionibus regnum Asani vastarent. Veritus autem eius conatum Asanus, & cogitans quàm multa damna suæ regioni relictus apud Ramathonem exercitus inferre posset: misit ad Regem Damascenorum legatos cum pecunijs, ambiens eius societatem, & admonens quòd paterna inter ipsos intercederet amicitia. At ille & pecuniam libenter accepit, & societatem cum eo inijt, relicta Basanis amicitia: moxq; suos duces iubet cum exercitu in illius ditionem proficisci, & vrbes hostiliter infestare: qui sine mora alias incenderunt, alias diripuerunt, videlicet Achionem, Danam, & Abelmaen. His auditis Israëlitarum Rex, omissa munitione Ramathonis, ad suas res tuendas reuersus est. Asanus autem è conuecta ab illo materia duo firma oppida in eo loco condidit, quorum alteri nomen Gaba, alteri Maspha. Nec postea Basanes bellum instaurare valuit, fatali morte præuentus: sepultusq; est in Arsane oppido. In regnum successit filius Elanus. Hic post alterum regni annum perijt, per insidias casus à Zamare sui equitatus dimidiæ partis magistro. Epulantem enim apud Osam suum procuratorem immissa equitum turma facilè oppressit, per absentiam tam præfectorum quàm militum, qui tum omnes in obsidione Gabathonis Palæstinorum vrbis occupati fuêre.

Basanes Ramathonem captam munit.

An. mũdi 3006 Ante Christum natum 958.

Asanus Damascenos in Basanem cõcitat.

An. mũdi 3016. Ante Christum natum 948.

Aliàs Cap. 9.

Mors Basanis, filij item ei succedentis cædes.

CAP. VII.

Basanis stirpe sublata apud Israelitas Zamares, & post hunc Amarinus & Achabus filius regnum obtinent.

An. mũdi 3017. Ante Christum natum 947.

Extirpatio stirpis Basanis.

DEINDE ex magistro equitum factus Rex, totam Basanis stirpem iuxta Gimonis vaticinium extinxit. Eodem enim modo eius familia radicitus interiit propter impietatem, quo Hieroboami progeniem internecione absumptam diximus. Interea qui Gabathonem obsidebat exercitus, audito Regis casu, & quòd Zamares occisi à se regnum inuasisset, & ipse Amarino imperatori suo regnum degnum detulit: qui soluta Gabathonis obsidione ad Tharsen regiam properat, eaq; expugnata vi potitur. Zamares videns vrbem sine præsidio, in intimam regiam se recepit, subiectoq; igne simul cum ea se quoq; concremauit, regni sui die septimo. Quo facto confestim populus in diuersa studia scissus est, aliis Thamanum, alijs Amarinum regnare volentibus. Cuius factio quum tandem vicisset, occiso Thamano solus totius populi regnum obtinet. Trigesimo anno regni Asani regnauit Amarinus annis duodecim, sex Tharsæ, reliquos sex Mareone, quæ à Græcis Samaria dicitur. Ipse Samaræum vocauit à Samaro, de quo montem emerat, in quo vrbs sita est. Hic nihil à prioribus Regibus differebat, nisi quòd illis fuit sceleratior. Omnes enim hoc tantum agebant, vt populum quotidianis impietatibus à Deo abalienarent. Quapropter iratus Deus effecit, vt alius

Zamares seipsum concremat.

Diuersa populi studia.

Amarinus Rex Israelis.

alius alium tolleret, & cum toto ſuo genere exſtirparentur. Hic Samariæ diem ſuum obijt, ſuccedente Achabo filio. Hinc certè videre licet quàm curæ ſint Deo res hominum, & quomodo bonos diligat, malos contra funditus eradicet. Iſraëlitarum enim Reges propter impietatem breui tempore alius ab alio cum totis familijs ſublati ſunt. Aſanus verò Hieroſolymorum duarumq; tribuum Rex ob pietatem ac iuſtitiam feliciter Dei fauore viuens, ad extremam peruenit ſenectam, & poſt vnum & quadragintа regni annos, bona morte deceſſit. cui mox Joſaphates ſucceſſit filius, ex Abida matre natus, omnium teſtimonio proauitæ pietatis ac fortitudinis æmulus, quibus Dauidem ſanctiſſimum Regem retulit, quemadmodum paulo poſt dicetur.

An. mūdi 3021. Ante Chriſtum natum 943. Amarinus moritur, cuiq; Achabus filius in regno ſuccedit.

An. mūdi 3028. Ante Chriſtum natum 936. Aliàs Cap. 10. Aſanus Rex moritur, cui Ioſaphates filius ſuccedit.

Caterùm Achabus Iſraëlitarum Rex habitauit Samariæ, vbi viginti duobus annis regnum tenuit, nihil de priorum Regum inſtitutis mutans, niſi ſi quid fortè deterius commentus eſt. Omnium enim impietates repræſentauit ac ſcelera, ſed Hieroboami præcipuè. nam & vaccas ab eo conſecratas adorauit, & alias ſuper hanc impietates addidit. Vxorem præterea duxit filiam Ithobali, Tyriorum ac Sidoniorum Regis, cui nomẽ Jezabela: moxq; ab ea domeſticos illius Deos colere didicit. Erat hæc muliercula audax & temeraria, adeoq; impotentis inſaniæ, vt non verita ſit templum Beli Deo Tyriorum exædificare, & lucum omnis generis arborum plantare: cui etiam ſacerdotes & falſos vates inſtituit. Quin & ipſe Rex hoc genus hominum frequens circa ſe habere delectabatur, dementia & malitia omnes ante ſe Reges ſuperans. Hunc propheta quidã Dei maximè Thesbone Galaditica vrbe oriundus adijt, dicens eum prænunciare, quòd nec pluuiam illis annis daturus ſit, nec rorem, donec ipſe vates non compareret. Additoq; iureiurando quò magis rem confirmaret, ſeceſſit ad tractum auſtralem, vbi ad torrentem quendam degebat, vnde potum haberet. Nam cibus ei quotidie per coruos afferebatur. qui poſtquam ob inopiam imbrium exaruit, iubente Deo profectus eſt Sareptam, quod oppidum Tyrum inter & Sidonem ſitum eſt. Illic enim ſe mulierem viduam inuenturum præmonitus fuerat, quæ alimenta ſuppeditaret. Jamq; non longè à porta aberat, quum videt mulierem operariam ligna colligentem: & ſignificante Deo hanc fore eius altricem, ſalutatam prius rogauit, vt aquam potabilem afferret: abeuntemq; iam reuocans, & panem portare iuſſit. Jurauit illa, nihil ſibi domi eſſe præter vnicum farinæ pugillum & olei paululum: veniſſeq; ſe eò, vt, collectis lignis, ſibi & filio panem coqueret, quem vbi comediſſent, fame abſumerentur, quandoquidem nihil ſupereſſet aliud. Tum propheta, Vade, inquit, bono animo, latiora ſperans: & primum mihi paululum paratum affer. polliceor enim tibi nunquam in vaſe illo farinam defore, nec oleum in fidelia, donec Deus det pluuiam. Paruit mulier, &, quæcunque propheta petierat, fecit: deincepsq; & ſibi & filio & hoſpiti ſat alimentorum habuit. neutrum enim horum defecit, quandiu durauit ſiccitas. Meminit autem huius inopiæ pluuiarum etiam Menander in geſtis Ithobali Tyriorum Regis ſic ſcribens. Hoc regnante etiam pluuiarum defectus fuit, ab Hyperberetæo menſe vſque ad inſequentis anni Hyperberetæum continuus, qui cum ſupplicationes indixiſſet, ſequuta eſt magna vis tonitruum. Hic Botrym in Phœnice condidit, & Auzaten in Africa. His verbis dubio procul ſiccitatem factam ſub Achabo, cuius tempore Ithobalus apud Tyrum regnauit, Menander in ſuos commentarios retulit. Mulier autem illa prophetæ hoſpes,

Iezabela.

3. Reg. 17. Annonæ caritas Iſraelitis prædicta.

An. mūdi 3037. Ante Chriſtum natum 927. Eliam coruus cibat

Sareptanæ viduæ, Eliam ſuſcipienti, oleum & farina non deficit.

Menander de fame tempore Eliæ.

An. mũdi 3040 Ante Christum natum 924.

Achabi vxor, audito prodigio per Eliã patrato, quodq́; prophetas ipsius omnes interfecisset, misit ad eum nuncios, minando se illum occisuram, quemadmodum ipse prophetas occiderat. At Elias territus fugit in vrbem Bersabe, quæ est in extremis tribus Iudæ finibus, Idumææ contermina: relictoq́; ibi famulo ipse in desertum abijt. Cumq́; precatus esset mortem, quòd non esset cæteris melior, vt illis absumptis ipse vitæ cupidus esse debeat, sub arbore quadam obdormijt: & excitatus à quodam, surgens inuenit aquam ac cibum appositum. & cum comedisset collectis ex hoc cibo viribus ad Sinæum vsq; montem peruenit, in quo Moses à Deo legem accepisse proditur: vbi nactus amplum quendam specum, ingressus habitare illic decreuit. Allapsa deinde ad aurem eius voce incertum vnde profecta, percontante quamobrem, relicta vrbe, desertum coleret, ait se, occisis externorum Deorum vatibus, persuasisse populo, quòd vnicus sit Deus qui ab omnibus coli debeat: & ob id factum ad supplicium se à Regina expeti. Mox eadem voce iussus in crastinum sub dium prodire auditurus quid opus facto sit: sequenti luce è spelunca prodijt. Ibi & terræ motus eius aures perculit, & oculis se candens ignis fulgor obtulit. sequutóque mox silentio, diuina voce nihil terreri præsentibus iussus est. neminem enim inimicorum fore illius compotem. mandatumq́; mox vt domum reuersus declaret populi Regem Ieum Nemessæi filium: apud Damascum verò Syrorum Azaëlem: & pro se prophetam Elisæum constituat, ex Abela vrbe oriundum. Impios enim pœnam daturos, alios Ieu Regi, alios Azaeli. His auditis Elias in regionem Hebræorum reuertitur: & quum offendisset Saphati filium Elisæum arantem cum quibusdam alijs impellentibus iuga duodecim, accessit & ei pallium suum iniecit: qui e uestigio prophetare occepit, relictisque bobus, sectator Eliæ factus est. Rogauit tamen vt prius sibi liceret parentibus valedicere, quo impetrato, illum sequutus est, indiuiduus posthac minister ac comes. Et prophetæ quidem huius res ita se habuerunt. Cæterùm Nabuthus quidam ciuis vrbis Azari, quum prædium haberet regijs fundis contiguum, sæpè rogatus ab Achabo, vt ei quantolibet precio venderet rus finitimum, adiungendum regio: aut si mallet vnum aliquod è regijs pro eo sibi eligeret: negauit se id facturum. gratius enim sibi esse, è paternis agris fructus percipere. Rex non aliter quàm si suam possessionem amisisset, quia non licebat alienam occupare, contristatus, nec lauare voluit, nec cibum sumere. Iezabela verò scitante, quid acciderit, vt nec balneum admittat, & cœnam aquè ac prandium fastidiat, quàm rusticus sit Nabuthus ei denarrat. Vsum se apud eum comi sermone, & infra regiam maiestatem demisso, pro qua humanitate nihil nisi repulsam retulisse. Mulier contrà hortatur, vt magno sit animo, & mœrore misso ad consuetam corporis curam redeat: se daturam operam, ne Nabuthus hanc contumeliam impunè auferat. Moxq́; literas Achabi nomine scriptas, mittit ad Israelitarum præcipuos, hoc argumento: Iubebantur, indicto ieiunio, concionem aduocare, & in ea primum locum Nabutho propter illustre genus attribuere. Deinde subornatis tribus viris nihil non ausuris, horum testimonio conuictum eum blasphemiæ populo lapidandum obijcere, atque hoc modo de medio tollere. Id quod ita vt Regina scripserat factum est: & Nabuthus tali testimonio conuictus Deo ac Regi feciisse conuicium, à populo est saxis obrutus. Quod vbi Iezabelæ relatum est, Regem accedit, suadetq́; vt sine suo sumptu vinetorum

Cura Dei pro suis.

Eliam Deus in deserto alloquitur.

Ieus Rex Israelis.

Elisæi vocatio.

Hedio & Ruffinus Cap 14. al. 11. 3 Reg. 21.

Historia Nabuthi ob prædiũ Achabo denegatum lapidati.

vinetorum Nabuthi hæreditatem capeſſat: & ille exiliens præ gaudio, ad viſendum id prædium eueſtigio ſe confert. Deus autem iratus Eliam mittit, vt Regi in eo rure occurrat, rogetq́; quid ita, occiſo verò domino, eius prædij hæreditatem iniuſtè ſibi vſurpet. Quem vbi ad ſe venientem vidit, turpe ratus obiurgari, prior faſſus erratum, ad ſatisfaciendum ipſius arbitratu ſe obtulit. Tum vates prædicit, eo loco vbi Nabuthi cadauer à canibus abſumptum eſt, fundendum & Regis & Reginæ ſanguinem, & totum eorum genus delendum propter tam crudele ſcelus, quo ciuem contra ius per calumniam oppreſſerat. Tum demum Achabum eius facinoris pœnitentia ſubijt, & indutus ſaccum, nudisq́; pedibus à cibo abſtinuit, peccatum confitens, & Deum ita placare cupiens. Deus verò per prophetam denunciat, ſe quidem vſque poſt eius obitum dilaturum vindictam, quandoquidem ſceleris pœniteat: minas tamen vanas non fore, ſed Achabi filium pro commiſſis pœnas daturum.

An. mũdi 3040 Ante Chriſtum natum 924.

Elias Achabo & Iezabelę vindictam diuinam prædicit.

Achabi pœnitentia.

CAP. VIII.

Adadus Damaſci & Syriæ Rex, bis contra Achabum ducto exercitu, profligatur.

DVM HÆC circa Achabum geruntur, eodem tempore Adadi filius Syrorum & Damaſci Rex, contractis è toto regno ſuo copijs, aſcitisq́; vltra Euphratem triginta duobus ſocijs Regibus, contra Achabum duxit. qui intelligens ſe imparem eius copijs à congreſſu quidem abſtinuit, ſed coactis ex agris in vrbes munitiſſimas omnibus, ipſe manſit intra Samariam. Cincta enim erat mœnibus firmiſſimis, & alioquin videbatur expugnatu difficilis. Syrus autem cum exercitu eò venit, & obſeſſam vrbem oppugnare cœpit. miſſoq́; caduceatore ad Achabum, petijt vt ſibi liceat legatos ad eum mittere, propoſituros quidnam peteret: quo impetrato quum veniſſent legati, ita vt illis mandatũ erat, aiunt Achabi diuitias & liberos & vxores eſſe Adadi. quod ſi ipſe quoq; fateatur, & permittat ei quicquid libuerit ex his ſumere, abducto exercitu Regem obſidionem ſoluturum. Achabus verò iubet legatos Regi ſuo renunciare, & ipſum & ſuos omnes facultatesq́; vniuerſas in poteſtate illius fore. Poſt hanc legationem rurſum aliam Syrus miſit, poſtulans vt quandoquidem ipſius confeſſione omnia ſua eſſent, admitteret craſtina luce mittendos in hoc famulos, eisq́; liberum faceret regiam & amicorum ac cognatorum domos ſcrutari, & auferre quicquid in eis inuentum fuerit pulcherrimum. Reliqua quæ illis non placuerint, ſibi haberet. Achabus latus ſecunda legatione Syri, aduocata concione, dicit ſe libenter pro pace & ciuium incolumitate vxores ac liberos ſuos omnesq́; facultates proprias fuiſſe traditurum. Hoc enim prima legatione Syrum petijſſe. Nunc verò miſiſſe eum famulos qui omnium ædes ſcrutentur, & nihil in eis quod ſit pulcherrimum relinquant, nimirum belli anſam quærentem: vt quandoquidem ſciat propter amorem ciuium paratum rebus ſuis non parcere, occaſionem belli ex illorum rebus arripiat. facturum ſe tamen, quicquid ipſis viſum fuerit. Reclamauit tota concio contemnendum eſſe cum ſuis mandatis inſolentem barbarum, & bellum alacriter gerendum. Accitis igitur legatis hoc reſponſum referendum dedit, quòd primis poſtulatis nunc quoq; conſentiat ſecuritatis ciuium gratia, poſteriora non admittat. atq; ita eos dimiſit. Hoc reſponſo commotus ad iram Adadus, tertiò legatos mittit cum minis: ferocem eum eſſe fiducia mœnium, ſe verò parem

3. Reg. 20. Bellum Adadi contra Achabum.

Legatio Syri ad Achabum.

Reſponſum Syris legatis datum.

An. mũdi 3037. Ante Christum natum 927.

hoſpes, cum filius eius morbo præualente exſpiraſſet, eiulans & voces quas dolor exprimebat emittens, querebatur de aduentu hominis qui peccata eius detexiſſet, ideo mulctatam ſe filij morte dictitans. Ille conſolabundus iubet eam ſibi tradere filium, breui recepturam viuum: acceptumq́ mox in proprium cubiculum detulit: quo depoſito ſuper ſuum lectulum, exclamauit ad Deum, non bonam hoſpitij gratiam altrici relatam extincto ipſius puero: rogabatq́ vt remiſſo ſpiritu vitam ei reſtitueret. Itaq́ Deo genitricem miſerante, & prophetæ gratificante, ne videretur infortunium ſecum in hoſpitium intuliſſe, præter omnem expectationem recepit puer ſpiritum. At illa gratias egit vati, dicens nunc demum ſe agnoſcere diuinæ mentis interpretem. Paulo deinde poſt Dei iuſſu ad Achabum proficiſcitur, indicaturus ei venturam pluuiã. Erat tum fames per totam regionem, & magna rerum ad victum neceſſariarum penuria, vt non ſolum hominibus panis deeſſet, verùm etiam equis cæteriſq́ iumentis terra negaret pabulum: tanta erat vbiq́ ſiccitas. Exigitur vocato diſpenſatore Obedia, cui iumentorum curam mandauerat, iuſſit vbiq́ fontes & torrentes perquirere, ſicubi inueniretur herba ad ſecandum iumentis pabulum. Cumq́ multum quæſitus propheta Elias nuſquam compareret, iuſſit Obediam quoq́ ſe ſequi. Partitis deinde itineribus, aliam Rex, aliam diſpenſator viam ingreditur. Erat autem vir pius, & quo tempore Iezabel Regina in prophetas ſæuiebat cædibus, centum ex eis in cauernis ſubterraneis abdiderat, pane & aqua ſuſtentandos. Huic à Rege digreſſo Elias occurrit, & ex percontatione agnitus à venerabundo ſalutatur. Mox propheta mandante vt aduentum ſuum Regi nunciet: quo, inquit, meo merito me mittis ad eum, qui te vbiq́ gentium ad necem perquirit? Quis enim locus eſt, ad quem attracturos te non miſerit? Nunc fieri poteſt, vt dum ego Regem adeo, te Dei ſpiritus, quo agitaris, alió rapiat: & Rex, te non reperto, fruſtratus in caput meum ſæuiat. Noli eſſe in meo periculo tàm ſecurus, quum ſcire poſſis quàm ſim ſtudioſus tui ſimilium, qui centum Dei homines furori Iezabelis eripui, & nunc eis in latebris alimenta ſuggero. Propheta contrà iubet vt nihil metuens Regem adeat, ſacramento interpoſito ſe quoque eadem die in eius conſpectum venturum. Quo indicio poſtquam Achabus Eliam adeſſe didicit, in occurſum eius properat: & cum indignatione, Tune es, inquit Hebræorum ille turbator? tu ne ſterilitatis huius autor? At ille nihilo blandior, ipſum & eius familiam cum ſuis externis ſacris cauſam malorum omnium aſſeuerat, inuectis peregrinis numinibus, & pro abrogato veri Dei cultu ſuppoſitis. Mox iubet vt eat, & totum populum in Carmelum montem ad ſe conuocet, ſimulq́ ſuos & vxoris vates, quorum numerum etiam non tacuit: præterea lucorum prophetas quadringentos plus minus. Vt verò omnes acciti à Rege ad conſtitutum locũ confluxerunt. Elias in medio conſiſtit, & quouſq́, inquit, inter vtrunque vacillabitis? Si enim Deum noſtrũ verum & ſolum creditis, hunc & mandata eius ſequimini. quòd ſi non huic, ſed externis diuinos honores deberi exiſtimatis, illos igitur recipite. Populo verò nihil ad hæc reſpondente, Elias poſtulat, vt quo certiore argumento vel proprij vel alienorum probetur potentia, ſolus ipſe Dei ſui vates contra illorum trecentos contendat, accepto boue, & in lignorum ſtruem impoſito, ſed nullo igne ſubdito: idem oportere & illos facere, atq́ ita inuocare ſuos Deos, vt ligna velint accendere. Hoc enim pacto veram Dei naturam dignoſci poſſe. Quæ ſententia poſtquam placuit, iubet Elias prophetas illos,

Elias viduæ filio vitam reſtituit.

3. Reg. 18. Elias ad Achabum venturam pluuiam ei indicaturus, mittitur.

An. mũdi 3040 Ante Christum natum 924.

Achabus Eliam quærit.

Obedias centũ Prophetas abſconditos ſuſtentat.

Obediam Elias Regi aduentũ ſuum nunciare iubet.

Achabum Elias impietatis accuſat.

Elias populi ſuperſtitionem arguit.

electo

electo boue, priores ſacram rem facere, & ſua nominatim inclamare numina. Cumq; ſuis precibus & inuocationibus nihil proficerent, ludens Elias altius eos iubet vocem attollere, ſi fortè aut peregrè abſint aut dormiant. Illis verò à manè vſq; meridiem fruſtra inclamantibus, & more patrio cultris ac lanceolis ſua corpora incidentibus, cum iam ſuæ vices ſacrificandi veniſſent, amotis ſacrificis illis fanaticis iuſſit vulgum propius obſeruare, ne fortè clàm ignem admoueret: qui poſtquam acceſſit, acceptis duodecim lapidibus iuxta numerum tribuum Iſraëliticarum altare ex eis inſtaurauit, foditq; circum illud foſſam benè profundam. & coaptata ſuper altare ſtrue lignorum victimaq; deſuper impoſita, quatuor hydrias fontana aqua plenas ſuper altare iuſſit effundi, ita vt foſſa quoq; repleretur aquis ſuperfluentibus. Quibus peractis cœpit inuocare Deum, precariq; vt errantì iam diu populo oſtendat ſuam potentiam: & ecce adhuc illo orante, ignis repentè de cœlo in altare lapſus inſpectante populo, tum victimam tum aquam omnem circumfuſam abſumit, ita vt locus fieret aridus. Quo viſo

An. mũdi 3040 Ante Chriſtum natum 924.

Eliæ doctrina & officium miraculo confirmatur, victima igni cœlitùs abſumpta.



Iſraëlita proſtrati in terram vnum Deum adorant, hunc maximum & ſolum verum confitendo: cæteros nihil aliud eſſe quàm nomina vanis ſtultorum hominum opinionibus conficta: moxq; comprehenſos eorum prophetas interficiunt, Elia ſic iubente: qui & Regem abire ad prandium iuſſit, nec eſſe amplius ſolicitum: breui enim viſurum pluuiam. quo abeunte Elias verticem Carmeli conſcendit, & cum humi deſedisſet, caput genibus applicuit, iuſſitq; famulum aſcenſo quodam ſcopulo ad mare proſpicere, & indicare ſicubi nubem excitari videret. Paruit ille non ſemel aſcenſo ſcopulo, ſed nihil ſe videre retulit. Tandem ſeptimo reuerſus ait ſe vidiſſe in aëre neſcio quid nigricans, humano veſtigio non amplius. Quo audito Elias mittit eum mox ad Achabum, iubens vt Rex properè in vrbem redeat, prius quàm profuſus imber occupet. Qui poſtquam ad Jeſraëlam vrbem cœpit tendere, ſine mora offuſcato aëre & inuoluto nubibus procella mixtus imber ſuperuenit: & propheta correptus numine regium currum vſque Jeſraëlam Azari vrbem currens proſequutus eſt. Jezabela verò

Beli ſacerdotes interfecti.

Elias pluuiam venturam prædicit.

3. Reg. 19.


An. mũdi 3040 Ante Christum natum 924.

illis aggerem excitaturum, si vel pugillum terræ singuli milites conferant: volens eum copiarum multitudine perterrefacere: Achabo verò respondente, inter armatos non verbis sed factis decernendum, legati reuersi cœnantium tum fortè cum triginta socijs Regibus responsa referunt. Ille euestigio mandat circumuallari vrbem & aggerem erigi, & nullam oppugnandi rationem prætermitti. Interim Achabus cum omni populo minimum à desperatione aberat. Sed hunc timorem ei propheta quidam superueniens exemit, dicens Deum polliceri, daturum se victoriam de tam multis hostium millibus. Rogatus deinde per quos hæc victoria continget: per filios, inquit, principum, sed te regente illorum imperitiam. Accitis igitur principum filijs, qui triginta duo erant supra ducentos, cognito quòd Syrus ad epulas & luxum se dedisset, patefactis repentè portis emittit iuuenes. Id posiquam ei per speculatorem est significatum, mittit quosdam eis obuiàm cum his mandatis, vt siue pacati veniant siue pugnatum, vinctos ad se pertrahant. Interim Achabus etiam reliquum militem intra mœnia paratum cum armis habuit. Filij verò principum congressi cum excubijs, multis occisis reliquos vsque ad castra persequuti sunt. Quod vbi succedere Israëlitarum Rex animaduertit, vniuersum reliquum exercitum emittit. At illi repentino impetu in Syros delati, facilè eos profligant. nihil tale expectantes. quo factum est vt in ebrios & inermes impingerent, ita vt, relicta in castris armatura, fugerent, & Rex ipse præceleri equo vix euaserit. Achabus verò longo spatio Syros persequutus est, cædendo quotquot assequi datum est. Direptis deinde opulentis castris, auro & argento refertis, captis etiam equis Adadi & curribus, domum in vrbem reuersus est. Cæterùm propheta monente vt in sequentem etiam annum paratus sit, & exercitum in promptu habeat, reuersurum enim Syrum iterum, Rex omni ope bellum apparat. Porrò Adadus seruatus è

Fiducia Adadi in milite.

Israelitis Deus contra Syros victoriam pollicetur.

Victoria Achabi à Syris reportata.



Secunda Adadi in Israelitas expeditio & strages.

clade cum reliquijs exercitus, aduocatis amicis consultabat, quomodo cum Israelitis bellum gerere debeat. Illi suaserunt non esse posthac cum eis in montanis confligendum. Deum enim eorum in talibus locis pollere, & ideò se nunc ab eis victos.

uictos. Sed si in campestribus committatur prælium, facilè se superiores fore. Præterea consuluerunt, vt, dimissis Regibus quos secum in expeditionem duxerat, copias eorum retineret, & satrapas illis præficeret, supplementumq; in sua ditione, tam equitum quàm peditum, conscriberet. Placuit Regi consilium, deditq; operam, vt talis apparatus fieret. Mox vbi primum veris signum se protulit, exercitum in Hebræos duxit, & quum peruenisset prope oppidum Apheca, in magno campo castra posuit. Achabus verò cum suis copiis óbuiam illi progressus, castra cum castris contulit, quamuis numero militum longè inferior. Superueniente deinde Propheta, & victoriam pollicente, vt hostis contrà, quam opinabatur, sentiret, Deum Israelitarum non minus potentem in campis, quàm in montibus, per sex dies à neutris castris quicquam motum est. Septima verò, quum hostis pro castris aciem explicuisset, Achabus quoque suos ex aduerso instruxit. Nec mora collatis signis acriter vtrinque pugnatum est, donec Syri non ferentes Hebræorum vim terga verterent. quibus impigrè victoriam prosequentibus, confusum agmen trepidè fugientium equitum, peditum, curruum, à seipsis proculcatum obterebatur, non multis pro tanto numero in Aphecam amicam vrbem euadentibus, qui & ipsi murorum ruina oppressi sunt circiter viginti septem millia: in prælio verò centũ millia hostium ceciderunt. Adadus aliquot fidissimis famulis comitatus in quandam subterraneam cellam se abdidit. quibus clementiam Israelitici Regis prædicantibus, & spem veniæ facientibus, si consueto supplicũ habitu ad eum mitterentur, permissi sunt hoc facere. Illi induti saccos, & restibus capita redimiti, qui tum priscus apud Syros supplicandi mos fuit, Achabum adeunt, & salutis tantum gratiam petere Adadum significant, de diticium eius in perpetuum futurum. Tum ille gratulari se ei dixit, quòd è pugna euasisset, fratrisq; loco eum se habiturum pollicitus est. Famuli accepta Sacramenti fide nihil mali passurum, producunt è latebris hominem, & adducunt ad Achabum, qui tum sublimis curru vehebatur. Et quum adorasset. Achabus porrecta dextra in currum eum sustulit, exceptumq; osculo iussit esse bono animo, & nihil se indignum timere. Adadus, actis gratijs, quàm longa sibi vita daretur, memorem se fore huius beneficij professus est, redditurumq; Israelitici iuris vrbes, quas maiores eius armis occupauerant: & facturum ei liberam potestatem commeandi Damascum, sicut pater ipsius idem ius Samariæ habuerat. Fœdere deinde icto, & iureiurando firmato, Adadus egregiè donatus in suum regnum remissus est. Post talem Syrorum contra Israelitas expeditionis exitum Propheta quidam, nomine Micheas, accessit ad quendam Israelitam, iussitq; eum vt vulnus sibi in caput infligeret, addens Deum ita velle. Qui quum parere nollet, daturum inobedientiæ pœnam prædixit, & leonis incursu periturum. Quod quum ita euenisset, alterum Propheta adijt, idem imperans. A quo incunctanter ictus, & verticem saucius, obligato capite venit ad Regem, dicens se commilitonem eius esse, & à tribuno captiuum quendam asseruandum accepisse: quo fuga elapso, periclitari se nunc, ne interficiatur ab eo qui illum tradiderat, quandoquidem hoc interminatus sit, si captiuus effugeret. Respondente verò Achabo merito id passurum, soluto capite agnoscendum se Micheas præbuit. Hac autem arte vsus est, quò maiorem vim verbis suis adderet. Ait enim Deum in Regem animaduersurum, quòd Adadum hominem impiũ &

An. mũdi 3041. Ante Christum natum 923.

Achabus in gratiam recepto Adado, fœdus cum eo facit.

Achabus ob dimissum ab ipso Adadum taxatur.

An.mũdi 3040 Ante Christum natum 924.

contra diuinitatem contumelioſis dictis furentem elabi permiſiſſet. Futurum enim vt ipſe ab eo, cui pepercit, interficiatur, & populus eius ab exercitu. Rex libertate Prophetæ offenſus, iubet eum in carcerem conijci, & vehementer ea prædictione contriſtatus domum ſe recipit.

Præmium piorum doctorum.

CAP. IX.

De Ioſaphato Rege Hieroſolymorum.

Pietas Ioſaphatis 3. Paral. 17.

HACTENVS de Achabi rebus, nunc ad Ioſaphatum Hieroſolymorum Regem reuertor: qui aucto ſuo regno, & præſidijs per vrbes ditionis ſuæ diſpoſitis, ne illas quidem ſine præſidio reliquit, quas Abias auus in ſorte Ephræmitica de Hieroboamo decem tribuum Rege ceperat. Hic Rex perpetuo propitium & auxiliatorem Deum habuit, quòd eſſet vir iuſtus ac pius, & per ſingulos dies dabat operam, vt aliquid gratum Deo faceret. Quo factum eſt, vt & ipſi à circumquaq; vicinis Regibus multus honos haberetur, id quod miſſis ad eum muneribus declarauerunt, vt hinc quoque tam diuitiæ Regis quàm fama non mediocre incrementum caperent. Anno autem regni ſui tertio conuocatis Principibus & Sacerdotibus eius regionis, iuſſit eos obire vniuerſam ditionem, & populum oppidatim leges Moſis earumq; obſeruantiam atque religionis cultum docere. quod adeò libenter ciues complexi ſunt, vt certamen huius ſtudij inter eos ſuſceptum videri poſſet. Finitimæ quoque gentes conſtanter hunc Regem amabant, pacem inuiolatam cum eo ſeruantes. Paleſtini etiam ordinaria tributa perſoluebant, & Arabes annuos ſexcentos triginta agnos, paremq; hædorum numerum. Muniuit etiam magnas vrbes ac validas, & exercitus armis benè inſtructos contra hoſtem aluit: ex tribu Juda ſcutatorum trecenta millia, quibus præerat Edraus, Joannes verò ducentis millibus. Idem dux habebat ex tribu Beniamitica ſagittariorum peditum ducenta millia. alius præterea dux nomine Ochobatus ductabat centum octuaginta ſcutatorum millia, abſque militibus, qui per oppidorum præſidia fuêre diſpoſiti. Duxit deinde filio ſuo Joramo Achabi decem tribuum Regis filiam Gotholiam. Cúmque libuiſſet ei Samariam inuiſere, benigniſſimè ab Achabo exceptus eſt, atque etiam militia quæ ſuum Regem comitabatur, publicè exhibito frumento, vino & carnibus. rogatusq; eſt ab Achabo, vt contra Syrorum Regem arma cum eo iungeret, ad recipiendam vrbem Ramatham in Regione Galaditica, quam de ipſius Syri patre ceperat. Joſaphato verò auxilium pollicito, quòd non minorem haberet exercitum, & Samariam accitis à Hieroſolymis copijs, progreſſi extra mœnia duo Reges, & ſedentes in ſuo quiſque ſolio, ſtipendia militibus numerabant. Ioſaphatus verò cenſebat, ſi qui Prophetæ eſſent, accerſendos, & conſulendos de expeditione quæ contra Syrum parabatur, an & illis videretur eo tempore ſuſcipienda. Etenim Achabo amicitia cum Syro intercedebat triennio continuo, ex quo captum eum dimiſerat vſque in illam diem.

Pax tempore Ioſaphati.

Ioſaphati exercitus.

Ioſaphati cum Achabo in Syros expeditio. 3. Regum 22.

An.mũdi 3047 Ante Christum natum 917.

Achabus

uictos. Sed si in campestribus committatur prælium, facilè se superiores fore. Præterea consuluerunt, vt, dimissis Regibus quos secum in expeditionem duxerat, copias eorum retineret, & satrapas illis præficeret, supplementumq; in sua ditione, tam equitum quàm peditum, conscriberet. Placuit Regi consilium, deditq; operam, vt talis apparatus fieret. Mox vbi primum veris signum se protulit, exercitum in Hebræos duxit, & quum peruenisset prope oppidum Apheca, in magno campo castra posuit. Achabus verò cum suis copiis óbuiam illi progressus, castra cum castris contulit, quamuis numero militum longè inferior. Superueniente deinde Propheta, & victoriam pollicente, vt hostis contrà, quam opinabatur, sentiret, Deum Israelitarum non minus potentem in campis, quàm in montibus, per sex dies à neutris castris quicquam motum est. Septima verò, quum hostis pro castris aciem explicuisset, Achabus quoque suos ex aduerso instruxit. Nec mora collatis signis acriter vtrinque pugnatum est, donec Syri non ferentes Hebræorum vim terga verterent. quibus impigrè victoriam prosequentibus, confusum agmen trepidè fugientium equitum, peditum, curruum, à seipsis proculcatum obterebatur, non multis pro tanto numero in Aphecam amicam vrbem euadentibus, qui & ipsi murorum ruina oppressi sunt circiter viginti septem millia: in prælio verò centũ millia hostium ceciderunt. Adadus aliquot fidissimis famulis comitatus in quandam subterraneam cellam se abdidit. quibus clementiam Israelitici Regis prædicantibus, & spem veniæ facientibus, si consueto supplicũ habitu ad eum mitterentur, permissi sunt hoc facere. Illi induti saccos, & restibus capita redimiti, qui tum priscus apud Syros supplicandi mos fuit, Achabum adeunt, & salutis tantum gratiam petere Adadum significant, de diticium eius in perpetuum futurum. Tum ille gratulari se ei dixit, quòd è pugna euasisset, fratrisq; loco eum se habiturum pollicitus est. Famuli accepta Sacramenti fide nihil mali passurum, producunt è latebris hominem, & adducunt ad Achabum, qui tum sublimis curru vehebatur. Et quum adorasset. Achabus porrecta dextra in currum eum sustulit, exceptumq; osculo iussit esse bono animo, & nihil se indignum timere. Adadus, actis gratijs, quàm longa sibi vita daretur, memorem se fore huius beneficij professus est, redditurumq; Israelitici iuris vrbes, quas maiores eius armis occupauerant: & facturum ei liberam potestatem commeandi Damascum, sicut pater ipsius idem ius Samariæ habuerat. Fœdere deinde icto, & iureiurando firmato, Adadus egregiè donatus in suum regnum remissus est. Post talem Syrorum contra Israelitas expeditionis exitum Propheta quidam, nomine Micheas, accessit ad quendam Israelitam, iussitq; eum vt vulnus sibi in caput infligeret, addens Deum ita velle. Qui quum parere nollet, daturum inobedientiæ pœnam prædixit, & leonis incursu periturum. Quod quum ita euenisset, alterum Propheta adijt, idem imperans. A quo incunctanter ictus, & verticem saucius, obligato capite venit ad Regem, dicens se commilitonem eius esse, & à tribuno captiuum quendam asseruandum accepisse: quo fuga elapso, periclitari se nunc, ne interficiatur ab eo qui illum tradiderat, quandoquidem hoc interminatus sit, si captiuus effugeret. Respondente verò Achabo merito id passurum, soluto capite agnoscendum se Micheas præbuit. Hac autem arte vsus est, quò maiorem vim verbis suis adderet. Ait enim Deum in Regem animaduersurum, quòd Adadum hominem impiũ &

An. mũdi 3041. Ante Christum natum 923.

Achabus in gratiam recepto Adado, fœdus cum eo facit.

Achabus ob dimissum ab ipso Adadum taxatur.

An.mũdi 3040. Ante Christum natum 924.

ro ſumpto Achabi cultu ſtaret in acie, quo facilius Michæ vaticiniũ eluderẽt. ſed inuenit eum fatum etiã ſine inſignibus. Adadus enim mãdauit per tribunos militi, vt neminem aliũ occiderent, ſed ſolũ Regem *Iſraelitarũ. Syri verò primo*



congreſſu videntes Ioſaphatũ ſtantem ante aciem, rati eſſe Achabũ impetu facto eum circumuenerũt: ſed poſtquã è propinquo cognouerunt eſſe aliũ, omnes ſe retro receperunt. à mane autem vſq; ad veſperã pugnantes & vincentes occidebãt neminem, ſicut eis mandatũ fuerat, ſolum Achabum ad necem quærendo, nec tamen inueniendo. tandem vnus ex Adadi famulis Amanus nomine, miſſa in incertum ſagitta, Regem *per thoracem in pulmonem ſauciat. Achabus autem noluit hoc ſcire ſuum militem, ne terga verteret: ſed aurigã iußit currũ extra prælium euehere, quòd graue ac lethale vulnus acceperit. Cumq; vehementer cruciaretur, perſtitit tamẽ in curru vſq; ad ſolis occubitũ, & tandem profluuio ſanguinis viribus deficiens interijt. iamq; appetente nocte Syri ſe in caſtra recipiũt: & quamprimum per caduceatorem de Achabi morte cognitũ eſt, ſolutis caſtris domum quiſq; reuertitur. Cadauer* Regis *Samariã relatum, illic ſepultura traditur. & cum currus regius cruore fœdatus ad Iezarę fontem eſſet ablutus, veritatem Eliæ prædictionis euentus comprobauit. Canes enim lambebant eius ſanguinem: & meretrices poſthac ex eo fonte aquabãtur. Mortuus autem eſt apud Ramatham, iuxta Michæ vaticinium. Ergo quoniam vtriuſq; Prophetæ prædictionem euentus conſecutus eſt, veneranda ſunt illorum oracula, eisq; ſemper plus oportet tribuere, quàm eorum qui ad gratiã loquuntur ſermonibus: nec aliter exiſtimare quàm quòd nihil ſit illis vtilius, quandoquidem per ea diuinitus monemur quid caueri debeat. Quin & ea reputatio hoc loco ſubit animũ, quod inſuperabilis ſit fati neceßitas, quæ etiamſi præſciatur, præcaueri tamen non poteſt: ſed tam diu homines ſibi vana ſpe blandiuntur, donec in illius caſſes incidãt. nam hoc quoque Achabo fatale fuerat, vt prænunciantibus cladem non crederet, & à Prophetantibus ad gratiam deceptus in mortem rueret. cui in principatum* Ochozias *filius ſuccedit.*

Achabus in prælio vulneratus moritur.

Achabi cruorem canes iuxta Eliæ prædictionem lambũt.

Prophetarum oracula veneranda

Fati neceſsitas inſuperabilis.

FLA-

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER NONVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI IX. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Ioramus Achabi filius Moabitas bello petitos ſuperat.
II. Ioramus Hieroſolymorum Rex principatum adeptus, fratres & paternos amicos interficit.
III. Exercitus Iorami deletur ab hoſtibus, & filij perimuntur, vnico excepto, poſtremò ipſe miſera morte tollitur.
IIII. Damaſcenorum Rex Iſraelitarum Regem bello impetit.
V. Ioramus à Ieu magiſtro equitum, cum tota ſtirpe occiditur, & cum eo Hieroſolymitanus Rex Ochozias.
VI. Ieus inter Iſraelitas regnat apud Samariam, & poſt eum vſque quartam generationem eius progenies.
VII. Gotholia per ſummum nefas Hieroſolymis regnum occupat, qua poſt ſextum annum cæſa Pontifex Ochoziæ filium Regem conſtituit.
VIII. Aſaelis Damaſcenorum Regis contra Iſraelitas, ac mox contra Hieroſolymitas expeditiones.
IX. Amaſias Rex Hieroſolymitanus exercitu contra Idumæos & Amalecitas ducto victor euadit.
X. Amaſiæ victoria de Iſraelitis & Ioa Rege eorum reportata.
XI. Quomodo Ozias vicinas gentes ſubegerit.
XII. Rabe Damaſcenorum Rege Hieroſolymitas bello vexante, Achazes eorum Rex coactus eſt Aſſyriorum Regem in Damaſcenos immittere.
XIII. Aſſyriorum Rex vi expugnata Damaſco, & occiſo Rege, populũ traducit in Mediã, alijs gentibus Damaſcum in coloniam deductis.
XIIII. Salmanaſar capto Iſraelitarum Rege, & decem tribubus tranſlatis in Mediam, Cuthæos in eorum regionem migrare iubet.

CAP. I.

Ioramus Achabi filius Moabitas bello petitos ſuperat.

An. mũdi 3048. Ante Chriſtum natum 916.

IOSAPHATO *autem Regi poſt ſuppetias contra Adadum Achabo latas Hieroſolyma reuertenti Propheta Ieus occurrens, reprehendit eum, quòd cum homine impio & ſcelerato arma coniunxiſſet. Deum enim indignè tuliſſe hanc ſocietatem: ſeruaſſe tamen eum propter ſuam bonitatem, licet malè, quod non debuerat, fecerit. Poſt eam admonitionem Rex ſupplicationibus & ſacrificijs Deo conciliato, vniuerſam ſuam ditionem perluſtrauit, populum leges diuinitus per Moſem traditas, & cultum pietatis docendo: conſtitutisq; oppidatim magiſtratibus, hortatus eſt eos, vt ſolius iuſtitiæ reſpectu habito ius populis dicerent, nec muneribus corrupti, nec magnatum aut diuitum captantes gratiam: omnibusq; quod æquum eſt redderent, ſcientes quòd etiã occulta Deus inſpiciat. Hæc cum per ſingulas duarum tribuum vrbes docuiſſet, Hieroſolyma reuerſus hic quoque iudices à Sacerdotum ac Leuitarum ordine & è primatibus optauit, & hos prius monitos, vt iuſtè & accuratè iura populo redderent. Quòd ſi grauiores controuerſiæ deferrentur ad eos ex alijs cognatis vrbibus, de horum negocijs maiore etiam diligentia decerni voluit: quòd eam vrbem maximè æquitatis ſeruantem eſſe deceat, in qua & templum ſimul habe-*

4. Regum 3. 2. Paral. 19. 20. Ioſaphatũ Ieus Propheta, quod Achabo auxilium tulerat, reprehendit.

Ioſaphatus cultũ verum renouat.

Ioſaphatus magiſtratus & Iudices conſtituit.

An. mũdi 3048. Ante Christum natum 916.

retur & regia. eis ſummos magiſtratus ex amicorum numero præpoſuit, Amaſiam Sacerdotem, & ex Iudæ tribu Zabadiam. Per idem tempus Moabitæ & Ammanitæ cum Arabum auxilijs bellum inferunt, & ad Engaddam vrbem Aſphaltitæ lacui vicinam caſtra metantur, trecentis ſtadijs à Hieroſolymis diſſitam, cuius ager egregia palmeta fert & balſamum. Ioſaphatus autem cum audiſſet hoſtes ſuperato lacu in Regnum ſuum iam irrupiſſe, territus concionem aduocat: & ad templum verſus Deum inuocat, vt tantum virium & roboris ei ſuggerat, quantum ſatis ſit ad ſumendam de hoſte pœnam audaciæ. In hoc enim templum id exſtructum à maioribus, vt quoties ab externo hoſte immineat periculum, ibi populus coràm numen præſens inuocet, diuinaq; ope adiutus inuaſores ſuos malè mulctatos arceat, volentes quæ ſemel diuina munificentia contigere, per vim ad ſe retrahere. Sic precatus eſt lacrymans, accedente eodem totius populi cum vxoribus & liberis ſupplicatione. Ibi Iaziel quidam Propheta exortus è media concione exclamat, Deum preces exaudiuiſſe, & ipſum pugnaturum ſe polliceri pro ſuæ religionis hominibus. Mox edicit vt in craſtinum ſe parent, ituri obuiam hoſtibus, & occurſuri eis Engaddam inter & Hieroſolyma, ad quendam cliuum, cui nomen Sis, voce Hebræis ſignificante eminentiam. Ibi non fore opus vt cum hoſte confligant, ſed pugnantem tantum pro ſe Deum quieti ipſi ſpectatores conſiderent. Poſt hoc oraculum Rex & totus populus proſtrati in faciem gratias agendo adorabant Deum, & Leuitæ organis ſuis hymnos accinebant. Diluculo verò progreſſus Rex in ſolitudinem ſubiectam oppido Thecuæ, admonuit multitudinem, credendum eſſe prædictioni Propheticæ, & non ſtruendam quidem aciem, ſed in primo agmine conſtituendos Sacerdotes cum tubis, & Leuitas cum cantoribus, agendasq; Deo gratias non aliter quàm liberata iam ab hoſte patria. Placuit omnibus Regis conſilium, idq; mox etiam exſequuti ſunt. Deus verò terrorem & conſternationem immiſit Ammanitis & eorum ſocijs, ita vt alij in alios ruentes hoſtiliter in ſe inuicem debaccharentur tanto furore, vt ne vnus quidem ex tot millibus reliquus fieret. Ioſaphatus verò proſpiciens in vallem in qua caſtra hoſtium fuerant, quum totam videret refertam cadaueribus, lætus tam inopinato Dei auxilio, quòd ſibi citra ſudorem & ſanguinem victoria contigiſſet, permiſit ſuo militi caſtra diripere, & ſpoliare cadauera: tantaq; fuit multitudo, vt agrè per integrum triduum omnia ſpolia legerent. Quarta verò die congregatus totus populus in quandam conuallem, potentiam & auxilium Dei debitis concelebrauit laudibus: à quo facto poſtea locus nomen inuenit, vt in perpetuum Conuallis laudationis appellatus ſit. Inde reuerſus cum exercitu Rex Hieroſolyma, per aliquot dies in ſacrificijs occupatus fuit ac epulis. Quin & in exteras gentes tam mirificæ victoriæ fama perlata, eam Regi ſanctitatis ac pietatis opinionem conciliauit, vt res eius ſub diuini numinis tutela eſſe pro comperto crederent: manſitq; vſque extremum eius diem hæc perſuaſio. Erat autem amicus & Achabi filio, qui tum Iſraelitis præerat: cum quo inita ſocietate parandarum nauium, quæ merces in Pontum peterent ac emporia Thraciæ, iacturam fecit haud minimam. Nauigia enim abſumpta ſunt naufragijs, quòd non bene regerentur præ magnitudine. Quo factum eſt, vt hac cura vacauerit in poſterum. Atque hactenus de Ioſaphato. Achabi verò filius Ochozias regnauit apud Iſraelitas & Regiam Samariam, vir peßimus, & vtriquè parenti

Moabitæ & Ammanitæ Ioſaphato bellũ inferunt.

Precatio Ioſaphati in templo Hieroſolymitano pro victoria obtinenda.

Iaziel Propheta populo victoriam pollicetur.

Arma quibus Ioſaphatus victoriam parauit.

Ammanitæ & cõfœderati ſeiptos inuicem trucidant.

Ammanitarum ſpolia.

Laus & nomen Ioſaphati apud quoſcunque.

Hedio & Ruffinus Cap 2.

Ochozias Achabi filius Rex Iſraelitarũ. 4. Regum 1.

parenti omnino ſimilis, & Hieroboami primi Iſraelitarum ſeductoris æmulus. Eius regni anno ſecundo Moabitarum Rex defecit, & tributa, quæ patri eius ſolitus erat, pendere amplius detrectauit. Accidit autem vt Ochozias de ſolario domus ſuæ deſcendens per gradus prolaberetur, morboq; ex hoc caſu contracto, Accaronem ad Myiodis (id Deo nomen erat) oraculum ſcitaturus de incolumitate mitteret. Hebræorum verò Deus Eliæ Prophetæ mandauit, vt nuncijs ab eo miſsis occurrens percontaretur, an Iſraelitæ proprium Deum non haberent, quandoquidem Rex ad alienum mitteret de ſalute interrogaturos: iuberetq; eos reuerti, & Regi dicere, eum non reualiturum. Quod quum Elias feciſſet, nuncij his auditis confeſtim ad Regem reuerſi ſunt. Quo demirante celeritatem reditus, & cauſam quærente, aiunt ſibi occurriſſe virum quendam, & vetuiſſe vlterius progredi: iuſsiſſeq; renunciarent ſuo Regi Iſraelitarum Dei nomine, quòd morbus in peius proficiet. Rege verò iubente, vt ſibi figuram hominis illius deſignarent, dicebant hominem eſſe hiſpidum & cingulo coriaceo præcinctũ. Qui cum intellexiſſet Eliam per hæc deſcriptum à nuntijs, miſit ad eum attrahendum centurionem cum quinquaginta militibus. Is repertum in montis vertice deſcendere iuſsit, & ad Regem venire. In hoc enim ſe miſſum, vt ni ſponte ſua faciat, vi coactum eò pertrahat. Ille præfatus ſe prodigium editurum, quo verus Propheta noſceretur, & igne ad ſuas preces calitus miſſo, ipſum vnà cum militibus conflagraturum, malum hoc eis imprecatus eſt: moxq; candens turbo delatus centurionem & eius comitatum perdidit. quorum clade ad Regem perlata, iratus alium centurionem cum totidem militibus ad Eliam mittit: qui & ipſe cum Prophetæ minatus vim eſſet, ni volens ſequeretur, & hunc ad preces eius ignis abſumpſit quemadmodum alterum. Quo cognito Rex miſit tertiũ. Is quòd eſſet cordatus & manſuetis moribus, poſtquam peruenit ad locum vbi tum erat Elias, & amicè eum ſalutauit: Non ignoras, inquit, quòd vt Regis mandato paream, inuitus ad te venio, ſicut & illi qui ante me venerunt. Miſertus igitur mei & horum militum volens ac libens deſcende, nosq; ad Regem ſequere. Tum Elias delectatus viri ciuilitate & modeſtis moribus, deſcendit ac ſecutus eſt. Perductus deinde ad Regem, afflatus numine: Hæc, inquit, dicit Dominus: Quia me pro Deo non habuiſti, quem de morbo tuo veri nihil prædicere poſſe putaſti, & ad eum, qui Accaronitis colitur, de valetudine conſulendum mittere maluiſti, ſcito te moriturũ. Nec multum exinde tempus elapſum, dum ita, vt Elias prædixit, decedens, quòd liberis careret, Ioramo fratri ſuccedenti locum fecit, homini patrem cum alijs vitijs, tum maximè impietate referenti. Omiſſo enim ſui Dei cultu, totum ſe externis religionibus dedidit, vir alioqui non ignauus, & ad res gerendas ſatis induſtrius. Hoc regnante Elias ex hominibus exemptus eſt, nec in hodiernum vſq; mortalium quiſquam ſcire potuit quiſnam fuerit eius exitus. Diſcipulum reliquit Eliſæum, ſicut iam antè diximus. De hoc Elia & Enocho, qui fuit ante vniuerſale diluuium, in ſacris libris legimus quidem exemptos eſſe è conſuetudine mortalium, mortuos tamen eſſe nemini vnquam fuit cognitum. Caterum Ioramus accepto poſt fratrem regno, Moabitarum Regi Miſæ bellum inferre ſtatuit, tributum nolenti reddere, quod Achabo patri antea ſoluebat, intonſarum pecudum annua ducenta millia. Ergo poſtquam domi parauit exercitum, Ioſaphatum quoque per nuncios ſolicitauit, vt quandoquidem amicus eſſet paternus, auxilia mitteret paranti bellum

An. mũdi 3048. Ante Chriſtum natum 916.

Ochozias grauiter prolapſus decumbit, oraculum conſulit, & ab Elia reprehenditur.

Forma & habitus Eliæ Prophetæ.

Ochoziæ milites, Eliæ attrahendi cauſa miſſi ab igne conſumuntur.

An. mũdi 3049 Ante Chriſtum natum 915.

Ochozias abſque liberis decedens, Ioramo fratri ſuccedenti locum facit.

Elias ſicut Enochus ex hominibus exemptus.

Hedio & Ruffinus Cap. 3. 4. Reg. 3. Eliſæus.

Ioramus à Moabitarum Rege auxilium petit.

An. mũdi 3048. Ante Christum natum 916.

retur & regia. eis ſummos magiſtratus ex amicorum numero præpoſuit, Amaſiam Sacerdotem, & ex Iudæ tribu Zabadiam. Per idem tempus Moabitæ & Ammanitæ cum Arabum auxilijs bellum inferunt, & ad Engaddam vrbem Aſphaltitæ lacui vicinam caſtra metantur, trecentis ſtadijs à Hieroſolymis diſſitam, cuius ager egregia palmeta fert & balſamum. Ioſaphatus autem cum audiſſet hoſtes ſuperato lacu in Regnum ſuum iam irrupiſſe, territus concionem aduocat: & ad templum verſus Deum inuocat, vt tantum virium & roboris ei ſuggerat, quantum ſatis ſit ad ſumendam de hoſte pœnam audaciæ. In hoc enim templum id exſtructum à maioribus, vt quoties ab externo hoſte immineat periculum, ibi populus coràm numen præſens inuocet, diuinaq; ope adiutus inuaſores ſuos malè mulctatos arceat, volentes quæ ſemel diuina munificentia contigere, per vim ad ſe retrahere. Sic precatus eſt lacrymans, accedente eodem totius populi cum vxoribus & liberis ſupplicatione. Ibi Iaziel quidam Propheta exortus è media concione exclamat, Deum preces exaudiuiſſe, & ipſum pugnaturum ſe polliceri pro ſuæ religionis hominibus. Mox edicit vt in craſtinum ſe parent, ituri obuiam hoſtibus, & occurſuri eis Engaddam inter & Hieroſolyma, ad quendam cliuum, cui nomen Sis, voce Hebræis ſignificante eminentiam. Ibi non fore opus vt cum hoſte confligant, ſed pugnantem tantum pro ſe Deum quieti ipſi ſpectatores conſiderent. Poſt hoc oraculum Rex & totus populus proſtrati in faciem gratias agendo adorabant Deum, & Leuitæ organis ſuis hymnos accinebant. Diluculo verò progreſſus Rex in ſolitudinem ſubiectam oppido Thecuæ, admonuit multitudinem, credendum eſſe prædictioni Prophetica, & non ſtruendam quidem aciem, ſed in primo agmine conſtituendos Sacerdotes cum tubis, & Leuitas cum cantoribus, agendasq; Deo gratias non aliter quàm liberata iam ab hoſte patria. Placuit omnibus Regis conſilium, idq; mox etiam exſequuti ſunt. Deus verò terrorem & conſternationem immiſit Ammanitis & eorum ſocijs, ita vt alij in alios ruentes hoſtiliter in ſe inuicem debaccharentur tanto furore, vt ne vnus quidem ex tot millibus reliquus fieret. Ioſaphatus verò proſpiciens in vallem in qua caſtra hoſtium fuerant, quum totam videret refertam cadaueribus, lætus tam inopinato Dei auxilio, quòd ſibi citra ſudorem & ſanguinem victoria contigiſſet, permiſit ſuo militi caſtra diripere, & ſpoliare cadauera: tantaq; fuit multitudo, vt agrè per integrum triduum omnia ſpolia legerent. Quarta verò die congregatus totus populus in quandam conuallem, potentiam & auxilium Dei debitis concelebrauit laudibus: à quo facto poſtea locus nomen inuenit, vt in perpetuum Conuallis laudationis appellatus ſit. Inde reuerſus cum exercitu Rex Hieroſolyma, per aliquot dies in ſacrificijs occupatus fuit ac epulis. Quin & in exteras gentes tam mirificæ victoriæ fama perlata, eam Regi ſanctitatis ac pietatis opinionem conciliauit, vt res eius ſub diuini numinis tutela eſſe pro comperto crederent: manſitq; vſque extremum eius diem hæc perſuaſio. Erat autem amicus & Achabi filio, qui tum Iſraelitis præerat: cum quo inita ſocietate parandarum nauium, quæ merces in Pontum peterent ac emporia Thraciæ, iacturam fecit haud minimam. Nauigia enim abſumpta ſunt naufragijs, quòd non bene regerentur præ magnitudine. Quo factum eſt, vt hac cura vacauerit in poſterum. Atque hactenus de Ioſaphato. Achabi verò filius Ochozias regnauit apud Iſraelitas & Regiam Samariam, vir peſſimus, & vtriquè parenti

Moabitæ & Ammanitæ Ioſaphato bellũ inferunt.

Precatio Ioſaphati in templo Hieroſolymitano pro victoria obtinenda.

Iaziel Propheta populo victoriam pollicetur.

Arma quibus Ioſaphatus victoriam parauit.

Ammanitæ & cõfœderati ſeiptos inuicem trucidant.

Ammanitarum ſpolia.

Laus & nomen Ioſaphati apud quoſcunque.

Hedio & Ruffinus Cap 2.

Ochozias Achabi filius Rex Iſraelitarũ. 4. Regum 1.

parenti omnino ſimilis, & Hieroboami primi Iſraelitarum ſeductoris amulus. Eius regni anno ſecundo Moabitarum Rex *defecit, & tributa, quæ patri eius ſolitus erat, pendere amplius detrectauit. Accidit autem vt Ochozias de ſolario domus ſuæ deſcendens per gradus prolaberetur, morboq́ ex hoc caſu contracto, Accaronem ad Myiodis (id Deo nomen erat) oraculum ſcitaturus de incolumitate mitteret. Hebræorum verò Deus Eliæ Prophetæ mandauit, vt nuncijs ab eo miſsis occurrens percontaretur, an Iſraelitæ proprium Deum non haberent, quandoquidem* Rex *ad alienum mitteret de ſalute interrogaturos: iuberetq́ eos reuerti, & Regi dicere, eum non reualiturum. Quod quum Elias feciſſet, nuncij his auditis confeſtim ad* Regem *reuerſi ſunt. Quo demirante celeritatem reditus, & cauſam quærente, aiunt ſibi occurriſſe virum quendam, & vetuiſſe vlterius progredi: iuſsiſſeq́ renunciarent ſuo* Regi *Iſraelitarum Dei nomine, quòd morbus in peius proficiet. Rege verò iubente, vt ſibi figuram hominis illius deſignarent, dicebant hominem eſſe hiſpidum & cingulo coriaceo præcinctũ. Qui cum intellexiſſet Eliam per hæc deſcriptum à nuntijs, miſit ad eum attrahendum centurionem cum quinquaginta militibus. Is repertum in montis vertice deſcendere iuſsit, & ad* Regem *venire. In hoc enim ſe miſſum, vt ni ſponte ſua faciat, vi coactum eò pertrahat. Ille præfatus ſe prodigium editurum, quo verus Propheta noſceretur, & igne ad ſuas preces cælitus miſſo, ipſum vnà cum militibus conflagraturum, malum hoc eis imprecatus eſt: moxq́ candens turbo delatus centurionem & eius comitatum perdidit. quorum clade ad* Regem *perlata, iratus alium centurionem cum totidem militibus ad Eliam mittit: qui & ipſe cum Prophetæ minatus vim eſſet, ni volens ſequeretur, & hunc ad preces eius ignis abſumpſit quemadmodum alterum. Quo cognito* Rex *miſit tertiũ. Is quòd eſſet cordatus & manſuetis moribus, poſtquam peruenit ad locum vbi tum erat Elias, & amicè eum ſalutauit: Non ignoras, inquit, quòd vt Regis mandato paream, inuitus ad te venio, ſicut & illi qui ante me venerunt. Miſertus igitur mei & horum militum volens ac libens deſcende, nosq́ ad Regem ſequere. Tum Elias delectatus viri ciuilitate & modeſtis moribus, deſcendit ac ſecutus eſt. Perductus deinde ad* Regem, *afflatus numine: Hæc, inquit, dicit Dominus: Quia me pro Deo non habuiſti, quem de morbo tuo veri nihil prædicere poſſe putaſti, & ad eum, qui Accaronitis colitur, de valetudine conſulendum mittere maluiſti, ſcito te moriturũ. Nec multum exinde tempus elapſum, dum ita, vt Elias prædixit, decedens, quòd liberis careret, Ioramo fratri ſuccedenti locum fecit, homini patrem cum alijs vitijs, tum maximè impietate referenti. Omiſſo enim ſui Dei cultu, totum ſe externis religionibus dedidit, vir alioqui non ignauus, & ad res gerendas ſatis induſtrius. Hoc regnante Elias ex hominibus exemptus eſt, nec in hodiernum vſq́ mortalium quiſquam ſcire potuit quiſnam fuerit eius exitus. Diſcipulum reliquit Eliſæum, ſicut iam antè diximus. De hoc Elia & Enocho, qui fuit ante vniuerſale diluuium, in ſacris libris legimus quidem exemptos eſſe è conſuetudine mortalium, mortuos tamen eſſe nemini vnquam fuit cognitum. Caterum Ioramus accepto poſt fratrem regno, Moabitarum* Regi *Miſæ bellum inferre ſtatuit, tributum nolenti reddere, quod Achabo patri antea ſoluebat, intonſarum pecudum annua ducenta millia. Ergo poſtquam domi parauit exercitum, Ioſaphatum quoque per nuncios ſolicitauit, vt quandoquidem amicus eſſet paternus, auxilia mitteret paranti bellum*

An. mũdi 3048. Ante Chriſtum natum 916.

Ochozias grauiter prolapſus decumbit, oraculum conſulit, & ab Elia reprehenditur.

Forma & habitus Eliæ Prophetæ.

Ochoziæ milites, Eliæ attrahendi cauſa miſſi ab igne conſumuntur.

An. mũdi 3049 Ante Chriſtum natum 915.

Ochozias abſque liberis decedens, Ioramo fratri ſuccedenti locum facit.

Elias ſicut Enochus ex hominibus exemptus. Hedio & Ruffinus Cap. 3. 4. Reg. 3. Eliſæus.

Ioramus à Moabitarum Rege auxilium petit.

An. mũdi 3049 Ante Christum natum 915.

contra Moabitas, qui tum recens à suo regno defecerant. At ille non se solum venturum auxilio promisit, sed Idumæorum etiam Regem, sibi obnoxium, in eam expeditionem pertracturũ. Ioramus vbi renunciatũ est ei de talibus auxi-



liis, venit Hierosolyma, & splendidè ab eius loci Rege exceptus, cum de communi sententia visum esset per Idumæ deserta, quà minimè hostis expectaret, iter facere, cum aliis duobus Regibus Hierosolymis profectus est, videlicet cum hospite, & cum Rege Idumæorum. & circuitu facto, die septima ducibus itineris aberrantibus, in tantam iumenta & milites aquarum penuriam inciderunt, vt omnibus tantum non desperantibus Ioramus doloris impatiens exclamaret ad Deum, quanam sua culpa tres Reges sine prælio in Moabitarum Regis manus traderet? Iosaphatus contrà, vt virum pium decebat, consolabatur eum: iussitq; perquiri numquis in exercitu Propheta adesset, per quem, quid faciendum, Deus posset consuli: & indicante quodam famulo, vidisse se ibi Eliæ discipulum Elisæum Saphati filium, suasu Iosaphati tres Reges ad illum vadũt: quumq; ad illius tabernaculum venissent, quod fortè extra castra fixerat, rogabãt quid futurum esset de exercitu, præcipuè Ioramus. At ille iussit vt absisteret, nec molestus esse pergeret, sed potius patris ac matris Prophetas consuleret, illos enim esse veridicos: Rex precibus vrgebat, vt responsum daret, & periclitantes seruaret. At ille iurauit se ei non fuisse responsurum, nisi hoc faceret in gratiam Iosaphati viri probi & pij. Accito deinde psalte quodam, sic enim vates postularat, eo psallente correptus diuino spiritu, iussit Reges in alueo torrentis multas fossas facere. nam absque vento & pluuia visuros alueum repletũ aquis, ita vt militi & iumentis abunde potu suppetente, nullum amplius à siti periculum timeatur. Nec hoc solum, inquit, vobis à Deo continget, sed & copias hostium eius ope profligabitis, & arbores excidetis, & regionem vastabitis, & fontes ac riuos obturabitis. Hæc loquuto Propheta, sequenti die prius quàm sol oriretur torrens magno impetu ferri cœpit, auctus imbribus qui in Idumæã triũ dierũ itinere inde distantem demissi fuerant: vt & iumentis & militi largissima adesset

Aquarũ in Hebræorum exercitu penuria.

Elisæum Reges consuluunt.

Elisæus pluuiã venturam & victoriam prædicit.

adesset potus copia. Rex autem Moabitarum vt audiuit tres Reges *contra se aduentare, à deserto inuasuros, excita omni sua militia, iussit eos in finibus occurrere, ne clàm in ditionem suam impetum facerent, qui videntes exoriente sole aquam in torrente (non procul enim à terra Moabitide aberat) colore sanguineã, quòd eo tempore maximè aqua radijs icta rutilet, falsò opinati sunt hostes propter sitim in semetipsos arma vertisse, & eorum sanguinem per torrentem defluere: & cum hac persuasione* Regem *suum adeuntes, rogabant vt eos ad diripienda hostilia castra permitteret. quo impetrato, ruẽtes velut ad paratam prædam, ad Hebræorum castra perueniunt. Sed valdè eos sua spes frustrata est. Coorientibus enim in eos vndiq; hostibus partim casi sunt, partim dispalati fugiendo agrè in terram suam euaserunt. Reges verò agros Moabitarum ingressi, dirutis oppidis totam regionem prædis abactis exhauserunt, & rura eorum glarea torrentis operierunt, & optimas quasq; arbores exciderunt, fontesq; aquarum obturauerunt, mœnibus vbiq; solo aquatis. Rex ipse compulsus in quandam vrbem & obsessus, veritus ne expugnata illa caperetur, erumpere cum septingentis equitibus tentauit, qua parte negligentiores excubia visa sunt. quod vbi prater spem non succesit, in vrbem reuersus rem extrema necessitatis & desperationis aggreditur. seniorem enim filium, qui regni successor destinatus fuerat, productum in mœnia, toto hostili exercitu inspectante, holocautoma Deo sacrificat. Reges verò hoc viso tantam necessitatem miserati, & humanarum vicissitudinum memores, soluta obsidione, domum quisq; suam reuersi sunt. Iosaphatus verò post hanc expeditionẽ pacatus quidẽ, sed non diu Hierosolymis superuixit, exacto vitæ anno sexagesimo, regni vigesimo quinto: sepultusq; est in ea vrbe magnificè, quemadmodum Dauidis imitatorem sepeliri decuit.*

An. mũdi 3049 Ante Christum natum 915.

Mira hostium execatio, per fluentis vmbram facta.

Hebræorum contra Moabitas victoria.

Moabitarum Rex filium proprium sacrificat.

Iosaphati mors.

CAP. II.

Ioramus Hierosolymorum Rex principatum adeptus, fratres & paternos amicos interficit.

FILIIS, quos complures reliquit superstites, Ioramus natu maximus patris voluntate in regnum successit, cum Israëlitarum Rege commune nomen habens, vxoris suæ fratre, qui Achabi fuit filius, & tum recens à Moabitico bello Samariã reuersus Elisæum secum adduxerat. Eius prophetæ res memorabiles è sacris libris huc transcriptas inserere nostræ narrationi operæprecium duximus. Obedia vxor, qui Achabi dispensator fuerat, tunc vidua Elisæum adijt, dicens nec ipsum ignorare quòd ea persecutione, qua Iezabela in prophetas sæuiebat, maritus eius centum ex eo numero seruauerat: quos vt alere clàm posset, multum aris alieni contraxerat. nunc illo defuncto, creditores & ipsam & liberos in seruitutem velle rapere. quapropter orabat vt ob hoc mariti benefactum eius misertus opem aliquam præsentem afferret. Quo scitante ecquid domi haberet, nihil se habere ait, præter olei paululum in fidelia. tum propheta iubet illam ire, & acceptis commodato à vicinis vacuis vasis compluribus, foribusq; cubiculi clausis, in omnia oleum id indere. Deum enim repleturum omnia. Paruit mulier, & repletis ad vnum omnibus ad prophetam reuersa rem totam illi retulit. Ille consuluit, vt, diuendito oleo, debitum creditoribus redderet. aliquantum enim de olei precio superfore, quod ad liberorum alimenta valeat. atque in hunc modum mulier à creditorum molestia liberata est. Idem Ioramum per

An. mũdi 3050. Ante Christum natum 944. Ioramus Iosaphati filius, Rex Hierosolymorum.


4. Reg 4.

Elisæus viduæ vt ex olei fidelia plurima vasa adimpleat, iubet.

An. mũdi 3050. Ante Christum natum 914.

nuncios admonuit, vt locum quendam caueret, in quo à Syris occidere eum volentibus insidiæ positæ fuerant. Quo factum est, vt ille præmonitus venatum non iret. Adadus autem frustratis insidijs indignatus est, ratus à suis detectas:

Ioramum Elisæus vt Syrorum insidias caueat, admonet. 4. Reg. 6.



& vocatis domesticis per conuicium proditores appellauit, minatus etiam mortem, eo quòd rem solis creditam hostis per eos cognouerit. Quodam autem respondente, non rectè eum facere quòd proditionis amicos insimularet, & suspicaretur ab ipsis detectos qui ad hostem intercipiendum missi fuerant: sed scire debere, quòd Elisæus propheta nihil non indicet, prodatq; vel occultissima consilia: iussit eos per nuncios explorare, in quanam vrbe Elisæus habitet: renunciatumq; est ei apud Dothaim hominem degere. Ac mox illuc aliquot equitum turmas misit cum curribus, qui Elisæum comprehenderent: qui noctu vrbem circumuentam circumquaque custodiebant. Diluculo autem minister prophetæ cognita, quòd hostes vellent eum capere, trepidè accurrens hoc illi indicat. At ille famulum ponere metum, & bono animo esse hortatus est, & ipse interim securus & fidens diuino auxilio: rogauitq; Deum, vt ad confirmandum famulum præsentem se & auxiliatorem ostenderet. Tum Deus exoratus speciem magni equitatus & curruum circa Elisæum famulo videndam exhibuit, ita vt animatus his suppetijs nec ipse quicquam timeret amplius. Post hæc vates iterum Deum orauit, vt obscuraret oculos hostium, caligine immissa præ qua agnoscere ipsum nequeant: & impetrato hoc quoq; dedit se in medium illorum, interrogans quem quærerent. quibus respondentibus, Elisæum prophetam se quærere, pollicitus est hunc se traditurum eis, si ad vrbem, in qua ille esset, ipsum sequerentur. atq; ita, vt qui & oculis & mente à Deo cæcati fuerant, ducentem incunctanter secuti sunt. quos vbi Samariam perduxit, Joramum Regem iussit portas claudere, & Syris suum militem circumdare: precibus deinde rursum ad Deum missis impetrat, vt purgatis hostium oculis, caliginem illam tolleret. at illi recepta oculorum acie conclusos se animaduertunt in medijs hostibus. cumq; attoniti & inopes consilij hærerent in tam prodigioso negocio, Rege quærente ex propheta, an iaculis

Eliseus Dothaim hostibus cingitur.

Angelus circa Elisæũ prophetam.

Syros obcæcatos Elisæus in Samariam ducit, eoq; suadente, Joramus liberaliter ac splendidè eos tractatos, remittit.

eos

eos deberet configere, id quidem facere vetuit. solos enim bello superatos hostes occidi fas esse. at hos ne læsa quidem ipsius ditione, Dei voluntate & potentia ignaros omnium eò loci esse productos. consuluit igitur vt hospitali mensa refectos incolumes abire permitteret. Itaq; Joramus propheta monitis obsequens, liberaliter ac splendidè tractatos Syros ad Regem eorum Adadum remisit. Illi reuersi omnia, quæ eis contigêre, suo Regi renũciant: qui in tanto prodigio manifestam Dei potentiam admiratus, simulq; vatis diuinitatem, nihil posthac contra Israelitarum Regem clam molitus est: sed decreuit aperto marte rem gerere potentiorem se ratus & numerosioris exercitus dominum: comparatisq; ingentibus copijs, vniuersas contra eum educit. qui putans se imparem si collatis signis res ferro gerenda sit, intra Samariam se continuit, fretus vrbis munitionibus. Adadus verò cogitans, si non machinis, fame tamen eam se in potestatem redacturum, oppugnationem aggreditur. Tanta autem Joramus laborabat rerum inopia, vt propter nimiam indigentiam intra Samariam veniret octuaginta denarijs argenteis caput asini, & quinq; denarijs Hebrai columbini stercoris sextarium vice condimenti emerent: nihilq; magis verebatur Rex, quàm ne quis fame adactus & non ferens inopiam, vrbem hostibus proderet. quamobrem per singulos dies ipse obibat mœnia & excubias, dispiciens ne quis in vrbem clam admitteretur, & singulari diligẽtia huiusmodi occasiones adimens. Cumq; mulier quædam exclamasset, Miserere domine: putans eam aliquid cibi petere, commotus ira malè precatus est ei, negans sibi esse vel areas vel torcularia, vnde ipsi impartire posit aliquid. illa verò dicente, nihil se eiusmodi petere, nec ob cibum molestam esse, sed vt litem inter se & aliam mulierem finiat: iubet quid rei sit exponere. Mulier ait, se cum amica quadam vicina pactam, vt quandoquidem nullum aliud adsit contra famem remediũ iugulatis infantibus (nam vtriq; erat filiolus) vnum atq; alterum diem cibo se alerent. Se prius suum occidisse, quo hesterna die consumpto in communem alimoniam, alteram illam mulierem à pacto discedere, & suum abscondidisse filium. Perculsus vehementi dolore Ioramus vestem sibi conscidit, & exclamans hoc demum defuisse ad calamitatum summam, ira contra prophetam accenditur, tollendum dictitans qui in tantis malis nullum dignaretur à cœlesti numine impetrare subsidium: confestimq; mittit qui caput illi amputet. Et ille quidem ad eadem eius properabat, Elisæũ verò Regis ira non latuit: sed domi sedens cum discipulis, Joramus, inquit, homicidæ filius misit qui caput mihi adimat. nũc aduentũ eius obseruate, vt dum erit pro foribus opponatis vos, & obiectis foribus illum remoremini. mox enim Rex ipse aderit, mandati iam pœnitens. Illi ita vt iussi sunt, hominẽ venientem excludunt: moxq; Ioramus ad se reuersus & veritus ne cædes acceleretur, quantum potuit ad Elisæum properat, interuentu suo cohibiturus missum à se hominem, & vatem periclitantem seruaturus. quò vt ventum est, incusare eum cœpit, quòd in tantis calamitatibus se cum ciuibus despiceret, nec vllum à Deo peteret remedium. Tum propheta promittit in crastinum eadem hora qua tum Rex ad se venerat, futuram magnã rerum ad victum necessariarum abundantiã, ita vt publicè in foro vno siclo veniret satũ simile, & vno aquè siclo duo sata hordei. His dictis Rex cum suo comitatu supra modũ exhilaratus est, propter expertã toties prædictionũ fidem tum quoq; nihil addubitans, & præsentem difficultatem spe futuri subleuans. amicus autem quidã regius, tertiæ copiarum eius parti

An. mũdi 3050. Ante Christum natum 914.

Hedio & Ruffinus Cap 4.

Samaria à Syris obsessa.

Fames in Samaria tanta, vt mulier mulieri filium comederet.

Ioramus Elisæo mortem minatur. 3. Reg 7.

An. mũdi 3055. Ante Christum natum 909. 4. Reg. 7.

parti præpositus, cui tum Rex fortè familiariter incumbebat, Non credibilia, inquit, polliceris mi vates, & sicut absurdum sit sperare similia ac hordei pluuiam, ita nec quod tu dicis, mihi fit verisimile. Tum propheta, Videbis ipse, ne dubita, sed videbis modò, non frueris etiam. Hæc prædictio effectum talem habuit. Mos erat apud Samaritas, vt lepra impurati extra mœnia degerent: & tum quoq; quatuor numero hac de causa extra portas habebant domicilium. Hi cum propter sæuientem famem nihil ex vrbe ciborum acciperent, & siue in vrbem reditus daretur, siue domi se continerent, fame sibi pereundum certò intelligerent, decreuerunt se hostibus committere: vt siue eis parceretur, viuerent: siue sæuire hostis mallet, certè leuius mortis genus incurrerẽt. Hæc sententia postquam comprobata est, noctu eunt ad castra hostium. Ea nocte Deus Syros exterruit,

Fuga hostiũ ob terrorem à Deo immissum.

immisso in aures eorum sonitu quasi curruum & armatorum aduentantium, adeò vt, crescente magis ac magis suspicione, consternati è totis castris ad Regem suum concurrerent, dicentes adesse Reges à Joramo conductos, Regem Ægypti & Regem insularum. iam enim exaudiri eorum strepitum. Hæc nunciantibus Adadus credidit, quòd & ipsi aures inani sonitu pulsarentur vt cæteris: & per summam trepidationem omnes sine ordine ad fugam se expediunt, relictisq; intra castra & equis & iumentis & diuitijs maximis totam spem salutis in fugiendo collocant. Leprosi verò illi Samaritæ venientes in castra Syrorum in ipso

Leprosi Samaritanis hostium castra deserta esse, significant.

valli aditu ingens silentium & magnam rerum copiam deprehendunt, progressiq; vlterius & ad vnum quodpiam tentorium delati, postquam ne vnum quidem adesse viderunt, refecti primùm cibo ac potu, veste & multo auro se onerant, eam prædam extra vallum elatam in quodam loco abdunt: mox alterum tentorium aggressi faciunt similiter vt prius: idq; quater fecerunt, nemine interim conspecto. Vnde facilè coniectantes de abitu hostium, damnabant suam negligentiam, quòd non hæc Ioramo & ciuibus indicassent mox à principio. quapropter ad mœnia Samariæ properant, & inclamatis custodibus discessum hostium eis significant. illi porrò excubitoribus regijs idem renunciant. Rex cognito negocio amicorum & ducum consiliũ aduocat. ait rem sibi suspectam, ne æstu, simulato abitu, Syri sibi insidias struant, desperantes fame vrbem expugnari posse: vt si ad diripienda castra, quasi fuga deserta procurrant, repentè coorti cusis direptoribus vrbem etiam facilè occupent. quare suam sententiam esse, vt diligenter eam contra insidias muniant, & cauti sint, neq; temerè credita fuga hostium procurrendo periculo se obijciant. Hoc consiliũ quidam laudauit vt prudens: addiditq; sibi videri mittendos duos equites qui omnia Jordanem vsq; explorent: qui si fortè intercipiantur, cautiores fore cæteros, ne & ipsi temerè progressi circumueniantur: nec duorum equitum fore grauem iacturam, quos fortassis alioquin fames absumeret. id Regi placuit, & euestigio misit qui omnia dispicerent. illi renunciant nihil se per viam reperisse hostium, sed passim iacere arma iactata, & frumentum reliquasq; sarcinas, quo expeditiores fugerent.

Exploratores.

Castra hostium à Samaritanis diripiũtur.

his auditis Rex multitudinem ad castrorum direptionem emittit. nec fuit vulgaris prada, sed auri & argenti plurimum, & varia iumentorum genera, præterea tantum inuenerunt frumenti atq; hordei numerum, quantum nec in somnis sperare poterãt, vt mox omnes præteritæ famis obliuio caperet. tanta enim fuit abundantia, vt duo sata hordei siclo emerentur, & eodem precio satum simile, iuxta Elisæi vaticinium. satum autem continet modium Italicum & dimidium

Veritas oraculorum Dei.

midium. ſolus autem hac copia nõ eſt adiutus prafectus ille tertia partis militia. An. mũdi 3055.
conſtitutus enim ad portam à Rege, vt cohiberet proruentis multitudinis im- Ante Chriſtum
petum, ne ſe inuicem conculcando obtererent, ipſe hoc paſſus eſt: atq; ita interijt, natum 909.
quemadmodum Eliſæus prædixerat, cum pranuncianti annona abundantiam Incredulitatis pœna.
nollet credere. Rex autem Syrorum Damaſcum reuerſus incolumis, vbi co- 4. Reg. 8.
ſtinitus immiſſo terrore ſe vnà cum exercitu in fugam coniectum, &
ſiſſe quod de aduentu hoſtium crediderant, ratus omninò aduerſum ſe



men per animi ægritudinem in morbum etiam corporis incidit. cumq; Eliſæus ab Adado ægrotante conſulitur.
empus Eliſæus Damaſcum inuiſeret, hoc cognito fidiſſimum è familia-
Azaëlem honoris cauſa ei miſit obuiam, non ſine muneribus, ſcitatu-
iam futurus eſſet morbi exitus, & num euaſurus eſſet hoc periculum.
aſſumptis XL. *camelis quicquid optimum ager Damaſcenus fert, &*
in regia fuit eximium, in eos impoſuit: & obuiàm factus Eliſæo, reue-
n ſalutat, dicens ſe ab Adado Rege miſſum, vt offerret ei munera, &
conſuleret, num quod leuamen ſperare debeat. propheta nuncio nihil
nciare iuſſo, tantum moriturum Regem indicat. id famulus regius
ccepit. Eliſæus verò flebat, & multis manabat lacrymis, proſpiciens
ala paſſurus eſſet ſuus populus poſt Adadi obitum. Azaële deinde ro- Vaticinium de Adadi morte, & regno Azaëli tradendo.
ſam triſtitia, fleo, inquit, quòd me Iſraëlitarum miſereat, tam multis a
tur cladibus. nam optimos ex eis interficies, & munitiſſimas eorum
endes, & infantes ad ſaxa allides, & diſſecabis pragnantes mulieres. A-
rò dicente, & vnde mihi vires vt hac faciam, ait ſibi diuinitus ſignifi-
nuòd ipſe regnaturus ſit in Syria. Itaq; Azaël reuerſus ad ſuum domi-
ius eum habiturum nunciat: & ſequenti die reti vuido in eum iniecto,
à ſe regiam occupat, vir aliquin ſtrenuus, & gratioſus apud Syrorum
ſcenorum multitudinem: quo factum eſt, vt vſq; in præſens tempus,
dus quàm Azaël eius ſucceſſor diuinis apud Syros colantur honori-
bus, tum propter aliam beneficentiam, tum quia magnificè templis exſtructis

An. mũdi 3057. Ante Christum natum 907.

Damascenorum vrbem ornatiorem reddiderint, eorum enim effigies quotidianis pompis honorant, & antiquitatem iactant, nescientes quòd non admodum sint veteres, & nondũ centum supra mille anni ab eorũ ætate interceſſerint. Cæterùm Ioramus Israelitarũ Rex audita morte Adadi, à continuis pauoribus respirauit, latus tandem aliquando licere ſibi in pace viuere. Alter verò Ioramus qui Hieroſolymis imperitans eodem vt dixi nomine cenſebatur, mox vt principatum iniit, à cædibus fratrum & paternorum amicorum poteſtatem auſpicatus, videbatur cum Iſraeliticis Regibus certamen ſuſcepiſſe, ne inferior haberi poſſet, quantum ad impietatem attinet, nactus ad hoc magiſtram idoneam Gotholiam vxorem: quæ fuit Achabi filia, à qua externorum numinum cultum didicit. Et quamuis Deo certum eſſet ſeruare quæ Dauidi promiſerat, Joramus tamen indies nouis ſuperſtitionibus iritare eum, & populi religionem deprauare non deſtitit. Accidit interim vt Idumæi ab eius imperio deficerent, cæſo Rege ſuo qui Joſaphato hactenus paruerat, & nouo in eius ſolium impoſito: quam iniuriam vlturus Joramus cum equitatu, qui tum ad manum erat, & curribus in Idumæam noctu irrupit: & exuſtis vicis finitimis, non eſt auſus vlterius progredi. nec tamen hac expeditione quicquam profecit, niſi quod plures defectiones ſecutæ ſunt, excutientibus eius iugum & illis qui Labinam regionem incolunt. Tantus autem fuit hominis furor, vt adigeret populum lucos in editis montibus ſitos conſcendere, & aliena numina colere. Cui ſic inſanienti & prorſus oblito inſtituti patrij, affertur ab Elia propheta epiſtola, vindictam Dei minitans, quòd contempto patrum ſuorum exemplo, ad ſectandam Iſraeliticorum impietatem ſe contulerit: nec hoc contentus etiam Iudæ tribum & Hieroſolymorum ciues impulerit, relicta patria religione, ad externos ritus deſciſcere, & effigies hominum colere, quemadmodum & Achabus ſibi ſubditos compulerat. ad hæc quòd fratres & alios viros bonos ac iuſtos interfeciſſet. pœna etiam qualis immineret in eiſdem ſignificabatur literis, hoſtilis manus quæ in populum Regis & domeſticam familiam deſæuiret, nec liberis parcens nec vxoribus. Ipſum quoq; lento ventris profluuio vexatum, inteſtinis ſimul paulatim effluentibus, ſerò per hoc peccatum agnoſcentem, miſeram efflaturum animam. atque hoc fuit argumentum epiſtolæ, quæ illi Eliæ nomine eſt reddita.

Hedio & Ruffinus Cap. 5. 4. Reg. 8.

Iorami impietas.

Idumæorũm apoſtaſia.

Iorami ſcelera ab Elia per literas accuſantur.

CAP. III.

Exercitus Iorami deletur ab hoſtibus, & filij perimuntur, vnico excepto, poſtremò ipſe miſera morte tollitur.

Arabum contra Ioramum expeditio. 2. Paral 21.

An. mũdi 3060 Ante Christum natum 904.

NEC multo poſt exercitus Arabum qui verſus Æthiopiam incolunt, cum alijs barbaris Jorami regnum inuadit, qui & regionem omnem, & ipſam regiam diripuit, iugulatis etiam vxoribus eius ac liberis. vnicus tantum fuit ſuperſtes, ægrè elapſus è manibus hoſtium, Ochozias nomine. poſt hanc publicam calamitatem & ipſe in morbum incidit, ſicut ei iam antè prædictum fuerat. id malum in ventrem eius ingruit, vt manifeſto diuinæ iræ indicio miſerabiliter periret, videns quotidie per ventrem inteſtina defluere. quin & populus inſultauit eius cadaueri, facilè inde coniectans quàm inuiſus Deo fuiſſet homo nefarius, nec eum regio funere dignatus eſt, nec paterno monumento intulit. Vixit annos quadraginta, regnauit octo. populus Hieroſolymitanus Ochoziam in paternum ſolium impoſuit.

Mors Iorami.

Damaſce-

CAP. IIII.

Damascenorum Rex Israelitarum Regem bello impetit.

An. mũdi 3060 Ante Christum natum 904. Hedio & Ruffinus Cap. 6.

ISRAELITARVM *autem Rex Joramus sperans post Adadi mortem Ramatham Galaditicam vrbem se posse recipere, magno prius facto apparatu, exercitum ei admouet. In ea oppugnatione sagitta ictus à quodam Syro nõ lethaliter, in Azaram vrbam se recepit curandi vulneris gratia, relicto in obsidione Ramatha toto exercitu, cui Ieum Amasis filium prafecerat, qui illam vi expugnatam recepit. erat autem ei propositum percurato vulnere Syros bello aggredi. Interim Elisæus dato vno è discipulis suis sacro oleo, misit eum Ramatham, vt eo delibutum Ieum Regem appellaret, diceretq; se autoritate diuina Regem eum eligere, mandatis etiam quibusdam alijs, iussit eum fugientis more iter facere, nemine abitus eius conscio. Ille vbi ad destinatã vrbem peruenit, offendit Jeum fortè sedentem medium inter duces exercitus, ita vt Elisæus fore prædixerat: accedensq; ad illum, ait se cum eo velle colloqui. & cum surgens secutus ipsum esset in conclaue, iuuenis depromptũ oleum in caput eius effudit. Deus, inquit, te Regem elegit in perniciem Achabi generis, & vt vlciscaris prophetarum eius sanguinem, qui à Jezabela contra omne fas occisi sunt: vt quemadmodum prius Hieroboami & filij ipsius Nabadi, ac mox Basani familia propter impietatem interiere funditus, ita nunc nullum semen maneat reliquum ex Achabi genere. Atq; hac locutus è conclaui se proripuit, nolens à quoquam conspici. Jeus autem statim in consessum ducum rediit. Per contantibus autem illis, qua de causa venisset is iuuenis, & insanum videri dicentibus: rectè, inquit, coniecturam facitis. nam insani verba locutus est. illis verò magis etiam exponi sibi quid esset orantibus, regnum populi sibi à Deo delatum, ait illum dixisse. Hæc vbi prolocutus est, vnusquisq; ducum detraxit sibi pallium, quibus congestis in speciem solij, & ipso superimposito, tubis & cornibus iusserunt signa canere, Ieum nouum Regem consalutantes faustis acclamationibus. Ille decreuit cum exercitu Jezraelam vrbem petere, vbi tum, vt iam diximus, Joramus curabat vulnus quod in Ramathensi oppugnatione acceperat. Veneratq; eò per officium cognationis etiam Hierosolymorum Rex Ochozias, quòd esset sororis eius filius, vt quomodo se haberet vulnus inuiseret. Quos vt Ieus repentino accessu opprimeret, edixit vt è suis militibus nemo Ioramo indicium faceret: hoc enim eximium fore argumentum quòd bona fide regnum sibi detulerint.*

4. Reg. 9.

Ieus in Regem vngitur, Deo sic mandante.

CAP. V.

Ioramus à Ieu magistro equitum, cum tota stirpe occiditur, & cum eo Hierosolymitanus Rex Ochozias.

MILITES *verò lati imperata faciunt, & omnes vias obsident, ne quis ad Joramum, illis inscijs, peruenire, & quid agatur renunciare valeat. Ieus interim stipatus equitum lectissimis, ad Iezraelam sublimis curru properè vehitur. quo iam appropinquante, speculator à Rege constitutus, vt venientes in vrbẽ obseruet, vbi vidit Jeum cum turmis aduehi, renunciauit Ioramo aduentare agmen equitum. ille eucstigio mittit quendam equitem qui occurrat & cognoscat quisnam veniat. ad quos vbi accessit eques, rogat quid agatur in exercitu. Regem enim scire cupere. Ieus iubet illum nihil de hac re esse solicitum, & vt sequatur se cum*

Iorami cædes.

An.mũdi 3060 AnteChriſtum natum 904.

alijs.hoc ſpeculator cum vidiſſet, renunciat Joramo equitem illum admixtum agmini iter facere cum illis, mox & alterum à Rege miſſum Jeus idem iubet facere. vt verò & hoc per ſpeculatorem Joramus didicit, poſtremò ipſe conſenſo curru cum Ochozia Hieroſolymorum Rege, quem vt cognatum inuiſendi gratia illò veniſſe diximus, exiuit illi obniam. nam lentè & compoſito agmine Jeus incedebat. Hunc Joramus in ſuburbano Nabuthi nactus, rogat ſatin ſalua ſint res in exercitu. à quo amarulento conuicio exceptus, & venefica meretricis filius appellatus, facilè cogitãs nihil ſani eum habere in animo, flexis habenis cœpit fugere, dicens Ochoziæ, circumuentos ſe dolo ac inſidijs. Ieus verò ſagitta per cor trãsfixum de curru eum precipitat. mox Badaco tertiæ partis exercitus præfecto imperat, vt cadauer Iorami in Nabuthi agrum proijciat, prophetiam Eliæ in mentem ei reuocans, qua patri huius Achabo prædixerat, fore vt aliquando ipſe & eius familia in eo loco pereat. id enim ſe tum ex ore prophetæ audiſſe, cum poſt tergum Achabi in eodem curru ſederet. id quod etiam ita, vt prædictum fuerat, euenit. Ceſo autem Joramo, Ochozias ſuæ quoq; ſaluti metuens, currum in aliam viam deflexit, latére ſe Ieum exiſtimans. At ille aſſecutus eum ad quendam cliuum, ſagitta ictum ſauciat. qui, relicto curru, equum properè conſcendit, & continuato curſu delatus eſt in Magedonem oppidum, vbi paulò poſt ex eo vulnere mortuus, relatusq; Hieroſolyma, illic ſepultus eſt, cum regnaſſet anno vno, patre ſuo longè ſceleratior.

Veritas oraculorum diuinorum.

Ochoziæ Regis Hieroſolymitani mors & ſepultura.

CAP. VI.

Ieus inter Iſraelitas regnat apud Samariam, & poſt eum vſque quartam generationem eius progenies.

Exemplum vltionis diuinæ in Iezabela valde inſigne.

IEv verò veniente Jezraelam, Iezabela ornatu regio ſtans in turri ô ſeruum egregium, inquit, qui dominum ſuum occidit. Ille ſuſpiciens rogauit eam quanam eſſet, iubens ad ſe deſcendere. tandem eunuchis ipſius imperat, vt eam de turri dent præcipitem. quæ inter cadendum cruentatis mœnibus, vbi ſolum attigit, ab equitibus conculcata & obtrita periit. poſthæc Ieus ingreſſus regiam cum amicis refecit ſe ab itinere, mandauitq; Jezabelæ famulis vt eam ſepelirent in honorem generis, quòd nata eſſet è Regibus: qui nihil reliquum inuenerunt de cadauere, præter manus & faciem, conſumptis cæteris à canibus. his auditis Jeus admiratus eſt Eliæ mentẽ diuinam, qui eam Reginam in hac ipſa vrbe malè perituram prædixerat. Et quia ſeptuaginta liberi Achabi apud Samariam educabantur, binas eò literas Ieus, alteras ad eorũ pædagogos, alteras ad vrbis magiſtratus, miſit: in quibus hortabatur, vt quandoquidem arma, viri, & currus illis non deeſſent, creato ex eo numero Rege, qui per ætatem maximè videri poſſit idoneus, in domini interfectores vindicent. Id faciebat, vt experiretur quomodo Samaritæ erga ſe animati eſſent. Magiſtratus autem & pædagogi, lectis literis, extimuerunt, & cogitantes ſe huic, qui duos maximos Reges oppreſſerat, eſſe impares, reſcripſerunt, ipſum eſſe dominum, ſe verò imperata eius paratos facere. Ille rurſum reſcripſit, ergo Achabi filiorum capita præciſa ad ſe mitterent. Tum magiſtratus accerſitis adoleſcentum altoribus imperant, vt occiſis illis, præſecta capita ad Ieum tranſmittant. illi nihil miſerti iuſſa peregerunt, & congeſta in vaſis quibuſdam plexilibus capita Iezraelam miſerunt. Quæ cum eo perlata eſſent, renunciatur cœnanti cum amicis Regi, adeſſe Achabi filiorum

4. Reg. 10.

Achabi ſeptuaginta liberi Samariæ trucidati.

capita.

capita. ille ante portam ex vtroq; vię latere aceruos ex eis iußit conſtrui: quo facto diluculo ad ea viſenda progreſſus, vertit ſe ad populum, etſi ego, inquit, cum coniuratis Dominum meum interfeci, iſtos omnes quis interfecit? Volebat q; eis An. mũdi 3060 Ante Chriſtum natum 904.



perſuaſum, quicquid Achabi generi accidiſſet, non volente ſolum, ſed pranunciante etiam Deo factum, qui hoc fore iam ante per Eliam vatem oſtenderat. Deinde occiſis quotquot etiam apud Iſraelitas ex ea cognatione inuenirẽtur, verſus Samariam iter ingreſſus eſt. Et cum incidiſſet in cognatos Ochozia Regis Hieroſolymorũ, rogauit quonam tenderent: aiunt ſe venire ſalutatum Iora-mum, & cum eo Regem ſuum Ochoziam. neſciebant enim vtrunque ab eo necatum. ille hos quoque comprehenſos iubet interfici, duos & quadraginta numero. Paulo pòſt occurrit ei vir bonus & iuſtus, nomine Ionadabus, vetus amicus ipſius: qui poſt mutuam ſalutationem multis verbis pradicauit eius facinora, quod ex ſententia Dei fecerit omnia, dum impiam Achabi familiam exſtirpat radicitus. Ieus verò ſuaſit ei, vt cõſcenſo curru, quo ipſe vehebatur, ſimul intraret Samariam. Viſurum enim quòd neminimalo parceret, ſed falſos vates ac Sacerdotes, qui, populo ſeducto, autores fuerint, relicta patria religione, externa ſacra ſuſcipiendi, ad vnum omnes ſupplicio dederet. iucundiſſimum ſpectaculum fore viro bono, inſpicere malos dantes meritas pœnas antè actorum ſcelerum. Paruit Regi Jonadabus, & eodem curru cum eo Samariam peruectus eſt. At Ieus quantum cognatorũ Achabi, diligenti inquiſitione facta, inibi reperit, omnes ad mortem adegit. cumq; cuperet neminem è falſis Prophetis & Sacerdotibus profanis euadere, dolo vniuerſos circumuenit. Conuocato enim populo, ait ſe omnes Achabi religiones duplicare velle, idq; vt ex ſententia Sacerdotum ipſius & Prophetarum fiat, debere omnes eius ordinis ad ſe conuenire. Celebrandum enim ſolennibus victimis diem feſtum Bali: quo nomine Achabi Deus vocabatur. ab ea feſtiuitate ſi quis Sacerdotum abfuerit, capitalem fore. dimiſſis deinde per omnem Iſraelitarum ditionem qui Sacerdotes ad ſtatum diem Samariam deducerent, iußit omnibus veſtes donari. eas cum accepiſſent,

Stirpis Achabi excidio.

Cædes cognatorum 42. Ochoziæ.

Ionadabus.

Baalitarũ mactatio.

An. mũdi 3060. Ante Christum natum 904.

venit in ædem vbi erant, Ionadabo etiam comitatus, & adhibuit qui scrutarentur, ne quis alienus admixtus sit: nolle se dicens vt sacris eorum alienus ac profanus vllus sese ingerat. illis verò negantibus quenquam talem adesse, & iam sacra sua parantibus aggredi, foris octuaginta viros è fidissimis armat: quibus mandat, vt pseudoprophetas omnes interimant, & patrios ritus tam diu neglectos vlciscantur, interminatus quicunque aliquem eorum elabi permiserit, vicarium pro illo moriturum. Illi verò omnes ad vnum necauerunt, & regia ipsa incensa vrbem externis sacris profanatam purificauerunt. Iste Bal Tyriorum Deus erat, quem Achabus in gratiam Ithobalis Tyriorum ac Sidoniorum Regis soceri sui coluit, templo ei Samariæ dedicato, & Prophetis cum reliquo cultu assignatis. huius sacris abrogatis Ieus, aureas tamen vaccas Israelitis adorare permisit. Nec tamen ingrata Deo fuit eius in impios animaduersio, qui per Prophetam suum significauit, per quatuor generationes posteros eius apud Israelitas regnaturos.

Bal Tyriorum Deus.

Ieu posteris Regnum promittitur.

CAP. VII.

Gotholia per summum nefas Hierosolymis regnum occupat, qua post sextum annum cæsa Pontifex Ochoziæ filium Regem constituit.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. 4 Regum 11. Gotholia omne semen Regium tollit, vno solũmodo Ioaso, Ozochiæ filio seruato.

DVM Ieus homines nefarios in hunc modum persequitur, Gotholia Regis Achabi filia comperta filij morte & generis sui pernicie, decreuit etiam è Dauidis familia neminem superstitem relinquere, ne quis huius sanguinis post hac Hierosolymis regnum obtineat: id quod, quantum in ipsa fuit, perfecit. Seruatus tamen est vnus Ochoziæ filius ad hunc fermè modum. Erat Ochoziæ germana soror, Iosabetha nomine, pontifici Ioado nupta. hæc Regiam ingressa, cum inter cæsorũ cadauera latentem nutricis opera anniculum puerum Ioasum deprehendisset, ablatum furtim domi in suo cubiculo abdidit, & solo marito conscio sex annis in templo clam aluit, quàm diu Gotholia Hierosolymorum & duarum tribuum regnum tenuit. Septimo demum anno Ioadus cum quinque centurionibus coniurat, vt, communicatis operis, ademptum Gotholiæ regnum ad puerum transferant: datáq; & accepta silentij fide spei pleni negocium hoc modo aggrediũtur. centuriones Ioado ad hoc facinus adsciti per agrata tota regione Sacerdotes ac Leuitas, & aliquot in suis tribubus potentiores Hierosolyma nomine Pontificis euocatos secum adducunt. ille habere se vtile Reipublicæ consilium ait, aperturumq; eis, si id apud se continere velint. opus enim esse non silentio tantũ, sed etiã auxilio. Cumq; Sacramentum ab eis accepisset, tuto se posse quicquid vellet dicere, producto puero Dauidici generis quem alebat, Hic est, inquit, Rex vester, ex illa natus familia, quam scitis Deum prædixisse regnaturam in perpetuum. Itaque censeo tertiam vestrum partem custodiam eius in templo agere, tertiam item omnia templi loca opportuna occupare: eam verò quæ superest, patentem portam, qua itur in regiam, seruare. reliqua verò multitudo in templo inermis sit, neque quenquam cum armis intrare sinite qui non sit Sacerdos. præterea certos è sacerdotibus ac Leuitis selectos mandauit satellitij more strictis gladijs Regem stipare, & si quis armatus in templum irrumpere ausit, incunctanter occidere, & posito omni metu seruandi tantum Regis curam gerere. illi approbato Pontificis cõsilio, rem statim aggrediuntur. Ioadus verò aperto armamentario, quod Dauid in templo instruxerat, distribuit centurionibus & Sacerdotibus

Ioasus, Ioado Pontifice auxiliante, in Regem creatur.

tibus ac Leuitis quantum ibi hastarũ inuenit & pharetrarum, & si quod aliud armorum genus aderat. atq; ita armatos templo circumdedit cõsertis inuicem manibus, vt ab ingressu, quos interesse non oportebat, excluderent. adductoq; in medium puero, corona regia caput redimitum, & inunctum sacro oleo Regem pronunciat. populus quoq; gaudens simul & plaudens faustis acclamationibus vitam & victoriam nouo Regi congeminat. Tumultus hic & acclamationes prater spem ad aures Gotholiæ venientes effecerunt, vt vehementer perturbato animo cum suo satellitio prosiliret à regia. Venientem deinde in templum ipsam quidem sacerdotes admittũt, sed armatos eam sequentes arcuerunt illi, qui ad hoc ipsum templo à Pontifice circumdati fuerant. Cæterum Gotholia postquam puerum vidit in suggestu stantem, redimitumq; corona regia, discissa veste sua, magno clamore iubet interfici insidiatorem, & occupatorem tyrãnidis. Ioadus cõtrà accitis centurionibus iubet mulierem arripi, duciq; in torrentẽ cedronis, atq; illic pœnas luere. neq; enim fas esse templũ venefica supplicio pollui. mandauit etiã, si quis ei conetur ferre suppetias, & ipsum pariter interimi. Illi igitur quibus hoc demandatum est, eductã extra portã mulorũ Regis illic interficiunt. Vt verò conspiratio contra Gotholiam successit, Ioadus conuocato populo ac militibus in templum, omnes Sacramento ad fidem Regis adegit, incolumitati ipsius tuendæ, regnoq; augendo daturos operã. eodem iureiurando mox Regẽ astrinxit ad diuini numinis reuerentiã, & ad obseruationem legum quas Moses cœlitus acceptas ad populum pertulit. post hæc ad ædem Bali sacrã concurritur, quã Gotholia cum marito Ioramo construxerat, in veri Dei contumeliã, & ad Achabi gratiam: eam populus à fundamentis diruit, & Mathanem qui tum sacerdotiũ eius tenuit, trucidauit. Templi verò curam & custodiã Sacerdotibus ac Leuitis, iuxta Dauidis Regis institutum, Ioadus commisit, iussitq;, vt bis singulis diebus solenne offerrent sacrificiũ, & suffitum iuxta præscripta legis facerent. Deinde quosdam è Leuitarum numero ianitores ad custodiam templi constituit, ne quis pollutus posset intrò subrepere. Hæc vbi ad hunc modum disposuit, cum centurionibus & ducibus, totoq; populo, ex templo Ioasum in Regiã deduxit: cumq; collocato in solio denuo alacriter acclamatum esset, populus ad epulas conuersus festiuitatem per aliquot dies egit, omnibus scelestæ mulieris cædem libenter ferentibus. Erat Ioasus cum in Regnum adsciretur, annorum septem, matre natus Sabia, ex oppido Bersabe oriunda. fuit autem legum & diuini cultus obseruãtissimus, toto tempore, quo Ioadus fuit superstes: duxitq; vxores duas postquam ætate maturuit, conciliante coniugium eodem Pontifice: ex quibus vtriusque sexus liberos suscepit. Atque hactenus de Joaso quomodo elapsus ex insidijs Gotholiæ, tandem regnum assecutus est.

An. mũdi 3067. Ante Christum natum 897.

Gotholiæ pœna.

Rex & populus iuramento ad Dei cultũ adstringitur.

Restauratio cultus diuini.

Ioasi, viuente Ioado, pietas. 4. Regum 12.

CAP. VIII.

Asaelis Damascenorum Regis contra Israelitas, ac mox contra Hierosolymitas expeditiones.

Hedio & Ruffinus cap. 8. 4. Regum 12. 13. Bellũ inter Asaelem & Ieum.

ASAEL autem Syrorum Rex bellum cum Israelitis & Ieo Rege eorum gerens regionis trans Iordanem sitæ orientales tractus vastauit, qui à Rubenitis & Gaditis atque Manassitis colebantur: nec non Galaditicã & Batanæam, omnia rapinis miscens & incendijs, ac ne ab hominum quidem cæde temperans quotquot in eius manus inciderent. Neque enim Jeus arcere eum à populationibus potuit, contemptor

An. mūdi 3089 Ante Christum natum 875.

contemptor & ipse numinis religionumq; & legum à maioribus per manus acceptarum toto regni sui tempore, quod fuit annorum XXVII. *quo exacto mortuus apud Samariam est sepultus, Joaza filio successore principatus relicto.*

Instauratio templi.

Ioasum autem Hierosolymorum Regem instaurandi templi cupido subijt: vocatoq; Pontifice Ioado iussit eum per totam suam ditionem Leuitas & Sacerdotes dimittere, qui in singula capita semisiclum argenti exigerent in vsum eius instaurationis, eò quòd sub Ioramo & Gotholia & eorum liberis tuendi & sartiendi templi cura penitus abiecta fuerat. Pontifex verò hoc non fecit, sciens neminem libenter argentum erogaturum: sed anno regni vigesimo tertio Rege incusante, quòd voluntati sua non obtemperasset, & iubente in futurum templi reparationi prospicere, tale quiddam ad colligendam pecuniam commentus est, quod non grauatim tulit populus. Arcam parauit ligneam, in qua benè clausa vnum tantum foramen supernè reliquit. eam cum in templo iuxta altare deposuissent, iussit quemque pecunia quantum liberet per foramen immittere, in templi instaurationem conferenda. id populus tulit aquissimo animo, & multum auri atque argenti certatim contulit. Arcam verò singulis diebus præsente Rege exinaniebant scriba gazophylacij & Sacerdos eius custos, numerataq; pecunia & recondita, rursum vnde sustulerant reponebant. & cum primum videretur collatum quantum sat esset, Pontifex & Rex conduxerunt fabros & cementarios, & trabes magnas pulcherrimæ materiei comparauerunt. instaurato deinde templo, quicquid ex collato auro & argento superfuit, superfuit autem non parum, id totum in crateras, cantharos, pocula, & alia vasa insumptum est: insuperq; quotidianis sacrificijs altare adolebatur. atque hæc tantisper dum Ioadus vixit diligenter accurata fuerunt. illo autem post annum ætatis centesimum & trigesimum defuncto, & ob probitatem ac iustitiam insignem, tum quod Dauidici generis seruator fuisset, in Regum monumenta illato, Rex Ioas à pristina religionis cura facilè descisuit: moxq; & primates populi ad eundem modum deprauati sunt, vt nihil apud eos potius haberetur quàm contemptus iuris ac iustitiæ. Deus verò indignatus propter hanc Regis & caterorum mutationem misit Prophetas qui contestarentur eos, & à præsenti malitia compescerent. illi verò tam insano affectu eam complectebantur, vt neque exemplis maiorum, qui propter contemptum legum cum totis familijs perierant, neque Prophetarum comminationibus moti resipiscerent, & ad relicta honesta studia reuerterentur. Quin & Zachariam Pontificis Ioadi filium Rex in ipso templo saxis iussit obrui, oblitus patris eius beneficiorum, tantum quia Propheta diuinitus constitutus, pro concione populum & Regem adhortatus ad iustitiam, graues pœnas illis minatus est si moniti parere contemnerent. Moriens tamen Zacharias testem & iudicem Deum inuocauit, quòd pro bono consilio & patris sui beneficijs, à Ioa mortis amarum præmium sibi rependeretur. Nec diu debita Regi pœna dilata est. Azael enim Syrorum Rex impressione in regnum eius facta, & Gitta primum directa atq; euersa, mox ipsum Hierosolymis desidentem adortus est. Tum Ioas conterritus omnes thesauros Dei priorumq; Regum exhausit, & cum eis detracta templo donaria misit ad Syrum, tanti pacem redimens & securitatem, ne oppugnatus in extremum rerum suarum discrimen adduceretur, ille tam ingenti pecunia corruptus, vim exercitus à regia vrbe abstinuit. Ioas tamen graui morbo im-

Ioasi, Ioado mortuo, impietas, eiusq; per Prophetam taxatio. 2. Paral. 28.

Zacharias lapidatur.

Templi spoliatio.

bo implicitus, amicis Zachariæ pœnas dedit, qui ne filius Pontificis maneret inultus, per insidias eum sustulerunt. Sepultusq; est Hierosolymis, nec tamen propter impietatem dignus habitus qui Regiis monumentis inferretur, cum vixisset annos quadraginta & septem.

An. mũdi 3105. Ante Christum natum 859. Ioasi sublatio.

CAP. IX.

Amasias Rex Hierosolymitanus exercitu contra Idumæos & Amalecitas ducto victor euadit.

IN Regnum successit ei filius Amasias. Anno autem Ioasi vigesimo primo, apud Israelitas & Samariã Ieo successit filius Ioazas, in quo principatu exegit annos XVII. *patri nequaquam similis, sed magis primis eius regni Regib. impijs, qui palã omnem contemptum cælestis numinis præ se tulerunt. Huius copias Rex Syriæ tantopere attriuit, vt ex numeroso exercitu non plus quàm decem millia peditum, equites quingenti supererent: qua expeditione multas magnas vrbes illi ademit, & hostium non mediocres strages edidit. Hæc autem Israelitis acciderunt secundum Elisæi vaticinium, quo tempore Azaeli etiam prædixit, quòd necato Domino Damasci ac Syriæ regnum esset occupaturus. In hac temporum difficultate Ioazas ad preces & supplicationes confugit, orans Deũ, vt se è manibus Azaelis liberet, nec ab eo subigi patiatur. Deus autem, qui non solũ perpetuam innocentiam, verumetiam resipiscentiam fauore complectitur, & cum perdere possit, si velit, castigare mauult, exoratus eripuit eum è belli periculis: & regio pacem nacta ad pristinum felicitatis statum breui rediit. Post obitum Ioazæ Ioas filius regno Israelitarum apud Samariã potitur, trigesimo septimo anno regni Ioæ, regnantis in tribu Iudæ: nam & iste eodem quo Hierosolymitanus nomine vocabatur: tenuitq; regnum annis* XVI. *Hic optimus vir erat, nihil paterni ingenij referens: & cum Elisæus iam admodum senex in morbum incidisset, visendi causa eum adijt: quem animaduertens extremum spiritum ducere, flere cæpit & lamentari, patrem & clypeum appellitans: quòd eo viuo armis cõtra hostem opus non fuerit, sed ipsius prædictionum beneficio semper inuicti euaserint. Nunc illum è vita discedere, se verò exarmatos Syris & alijs hostibus obijci, quamobrem adempto tali præsidio, sibi quoque optabilius vnà cum illo hanc vitam relinquere. His querimonijs motus Elisæus, Regem consolatus afferri arcum postulat, eumq; Regem iubet intendere: deinde iniecta in eum manu iubet iaculari. & cum emissis tribus telis destitisset, si, inquit, plura misisses, poteras totum Syrorum regnum exscindere. nunc quia tribus solis contentus fuisti, totidem prælijs vinces Syros, & regionem, quam tuo patri ademerunt, recipies. His auditis Rex abijt, & Propheta paulo post defunctus est, vir inclytæ iustitiæ, & citra controuersiam Deo longè carissimus. multa enim & miranda diuinæ mentis argumenta exhibuit, quorum memoria apud Hebræos durat clarissima. sepulchro etiam honoratus est magnifico, quale decuit hominem numini diuino acceptissimum. Contigit autem aliquando, vt latrones occisi à se viatoris cadauer in monumentum eius abderent, quod mox reuixit à contactu Prophetæ corporis. Atque hæc fuerũt & viui & defuncti vatis opera. Azaele autem Rege extincto, ad Adadum filium Syriæ regnum hereditario iure peruenit. Huic Ioas Israelitarum Rex tribus prælijs victo omnem eam regionem abstulit, quæ vrbes ac vicos de patre ipsius captos complexa est: quod & ipsum*

4. Regum 14. Amasias Rex Hierosolymitanus.

Vires regni Israelitici fractæ, & huius restauratæ.

An. mũdi 3089. Ante Christum natum 875.

Ioas Israelitarum & Samariæ Rex, An. mũdi 3103. Ante Christum natum 861.

Ioæ Elisæus à se Syros ter vincendos prædicit.

Elisæi mors, & cadaueris in ipsius monumentum coniecti resuscitatio.

Triplex Ioæ victoria.

An.mũdi 3106. Ante Christum natum 858.

Eliſæus iam ante prædixerat.poſtquam verò etiam Ioas fato functus eſt,Hieroboam eius filius excepit imperium.

CAP. X.

Amaſiæ victoria de Iſraelitis & Ioa Rege eorum reportata.

Hedio & Ruffinus cap.9. Amaſias Hieroſolymorum Rex. 4.Regum 14.

SECVNDO autem anno Ioa Regis Iſraelitarum,regnum accepit Amaſias Hieroſolymis & in tribu Iuda,matre natus vrbis Regia ciue,appellata Iudan.mirum autem in modum iuſtitiam colebat,tametſi ætate adhuc iuuenis. Regni adminiſtrationem exorſus à necis paternæ vindicta,qui amicorũ inſidiis ſublatus fuerat.eosq; omnes in poteſtatem redactos affecit ſupplicio,parcens tamen ipſorum

Deut.24.

liberis,iuxta leges à Moſe præſcriptas:qui iniquum cenſuit pro parentũ culpis à liberis eorũ pœnas repoſcere.Poſt hæc delectu habito in tribu Iuda & Beniamitica,conſcripto flore iuuentutis,vtpote ætatis annorũ plus minus viginti,centuriones his copijs idoneos attribuit.deinde miſit ad Iſraelitarum Regem,qui viginti ſcutatorum millia conducerent ſtipendio talentorum argenti centũ annumerato.decreuerat enim contra Amalecitarũ & Idumæorũ,atq; Gabilitarum gentes exercitũ ducere.iamq; propediem moturus erat in eos,cum interueniens Propheta dimittere Iſraelitas conſuluit.eſſe enim hoc hominum genus impium,

Dimiſſio Iſraelitarũ. 2.Paralip. 25.

& cladem certã imminere oraculo ſe monitũ,ſi talibus Rex vtatur auxilijs.alioqui,Deo fauente,vel modica manu deuinci poſſe hoſtiles exercitus. Rege autem agrè ferente,quia iam publicè ſtipendiũ Iſraelitis numerauerat,hortatus eſt Propheta,vt Dei voluntatem ſequeretur,quo propitio non defore pecuniam.illos itaq; dimiſit,præfatus ſe donare illis quicquid mercedis nomine accepiſſent,& cũ domeſticis tantum copijs contra prædictas gentes profectus eſt. Quibus vno prælio victis,interfecit decem millia,& totidem millia captiuorũ abducta in magnã

Amaſiæ de Idumæis victoria.

petram quæ imminet Arabiæ,eo loco per rupes præcipitata necauit: atque ita victor cum opima præda domum rediit. Interea viginti illa Iſraelitarũ mercenariorum millia,ignominioſam rati ſuã miſſionem,ac ſi pro inutili damnata eſſet eorum opera,impetum in eius regnũ faciunt: & progreſſi vſq; Bethſemera, regionem populati ſunt,abacto magno iumentorũ numero,cæſisq; tribus colonorum millibus.Amaſias verò poſt victoriam factus inſolens,autorem eius Deum

Amaſias à Propheta propter Idololatriã reprehenditur.

cœpit habere contemptui,& pro eo venerari aſportata de Amalecitis numina. Quamobrẽ à Propheta conuentus eſt mirari ſe dicente,ſi hos Deos crederet,qui cultoribus ſuis nihil opis afferre valuerint,nec eos ab Hebræorũ vi tutos præſtiterint,ſed tanquam ad ſe nõ pertinentes cædi & captiuos trahi paſſi ſint.quin & ipſos belli iure abductos inter reliquã captiuorum turbã Hieroſolyma peruenisſe. Rex his verbis ad irã percitus iuſſit illum hac de re eſſe quietũ, minatus ſupplicium ſi negocijs alienis miſcere ſe pergeret.tum ille,ſe quidem quieturũ dixit,

Amaſiæ Hieroſolymorũ Regis in Ioam Iſraelitarum Regem expeditio.

Deum tamen vltorem huiuſmodi nouitatibus non defore.Nec multò poſt Amaſias felicitatẽ ſuã,cuius tamen autorem Deũ non agnoſcebat,non capiens,ſed faſtu inflatus,ſcripſit Ioæ Regi Iſraelitarũ,vt ipſius imperata faciat cũ ſuo populo, ſicut antehac idem populus maioribus eius Dauidi & Solomoni paruit: quòd ſi nolit vltrò facere officiũ,bello eſſe decernendũ de imperij iuribus. Ad hoc Ioas in hæc verba reſcripſit.Rex Ioas Regi Amaſiæ.Olim in eodem monte Libano cupreſſus erat & carduus. hic à cupreſſo filiam petiit filio ſuo dari coniugem. Interim

beſtia

bestia quædam superueniens cõculcauit carduum. Hoc exemplum te moneat, ne maiora quàm par est appetas, néve propter recentem de Amalecitis victoriam elatus, & te & regnum tuum incertæ committas aleæ. His lectis Amasias magis etiam ad bellum concitatus est, Deo, sicut fas est credere, instigante, vt tandem meritas impietatis pœnas exsolueret. Vbi verò in conspectum hostium venit, instructa vtrinque acie, tantus repente pauor ac consternatio diuinitus milites eius inuasit, vt priusquam manus conserrerentur iam terga verterent: & alijs aliò diffugientibus, desertus à suis Amasias in hostis potestatem veniret: qui mortem illi minatus est, nisi efficeret, vt Hierosolymitæ apertis portis se cum victore exercitu admitterent. ea necessitate & vitæ amore adactus, persuasit ciuibus vt hostem reciperent. At ille dirutis ad trecentorum cubitorum spacium mœnibus, curru per id interstitium triumphabundus inuectus est, captiuum præ se agens Amasiam: & hoc modo factus vrbis dominus, Dei thesauros abstulit, & quicquid auri vel argenti in Regia repertum est, totum asportauit: ac tum demum dimisso Rege reuersus est Samariam. Hæc Hierosolymitis contigerũt anno regni Amasiæ decimoquarto. Appetitus tandem amicorum insidijs fugit in vrbem Lacheis: nec tamen euasit, illuc quoque insecutis insidiatoribus, à quibus interfectus est. Corpus Hierosolyma relatum, & regia munificentia funeratum est. Tam miserum autem exitum habuit propter nouatas religiones & pietatis contemptum, post exactum annum vitæ quinquagesimũ, regni verò vicesimum nonum, Ozia filio regni successore.

An. mũdi 3120. Ante Christum natum 844.

Amasias ab Israelitarũ Rege captus: Hierosolyma diruta & templum spoliatum.

Amasiæ cædes.

CAP. XI.

Quomodo Ozias vicinas gentes subegerit.

DECIMO QVINTO autem anno regni Amasiæ, Hieroboamus Ioæ filius apud Israelitas regno potitus est, quod per annos quadraginta obtinuit in eadem, qua maiores eius, Samariæ regia. Hic Rex cum esset vehementer impius, totusq; idolis deditus, nihil sibi non permittens, Israelitis etiam innumeras calamitates attulit. Ei Propheta Jonas prædixit, quòd deuictis Syris ditionem suam esset ampliaturus, prolatis eius terminis ad septentriones vsque Amathem vrbem, ad meridiem verò vsque asphaltitem lacum. his enim olim terminis Chananæa terra finiebatur, iuxta Jesu imperatoris definitionem. quo oraculo excitatus Hieroboamus, totos eos tractus ademptos Syris ad suum regnum addidit, nihil fallente Jonæ vaticinio. Sed quoniam pollicitus sum me bona fide res Hebræorum proditurum, non dissimulabo quid de hoc Prophetæ in sacris codicibus inuenerim. Jussus enim à Deo proficisci in regnum Nini, & illic prædicare, quòd imperium illud periturum esset, non ausus est hoc facere: sed putans se posse Deum effugere, conscenso apud Iopen nauigio petebat Tarsum Ciliciæ: exorta autem vehementi tempestate, ita, vt periculum esset, ne nauis mergeretur, gubernator & nautæ, atque ipse etiam nauclerus vota pro incolumitate faciebant: Jonas verò solus operto capite iacebat, nihil quemadmodum alij faciens. cumq; turbantibus procellis fluctus magis ac magis crescerent, suspicati aliquem è victoribus esse in causa, decreuerunt sortito quærere quisnam ille sit. quo facto, sors Prophetæ obtigit. percontantibus quis nam esset, vel quid haberet negotij, ait se Hebræum esse, & Prophetam Dei maximi, consuluitq; vt ipsum in mare iacerent, si vellent præsens periculum euadere: se enim esse pro-

Hedio & Ruffinus Cap. 11. 4. Regum 14. Ampliatio regni Israelitici.

Ionæ 1. Ionas à Deo in Nini regnum proficiscens iussus nauigium conscendit, & in mare præcipitatur.

An. mũdi 3130. Ante Christum natum 834.

pter quem tempestas sæuiat. At illi primum quidem non audebant hoc facere, impiũ facinus ducentes, hominem hospitem, qui vitã sua fidei concredidisset, in tam manifestum exitium mittere. tandem, vrgente periculo & nauim tantum



non mergente, partim Prophetæ autoritate, partim suopte metu cõpulsi, in mare eum proiciunt. Et tempestas quidem sedata est, Ionam autem fertur à Cete deuoratum post triduum in Euxinum pontum reuomitum, viuum & toto corpore illæsum. vbi impetrata à Deo erratorum venia, ad Nini vrbem profectus est. & cum in loco vnde exaudiri poterat cõstitisset, prædicauit quòd paulo post amissuri essent imperium Asiæ: & cum hoc dicto abijt. Hæc de eo sic retulimus, vt inuenimus in commentarijs. Hieroboamus autem, exactis feliciter in suo principatu XL. *annis, mortuus apud Samariam sepelitur, Zacharia filio successore. Ozias item successit Amasiæ anno regni Hieroboami decimo quarto, & apud Hierosolyma duabus tribubus præfuit, natus matre Achia, ciue & ipsa Hierosolymitana. Hic erat natura bonus ac iustus, & magnanimus, prouidendisq; rebus solers & industrius. is, suscepta expeditione in Palæstinos, prælio victor vrbes eorum vi cepit, Gittam & Jamniam, & earum mœnia diruit. alia deinde expeditione duxit in Arabas Ægypto vicinos: & condita vrbe ad mare rubrũ, præsidium in ea posuit. post hæc Ammanitis subactis, tributoq; genti præfinito, & omnibus locis vsque ad Ægypti terminos in potestatem suam redactis, in posterum ad curam vrbis se contulit. quicquid enim mœnium vel vetustate labefactum erat, vel superiorum regum incuria, totum instaurauit: atque eam etiam partem, quam Israelitarum* Rex, *Amasia patre huius capto, diruerat, quando vrbem victor ingressus est. his addidit non paucas turres centum quinquaginta cubitorum altitudinis: & arces aliquot in locis minus frequentatis ad tutelam disposuit: aquæductus quoq; non paucos exstruxit. habuit etiam iumentorum aliarumq; pecudum infinitam penè multitudinem, quòd regio esset apta pascuis. cumq; admodũ esset agriculturæ studiosus, terram varijs arborum caterarumq; plantarum generibus excoluit. habuit præterea selectorum militum trecenta*

septuaginta

Ionas à Cete deuoratus ac reuomitus Niniuitis prædicat. Ionæ 2. & 3.

4. Regum 14. 15. Ieroboami mors.

Ozias Rex Iudæ.

An. mũdi 3136. Ante Christum natum 828.

Oziæ expeditio, & vrbis per eundem restauratio. 2. Paral. 26.

An. mũdi 3150. Ante Christum natum 814.

Oziæ diuitiæ & exercitus.

ſeptuaginta millia, quibus praerant centuriones ac tribuni viri generoſi & in- An. mũdi 3150. Ante Chriſtum natum 814.
uicto robore praditi ad duo millia numero: edocuitq́ exercitum phalangis ordinem ſtruere in acie, & arma ſingulis diſtribuit, gladios, clypeos, & thoraces areos, arcus etiam & fundas. praterea machinas fecit multas ad expugnanda oppida, quibus vel ſaxa vel tela emitteret, harpagones quoq́ & alia inſtrumenta his ſimilia. Dumq́ in his ſtudijs & paratibus verſatur, corruptus eſt arrogantia, & inflatus mortali potentia, immortalem illam ac ſempiternam cœpit non magni facere, nec religionis nec pietatis admodum obſeruãs, ita vt ad paternam impietatem videretur procliuior, ad quam & ille prolapſus fuerat, quòd fortunæ fauorem, & perpetuos ſucceſſus in rebus maximis moderatè ferre neſciret. Ozias vocationem ſuam tranſgreſſus, punitur lepra, ob quam vrbe cedere cogitur.
Et cum veniſſet ſolennis feſti celebritas, ſumpto ſacerdotali habitu, ingreſſus templum ad aureum altare Deo ſuffitum facturus aſtitit. Accurrit eò mox Azarias Pontifex octuaginta ſacerdotũ globo ſtipatus, & Regem cõpeſcuit, vociferans ac negans hoc illi fas eſſe, ſed ſolis ſacerdotibus datum ſuffire, qui ſint ex Aaronis genere. iubebatq́ vt exiret, & Deum talibus factis prouocare ad iram deſineret. Tum Rex commotus mortem illis, ni quieſcerent, minatus eſt: & ecce ibi terra vehementer concutitur, fiſſoq́ ſupernè templo radius ſolis os Regis improbum ferit, quod eueſtigio lepra contactũ eſt. acceſſit huic & aliud prodigium, quòd eodem terræ motu ante vrbem in loco, qui dicitur Eroge, dimidium montis ad occidentem vergentis reuulſum, & per quatuor ſtadia volutum, obiectu demum orientalis montis conſtitit, obſtructa via publica, & oppreſſis ruina hortis regijs. Sacerdotes verò poſtquam in facie Regis lepram animaduerterunt, diuinitus inflictam ei plagam indicauerunt, & vt tanquam pollutus & impuratus An. mũdi 3170. Ante Chriſtum natum 794.
vrbe cederet, admonuerunt. at ille pudore calamitatis iam modeſtior, paruit, ſuperbia cum impietate cõiuncta tam miſerabili pœna mulctatus. & cum aliquandiu priuatus extra vrbem vixiſſet, filio Iothamo Rempub. adminiſtrante, mœrore tandem confectus obijt anno ætatis ſexageſimo octauo, regni quinquageſimo ſecundo, ſepultusq́ eſt in ſuis hortis in monumento ſolitario. Iſraëlitarum autem Rex Zacharias Hieroboami filius vix ſexto regni menſe exacto ab vno è ſuis purpuratis per dolum occiditur. Seleſmus is fuit Jabeſi filius, qui occupata vacua Zachariæ cæde regia, trigeſima poſt die malè partum regnum malè perdidit. Cedes Zachariæ Regis, 4. Reg. 15.
Manaemus enim dux exercitus, qui per id tempus apud Tharſam vrbem erat, audito Zachariæ caſu, cum omnibus copijs properè venit Samariam, & prælio victum Seleſmum interfecit: dein autoritate propria ſumptis regni inſignibus, Thapſam cum exercitu victore profectus eſt. oppidani verò obſirmatis portis noluerũt Regem admittere, at ille vt in defectores ſæuiens totum circumquaq́ agrum vaſtauit, & poſtremò vrbẽ quoq́ vi cepit: & quod eſſet Thapſenſibus infenſus, omnes ferro cõfecit, ne tenera quidem ætati parcens, & nihil ſibi ad extremam crudelitatem reliquum faciens. quæ enim ne in barboros quidẽ deuictos perpetrare fas fuerit, ea in ſui generis homines ſibi permiſit. nec mitior fuit poſtea totò decennio quo Iſraëlitis præfuit. petitus deinde bello ab Aſſyriorum Rege Phullo, non auſus eſt cum eo in certamen deſcendere, ſed pactus M. *talentis argenti, maturè ſe ab ea vexatione redemit. hanc ſummam Manaëmo populus contulit, exactis* L. *drachmis in ſingula capita. Nec multò poſt mortuus, Samariæ ſepultus eſt, Phaceia regni harede relicto. is patri crudelitate perſimilis, duobus tantum annis regnauit. quibus exactis in conuiuio cum amicis trucida-*

Manaemus Iſraelitæ Rex. An. mũdi 3174. Ante Chriſtum natum 790.
Tapſenſium trucidatio.

Pax nummis redimitur.

An. mũdi 3185. Ante Christum natum 779. Phaceias. *tus est insidijs Phaceiæ tribuni, qui Romeliæ fuit filius. obtinuit autem hic Phaceias principatum annis* XX. *dubium impius magis an iniustus. Huius tempore Teglaphalassar Assyriorum Rex Israelitas aggressus, subacta Galaditica regione, & quicquid trans Iordanem colitur, vicinaq́ Galilæa, & Cydida & Asora, colonos abstractos in suum regnum traduxit, de quo hoc loco hactenus.*

Translatio Israelitarum.

An. mũdi 3187. Ante Christum natum 777. Pietas Iothami. *Porrò Iothamus Oziæ filius regnauit in tribu Iuda & Hierosolymorum regia, natus matre urbani generis nomine Ieraſa. Huic Regi nulla virtus defuit, erga Deum pio, iusto erga homines, & Reipublicæ studioso. quicquid enim instauratione opus habebat, diligenter sartiendum curauit. in templo vestibulum refecit & porticus: mœnium partem labantem restituit, & additis magnis ac firmis turribus, communiuit. Ammanitas etiam prælio deuictos tributa pendere coegit, annua talenta centum & tritici coros decies mille, & totidem hordei. In tantumq́ regnum auxit, vt tàm domi felix esset, quàm foris formidabilis. Hoc regnante propheta quidam extitit, Naumus nomine, qui de Assyriorum & Nini subuersione hac verba vaticinatus est. Ecce Niniue piscina aquarum fluctuans, ita & populus eius omnis turbatus & fluctuans fugiet. dicentq́, state, state, eripite aurum, eripite argentũ. & nemo volet. malent enim vitam seruare quàm facultates. occupabit enim eos graue dissidium, & lamentatio, & dissolutio membrorum, & facies eorum præ pauore fient luridæ. Vbi erit posthac domicilium leonum, & mater catulorum leoninorum? Dicit tibi Niniue dominus: delebo te, nec posthac amplius leones ex te egressi mundo imperitabunt. & alia multa de Niniue in hanc sententiam prophetauit, quæ nunc non est necesse repetere, alioquin molestus videri possem lectorem plus æquo onerans. Euenerunt autem omnia quæ de Niniue prædicta sunt, post annum* CXV. *Et de his quidem hactenus.*

Hedio & Ruffinus Cap. 12. Vaticinium de excidio Niniuæ. Nahum 2.

CAP. XII.

Rasè Damascenorum Rege Hierosolymitas bello vexante, Achazes eorum Rex coactus est Assyriorum Regem in Damascenos immittere.

Hedio & Ruffinus Cap. 13 An. mũdi 3204 Ante Christum natum 760. Achazæ impietas. *IOTHAMVS autem è viuis abijt ætatis anno* XLI. *cum regnasset annos sexdecim: quo in regijs conditorijs deposito, regnum ad Achazen eius filium hæreditario iure peruenit. qui erga Deum impijssimus omnium, & patriarum legum desertor, ad imitationem Israëliticorum Regum se contulit, aras Hierosolymis erigens, & in eis idolis sacrificans, quibus etiam proprium filium holocaustoma obtulit ritu Chananæorum, & his similia multa perpetrauit. Hunc ita insanientem duo simul Reges, Rasès Damascenorum & Phaceias Israelitarum, bello aggrediuntur (erant enim amici & socij) & compulsum Hierosolyma multum diuq́ frustrà oppugnauerunt, quòd vrbs esset munita egregiè. Interea Syriæ Rex ad mare rubrum Elam vrbem occupat, & necatis eius habitatoribus Syrorum coloniam eò deduxit. Multis item arcibus expugnatis, & magno Iudæorum numero interfecto, cum exercitu ex manubijs ditato domum reuersus est. Hierosolymitanus autem Rex postquam cognouit Syros abijsse domum, putans se Israelitarum Rege non inferiorem viribus, eduxit contra eum copias: & cum irato Deo commisisset prælium, propter tot impia facinora victus est. centum enim & viginti millia tunc ceciderunt de Israelitarum exercitu. In eodem prælio Zacharias supremus dux Israelitarum cum Amia filio Achazæ congressus,*

Filij oblatio.

Impietatis pœna. Esaiæ 7. 4. Reg. 16.

Strages exercitus Iudaici.

ſus, ſuperatum occidit, & pari modo Ericam prætorianorũ præfectum adeptus interemit, & Eſcanam tribus Judæ copiarum ducem viuum in poteſtatem ſuam redegit. magnum præterea captiuorum vtriuſq; ſexus numerum è Beniamitica tribu abegerunt, & opima præda ditati reuerſi ſunt Samariam. Obelas autem quidam, qui in ea vrbe per id tempus propheta erat, occurrens illis ante mœnia, magna voce hanc victoriam non ipſorum virtute partam aſſeuerabat, ſed quòd Deus Regi Achazæ iraſceretur. incuſabatq; eos quòd non contenti præſenti felicitate, auſi ſint homines ex tribu Iudæ ac Beniamitica conſanguineos ſuos captiuos abducere: & ſuadebat vt hos illæſos domum remitterent. quod ni faciant, Deum ab illis pœnas exacturum. poſt hanc admonitionem Iſraelitæ in concionem conuenientes, deliberabant quid facto opus eſſet. Exſurgens autem quidam magnæ inter ſuos autoritatis, Barachias nomine, cum alijs tribus, negabant ſe paſſuros, vt ciues ſui captiuos in vrbem introducerent, ne fortè omnes ex æquo diuina vltio perderet. ſatis eſſe præteritorum peccatorum, in quæ prophetæ clamitent, etiamſi nulla noua accedat impietas. His auditis milites permiſerunt illos, quicquid vellent, arbitratu ſuo agere. Tum prædicti viri aſſumptos captiuos exemerunt vinculis, & curatis eorum corporibus, adiutos viatico remiſerunt domum incolumes. nihilo minus quatuor hi deduxerunt eos vſq; Hierichuntem & vlterius, cumq; non longè abeſſent à Hieroſolymis, repetierunt Samariam.

An. mũdi 3204 AnteChriſtum natum 760.

4. Reg. 16. Iſraelitæ Obela ſuadente ex tribu Iudæ ac Beniamitica captiuos domum remittunt.

CAP. XIII.

Aſſyriorum Rex vi expugnata Damaſco, & occiſo Rege, populum traducit in Mediam, alijs gentibus Damaſcum in coloniam deductis.

ACHAZES autem Rex hac clade ab Iſraëlitis affectus, miſſa ad Aſſyriorum Regem Teglaphalaſſarem legatione, auxilium ab eo petijt contra Iſraëlitas & Damaſcenos atq; Syros, magnam pecuniam illi pollicens, in præſens etiam magnifica munera mittendo. Quam legationem poſtquam audiuit, ipſe in auxilium Achazæ profectus eſt, & vaſtata Syria, expugnataq; Damaſco, Raſem quoq; Regem occidit. Damaſcenos verò in ſuperiorem Mediam populariter traduxit: & pro illis quaſdam Aſſyriorum gentes in agrum Damaſcenum repoſuit. Iſraëlitarum deinde terram populatus, multos ex ea captiuos comprehendit. Poſt Syros in hunc modum tractatos, Rex Achazes ſublato quantum erat auri & argenti in regijs theſauris, atq; etiam in ipſo templo, & donarijs quotquot erant pulcherrima, hæc ſecum deferens venit Damaſcum, & ſicut antè pactus fuerat, omnia Regi Aſſyriorum tradidit, actisq; pro beneficio gratijs, reuerſus eſt Hieroſolyma. Erat autem hic Rex tam ſtultus & incogitans, vt quamuis hoſtiliter cum Syris diſſideret, illorum tamen deos colere non deſineret, ſed in eorum cæremonijs, tanquam victoriã inde ſibi pollicens, pietatem collocare pergeret. poſt cladem verò acceptam Aſſyriorum venerari cœpit numina, quibus potius adoraturus quàm verũ & à maioribus acceptum Deũ, cuius indignatione vt tum vinceretur factũ eſt. In tantum aũt religionis cõtemptum prolapſus eſt, vt ſpoliatum prius donarijs templum clauderet, ne illud ſolennibus ſacrificijs honorare liceret. poſt has inſanas impietates tandẽ moritur, cum vixiſſet annos triginta ſex, & ex his regnaſſet ſedecim, relicto harede Ezecia filio. Quo tẽpore etiam Phaceias Iſraelitarum regnum cum vita amiſit, caſus per inſidias cuiuſdam ex carioribus

An. mũdi 3207. AnteChriſtum natum 757. 4. Reg 16. 17. Iſraelitarum tranſlatio.

Achazes aurũ & argentum templi, Damaſcum Aſſyriorum Regi defert.

Achazes Syrorum deos, templo Hieroſolymorũ clauſo, colit.

Achazæ mors.

An. mũdi 3215. Ante Christum natum 749.

carioribus sibi aulicis, cui nomen Oseas. qui cum regnum scelere quæsitum per annos IX. obtineret, vir fuit pessimus, nihil pietatis Deo deferens. In hunc duxit exercitũ Assyriorum Rex Salmanasarus, & quia Deum non habebat propitiũ, destitutũ eius auxilio facilè subiugauit, & prasinita tributa coegit pendere. Quarto autem anno regni huius Osea Ezecias Hierosolymis regnũ adeptus est, Achaza ex Abia Hierosolymitana muliere filius. is erat ingenio bono & iusto ac pio praditus. nam statim ab inito principatu nullam magis necessariam vel vtilem tàm sibi quàm subditis curã existimauit, quàm religionis ac diuini cultus. quamobrem aduocata populi & sacerdotum Leuitarumq; concione, sic fertur ad eos verba fecisse. Ne ipsi quidẽ ignoratis quòd propter peccata patris mei, & nõ redditos Deo debitos honores, in multas & magnas calamitates incidistis, quia per extremam dementiam passi estis vobis persuaderi, vt eos, quos ille Deos putabat, coleretis. Ergo quandoquidem vestro malo didicistis, quam pernicios res sit impietas, hortor, vt illa obliuioni tradita, purificetis vos à prateritis pollutionibus vnà cum sacerdotibus & Leuitis, ac tum demum conuenientes aperiatis templum, & lustratum prius expiatumq; sacrificijs legitimis in pristinum honorem & reuerentiam restituatis. hoc enim pacto placatum Deum & propitium habebimus. His Regis monitis accensi sacerdotes templum aperiunt, & eiectis inde inquinamentis, adornatisq; sacris vasis, victimas patrio ritu in altare inferunt. Rex verò dimissis per totam ditionem suam nuncijs, populum Hierosolyma ad Azymorum celebritatem conuocat multo iam tempore intermissam propter impiam superiorum Regum incuriam. Quin & Israëlitas per nuncios hortatus est, vt, relictis consuetis superstitionibus, ad priscam illam pietatem & veri Dei cultum redirent. Se enim illis permissurum, vt Hierosolyma venientes azymorum festum vnà cum suis ciuibus celebrent. Hac autem se suadere non vt suum negotium ageret, sed ipsorum vtilitatis gratia, quos beatos fore si huic consilio paruerint. Israëlita verò audito quid legati à suo Rege afferrent, adeò mentẽ non adhibuerũt, vt eos ludibrio habuerint, & prophetas quoq; eodem cohortantes, & pramonẽtes quanta calamitates instarent ni maturè ad pietatem redirent, respuerint: quos postremò comprehensos necauerũt. nec his facinoribus contenti ad peiora etiam sunt prolapsi, ita vt non prius desisterent, quàm ob extremam impietatẽ Deus vltor in potestatem hostium eos tradidit, sicut suo loco dicetur. Multi tamen è Manassitica tribu & Zabulonis atq; Issascharis prophetarum monitis parentes ad pietatem sunt cõuersi: atq; hi omnes Hierosolyma ad Ezeciam confluxerunt, vt Deum adorarent. Postquam aũt ea multitudo conuenit, Rex, ascenso tẽplo, vnà cum principibus & populo, immolauit pro se tauros septem, & totidem arietes, paremq; hircorũ numerum. & cum primùm manus in capita victimarum imposuissent, tàm Rex quàm principes, sacerdotibus mactandas reliquerunt. illi verò iugulabant, & solidas concremabant, Leuitarum corona circumstante cum instrumentis Musicis, & diuinos hymnos canente, quemadmodum olim Dauid eos psallere docuerat. reliqui verò sacerdotes accinebant buccinis. Interea populus & multitudo humi in faciem prostrati Deum adorabant. post hac sacrificauit boues septuaginta, arietes C. agnos CC. populo verò ad epulũ largitus est boues DC. & reliqui pecoris tria millia. Cumq; omnia ritè sacerdotes perfecissent, Rex latus epulabatur cũ populo, agẽtes Deo gratias. Instante verò azymorum festo, paschale sacrum facientes, alias deinceps victimas

Ezechiæ Regis Iudæ pietas.

4. Reg 17.

Hedio & Ruffinus Cap. 14.

Oseæ impietas & pœna.

Ezechiæ legati ad Israelitas Azymorum festi celebrandi causa missi occiduntur.

2. Par. 29. 30.

Verbum Dei nunquam sine omni fructu.

Victimæ Ezechiæ.

mas mactabant per continuos dies ſeptem. populo etiam prater eum numerum quem ipſi mactauerunt, taurorum duo millia, pecorum ſeptem millia Rex de ſuo largitus eſt. hanc liberalitatem imitati principes mille tauros eis dederunt, & pecora mille quadringenta. nec vllum feſtum tàm magnificè eſt celebratum à Solomonis temporibus in eum vſq; diem. peracto feſto vrbem egreſſi totam regionem luſtrauerunt, ipſa quoq; Hieroſolyma ab omni idolorum ſpurcicie munda reddiderunt. Quotidiana deinde ſacra iuxta legem Rex de ſuo fieri mandauit, & ſacerdotibus ac Leuitis à populo decimas reddi cum primitijs fructuum, vt poſſent eſſe circa diuinum cultum aſſidui. Quo factum eſt vt populus omne genus fructuum conferret Leuitis & ſacerdotibus: Rex verò horum apothecas & promptuaria condidit, vnde ſingulis partes diſtribuerentur cum vxoribus & liberis. atq; in hunc modum priſtinus cultus reſtitutus eſt. His ita conſtitutis Rex Palaſtinis bellum intulit, & parta victoria omnes eorũ vrbes à Gitta vſq; Gazam ſua ditioni adiecit. Interea Rex Aſſyriorum per oratorem ei denunciat, omnem eius regionem ſe ſubiugaturum, niſi tributa, qua prius pater ipſius, penderet. Ezecias verò minas eius non magni fecit, fretus Deo ſuaq; pietate, ac propheta Eſaia, per quem futura cognoſcebat. & hactenus de hoc Rege.

An. mũdi 3218. Ante Chriſtum natum 746.

Reformatio cultus Dei.

An. mũdi 3224. Ante Chriſtum natum 740.

Palæſtinos Ezecias vincit.

Ezecias ab Aſſyriorum Rege deficit.

CAP. XIIII.

Salmanaſſar capto Iſraelitarum Rege, & decem tribubus tranſlatis in Mediam, Cuthæos in eorum regionem migrare iubet.



ASSYRIORVM autem Rex Salmanaſſar comperto quòd Iſraëlitarum Rex miſiſſet clàm legationem ad Soam Ægyptiorum Regem, inuitans eum ad ſocietatem contra ipſum ineundam, iratus duxit exercitum contra Samariam, anno Oſea regni ſeptimo, & non receptus ab eo, poſt tertium obſidionis annum vrbem vi cepit, anno eiuſdem Regis nono, Ezecia verò Hieroſolymorum Regis anno ſeptimo: extinctoq; funditus Iſraelitarum imperio, populum traduxit in Mediam & Perſidem, cum quo etiam Oſeas Rex vinus captus eſt. Deinde migrare iuſſa quadam Perſica gente ex eo tractu qui ab amne Chutho denomi-

Hedio & Ruffinus Cap. 15. 4. Reg. 17. Iſraelitæ poſſeſſionibus ſuis electi alio, traducuntur, regno Chuthæis dato.

An. mũdi 3224. Ante Christum natum 740.

natur, sedes ei designauit in agro Samaria, cateraq; Israelitarũ regione. Migrauerunt igitur decem tribus Israelitarũ ex suis sedibus post annos DCCCCXLVII. ex quo maiores eorum Ægyptum egressi armis ea loca sua ditionis fecerunt: post principatum Iesu annis octingentis. post defectionem verò à Roboamo Dauidis nepote ad Hieroboamum, de qua suprà diximus annis CCXL. mensibus septem, diebus septem. atq; hic fuit finis Israelitarum, qui neq; legi subditi esse voluerunt, neq; prophetas audire, pranunciantes adesse pro foribus hanc calamitatem, ni ab impietate desisterent. omnium autem horum malorum initium fuit illa seditio, per quam à Roboamo defecerunt, seruo ipsius in locum eius Rege constituto: qui contemptis diuinis legibus, & populo per suum exemplum ad eandem iniquitatem pertracto indignationem cœlestis numinis eis conciliauit, & ipse quoq; meritas pœnas non effugit. Porrò Assyriorum Rex cum armis totam Syriam & Phœnicen peragrauit, & nomen eius in Tyriorum annalibus scriptum inuenitur. bellauit enim contra Tyrum regnante ibi Elulæo, atteſtante etiam Menandro, qui in suis chronicis, ex Tyriorum annalibus in Græcam linguam translatis sic scribit. Is deinde qui Elulæus nominabatur, regnauit annos triginta sex. hic deficientes Cittæos cum classe eò profectus sub imperium suum retraxit. contra quos misso exercitu Assyriorum Rex Phœnicen totam inuasit: facta deinde pace, cum copijs domum reuersus est. paulo post Sidon, Arce, Palætyrus cum multis alijs oppidis à Tyrijs ad Assyriorum Regem defecerunt: & cum soli Tyrij facere eius imperata detrectarent, reuersus est contra eos cum sexaginta nauibus, quas Phœnices instruxerunt, impositis etiam octingentis remigibus. Quibus occurrentes Tyrij cum duodecim nauibus, disiecta hostili classe, quingentos ex ea captiuos abduxerunt, quo facinore non mediocrem rei naualis gloriam sibi comparauerunt. Reuertens autem Rex Assyrius, custodes ad fluuium & aquæ ductus disposuit, qui aquari Tyrios prohiberent: quod cum per cõtinuos quinq; annos fieret, coacti sunt effossis puteis inde se sustentare. Hæc sunt quæ in Tyriorum annalib. de Salmanassare Assyrio scripta inueniuntur. Caterùm noui Samariæ coloni Chuthæi, sic enim tum appellabantur, quòd à Persidis regione Chutha & flumine Chutho essent traducti, cum quinq; gentium essent, totidem deos patrios secum attulerunt, quos ritu suo colentes Deum maximum ad indignationem irritauerunt. Exorta est enim saua pestilentia, à qua cum popularentur. nullam inuenientes opem oraculo admoniti sunt, vt Deum maximum colerent: nam hoc illis præsentem salutem allaturum esse. missis igitur ad Regem Assyrium legatis petierunt, vt sacerdotes aliquot è captiuis Israëlitis ad eos remitteret. quo facto legem & Dei colendi rationem ab eis edocti, diligenter eum cœperunt colere: moxq; cessauit pestilentia: permanentq; nunc quoq; in ea religione, Chuthæi vocati Hebræis, Græcis verò Samaritæ. qui pro præsenti semper conditione temporum mutabiles, quoties feliciter degere Iudæos viderint, cognatos se eorum appellant, vtpote à Iosepho oriundos, & hac ratione sanguine illis coniunctos, quando verò in rebus aduersis eos aspiciunt, nihil ad se pertinere aiunt, nec illis quicquam deberi beneuolentiæ, cum ipsi ex longè remotis gentibus ad ea loca venerint, de quo aliàs dicetur opportunius.

Tyriorum annales & Menander de bello Salmanasaris contra Tyrios.

Indignatio Dei in Idololatras Chuthæos.

Chuthæi cultum Dei amplexi, Iudæorum amicos, rebus tãtum secundis se profitentur.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVS.

An. mũdi 3211. Ante Christ. natum 733.

SVMMA CAPITVM LIBRI X. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Senacheribi Aſsyriorum Regis expeditio Hieroſolymitana & Ezechiæ Regis oppugnatio.
II. Aſsyriorum exercitus vna nocte per peſtem abſumptio, & Regis eorum domum reuerſi, à filijs inſidiosè perpetrata cædes.
III. Ezeciæ poſt liberationem ab infeſtatione Aſsyriorum ſtatus felix atq; quietus, eiusq;, relicto Manaſſe filio ſucceſſore, ex hac vita deceſſio.
IIII. Manaſſæ à Chaldæorum ac Babyloniorum Rege victi captiuitas, eiuſdemq; poſt aliquantum temporis in regnum reductio.
V. De Ioſia Rege hiſtoria.
VI. Ioſiæ in prælio occaſus, dum Nechaum Regem Aegypti, contra Babylonios per Iudæam exercitum ducere volentem, arcere regione conaretur.
VII. Ioachimi in Nabuchodonoſori Syriam inuadentis, amicitiam & ſocietatem pertractio.
VIII. Ioachimi Aegyptiorum rebus ſtudentis cædes, eiusq; filij in regno ſucceſſio.
IX. Ioachimi, Babylonio ſententiam mutante, obſeſſio, & ſponte ſe dedentis in captiuitatem abductio.
X. Sedecias Hieroſolymorum Rex à Babylonio conſtitutus.
XI. Iudæorum, Hieroſolymis à Nabuchodonoſoro captis, in Babyloniam traductio.
XII. Succeſſores Nabuchodonoſori: Babylonici imperij ad Perſas per Cyrum tranſlatio: ſtatus Iudæorum in Babylonia.

CAP. I.

Senacheribi Aſsyriorum Regis expeditio Hieroſolymitana, & Ezeciæ Regis oppugnatio.

EZECIÆ duarum tribuum Regis anno quarto decimo Senacheribus Aſsyriorum Rex cum inſtructiſsimo exercitu eum aggreſſus eſt, omnesq; vrbes vi cepit quotquot ſunt in Iudæa tribu & Beniamitica. Iamq; ducturus erat Hieroſolyma, cum ad illum venit legatio, imperata facturum & tributa ſoluturum promittens. Senacheribus verò, auditis legatis, decreuit, omiſſo bello, poſtulata Regis admittere, & pollicitus eſt ſi argenti talenta trecenta, auri triginta accepiſſet, pacatum ſe abiturum, iureiurando interpoſito quòd ab omni iniuria temperaturus eſſet. His perſuaſus Ezecias exhauſtis theſauris mittit eam pecuniam, ratus, hoſte remoto, poſthac ſine periculo ſe regnaturum. Accepit Aſsyrius pecuniam, ſed pacta non præſtitit: nam profectus ipſe cum copijs contra Ægyptios & Æthiopes, Rapſacem ducem cum duobus alijs ad continuandum Hieroſolymitanum bellum reliquit. collegarum nomina erant Tharata & Anacharis. vt verò, admoto mœnibus exercitu, caſtra metati ſunt, per nuncium poſtulauerunt, vt Ezecias ad ſe prodiret in colloquium. ille, quòd ſibi metueret, prodire nolens, tres intimos amicos miſit: Eliacimum procuratorem, & Somnæum & Ioachum à commentarijs. hi cum prodijſſent, ante duces conſtiterunt, quos intuitus Rapſaces iuſsit Regi ſuo referre hac: quòd magnus Rex Senacheribus ſcire vult, quo fretus dominum ſuum refugiat, & obedire nolens,

4 Reg. 18.

Iudeæ clades.

Senacheribi iuramentum & eius violatio.

Rapſaces conuocato Ezeciæ in colloquiũ, deditionem ſuadet.

An. mũdi 3231. Ante Christum natum 733.

lens exercitum in vrbem non recipiat. an fortè Ægyptijs, sperans ab illis posse exercitum regium deleri. id quidem si speret, dubio procul eum desipere, & similem esse homini qui fragili arundini innititur, quæ non solum non sustinetur, sed lapsus etiam manum transfigit. Scire autem eum oportere, quòd non sine Dei voluntate facta sit hæc expeditio, qui sicut ante de Israëlitis victoriam dedit, ita nunc quoq; Ezeciam cum suis subditis Assyriorum armis velit succumbere. Hæc Rapsace Hebraice dicente, cuius lingua peritus erat, Eliacimus timens ne multitudo his auditis pauore consternaretur, rogauit eum vt loqueretur Syriacè. Ille satis intelligens quid alter metueret, maiore etiã voce Hebraicè respondit: debere eos audire mandata Regis, &, quod in rem ipsorum sit, deditionẽ facere. Satis, inquit, scio quòd vos & vester Rex populum vana spe seducentes, vt resistat suadetis. quod si quid audetis, & putatis vos posse exercitum nostrum à mœnibus repellere, promptus sum vos duobus equorum millibus instruere: vos datis totidem sessoribus vires vestras ostendite. sed non potestis dare quos non habetis. Quid igitur cunctamini, dedere vos validioribus, qui vos possunt vel inuitos vi capere? maximè cum spontanea deditio tuta sit: contrà cum fit à coactis, periculo calamitatis non careat. Hæc cum audissent ex duce tàm legati quàm populus, ad Regem etiam perlata sunt. Ille perculsus habitum regalem exuit, & saccum indutus humili specie, vt mos est patrius, in faciem procidens Deo supplicat, vt cum nulla alia spes adsit, opem & salutem afferat. Missis etiam ad Esaiam prophetam amicis aliquot & sacerdotibus, rogauit vt pro communi salute precibus Deum solicitet ac sacrificijs, vt frangens nimias spes hostium, misereatur sui populi. Paruit Propheta, & monitus oraculo iussit Regem atq; amicos bono esse animo, prædicens hostem sine prælio victum discessurũ cum ignominia, & positurum feroces animos. Deum enim ei moliri perniciem. Ipsum quoq; Senacheribum non succedente expeditione Ægyptiaca domum reuersum, ferro esse interiturum. Fortè autem acciderat, vt eodem tempore venirent ab eo literæ ad Ezeciam, in quibus stultum eum dicebat, quòd putaret se posse seruitutem effugere eius quitam multas gentes perdomuerit: minabaturq; internecionẽ omnibus, nisi spontè, patefactis portis, exercitum intra Hierosolyma reciperent. Has lectas contempsit propter fiduciã quam in Deo collocauerat, & epistolam complicatam in templo reposuit. Iteratis deinde supplicationibus quibus vrbis salus Deo commendata est, Esaias exoratum esse retulit, nec esse ea tempestate oppugnationem metuendam ab Assyrio. Instare enim feliciora tempora, quibus securi possint agros suos in pace colere, & possessionum suarum curam habere, timentes neminem. Procedente autem tempore Assyriorum Rex frustrari suos conatus videns, infectis rebus, rediit ex causa tali. Multum temporis contriuit in apparanda oppugnatione Pelusii: iamq; aggerem penè mœnibus æquauerat, & videbatur assultum propediem facturus, cum audiuit aduentare Tharsicem Regem Æthiopum, Ægyptios laturum suppetias, & per desertum copias ducere, vt improuisus adoriatur Assyrios. Territus igitur hoc rumore Senacheribus properè inde cum suis abijt. Herodotus autem hunc contra Vulcani sacerdotem, bellum gessisse dicit, nimirum quòd idem & Rex esset & sacerdos. Oppugnans, inquit, Pelusium, hac de causa obsidionem soluit. Rex Ægyptius implorauit opem sui numinis: quod exoratum magnum Arabi incommodum attulit. nam & in hoc errat, quòd pro Assyrio scribit Arabem. vna, inquit, nocte

4. Reg. 19. Ezeciæ in aduersis ad Deum refugium, & per Esaiam in spem melioris fortunæ erectio.

Herodotus de Senacheribo.

Hedio & Ruffinus Cap 11.

nocte murium vis tanta extitit, vt hostium arcus & reliqua arma corroderent: quo factum est, vt exarmatus Rex à Pelusio suum exercitum abduceret. Berosus autem Chaldaicarum rerum scriptor Senacheribi Regis meminit: & quòd apud Assyrios regnauerit, totamq; Asiam atque Ægyptum bello infestauerit, his verbis narrat. An. mūdi 3231. Ante Christum natum 733.

CAP. II.

Quòd Assyriorum exercitus vna nocte peste absumptus est, & quòd Rex eorum domum reuersus filiorum insidijs perijt.



SENACHERIBVS *autem ab Ægyptiaco bello reuertens offendit ibi exercitum, quem sub* Rapsacis *imperio reliquerat, peste diuinitus immissa deletum, prima nocte posteaquam vrbem oppugnare cœperat, absumptis cum ducibus & tribunis* CLXXXV. *millibus militum. qua clade territus, & de reliquis copijs solicitus, maximis itineribus in regnum suum contendit, ad regiã qua Ninus dicitur. Vbi paulò post per insidias seniorum è filijs suis, Adramelechi & Selennari, vitã amisit, occisus in ipso tẽplo Arasci, quem precipuo cultu dignabatur. quibus ob parricidium à popularibus pulsis, & in Armeniam fugientibus, Assarachoddas minor filius in regnum succesit. Atque hic fuit huius expeditionis exitus.*

Senacheribi in Deum blasphemi pœna.

Patricida.

CAP. III.

Ezecias ab infestatione Assyriorum liberatus cum aliquandiu vixisset in pace, decedens Manassæ filio regnum reliquit.

EZECIAS *autem prater omnem opinionem liberatus periculo, vota pro incolumitate Deo persoluit, quandoquidem manifestũ erat huius solius ope hostem partim peste deletum, partim metu similis exitij ab oppugnatione vrbis absterritum. Dumq; totus circa Dei cultum occupatur, paulo post in grauem morbum incidit, ita vt à medicis pro deplorato haberetur, nec amicis quidquã melius sperantibus. nec tam vitæ periculum angebat* Regem, *quàm quòd sine liberis decedente*

Hedio & Ruffinus Cap. 3.

4. Regum 20. Morbus Ezechiæ, & vitæ prorogandæ, per miraculũ confirmatio.

An. mũdi 3232 Ante Christum natum 732.

dente generis succeßio in eo deficere videbatur, & regnum ſine legitimo hærede futurum. hoc igitur mœrore potiſſimum confectus, ſupplex cum lacrymis Deum rogauit, vt tantiſper differretur vitæ terminus, donec procrearet ſobolem, néue nondum factus pater eximeretur numero viuentium. Miſertus autem Deus, idq́; eo libentius quòd non ſibi doleret regni voluptates adimi, ſed ſucceſſorem tantum germanum principatus quæreret, miſſo ad eum Prophetа Eſaia, iußit nunciari quòd poſt triduum morbum euaderet: & ſuperuiuens annos quindecim, non niſi relicto hærede filio decederet. Hac cum Propheta ita, vt iuſſus erat, ad Regem perferret, ob magnitudinem morbi & inopinatum nuncium dubitans, prodigioſum aliquod ſignum ab Eſaia poſtulat, vt certo poſſet credere, miſſum illum ad ſe à Deo nuncium. quæ enim ſupra ſpem & rationem eſſe videntur, eorum ſolet hoc pacto confirmari veritas. Et rogante Propheta quodnã ſignum exhiberi ſibi poſtulet, volui vt, quando vmbra in ſuo ſolario iam ad decimam lineam proceſſerat, per totidem lineas reuerti eam faceret. Et cum Deus hoc dediſſet Propheta precibus, viſo, ita vt voluit, tam inſigni prodigio, confeſtim recepta ſanitate ad templum aſcendit, & adorato Deo, vota perſoluit. Circa eadem fermè tempora imperium Aſſyriorum per Medos diſſolui contigit, de quo dicemus alibi. Babyloniorum autem Rex Baladas, miſſis ad Ezeciam legatis cum muneribus, inuitauit eum ad ſocietatem & amicitiam. Ille exceptis legatis comiter, & conuiuio regali adhibitis theſauros etiam oſtendit & apparatũ armorum, & quicquid precioſum auro conſtabat ac gemmis: atque ita cum donis remiſit ad Baladam. Aditus deinde ab Eſaia, rogatus q́; quinam eſſent qui venerant: ait, è Babylone miſſos à Rege veniſſe: oſtendiſſeq́; ſe illis omnia, vt, viſis diuitijs, colligentes ex his ipſius potentiam, Regi ſuo renunciare poſſent certius. tum Propheta reſpondens, Scito, inquit, quòd hæ diuitiæ paulo poſt transferentur in Babyloniam, & poſteri tui virilitate amiſſa eunuchi ſeruient Regi Babylonio. Hæc enim prædicit Dominus. Ezecias contriſtatus hac prædictione, ait ſe quidem malle gentem ſuam in eam calamitatem non incidere, ſe quãdo aliter viſum ſit Deo, precari vt ſaltem ipſe poſſit in pace quod reliquum vitæ exigere. Huius quoque Baladæ Babyloniorum Regis Beroſus meminit. Cæterum Propheta hic cum eſſet diuinus & vſque ad miraculum veridicus, certus ſe nihil à verò alienum dixiſſe, omnia ſua vaticinia ſcripto tradita reliquit poſteris, vt ex euentu certitudo eorum poſſet intelligi. nec hic ſolus id fecit, ſed alij præterea duodecim: & quicquid vel mali vel boni nobis euenit, totum illorum reſpondet oraculis. ſed hos aliàs ſingillatim percenſebimus. Ezecias porrò cum quantum iam diximus ſuperuixiſſet in pace, obijt poſt annum vitæ quartum & quinquageſimum, regni verò nonum & vigeſimum.

Aſſyriorum imperiũ diſſolutum.

Babyloniorum Regis ad Ezeciã legatio.

Captiuitas Babylonica ab Eſaia prædicta.

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Eseciæ mors.

CAP. IIII.

Manaſſes à Chaldæorum ac Babyloniorum Rege captus poſt aliquantum temporis ab eo rurſum in regnum ſuum reſtituitur.

4. Regum 21. Manaſſæ impietas & crudelitas.

An. mũdi 3247. Ante Christum natum 717.

HIVS ſucceſſor Manaſſes filius, ex matre Achiba Hieroſolymitana ciue natus, omißis paternis ſtudijs contrarium vitæ inſtitutum tenuit, nullam impietatem prætermittẽs, ſed per omnia iniquitates Iſraelitarum imitans, quos Deus propter peccata perdidit, auſus eſt etiam ſceleſtus templum Dei profanare, atque adeo totam vrbem & reliquam ditionem quàm latè patuit. Exorſus enim à

Dei

Dei contemptu, in omnes quot quot erant in Hebræis iustos grassabatur cadibus, ne à Prophetis quidem cruentas manus abstinens. nam & ex horum numero per singulos dies aliquẽ afficiebat supplicio, vt Hierosolyma inundarentur sanguinibus. His tam nefarijs facinoribus concitatus Deus ad iracundiam, mittebat vnum post alium Prophetam ad Regem simul atq; populum, per quos easdem illis comminabatur calamitates, quas propter contemptum religionis fratres ipsorum Israelitæ aliquãto ante perpessi fuerant. At illi nolentes fidem habere illorum sermonibus, per quos moniti si paruissent imminentia mala vitare poterant, re tandem veritatem eorum experti sunt. Cum enim in eisdem perseuerarent moribus, hostem illis Deus immisit Regem Chaldæorum & Babyloniæ. is misso in Iudæam exercitu, regionem totam depopulatus, Manassem quoque dolo interceptum & abductũ, perpetuò pœnæ habuit obnoxium. Tum demum miser malo suo doctus admissam culpam agnouit, & vt hostem humanum ac clementem experiretur, à Deo precibus petijt. Nec Deus se præbuit inexorabilem, sed misertus exaudijt supplicem: quem post aliquantum temporis spatium Babylonius domum remissum in pristinum principatum restituit. Caterum clementia victoris post liminio reuersus Hierosolyma, dedit operam, si posset abolere priorũ peccatorũ etiã memoriã, mutatis moribus totus conuersus ad religionis studia. Nam & vrbem lustrauit, & templũ cõsecrauit denuo: & in reliquum totus fuit in eo, vt gratitudinẽ Deo posset approbare, & quoad viueret eius retinere beneuolentiam. Idem facere populũ quoq; docuit, memor in quale incidisset infortunium ob perperàm administratam rempublicam. Adornato etiam altari, ex præscripto Mosis solennes obtulit super eo victimas. Restitutis in veterem statum religionis ritibus, ad munienda Hierosolyma curam transtulit, ita vt reparatis antiquis mœnibus noua illis circumdaret, & turres excitaret altissimas, suburbanasq; arces cum alijs necessarijs tum imprimis commeatibus muniret. Adeoq; in melius mutatus est, vt ex quo Deum colere cœpit, toto vitæ tempore prædicatus sit beatissimus. Cumq; vixisset annos LXVII. *in viuis esse desiit, exactis in regno annis quinque & quinquaginta. Sepultus est in hortis propriis: regnum excepit Amos filius, natus matre Emalsema, oriunda ex Iabate oppido. Hic imitatus iuuenilia sui patris opera, & à similibus non abstinens facinoribus, maturè dedit pœnas, domi à suis oppressus familiaribus vix dum exacto anno vitæ quarto & vigesimo, regni verò secundo. In eius interfectores animaduertit populus, ipsum in paternum monumentum intulit, & regnum eius filio Iosiæ nominato tradidit, octo tum annorum puero.*

An. mũdi 3247. Ante Christum natum 717.

Hedio & Ruffinus Cap. 5. Alias cap. 4.

Manasses in Babyloniã captus abolitis postquã resipuit, regno restituitur.

An. mũdi 3288. Ante Christum natum 676.

Manasses vrbem lustrat, & templum denuò consecrat.

Manassæ mors.

Amos Rex Iudæ impius.

An. mũdi 3302. Ante Christum natum 662.

Iosias Rex Iudæ. An. mũdi 3304. Ante Christum natum 660.

CAP. V.

De Iosia Rege historia.

HIVIVS mater fuit ex oppido Boscetha, Ieda nomine, ipse indole optima, & ad virtutem natus, Dauide Rege exemplari & regula totius vitæ sibi proposito, quàm primum enim duodecimũ annum ætatis attigit, egregium edidit pietatis ac iustitiæ specimen. Autor enim fuit populo, vt, abiectis erroribus, & relicta de falso creditis Dijs persuasione, conferrent se ad cultum patrij numinis. Et retractatis maiorum suorũ institutis, quicquid peccatũ esset corrigebat, tam prudenter adhibitis remediis, quã si esset ætate maturissima. quæ verò decenter se habere inuenit, immota seruauit, & imitatus est. Hæc aũt faciebat tum per innatã sapientiã, tum

4. Regum 22. Iosias verum Dei cultum restaurat. An. mũdi 3307. Ante Christum natum 657.

An. mũdi 3321. Ante Christum natum 643.

tum etiam seniorum monitis & consilijs. Sequendo enim legum ductum in ordinanda republica & cultu diuini numinis aberrare non potuit, à quibus recedentes priores aliquot Reges seipsos perdiderant. Itaque obeundo tam vrbem quàm regionem totam, lucos externis dijs dedicatos excidebat, & aras eorum diruebat, & donaria, quæ eis à maioribus consecrata fuerant, per ludibrium detrahebat: atque ita populum à vana opinatione ad verum Dei cultum conuertit: & cõsueta holocaustomata cæteraq; sacrificia super altare obtulit. Constituit etiam certos magistratus & morum censores qui priuata quoq; negotia sic disponerent, vt in omnibus non minorem iustitiæ quàm vitæ ipsius rationem haberent. dimissis deinde per totam suam ditionem nuncijs, iussit vt, quicunque vellent, conferrent aurum & argentum in reparationem templi, idq; suo quisq; arbitratu, vt nemo grauaretur: & allatis pecunijs curam sumptuum in templum sartum tectum præstandum commisit Amasi præfecto vrbis, & Saphani scribæ, Ioatæ commentariensi, & Pontifici Eliaciæ. qui, omissis moris & dilationibus, adhibitis architectis, & suppeditatis omnibus rebus ad reparationẽ necessarijs, incumbebant operi: atque ita instauratum est templum, & ipsum Regiæ pietatis argumentum futurum. Anno deinde regni sui decimo octauo iussit Eliaciam Pontificem pecunia, quæ instaurationi superfuit, in massas conflatas crateras inde & libatoria phialasq; ad ministeria templi conficere: præterea quicquid auri argentiue in thesauris esset, id quoque prolatum in eosdem vsus conuertere: Pontifex autem dum promit aurum, forte incidit in sacros libros Mosis in templo repositos: eos prolatos dedit scribæ Saphani qui cum eos perlegisset, Regem adijt, & quæ imperasset omnia facta indicauit. præterea libros recens inuentos ei legit, Qua lectione audita Rex, scidit sibi vestem, & conuocatis intimis aliquot amicis, ipsoq; scriba, & Eliacia Pontifice, misit eos ad Prophetissam Oldam, vxorem Sallumi, viri clari ac nobilis, vt persuaderent ei Deum placare, & propitiũ genti suæ reddere. Timendum enim esse, ne propter neglectas à maioribus leges Mosis graues casus immineant, néve eiecti patrio solo in externis regionibus destituti omnibus commodis miserè vitam finiant. Auditis Regijs mandatis Prophetissa iubet ei renunciari, quòd Deus semel contra eos sententiam tulerit, quæ nullis supplicationibus irrita fieri possit: vt populus eijciatur propryjs sedibus, & omnibus præsentibus commodis propter non seruatas leges mulctetur: quandoquidem, concesso ad resipiscendum tanto temporis spacio, ne Prophetarũ quidem hortatibus ad saniorem mentem reuocari potuerit, debitas impietatis pœnas prædicentium: & ideo decretum id mutari non posse, vt ipso euentu discant esse Deum, & in Prophetarum eius prædictionibus nihil inesse mendacij, quibus certam suam voluntatem hominibus indicare solet. attamen propter bonitatem Regis dilaturum Deum aliquantisper imminentem calamitatem: sed ab eius obitu præfinita iam antè mala in populum immissurũ. Hoc mulieris vaticinium Regi renunciant, qui ad eam missi fuerant. ille circum omnia oppida missis nuncijs, iussit Hierosolyma conuenire Sacerdotes ac Leuitas, & omnes omnis ætatis homines. & cum congregati essent omnes, primum eis sacros libros legit. deinde stans in editiori loco in medio populi, sacramento adegit vniuersos ad cultum diuini numinis, & seruandas leges Mosaicas: quod illi magno consensu facturos se receperunt. moxq; sacra facientes & mactantes victimas Deũ precabantur vt propitius adesse dignaretur. Postremo iussit Pontificem, si quod vas

Idololatriæ à Iosia extirpatio.

Censores.

Studium populi in reparando templo.

Mosis libri sacri in templo reperti.

Olda Prophetissa à Iosia consulitur.

Vaticinium unde Iudęorum pœna.

4. Regum 23.

Viua pij principis imago.

vas in templo supereſſet à maioribus dicatũ idolorum externorum vſui, vt in- An. mũdi 3321.
de eijceretur: & cum non pauca eſſent collecta, omnibus incenſis cinerem eorum Ante Chriſtum
diſperſit. deniq; Sacerdotes idolorum à genere Aaronis alienos interfecit. His natum 643.
apud Hieroſolyma peractis exiuit peregrè, & quicquid per totã regionem in ho-
norem externorum numinum à Hieroboamo dedicatum inuenit, deleuit fundi-
tus: & oſſa pſeudoprophetarũ ſuper altare, quod primus Hieroboamus exſtruxe- Veritas oraculorum diuinorum.
rat, combuſſit: ſicut ſuperius diximus, iam tum cũ ſuper eo Hieroboamus ſacra 3. Reg 13.
faceret, interueniſſe Prophetã, & in præſentia totius populi prænunciaſſe, quòd
vnus ex Dauidis progenie, nomine Ioſias, hoc eſſet facturus: cuius prædictionis
euentus poſt annos trecentos ſexaginta vnum ſecutus eſt. Poſt hæc inuiſit & alios
Iſraelitas, qui captiuitatem & ſeruitutem Aſſyriorum euitauerant, eisq; perſua-
ſit, vt, omiſſis impijs actionibus, & religionibus externis, Deum maximum ritu
patrio colerent, eiq; ſoli adhærerent. nec hoc cõtentus oppidatim ac vicatim per
domos ſcrutatus eſt, ne quid ſuſpectum intus deliteſceret. quadrigas etiam ſolis,
quas ſuperiores Reges in veſtibulo templi conſecrauerant, & ſi quid aliud diui-
nis honoribus vulgus imperitus dignabatur, de medio ſuſtulit. Cæterum, luſtra-
ta ad hunc modum regione vniuerſa, populum Hieroſolyma conuocauit ad cele-
brandum feſtum azymorum quod dicitur Paſcha: deditq; populo ad epulum de Paſchatis celebratio.
ſuo triginta hadorum & agnorum millia, & boum tria millia. principes quoque
Sacerdotum contulerunt Sacerdotibus ad idem feſtum agnorum duo millia &
ſexcentos: & ſimiliter Leuitis eorum primarij dederunt agnorum quinq; millia,
boues quingentos. cumq; tanta eſſet victimarum copia, immolabantur omnes
iuxta leges Moſis, Sacerdotibus ei curæ præpoſitis, & exemplo ſuo reliquo po-
pulo præeuntibus. Et quòd à Samuelis Prophetæ temporibus in eam vſq; diem
nulla talis feſtiuitas celebrata fuerit, cauſa eſt, quia tum omnia iuxta præſcripta
legum & antiquas conſuetudines peragebant. Poſt hæc Ioſias cum pace, diuitijs Hedio & Ruffinus Cap. 6. Alias cap. 5.
& gloria floruiſſet, vitæ finem habuit huiuſmodi.

CAP. VI.

Ioſiæ in prælio occaſus, dum Nechaum Regem Aegypti, contra Babylonios per Iudæam exercitum ducere volentem, arcere regione conaretur.

REx Ægypti Nechaos magnis delectibus habitis copias ad Eu- An. mũdi 3334.
phratem duxit contra Medos & Babylonios, qui Aſſyriorum Ante Chriſtum
imperium euerterant, volens ſibi Aſiæ regnum quærere. cumq; natum 630.
proceſſiſſet vſq; Menden oppidum ditionis Ioſiæ, oppoſuit ſe ei, ve- Via per Iudæam exercitui Aegyptio clauſa vi aperitur.
tans per ſui iuris regionem iter contra Medos facere. tum Ne- 4. Regum 23.
chaos caduceatore miſſo, ait ſe non illum petere bello, ſed ad Euphratem properare. non eſſe ſibi imponendã neceſſitatem præter propoſitum cum obſtante dimicãdi. Ioſias autem verbis Ægyptij nihil mouebatur, ſed perſeuerabat in ea ſententia, vt per ſuam ditionem volenti ducere tranſitum pernegaret, fato opinor ad
hanc arrogantiam vrgente hominem, vt occaſionem aduerſus eum inueniret.
Dum enim aciem inſtruens curru ab vno cornu ad alterum vehitur, Ægyptius Mors Ioſiæ.
quidam ſagitta icto bellãdi ſtudium exemit. ſiucius enim & cruciatum non fe-
rens, iuſſo exercitu deflectere, Hieroſolyma reuertitur: vbi ex eo vulnere eſt mor-
tuus. Sepultus eſt magnifico funere in monumentis paternis, cum vixiſſet annos
triginta nouem, regnaſſet triginta vnum. Luxit eum populus multis diebus la-
mentis & triſtitia mortem eius proſequens. Hieremias etiã epicedium ei ſcripſit Epicedum à Ieremia Ioſiæ ſcriptum.

An. mũdi 3334. Ante Christum natum 630.

lugubri carmine, quod nunc quoq; exstare videmus. hic Propheta & instantem vrbi captiuitatem Babyloniam, & nostri etiam seculi clades praedictas mandauit literis. Nec solus illè hac vaticinatus est multitudini, sed & Propheta Hiezeciel, qui primus duos libros hoc argumento scriptos reliquit. erãt autem hi duo Sacerdotalis generis. quorum Hieremias vixit Hierosolymis, ab anno decimo tertio regni Iosiæ vsq; dum templum vnà cum vrbe est dirutum: cuius suo loco mentionem faciemus. Porrò mortuo, quemadmodum diximus, Iosia, regnum suscepit filius eius Ioazus, anno ætatis vigesimo tertio, regiam habens Hierosolymis. Hic matre natus Ametala, impijs & impuris fuit moribus. Hunc Ægyptiorum Rex à bello reuertẽs accersitum ad se in vrbem Syriæ Samathã vinxit, & fratri eius seniori, eodem patre nato, Eliacimo nomine regnum tradidit, Ioacimi nomine prius illi indito. regioni verò eius centum argenti talentorum tributum imposuit, & vnius talenti auri. atq; ita Ioacimo tributario facto, Ioazum secum in Ægyptum abduxit, vbi mortuus est, cum regnasset menses tres, dies decem. Mater autem Ioacimi vocata est Zabuda, nata ex oppido Abuma. hic quoque malicioso fuit ingenio, nec erga Deum pius, nec mitis erga homines.

Iereмias captiuitatem Babylonicã prędixit

Ieremias quando vierit.

Ioazus Rex Iudæ. 4 Regum 23. 2. Paral. 36.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. Alias cap. 6.

Eliacimus Ioacimus nominatus; ludę rex. An. mũdi 3335. Ante Christum natum 629.

CAP. VII.

Ioachimi in Nabuchodonosori Syriam inuadentis, amicitiam & societatem pertractio.

Nabuchodonosorus Babyloniæ Rex contra Aegyptum. An. mũdi 3336. Ante Christum natum 625.

ANNO autem quarto, ex quo is regnare incepit, quidam Nabuchodonosorus apud Babylonem regno potitus cum instructissimo exercitu Carchabesam ad Euphratem sitam petyt, bellum inferens Ægyptio Nechao, qui tum toti Syriæ dominabatur. at ille cognito Babylonij conatu, non contempsit hostem, sed cum validis & numerosis copijs ad Euphratem ei se opposuit, & collatis signis cum eo congressus, amissis multis millibus, coactus est cedere, Babylonius autem superato Euphrate, totã Syriã Pelusium vsq; subegit, Iudæa sola excepta. Quarto deinde regni Nabuchodonosori anno, Ioacimi verò octauo, Babylonij Iudæis bellum inferunt magnis viribus, dira minantes ni tributa pendant quemadmodum reliqui Syriæ habitatores. At ille, timore suadente, pacem mercatus pecunijs, integro triennio imperata tributa persoluit. Inductus deinde ad vanas spes rumoribus expeditionis Ægyptiorum cõtra Babylonios, & negato tributo, expectatione sua frustratus est. nam Ægyptij bellum instaurare non ausi sunt: id quod Propheta Hieremias quotidianus monitis prædicere nõ destitit, frustra eos in Ægyptiorum præsidio spem ponere. Imminere enim vrbi certam subuersionem à Babylonijs, & Ioacimo Regi captiuitatem. Sed hæc vaticinia quòd nemo eis moueretur, nemini proderant. Etenim tam vulgus quàm proceres contemptim hæc audiebant, & irati male ominanti, Prophetam apud Regem accusabant, deposcentes eum ad supplicium. Delata demum re ad Regium senatum, maxima pars vt improuida calculis suis eum damnauit. pauci verò quidã sapientiores è Regia Prophetã dimiserunt, autoresq; fuerunt et iã alijs ne in eum sæuire pergerẽt. Adducebant q; rationem, nõ hunc solum mala vrbi prædicere, sed & Michæam antè talia prædixisse, & multos alios, quorũ nemo à sui temporis Regibus aliquid esset passus, sed omnes vt Dei vates habiti sint in precio. atque hoc pacto lenitis animis diuersa sentientium effecerunt vt reuocatis suffragijs Propheta eximeretur supplicio: qui conscriptis omnibus suis Prophetijs, ieiunanti populo & in templum

Nabuchodonosoro Ioacimus tributa per soluit. 4. Regum 24. An. mũdi 3343. Ante Christum natum 621.

Hedio & Ruffinus cap. 8.

Ioacimus à Babyloniæ Rege desciscit.

An. mũdi 3345. Ante Christum natum 619.

Hieremias Hierosolymorum subuersionem prædicit. Ierem. 22.

Hieremiæ accusatio & absolutio.

Hieremiæ liber exustus. Ierem. 36.

templum congregato, nono mense quinti anni regni Ioacimi legit eum librum, continentem quid tẽplo & vrbi eiusq; populo deberet accidere. His auditis principes ei librum adimunt, simulq; iubent tam ipsum quàm eius scribã Baruchũ è medio secedere, vt omnes lateat vbi sint: librum verò ad Regem pertulerunt. qui præsentibus amicis iussit scribam librum sumere & legere. quo lecto iratus conscidit eum, & iniectum in ignem exussit: iussitq; Hieremiam & Baruchum ad se adduci daturos supplicium. sed illi iam ẽ ira eius subduxerant. An. mũdi 3345. Ante Christum natum 619.

CAP. VIII.

Nabuchodonosorus Ioacimum rursum Aegyptiorum rebus studentem interficit, & Ioacimum eius filium pro eo Regem constituit.

NON multò post venientem cum exercitu Babylonium Regem excipit in vrbe, territus Propheta prædictionibus. quòd enim ab eo sibi non timeret, neq; excluſit, nec ad bellum se parauit. At ille receptus non seruauit fidẽ, sed florem iuuentutis Hierosolymitanæ vnà cum ipso Rege interfecit: quem etiam insepultũ extra mœnia iussit proijci: & pro eo Ioacimum filium Regem vrbis & regionis cõstituit. eorum verò qui in aliqua dignitate fuerunt, in captiuitatem abduxit Babylonem tria millia, in quibus fuit etiã tum puer Hiezeciel. Hic finis fuit Ioacimi Regis, qui vixit annos XXXVI, regnauit XI. Successor autem eius Ioacimus, natus matre Hierosolymitana nomine Nosta, regnauit menses tres, dies decem. Nabuchodonosori recepti in vrbem fœuitia. 4. Regum 24. 2. Paral. 36. Ioachimus siue Iechonia Rex Iudæ. An. mũdi 3346. Ante Christum natum 618.

CAP. IX.

Ioachimi, Babylonio sententiam mutante, obsessio, & sponte se dedentis in captiuitatem abductio.

BABYLONIVM autem Regem statim dedisse regnum Ioacimo pœnituit. Verebatur enim ne memor patris per iniuriam occisi, regionem ad defectionem perpelleret. Misso igitur exercitu Hierosolymis eum obsedit. qui cum esset natura bonus & iustus, non sustinuit periclitantem propter se vrbem despicere: sed matrem & cognatos missis à Rege ducibus tradidit obsides, icto in hoc cum eis fœdere, quòd nec vrbi mali aliquid inferrent nec ciuibus. Sed tum quoq; ne per integrũ quidem annum fides seruata est, Babylonio Rege violante eam, & mandante per literas suis ducibus, vt omnem iuuentutem captiuam ex vrbe abducerent, & quicquid inesset artificum, & vinctos ad se adducerent. fueruntq; hi omnes decem millia numero, & amplius octingenti triginta duo, & in his Ioacimus cum amicis ac matre, qui à Rege in custodia sunt habiti. Hedio & Ruffinus Cap 9. 4. Regum 25. Nabuchodonosorus fœdifragus.

CAP. X.

Sedecias Hierosolymorum Rex à Babylonio constitutus.

PRO Ioacimo autem Sedeciam eius patruum Regem constituit, iureiurando astrictum quòd nihil in ea regione esset nouaturus, nec iuuaturus Ægyptios. is erat annorum viginti & vnius cum principatum acciperet, natus eadem matre qua frater Ioacimus, sed iusti ac decori negligens, vt qui æquales quoque circa se haberet impios. quin & totus populus in eandem solutus est licentiã. Quamobrem sæpenumero Hieremias Propheta illum adijt, obtestans vt, omissis impietatibus, iustitiæ curã gereret: néue aut ducibus mentem adhiberet, quòd essent mali pleriq;, aut falsis Prophetis crederet, eum decipientibus, & pollicentibus non op- Sedecias Rex Iudæ ab aulicis & falsis prophetis seductus Hieremiam non audit.

An. mũdi 3354. Ante Christum natum 610.

pugnaturum amplius vrbem Babylonium, vincendumq; bello petitum ab Ægyptijs, hæc enim non verè dici, nec euentura esse vnquã. Sedecias verò tantisper, dum audiebat Prophetã, agnoscebat eum vera dicere, & in rem suã esse, si illi fidem adhibeat: sed per amicos rursum deprauabatur, & abducebatur à Prophetæ consilijs in diuersum quocunq; vellent. Sed & apud Babylonem Hiezeciel eodem tempore vastationem templi prædicebat, eamq; prædictionem etiam Hierosolyma transmisit. quibus vaticinijs Sedecias hac potissimum de causa noluit credere. In cæteris enim omnib. inter se concinebant, quòd & vrbs vi capietur, & Sedecias ipse captiuus abducetur. in hoc verò discrepare videbatur Hiezeciel, quòd negaret Sedeciã visurum Babylonem, cum Hieremias asseueraret omnino *futurum, vt captiuum eum Babylonius* Rex *secum abduceret. quare cum hic diuersa dicere eos videret, ne illa quidem vera putabat in quibus consentirent: etiamsi euentus omnia vera fuisse comprobauit, sicut aliàs opportunius dicetur.*

Iezeciel templi vastationem prædicit.

Sedecias ad Aegyptios deficit.

Igitur cum per octo annos socius Babyloniorum fuisset, violato fœdere ad Ægyptios defecit, sperans, si cum illis vires coniungeret Babylonium necessario succumbere. Quo cognito Babylonius exercitum contra eum duxit: vastataq; regione, & occupatis arcibus, ad ipsa Hierosolyma oppugnãda accessit. Ægyptius autem audito, in quibus angustijs esset Sedecias socius, assumpto valido exercitu Iudæam petiit, volens obsidionem soluere. At Babylonius, intermissa obsidione, obuiam illi profectus, vno prælio victum tota Syria expulit. Mox verò vt obsidio soluta est, Pseudoprophetæ Sedeciam deceperunt, vanum iactantes quòd à Babyloniis Regi eiusq; subditis instaret belli periculum, quodúe transferendi essent è suis sedibus in Babyloniam. immò etiã captiuos redituros esse cum omnibus vasis, quibus Rex *templum spoliauerat. At Hieremias, adito Rege, omnia vera & his contraria prænunciat, dicens eos Regem decipere, nihilq; commodi sperandum ab Ægyptijs: sed, victis illis, Babylonium copias ad Hierosolyma reducturum, & quot quot oppugnationi ac fami superfuerint, captiuos abducturum: direptisq; omnium facultatibus, & exhaustis templi diuitijs, in vrbem simul & templum ferro ac flammis sæuiturum, nullo sacri aut profani discrimine. Et seruiemus, inquit, ei posterisq; eius per annos* LXX. *à qua seruitute Persæ & Medi nos eripient extincto Babyloniorum imperio, quorum ope dimissi & huc reuersi templum ædificabimus denuò, & Hierosolyma restituemus. Hæc dicens Hieremias pleriſq; persuadebat: principes verò & impij velut furiosum cõtemnebant. Cumq; aliquando libuisset ei natale solum Anathoth reuisere, quod à Hierosolymis* XX. *stadiis est dissitum, quidam è magistratibus in itinere forte obuium comprehensum detinuit, calumnians quòd ad Babylonios vellet transfugere. Propheta contra negauit eum verum crimen afferre, sed ire se in patriã. at ille nihil eius verbis motus, duxit eum ad magistratus in iudiciũ, à quibus diu tortus & excruciatus seruabatur ad supplicium, & aliquãto tempore coactus est viuere in his afflictionibus. Anno autẽ nono regni Sedeciæ, decima die mensis decimi, Babylonius* Rex *iterum exercitum admouit Hierosolymis: & continuata per* XVIII. *mensis obsidione, modis omnibus expugnare vrbem conatus est. præter externam autem oppugnationem duobus grauibus malis intus impugnabatur ciuitas, fame simul & pestilentia vehementer grassantibus. Interim Hieremias in carcere non quiescebat, sed clamabat ad multitudinem, apertis portis recipiendum Babylonium: nam hoc facto seruandos esse vnà cum totis familijs, alioquin*

Hedio & Ruffinus Cap. 10.
Aegypti Rex auxiliaturus Iudæis prælio vincitur.

Sedecias à Pseudoprophetis seductus.

An. mũdi 3354. Ante Christum natum 610.

Vaticinium de captiuitate Babylonica, & inde liberatione. Ierem. 25. 29. 37.

Hierosolyma obsessa. 4. Regum 25. Ierem. 39, & 52.

Fames & pestilentia.

Ieremias suadet deditionem.

alioquin ſine remedio perituros. addebat manentibus in vrbe aut hoſtili ferro aut fame pereundũ. qui verò ad hoſtem perfugerint, mortẽ euaſuros. At Principes ne malis quidẽ preſsi audire volebãt, ſed irati, ad Regẽ omnia deferebant, incuſabantq; prophetã vt furentẽ, & frangentẽ ſibi animos, & obnunciandis calamitatibus omnẽ populi prõptitudinem & alacritatem eneruantem. illos enim paratos pugnare pro patria, hunc verò minari triſtia, & dicere expugnatã vrbem omninò ſubuertendã eſſe. Rex verò ſuopte quidẽ ingenio nõ exacerbabatur: ſed ne in principum inuidiã tali tempore incurreret voluntati eorũ reſiſtẽs, permiſit eis, vt de propheta, quicquid liberet, facerẽt: quo impetrato cõfeſtim carcerem petentes, exemptũ inde in quendã cœnoſum puteum per funẽ demiſerunt, vt ibi præfocatus moreretur. ille verò vſq; collum merſus ibi manebat. interim quidam è ſeruis Regis carioribus, genere Æthiops, renunciat domino quid propheta accideriſ, dicens non rectè Principes ſtatuiſſe & amicos, q̃ vatem in cœnum demerſerint, & grauiorem quã qua in vinculis erat expectanda, mortem homini excogitauerint. His auditis Rex pœnitentia prioris conſilij, quòd Principibus prophetã in poteſtatem tradiderat, iubet Æthiopem triginta ſocios è ſuo famulitio ſibi aſſumere, funesq; capere & quicquid ad viri incolumitatem opus ſit, & quantum poteſt propere è puteo Hieremiã extrahere. tum Æthiops, aſſumptis, quemadmodum iuſſus erat, ſocijs, extractũ è cœno permiſit abire liberum. Accitus deinde clã ad Regem, interrogatus eſt ecquod poſſet diuinitus afferre ad rem præſentem remedium. ille habere ſe ait, ſed neminem crediturum ſibi, aut præceptis ſuis obtemperaturũ. Sed omnes, inquit amici tui quaſi maleficũ cupiunt me perdere. & vbi nunc ſunt impoſtores illi qui negabant Babylonium amplius rediturum? Quamobrem vereor apud te ueritatẽ promere, ne fortè in vitam meam ſeuias. Sed cum Rex iureiurando cõfirmaſſet, nec ſe illum interfecturũ, nec amicos id facere paſſurum, fretus accepta fide, conſuluit vt vrbẽ Babylonijs dederet. ita enim, ſe internuncio, iubere Deum, ſi modò velit incolumis eſſe, & imminens periculum euadere, & cauere ne vrbs ſolo æquetur, templumq; tradatur incendio: ni faciat, ipſum fore omnium malorũ cauſam tàm ſibi ac ſuæ familiæ, quàm vniuerſo populo. Tum Rex, ſe quidem cupere facere, quæ vates in rem cõmunem cõſuleret: ſed timere amicos qui iam ad Babylonios transfugerant, ne ab illis accuſatus apud Regem traderetur ſupplicio. at propheta addebat illi animum, vanum eum timorem eſſe dictitans. nihil enim mali paſſurum, ſi ciuitatem dederet, ac ne vxores quidem eius & liberos: manſurum etiam templum incolume. Hæc locutum Hieremiam Rex dimiſit: iuſſum nemini ciuium communicatum inter ipſos conſilium prodere, ac ne Principibus quidem indicare, ſi cognito collocutos ſe eſſe, percontarentur cur nam eſſet à Rege accerſitus: ſed prætexendum quòd uenerit rogatum, ne poſthac amplius haberetur in uinculis. id quod factum eſt à propheta: volebant enim ſcire, quanam de cauſa acceſsiſſet ad Sedeciam.

An. mũdi 3354. Ante Chriſtum natum 610.

Piorum doctorũ in hac vita fortuna.

Sedecias à Hieremia petitum conſilium, Principum metu negligit.

CAP. XI.

Iudæorum, Hieroſolymis à Nabuchodonoſoro captis, in Babyloniam traductio.

INTEREA Babylonius pergebat in oppugnandis acriter Hieroſolymis, extructis aggeribus & erectis turribus, è quibus arcebat propugnatores ſtantes in mœnibus. multos enim aggeres circumquaq; excitauerat, vrbis muro altitudine pares. Nec ſegniter interim defendebatur vrbs, ciuibus nec fami nec peſti ſuc-

Hieroſolyma per decem & octo menſes obſeſſa, tandem capiuntur.

An. mũdi 3354. Ante Christum natum 610.

cumbentibus, ſed obduratis animis omnia mala perferentibus. ac ne machinis quidem hoſtium territi, alias contrà machinas excogitabant, vt inter ſe vtrique non viribus ſolùm certarent, verùm etiam artibus, dum illi his potiſſimùm ſperant ſe vrbem poſſe capere, hi ſalutem ſuam in eo putant conſiſtere, ſi non ceſſent nouis commentis illorũ conatus ludificari. atq; id certamen durauit per menſes decẽ & octo, donec tandẽ ſuccubuere, partim inedia victi, partim ſupernè è turribus telorũ multitudine oppreſſi. Capta eſt aũt vrbs vndecimo anno regni Sedecia, quarti menſis die nona: ceperuntq; eam duces Babyloniorum, quibus Nabuchodonoſorus oppugnationem commiſerat, dum ipſe apud Reblatha degeret. quod ſi quis requirat eorum ducum etiam nomina, ſunt hæc: Nergelear, Aremantus, Emegar, Naboſaris, Echarampſaris. Vrbe autem capta circa me-

An. mũdi 3356. Ante Christum natum 608.



Sedecias noctu fuga ſibi conſulens, à Babylonijs capitur.

diam noctem, & ducibus ac reliquis hoſtibus in templum ingreſſis, Sedecias Rex vbi hoc ſenſit, aſſumptis vxoribus, liberis, ducibus & amicis, fugam arripuit per fauces quaſdam anguſtas in deſertum. quod cum Babylonij cognouiſſent transfugarum indicio, ſub auroram aggreſſi ſunt eos perſequi, & aſſecuti eos non procul à Hierichunte circumuenerunt. Amici verò & duces fugæ comites viſis è propinquo hoſtibus, relicto Sedecia diſpalati ſunt, quà quemq; tulit ſpes effugij. Ipſe penè deſertus, cum vxoribus ac liberis & paucis amicis in hoſtium poteſtatem deuenit, & mox ad Regem perductus eſt. Quem poſtquam in conſpectu habuit Nabuchodonoſorus, impium & fœdifragum vocare cœpit, promiſſionum immemorem, quòd Regi ſeruare illam regionem eſſet pollicitus. exprobrabat etiam ingratitudinem, quòd, cum à ſe accepiſſet regnum Joacimo fratri debitum, acceptâ poteſtate abuſus eſſet in autorem beneficij. Sed magnus eſt, inquit, Deus qui te propter mores tuos peſſimos in manus meas tradidit. His verbis cum Sedeciã increpuiſſet, eueſtigio iuſſit ipſo & alijs captiuis inſpectãtibus filios eius & amicos trucidari. Deinde ipſum excæcauit, Babylonem ſecum abducendum. Atq; ita vtriuſque prophetæ prædictiones, tàm Hieremiæ quàm Hiezechielis, quamuis ab illo contemptæ, euentu, non vanæ fuiſſe comprobatæ ſunt. quòd

Execratio Sedeciæ, filiorumq; cædes.

captus

captus adducetur ad Babyloniam,& coram cum eo loquetur, & oculis ſuis faciem eius videbit,Hieremias prædixit. quòd verò cæcatus primò cũ Babylonem perductus eſſet, videre tamen non potuit,Hiezecielis fuerat vaticinium. Quæ quidẽ ignorantibus ſatis declarare poſſunt Dei naturã,quàm varia ſit & multimoda,omnia tempeſtiuè diſponens,& futura præſignificans: ſicut humanæ inſcitiæ & incredulitatis inſigne exemplũ hic eminet,per quam non licuit eis futuram calamitatẽ euitare, vt ne cauerent quidem fatum ineluctabile. Atq; hic fuit Dauidici generis Regum exitus,qui vnus & viginti regnauerũt deinceps: idq; temporis ſpaciũ quingentos & quindecim annos continet,& menſes inſuper ſex cum diebus decem:annumeratis viginti annis primi Regis Sauli,qui fuit tribus alterius.Caterùm Babylonius poſt victoriam Nabuzardanem ducem miſit Hieroſolyma cum mãdatis,vt templum ſpoliatũ incenderet,regia quoq; ſimiliter cremata vrbẽ à fundamentis dirueret,populum in Babyloniã traduceret. Qui cum eò perueniſſet vndecimo Sedeciæ regni anno,è templo vaſa omnia tàm aurea quàm argentea ſuſtulit,& labrũ quoq; illud grande quod Solomõ dedicauerat.præterea columnas illas æreas cũ ſuis capitulis,& menſas aureas atq; candelabra.His ſublatis templũ incendit menſis quinti die prima,anno regni Sedeciæ vndecimo,regni verò Nabuchodonoſori XVIII.*deinde & regiam incendit,& vrbem diruit. Incenſum eſt aũt templum annis ex quo exſtructũ fuerat elapſis* CCCCLXX.*menſibus ſex & diebus decẽ additis.exactis à tranſmigratione ex Ægypto annis* MLXII.*menſibus ſex,dies decem.A diluuio vſq; ad templi deuaſtationem interceſſerunt anni* MDCCCCL.*menſes ſex,dies decem.Ab Adamo item condito,vſq; ad hunc templi caſum tria millia annorũ elapſa ſunt,& inſuper* DXIII.*menſes ſex, dies decem.Tantus cenſetur annorum numerus, quo temporis ſpacio quid & quando geſtum ſit,ſuo quæq; ordine explicauimus.Dirutis Hieroſolymis & populo migrare iuſſo,dux regius captiuos fecit hos: Pontificem Saream, & qui poſt hunc ſecundum inter ſacerdotes locum tenebat,Sephemam:tres præfectos cuſtodiæ templi,eunuchum primarium Regis cubicularium, cum ſeptem alijs regijs amicis.præterea ſcribam regium, & alios Principes viros ſexaginta. quos omnes vnà cum ſpolijs templi perduxit ad Regem ſuum agentem tunc Reblathis,quæ eſt Syriæ ciuitas.Rex verò Pontificem & Principes in ea vrbe iuſſit capite plecti,reliquam captiuorum multitudinem & in his Sedeciam ipſe Babylonem perduxit. Joſadocum etiam Pontificem vinctum ſecum duxit, Sareæ Pontificis filium,quem modo Reblathis affectum ſupplicio diximus.Nunc quoniam Regium genus & eorũ ſucceſſionem ordine recenſuimus, conueniens duxi etiam Pontificum enumerare nomina,qui Regum tempore per continuatas ſucceſſiones ſummũ adminiſtrauerunt ſacerdotium.Ergo primus omnium in templo recens à Solomone exſtructo Pontifex fuit Sadocus,cui filius Achimas ſucceſſit.poſt Achimam Azarias,& poſt hunc Ioramus.poſt Joramum Iſus,& deinceps Axioramus, Phideas,Sudeas,Iulus,Iothamus,Vrias,Nerias,Odeas, Saldumus,Elcias,Sareas,Ioſadocus qui captiuus Babylonẽ pertractus eſt.hi omnes quaſi per manus traditum ſacerdotium filij parentum ſucceſſores acceperunt, continuata generis ſerie.Caterùm Rex Babylonem reuerſus, Sedeciam in carcerem vſq; ad mortẽ eius detinuit,mortuum tamen regia funeris pompa elatum ſepelijt.vaſa quibus Hieroſolymitanum templum ſpoliauerat, ſuis conſecrauit numinibus.populo in Babylonia ſedes attribuit. Pontificem è vinculis exemit.*

Nabu-

An. mũdi 3356. Ante Chriſtum natum 608.

Dauidici generis Reges, quot & quandiu regnauerint.

Templum, regia, & vrbs ſpoliata, incenſa & diruta.

Captiuitas Babylonica.

Pontifices Hieroſolymitani.

Sedeciæ mors.

An. mũdi 3356. Ante Christum natum 608.

Hedio & Ruffinus Cap. 11.

Godolia transfugarum dux.

Hieremias à Babylonio duce exemptus è carcere magni precij muneribus afficitur.

Nabuzardanes autem dux qui populum captiuum abduxerat, transfugas & pauperes illic reliquit, duce illis præposito nomine Godolia, Aicami hominis nobilis filio, viro æquo & bono. His imperauit, vt pro agris quos ad culturam acceperant, certum tributum Regi penderent. Prophetæ quoq; Hieremiæ è carcere exempto suasit vt iret secum Babylonem: iussum enim se à Rege, vt ei necessaria omnia præbeat. Quod si sequi nolit, diceret vbinam habitare cuperet, vt de hoc Regem per literas certiorem posset reddere. Prophetæ verò neq; ducem sequi voluit, neque alio ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis patriæ, & eius miseras reliquias colere. At dux voluntate eius cognita, Godoliæ quem ibi relinquebat commendauit hominem, mandans ne quid ei deesse pateretur, donatoq; vate magni precij muneribus, ipse quoque domum profectus est. Hieremias autem domicilium elegit apud oppidum Masphatham, impetrata prius à Nabuzardane gratia, vt secũ è carcere dimitteretur etiam Baruchus Neri filius,

Baruchus è carcere dimissus.

insigni familia natus, & in patria lingua egregiè doctus. Nabuzardanes itaq; his peractis Babylonem reuertitur. Illi autem qui obsidionis Hierosolymitanæ tempore diffugerant, posteaquam Babylonios recessisse audiuerunt, vndiq; collecti venerunt ad Godoliam Masphathã. Eorum principes erant, Joannes Careæ filius, & Jezanias & Sareas, & nonnulli alij: præterq; hos Ismael quidam ortus regio genere, vir alioquin malus & doloſissimus, qui tempore obsidionis profugerat ad Bahalem Regem Ammanitarum, & apud eum per id tempus moratus fuerat. His igitur ad se venientibus Godolias suasit vt ibi manerent, nihil timentes à Babyloniis. posse enim eos impunè regionem colere. interpositoq; iureiurando paratum fore suum auxiliũ siquis molestaretur, consuluit vt vnusquisq; habitaret in quo vellet oppido, dicens missurum se vnà aliquot è suis, & daturum operam vt diruta instaurentur & habitentur denuò. illos verò debere, donec tempestiuum est, curare ne frumentum & vinum ac oleum desit in futuram hyemem quo sustententur. hæc locutus permisit quenq; arbitratu suo quem liberet locum incolere. Quæ fama postquam ad circumuicinas Iudeæ gentes peruenit, quòd profugos ad se venientes Godolias magna humanitate exciperet, & agros eis colendos assignaret, impositio certo tributo quod penderetur Babylonio, vndiq; concursum est ad eum, & cœperunt regionem colere. Joannes autem cum aliis principibus videntes regionem coli multum amauerunt Godoliam propter bonitatem eius & humanitatem: admonueruntq; eum quòd Bahales Ammanitarum Rex ideò misisset Ismaëlem, vt ipsum clam dolo interficeret, & principatum inter Israëlitas occuparet, cum sit è genere regio: securum autem fore ab insidijs, si eis permittat Ismaëlem clam occidere. Vereri enim se, ne, si ipse insidijs præoccupatus fuerit, reliquiæ Israëlitarum in totum pereant. ille verò respondit se non dissimulaturum tales insidias aduersum hominem affectum à se beneficio. non enim esse verisimile, eum, qui in tanta inopia necessitate nihil mali fecerit, nunc contra omne fas erga benefactorem tam ingratum esse, vt cui circumuento insidijs non posset sine scelere non succurrere, eum sua manu interimere conetur. Attamen etiamsi vera essent quæ deferrent, emori esse satius, quàm hominem qui salutem suæ fidei commisisset, opprimere. Itaq; Ioannes cum cæteris frustra hoc conatus persuadere abijt. post dies inde triginta venit ad Godoliam in Masphatha Ismael comitatus amicis decem: vbi inter hospitales epulas dum se comiter poculis inuitant, hospitem mero grauem & somnolentum aduertens,

Iudæi vndiq; collecti ad Godoliam Masphatã veniunt.

Godoliæ cædes, & plebis Masphathẽsis abductio.

aduertens,cum decem illis ſocijs adortus interfecit,nec difficile fuit cæteros conuiuas ſimiliter affectos confodere:quib.necatis adiuuante nocturno tempore per totum oppidum graſſati ſunt promiſcuis cædib.tàm in Iudæos quã in Babylonios milites ſecuros & paſſim dormientes.ſequenti verò die venerunt cum munerib. ex agris ad Godoliam circiter octuaginta: omnium inſcij quæ acciderant. quos videns Iſmaël intrò vocauit ad Godoliam, & introgreſſos clauſo palatio trucidauit,cadaueraq; eorum in puteum quendam,ne eſſent conſpicua,demerſit. Soli autem ex eo numero ſeruati ſunt,qui rogauerunt ne ſe prius occideret,quàm ei quædam occultata in agris traderent, ſuppellectilem & veſtes atq; frumentum. quib.promiſſis motus, aliquot ex eis pepercit.plebem verò Maſphathenſem cum mulierib.& pueris abduxit:& in his etiam Sedeciæ filias, quas Nabuzardanes apud Godoliã reliquerat.His perpetratis ad Ammanitarum Regem profectus eſt.Ioannes autem cum cæteris ducib.audita Maſphathenſiũ clade,& morte Godoliæ,indigniſſimè tulerunt,& aſſumptis ſuis quiſq; militibus,Iſmaëlem hoſtiliter perſecuti ſunt,eumq; apud fontẽ Hebronenſem deprehenderunt.quib.viſis captiui Iſmaëlis læti,rati,id quod erat,auxiliũ ſibi venire, omnes ad Ioannem tranſiuerunt. Iſmaël autem cum octo tantum comitib.ad Ammanitarum Regem perfugit.Cæterùm Ioannes aſſumptis quos Iſmaëli eripuerat,cum eunuchis,et mulieribus atq; pueris peruenit in locũ qui Mandra dicitur,ibiq; ea die manſerunt. Voluerunt inde proficiſci in Ægyptum,timentes Babylonios,ne irati propter cædem præfecti in ea regione à ſe conſtituti,in illos ſæuirent. prius tamen conſulendum Hieremiam rati,accedentes eum rogauerunt,vt hæſitantib. oraculum expediret,quidnam faciendum ſit,iurati facturos ſe quicquid ille iuſſerit. cumq; propheta operam ſuam eſſet pollicitus,decima demum die Deus apparens iuſſit vt Ioanni et cæteris ducib.diceret:ſi manſerint in ea regione,auxilio futurum & prouiſurum ne quid incommodi à Babylonijs, quos timebant, accipiant. Sin in Ægyptum malleẽt iter facere, curã eorum relicturũ, infenſumq; tali calamitate affecturum eos,quali paulo ante fratres eorum caſtigatos eſſe viderint. Hæc diuinitus monenti propheta noluerunt credere,quòd ex Dei ſententia iuberet eos manere:ſed putauerunt eum falſo verbis ſuis Deũ prætexere, re aũt vera loqui in gratiã Baruchi diſcipuli,ne poſſint Babyloniorum irã effugere. Contempto igitur Dei cõſilio quod per prophetã dederat, Ioannes & reliqua multitudo in Ægyptum abijt,abducto ſimul & Barucho & Hieremia. Quò poſtquã peruentum eſt,Deus ſignificauit propheta fore vt Babylonius exercitũ ducat in Ægyptum: iuſſitq; prædicere populo,q; capietur Ægyptus,& ibi partim interficientur,partim captiui Babylonẽ abducentur,id quod etiã factum eſt.quinto enim poſt excidiũ Hieroſolymitanũ anno,qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſori vigeſimus tertius,cum magnis copijs inuaſit Cœlen Syriã. qua ſubacta bellum geſſit contra Ammanitas & Moabitas,& his quoq; perdomitis Ægyptũ hoſtiliter eſt ingreſſus:occiſoq; qui tunc regnabat,& alio Rege cõſtituto,repertos ibi Iudæos rurſum captiuos Babylonẽ abduxit.Hæc fuit fortuna Hebræorũ,vt accepimus,bis vltra Euphratẽ traductorum.nam per Aſſyros decem trib.è Samaria ſunt abducta,regnante Oſea,deinde reliquæ duæ per Nabuchodonoſorũ Chaldæorum & Babyloniorum Regem captis Hieroſolymis. Sed Salmanaſſar in vacuas Iſraëlitarum ſedes deduxit gentẽ Chuthæorum,qui prius in intima Perſide et Media fuerant, Samaritæ deinde vocati à regione in quam demigrauerunt. Rex verò Babylo-

An. mũdi 3356. AnteChriſtum natum 608.

Cædes Iſmaelis à Ioanne accepta.

Oraculum à Ioanne petitur, quod tamen negligitur. Ierem.42.43.

Vaticinium de exercitu à Babylonico ducendo, & reliquijs Iudæorum in captiuitatem abducendis.

An. mũdi 3361. AnteChriſtum natum 603.

An. mũdi 3361. Ante Christum natum 603.

nius pro abductis duab. tribubus nullam gentẽ in eam regionem reposuit: quo factum est vt Iudæa cum Hierosolymis ac templo per septuaginta annos deserta maneret. tempus autem totum quod inter decẽ tribuum captiuitatẽ & duarum reliquarum transmigrationẽ intercessit, anni fuêre centum triginta, & menses sex, dies decem. Caterùm Nabuchodonosorus selectis nobilißimis Iudæorum pueris, & Sedeciæ Regis cognatis, qui & flore ætatis & decore formæ fuêre cõspicui, pædagogos eorũ curæ aßignauit, exsectis quibusdã ex eo numero, quemadmodum solitus est facere & aliarum gentium deuictarum formosis adolescentibus: prubebatq; eis de sua mensa victum, & Chaldæorum disciplinis instituẽdos curabat ac literis, in quibus sanè profecerunt plurimum. in his erant quatur de Sedeciæ genere, admodum pulchri & egregio præditi ingenio, quorum nomina, Daniel, Ananias, Misael, Azarias. his Babylonius mutauit nomina, & pro Daniele Balthasarem, pro Anania Sedrachẽ, pro Misaele Misachem, pro Azaria Abdenago appellari iußit: eosq; ob egregiam indolem & nõ mediocrem eruditionem vehemẽter caros habuit. Cùmq; visum fuisset Danieli cũ cognatis victitare durius, & à regia mensa abstinere edulijs, atq; adeò ab animatis omnib. accesserunt Aschanẽ eunuchum qui curæ eorum erat præpositus, rogantes vt quæ mittebantur à Rege in suos vsus cõuerteret, ipsis legumina tantũ & palmulas in alimenta præberet, et si quid aliud præterea vellet inanime. se enim, alijs fastiditis, talem victum appetere. Ille verò ait se gratificari eis cupere, sed vereri ne hoc Rex deprehendat extenuatis ipsorum corporib. & immutata specie, quòd necesse sit vt habitudo & color rationi victus respondeat: idq; magis fore conspicuum ex collatione aliorũ qui alãtur delicatius: atq; ita propter eos adduci se posse in capitis periculum. Itaq; nacti Aschanẽ non admodum difficilem, persuadent vt saltẽ per decem dies hoc eis permittat experiendi gratia: quòd si corpora eorũ nihilo deterius inde habuerint, in eodem uictu perseuerare, qui cõpertus sit innoxius: sin autem detrimentum aliquod inde acceperint, minus specioßi facti quàm alij, ad pristinam diætã eos reduceret. vt verò apparuit non solùm non lædi eos talib. sed habitiores præ alijs & maiores inde fieri, vt cũ eis non essent conferendi qui cibis vescebantur regijs, sed Daniel cum socijs potius delicatã vitam agere videretur, ex eo tempore securè Aschanes partes quæ de regia mensa mittebãtur pueris, sibi retinebat, & illis apponebat quæ iã diximus. Illi verò vt potè puros iã habentes animos & ad percipiendas disciplinas idoneos, atq; etiã firmiora ad laborẽ corpora, quòd neq; illi læderentur aut grauarentur varietate deliciarum, neq; hac simili de causa emollirentur, facilè omnem perdidicerunt doctrinam tàm Hebraicam quàm Chaldaicam: sed præcipuè Daniel peritus talium artium, coniectandis quoq; somniorum significationibus studuit, visiones etiam diuinas videre solitus. Exacto autem biennio post Ægypti populationem Nabuchodonosorus cum vidisset mirandam visionem, cuius etiam euentum Deus ei in somnis indicauerat, mox vt è stratis surrexit eius oblitus est. accersitis igitur Chaldæis, & Magis ac vatibus, ait se somnium vidisse, & quoniam oblitus sit quale fuerit, velle vt & somnium sibi indicent & eius significationẽ. Illis autem respondentibus hoc supra humanas vires esse, atq; si exponeret eis visionem somnij, pollicentibus interpretationem, minatus est mortem nisi somniũ etiam indicarent: & cum negarent se id posse, necari omnes imperat. Tum Daniel audito quòd omnes sapientes iußisset occidi, & inter hos se quoq; cum suis cognatis esse in periculo, adijt

Iudæa per septuaginta annos deserta. 2. Par. 36. Ierem. 25. & 29. Hedio & Ruffinus Cap. 12.

Dan. 1. Daniclis & sociorum eius in Chaldaica disciplina institutio & profectus.


Dan. 2. Nabuchodonosorus visionis oblatę, oblitus, Magos ac vates accersit, eisq; mortem, ni indicarent, minatur.

adijt Ariochũ regij præfectum ſatellitij: rogauitq; cauſam cur ita Rex ſtatuiſſet in omnes ſapiẽtes & Magos atq; Chaldæos animaduertere: & cognito quod cum oblitus eſſet ſomnij, iußiſſetq; eos id ſibi indicare, nec illi potuiſſent, ad iram commotus ſit, impetrauit vt præfectus vnius noctis dilationem magis à Rege peteret. ſpem enim ſibi eſſe, Deum ea ipſa nocte exoratum indicaturum eſſe id ſomnium. quæ Danielis poſtulata cum per Ariochum Regi eſſent renunciata, iußit eadem Magorum differri, tantiſper dum huius promiſſi fidem experiretur. puer verò cum ſocijs digreſſus in ſuum cubiculum, per totam noctem ſupplex Deum precibus ſolicitauit, vt rem ſibi aperiret, & Magos cum quibus & ipſi periclitarentur, ab ira Regis eriperet, manifeſtata ſibi viſione quam Rex præterita nocte viſam elabi è memoria paſſus ſit. Deus autem & periclitantes miſeratus, & Danielis ſapientia delectatus, tàm ſomnium quã eius interpretationẽ ei notam reddidit, vt hanc per eum Rex cognoſceret. Ille hac reuelatione lætus, ſurgẽs fratribus eam indicat, iam deſperantibus vitã. & tantum de morte cogitantibus: hortaturq; vt trãquillo ſint animo, & de vita melius ſperare non dubitent. Cũ quib. actis Deo gratijs quòd ætatem eorum eſſet miſeratus, Ariochum adit initiò diei rogans vt ſe ad Regẽ ducat, indicaturum ei ſomnium quod proxima ante hanc nocte viderat. Ad quẽ ingreſſus primum deprecatus eſt eam opinionẽ, quaſi ipſe Chaldæis & Magis eſſet ſapientior, quòd nemine illorum valente inuenire ſomnium, ipſe id eſſet indicaturus. non enim ſua peritia, vel quòd intellectu alios præcellat, id fieri: ſed Deus, inquit, nos de vita periclitãtes miſeratus eſt: rogan-

An. mũdi 3363. AnteChriſtum natum 601.

Danieli ſomnium eiusq; interpretatio reuelatur.

Daniel Regi ſomniũ & interpretationem exponit.



tiq; mihi pro mea populariumq; vita, & ſomnium & eius ſignificationẽ aperuit. neq; enim tã me ſolicitum habuit ea triſtitia, quòd à te indigni vita eſſemus iudicati, quàm metus de exiſtimatione tua gloria, cum tot viros bonos & honeſtos necari iuberes, idq; iniuria, quòd non eſſet humana ſapientia cõprehenſibile quod mandabas, ſolo Deo valẽte præſtare quod cuperes. Ergo cum hæc te cura teneret, quis nam poſt te potiturus eſſet orbis imperio, dormienti tibi Deus volens omnes regnaturos oſtendere, tale immiſit ſomnium: videbaris tibi videre ſtatuã gran-

Somniũ Nabuchodonoſori, de quatuor Monarchijs mundi.

An. mũdi 3363. AnteChriſtum natum 601.

dem ſtantem, cuius caput erat aureum, humeri ac brachia argentea, venter & femora area, crura ac pedes ferrei. deinde ſaxum vidiſti abruptum à mõte in ſtatuam illam incidere, & hanc deiectam conterere, vt nulla eius pars maneret integra, ſed aurum, argentũ, as & ferrum abiret in minutiorem farina puluerem: eumq; ingruente venti vi diſſlatum in terras diuerſiſſimas. Saxũ verò illud tam magnum accepiſſe incrementũ, vt quantum eſt terrarum ſua mole opprimeret. Et hoc quidem eſt quod vidiſti ſomnium, quod in hunc modũ interpretari oportet. Aureum illud caput te ſignificat, & alios Reges ante te Babylonios. dua verò manus & humeri duo portendunt, quòd à duobus Regibus veſtrũ imperium delebitur. illorum quoq; imperiũ alius ab occidente veniens tollet è medio, amictus armis areis. Huius quoq; vires debellabuntur ab alio ferro ſimili, cui propter naturã ferri nihil poterit reſiſtere, quòd ea ſit auro, argẽto ac ære validior. adiecit & de ſaxo interpretationẽ Daniel, ſed mihi hoc nàrrare non libuit, cuius propoſitum eſt praterita, non etiã futura, ſcribere. quòd ſi quis veritatis auidus non deſiſtit inquirere, futurorũ quoq; obſcuros euentus cupiens diſcere, det operam vt Danielis librũ perlegat, qui habetur inter ſacras literas. Porrò Nabuchodonoſorus his auditis, agnoſcẽs ſuum ſomnium, attonitus eſt Danielis indole, & procidens in faciem, eum non aliter quàm Deum adorauit, diuinis iuuenem dignatus honoribus. Nec hoc contentus impoſito ei Dei ſui nomine, vniuerſa ditioni ſua præpoſitum eſſe voluit, cum eoq; ſimul eius conſanguineos: qui ob hoc inuidioſi facti, in periculum inciderunt, offenſo Rege propter cauſam talem. Rex fabrefacta aurea ſtatua, alta ſexaginta, lata ſex cubitos, in campo magno Babylonis eam ſtatuit: quàm dedicaturus conuocauit ex omni ſua ditione Principes: eisq; mandauit, vt quamprimùm tuba dari ſignum audierint, procidentes in faciem adorent ſtatuam. quod qui non fecerit, pœnam propoſuit, vt conijciatur in

Daniel cum ſocijs ad honores euectus.

Mandatum regium de ſtatua adorãda, Daniel. 3.

An. mũdi 3364. AnteChriſtum natum 600.



Danielis cognati ſtatuam adorare nolentes, in ignem coniecti, diuina prouidentia ſeruantur.

ardentis fornacis incendium. Cum igitur omnes audito tuba ſigno adorarent eam ſtatuam, Danielis cognati negauerunt ſe hoc facturos, quòd nollent patrias leges tranſgredi. moxq; delati, & in ignem coniecti diuina ſeruati ſunt prouidentia,

uidentia, & prater omnium opinionem euaſerunt mortis periculum. Ignis enim eos non attigit, ſed quaſi ſentiens iniuſtè in fornacem coniectos, pepercit, & non exeruit vim ſuam in iuuenes, Deo inuicta a flammis faciente horum corpora: qua quidem res magis etiam eos Regi commendauit, quòd probos & Deo caros eſſe animaduerteret: quo factum eſt, vt ſemper in maximo apud eum honore haberentur. Nam multò deinde pòſt, rurſum aliud dormiens Rex, *vidit in ſomnium, quòd priuatus regno vitam acturus eſſet inter beſtias, & poſt exactum eo modo ſeptennium denuo reſtituendus eſſet in priſtinum imperium. quo viſo rurſum conuocatis Magis per contatus eſt quid ſignificet. Eius intellectum nemo alius inuenire &* Regi *indicare potuit, ſolus Daniel quid portenderet coniectura aſſecutus eſt: & qualem hic pradixit, talis etiam euentus affuit. nam cum in ſolitudine tempus pradictum exegiſſet, nemine ſeptennio toto audente inuadere dominium exorato Deo rurſum in regnum ſuum reſtitutus eſt. Nemo autem mihi vitio debet vertere, quòd hac, ita vt in antiquis libris inuenio, ſcriptis meis inſero. Talibus enim criminatoribus dudum occurri in initijs huius hiſtoria, palàm profitens me tantum Hebraicorum voluminum in Gracam linguam interpretem: & qua illic continentur bona fide relaturum me promiſi, nec addentem quicquã de meo, nec auferentem etiã. Caterum Nabuchodonoſorus cum regnaſſet annos* XLIII. *vitam finijt, vir induſtrius & prioribus* Regibus *longè fortunatior. Meminit eius & Beroſus in tertio rerum Chaldaicarum libro his verbis. Pater autem Nabuchodonoſorus, audito quòd Satrapa quem Ægypto & caua Syria Phœniciaq; prafecerat, à ſe defeciſſet, cum non poſſet amplius ferre labores militia, tradita iuniori Nabuchodonoſoro copiarũ parte, iuſſit hunc contra illum proficiſci. qui collatis ſignis cum defectore congreſſus, & ipſum deuicit, & regiones eius ad ſuum imperium retraxit. Interea pater Nabuchodonoſorus apud Babylonem morbo abſumptus eſt, cum regnaſſet annos* XXI. *Nabuchodonoſorus verò non multò poſt patris morte cognita, & conſtitutis Ægypti ac reliquarum regionum negocijs, demandataq; amicis cura captiuorum Iudæorum, Syrorum, Phœnicum & Ægyptiorum traducendorum in Babyloniã cum exercitu & impedimentis, ipſe cum paucis per deſertum Babylonem properauit. Et cum aſſumpſiſſet regni adminiſtrationem, qua interim penes Chaldæos fuerat, & ab eorum primo ſeruata erat in eius reditũ, factus eſt totius paterni imperij dominus. ac primum omnium captiuos recens adductos per opportuna Babyloniæ loca in colonias diſtribuit: deinde ſpolijs bello partis Beli templum & alia quædam magnificè exornauit. auxit etiam & reparauit antiqua vrbis ædificia, munito & fluminis alueo, ita ne hoſtes eò poſſent vti ad ciuitatis incommodum. Tres quoq; murorum ambitus intra vrbem exſtruxit, & totidem foris circumdedit, omnes è coctilibus laterculis. cumq; memorabilib. operibus ciuitatem muniſſet, & portas in templorum modum ornaſſet, paterna Regia contiguam exſtruxit aliam* Regiam, *cuius ſubſtructiones & reliquã magnificentiam forte ſuperuacaneum eſſet dicere: vnum ſilere nõ poſſum, quòd tam amplum & ſuperbum ædificium intra quindecim dies abſolutum eſt. In hac Regia moles ſaxeas fornicibus ſuſpendit, montium ſpeciem referentes, ſupernè conſitas varijs arborum generibus, atque ita celebratos illos penſiles hortos abſoluit, eo quòd vxor educata in Media concupiſſet quandam patria ſua ſimilitudinem. Horum hortorum etiam Megaſthenes in quarto rerum Indicarum*

An. mũdi 3369. Ante Chriſtum natum 595.

Daniel. 4. Somnium & eius explicatio.

Mors Nabuchodonoſori. An. mũdi 3381. Ante Chriſtum natum 583.

Beroſus de Nabuchodonoſoro. Hedio & Ruffinus Cap. 13.

Megaſthenes de Nabuchodonoſoro.

An. mũdi 3381. Ante Christum natum 583.

volumine meminit, vbi ostendere conatur quòd hic Rex virtute & rerum gestarum magnitudine Herculem longè à tergo reliquerit. subiugasse enim eum & vrbem Africæ primariam, & bonam partem Hispaniæ. Sed & Diocles in secundo rerum Persicarum libro eius Regis mentionem facit, & Philostratus tam in Phœnicum quàm in Indorum historijs, quòd hic Rex per tredecim annos Tyrum oppugnauerit, regnante apud eam vrbem Ithobale. Atque hæc sunt quæ de hoc Rege apud historicos inuenio.

Diocles. Philostratus.

CAP. XII.

Successores Nabuchodonosori: Babylonici imperij ad Persas per Cyrum translatio: status Iudæorum in Babylonia.

Abilamarodachus Iechoniam è vinculis dimittit. 4. Regum 25. Ierem. 52.

An. mũdi 3382. Ante Christum natum 582.

ÆTERVM post Nabuchodonosori obitum Abilamarodachus eius filius regnum suscepit, qui mox Hierosolymorum Regem Iechoniam è vinculis dimisit, & inter necessarios amicos habuit, multis muneribus donatum, & apud Babylonem Regia sua præfectum. Pater enim eius fidem non seruauerat Iechonia, qui se ei cum vxoribus & liberis totaq; cognatione sponte tradiderat, respectu solius patriæ, quam nolebat per vim expugnatam dirui, sicut antè diximus. Abilamarodacho post decimum octauum regni sui annum defuncto Nigliſar filius successit, cumq; regnasset annos quadraginta vitam cum morte mutauit. continuata deinde successione ad Laboſardachum filium regnum peruenit: apud quem cum nouem tantum mensibus hæsisset, post mortem eius transiit ad Balthasarem, qui Babylonijs Naboandel nominatur. Huic bellum intulerunt Cyrus Persarum Rex & Darius Medorum, à quibus dum intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam & prodigiosa visio ei contigit. Discumbebat cœnans in ampla quadam aula, magno apparatu vasorum argenteorum quæ Regia mensa adhiberi solent, accumbentibus etiam concubinis & purpuratorum præcipuis. Deinde cum ita collibuisset, iubet è suo templo afferri vasa Dei, quæ spoliatis Hierosolymis Nabuchodonosor in vsum suum veritus vertere, in Dei sui templo reposuerat. Ipse verò iam mero calens ausus est ex eis potare, verba interim contumelioſa in Deum proferens: & ecce ibi videt manum è pariete prominentem, & in eo syllabas quasdam scribentem. qua visione territus conuocauit Magos & Chaldæos, & totum hoc genus quod apud Barbaros prodigiorum & somniorum interpretationem profitetur, postulans vt sibi enarrent id quod erat scriptum. Magis autem negantibus se eius intellectum inuenire, Rex ob rei nouitatem mœstus ac solicitus, præconis voce per totam suam ditionem publicauit: quicunque mentem earum literarum interpretari posset, daturum se ei torquem aureum, & purpureæ vestis vsum, quali Chaldæorum Reges vtuntur, atque insuper tertiam regni sui partem. Post hoc præconium maior etiam fit Magorum concursus, certatim sensum literarum scrutantibus, nihil tamen proficientibus. Videns autem tristem hac de causa Regem eius auia, solari eum cœpit, dicens esse quendã captiuum Iudæum per Nabuchodonosorum vastatis Hierosolymis adductũ, virum sapientem, qui posit obscura & soli Deo nota perquirere. hunc Nabuchodonosoro, quod quærebat, interpretatũ, cum id eo tempore posset alius nemo. rogabatq; vt accito illo percontaretur quid sibi velint hæ literæ, vt coarguta cæterorum inscitia, etiã si triste sit, prodigium id intelligatur. His auditis Balthasar

Nigliſar.

Laboſordochus.

Balthasar siue Naboandel Babyloniæ Rex.

An. mũdi 3421. Ante Christum natum 543.

Dan. 5.

Balthasar manum è pariete prominẽtem & syllabas quasdam scribentem videt.

An mũdi 3425. Ante Christum natum 539.

Daniel Regi scripturam interpretatur.

ſar accerſit Danielem: & præfatus ſe reſciuiſſe de eius ſapientia, deq; ſpiritu diuino quem habeat, & quòd ſolus ſit idoneus interpretandis quæ aliorum cognitionem effugiunt, rogauit vt ſibi enarret quid ſcriptura illa ſignificet, pollicens opera præmium vſum veſtis purpureæ torquemq; aureum, & ditionis ſuæ partem tertiam, vt ſapientia eius inſignita talibus honoribus, illuſtris fiat apud omnes qui honoris cauſam ſciſcitando cognouerint. Daniel autem recuſatis muneribus, quòd his diuinitus conceſſa ſapientia corrumpi nequeat, ſed indigentes gratis iuuare parata ſit, ait ſcripturam hanc vitæ finem ei prædicere: eo quòd ne proaui quidem calamitate, quam ille incurrit ob contemptum numinis, doctus ſit pietatem colere, & nihil moliri quod ſit ſupra naturam hominis. Nabuchodonoſorum enim ob impietatem damnatum ad victum ferinum, poſt multas preces miſerante Deo reſtitutum ad hominum cõuerſationem & priſtinum imperium, ac deinde per totam vitam agnouiſſe & laudaſſe Dei virtutem & prouidentiam: hunc verò oblitum domeſtici exempli, voces impias iactaſſe in Deũ, & potaſſe è ſacris vaſis vnà cum ſuis pellicibus. Ob hæc iratum Deum per has literas denunciare qualem ſit habiturus vitæ exitum. Sic enim interpretanda ſingula. Mane, hoc eſt numerus, ſignificat dinumeratum eſſe iam dierum tuæ vitæ ac regni numerum, & perbreue tempus ſupereſſe. Thecel, quod eſt pondus, appenſum à Deo regni tui tempus iam ad finem vergere. Phares, quod eſt fragmen, fracturum Deum tuum regnum, & partes eius in Medos ac Perſas diſtribrendas. Hac interpretatione accepta Rex non poterat non vehementer triſtari, attamen Danieli ſuam munificentiam non ſubtraxit tanquã malorum prænuncio, ſed dona quæ pollicitus eſt exhibuit, ſic cogitans, quod non bona audierit, ſui fati culpam eſſe, non Prophetæ: immò illum boni viri officio functum eſſe, qui ſic interpretatus ſit vt erat euenturum, tametſi parum lætus euentus ſequeretur. Non multum autem abijt temporis, dum & ipſe & vrbs in Cyri Perſarum Regis poteſtatem deuenit. Sub Balthaſare enim capta eſt Babylon, anno regni eius decimo ſeptimo. Hic finis fertur poſterorum Nabuchodonoſori. Darius autem cum extingueret Babyloniorum imperium, adiutus à Cyro ſuo cognato, annum agebat ſexageſimum ſecundum, qui fuit Aſtyagis filius, apud Græcos alio vocatus nomine. Hic etiã Danielem Prophetã aſſumptum ſecum duxit in Mediam, eumq; in maximo honore apud ſe habuit. erat enim vnus è tribus ſummis ſatrapis, qui ſub ſe habebãt alios CCCLX. *ſatrapas. tot enim à Dario primum inſtituti ſunt. Itaq; cum tam carus & honoratus apud* Regem *eſſet, vt qui ei tanquã diuino libenter de quouis negocio conſulenti pareret, non effugit caterorum inuidiã, quemadmodum fieri ſolet inter eos, qui aliquem ſibi à* Rege *præferri non patiuntur æquo animo. cumq; amuli occaſionem calumniæ contra eum quærerent, nullam vnquã eis præbuit. cum enim eſſet contemptor pecuniarum & omnium munerum, turpe ſibi ducens etiam pro beneficio licitam gratiam recipere, nullã accuſandi anſam inuenire poterãt. nec tamen deſtiterunt quærere quomodo honore deiectũ è medio tollerent. & cum animaduertiſſent Danielem quotidie ter Deo ſupplicare precibus, commenti ſunt occaſionem qua eum poſſent perdere: aditoq; Dario renunciant ei, viſum eſſe ſatrapis eius & principibus, per triginta dies populo dari intermiſſionem: quibus, nec ab ipſo, nec à quoquam hominũ aut Deorum quicquã precari liceat: & ſi quis contra hoc commune decretum faxit, eum in foueam leonum conijci. Rex verò non perſpiciens eorum maliciam, quòd*

An. mũdi 3425. Ante Chriſtum natum 539.

Danieli Rex dona promiſſa exhibet.

Babylon à Cyro Perſarum Rege capta.

Inuidiæ vis & natura.

Honor Danielis. Hedio & Ruffinus cap. 14. Daniel. 6.

An. mũdi 3425. Ante Christum natum 539.

quòd Daniel hoc commento peteretur, ait sibi placere hoc decretum: pollicitumq; se id confirmaturum, edictum proposuit in publicum quo satraparum decretu promulgabatur. Id cum omnes præ metu seruare conarentur, magnũ fuit vbiq; silentium. Daniel verò nihil hac curabat, sed more solito stans in conspectu omnium, adorabat Deum suum, & deprecabatur. Tum satrapæ nacti occasionem quam dudum captauerant, Regem adeunt propere, Danielemq; accusant, quòd contempto edicto solus ex omnibus Deos precari ausus sit, id non ob pietatem, sed ob hoc ipsum, quòd obseruari se sciret ab æmulis. Et cum Regem ob nimiam erga Danielem beneuolentiam etiam mandati sui contemptori facile veniam daturum crederent, hoc ipso magis accensi ad inuidiam, inflexibiles ad clementiam postulauerunt, vt iuxta latam legem coniiceretur in leonũ foueam.


Daniel in leonum foueã coniicitur.

Darius autem sperans ope diuina eripiendum à bestijs, hortatus est eum, vt præsentem casum aquo ferret animo: & postquam eò coniectus est, cum obsignasset lapidem, qui ori fouea incumbebat vice hostij, domum reuersus est: totamq; eam noctem cibo & somno exegit de amici salute solicitus. diluculo autem surgens ad foueam se cõtulit: & inuento illæso signaculo quo lapidem obsignauerat, per apertam fenestram supernè Danielem inclamauit, quarens, an adhuc saluus sit. Ad quam vocem, cum ille responderet illæsum se & incolumem, iussit eum è fouea bestiarum extrahi. inimici verò eius, videntes ei nihil mali accidisse, noluerũt hoc Dei prouidentiæ tribuere, sed causam referẽtes in leonum saturitatem, ausi sunt etiam apud Regem hoc asserere. at ille offensus eorum malitia, iussit multũ carnium obiici leonibus, & illis iam saturitatis inimicos Danielis in foueam conici, vt appareat, si propter saturitatem eos non attingant, ac tum demum euidentissimum fuit vatem ope diuina esse seruatum. nam nemini ex eis pepercerunt, sed non secus ac si fuissent famelici, & alimentis caruissent, sine mora eos dilaniauerunt. acuit autem ferarum rabiem non vexatio famis quæ iam eis exempta fuerat, sed obiectorũ malicia, Deo sic volente, vt ne bruta quidem eam impunitam sinerent. Cum igitur ad hunc modum vatis insidiatores periissent, Darius Rex per totum suum imperium nuncios dimisit qui Danielis Deum prædicarent, hunc esse solum verum & omnipotentem Deum asseuerando. ipsum deinde vatem in maiore etiam quàm antè honore habuit, primum inter amicos locum ei tribuens. qui cum ab omnibus Deo carus existimaretur, & propter hanc de se opinionem esset illustrissimus, ædificauit apud Ecbatana Mediæ turrim, opus pulcherrimum & singulari admiratione dignum, quod in hodiernum vsque durat, & spectantibus recentissimæ structuræ videtur, ac si ea ipsa die qua spectatur esset absolutum. tantam nouitatis speciem & tam integram pulchritudinem habet, nihil omnino à tam longo tempore læsam, præter aliorum ædificiorum consuetudinem, quæ æque atque homines vetustatis iniuriam sentiunt, nec firmitatem solum, sed etiã decorem sensim deperdunt. Mos autem durat vsque in præsens tempus, vt in ea turri sepeliantur Medorũ Reges & Persarũ atq; Parthorũ: eiusq; custodia Sacerdoti Iudaici generis hodie quoq; concreditur. Quod autem in hoc viro præcipua dignum est admiratione, silentio non prætermittimus. Omnis enim eximia felicitas, vt Prophetæ excellentissimo ei contigit, & viuenti tam apud Reges quàm apud populum gratioso, & post obitum sempiternam memoriam consecuto. libri enim eius quos conscriptos reliquit, etiam nunc apud nos leguntur, qui nobis certã fidem faciunt, quòd Deus cum eo colloquia miscuerit.

Danielis inimici à leonib' dilaniati.

Danielis vaticinia.

rit. non ſolum enim futura prædixit quemadmodum alij Prophetæ, verùm- An. mũdi 3425.
etiam tempus quo euentura eſſent præfinyt. & cum alij Prophetæ calamitates Ante Chriſtum
prædicerent, ideoq; malam gratiam apud Reges & multitudinem vulgarem natum 539.
inirent, hic bonarum rerum vates fuit, vt propter fauſtam ominationem qui-
dem beneuolentiam omnium ſibi conciliaret, propter euentuum verò certitudi-
nem fidem ſibi apud vniuerſum mortalium genus compararet. Exſtat enim in



eius ſcriptis vnde maximè illius Prophetiæ certitudo poteſt colligi. ait enim ſe
apud Suſa primariam Perſidis vrbem cum ſodalibus prodiſſe in campum, & ibi
terræmotu repentino exorto, diffugientibus metu amicis ſolum eſſe derelictum,
ſeipſum quoq; conſternatum in faciem & manus procidiciſſe. ibi acceſsiſſe quen-
dam excitantem ſe & iubentem, vt ſurgeret ac videret, quæ poſt multa ſecula
euentura eſſent ſuis ciuibus. ſurgenti deinde oſtenſum eſſe arietem magnum, ena- Danielis viſio de a-
ta habentem multa cornua, & in his vltimum cæteris celſius. verſis deinde ad riete & hirco, quos
occidentem oculis, vidiſſe ſe hircum delatum per aërem concurriſſe cum ariete, Medorum & Perſarũ
& bis cornibus ictum proſtrauiſſe humi & conculcaſſe pedibus. deinde vidiſſe Regnum præfigura-
enatum è fronte hirci cornu maximũ, quo defracto erupiſſe pro eo quatuor alia, tum fuit.
obuerſa in ventos ſingulos. & ex his etiam aliud minus exortum ſcripſit, quod Daniel. 8.
poſtquam eſſet adultum, Deus qui hæc oſtendebat, dixit geſturum bellum cõtra
gentem ipſius, & vrbem vi expugnaturum, & ceremonias templi conturbatu-
rum, ſacrificiaq; vetiturum per dies M C C X C V I. *hæc eſt viſio quam in campo*
apud Suſa ſe vidiſſe ſcripſit: eamq; Deum ſic interpretatum eſſe. Arietem ſi-
gnificare Perſarum & Medorum regna, cornua verò futuros in his Reges,
& horum vltimũ deſignari per cornu vltimum, hunc enim fore diuitijs & glo-
ria præſtantiſsimum. Per hircum verò indicari, fore aliquem è Græcorum Re-
gibus, qui cum Perſa bis congreſſus eum prælio ſuperet, totumq; eius imperium
occupet. Per cornu verò illud magnum ex hirci fronte exſtans primum Regem
ſignificari, & per aliorum quatuor pro illo pullulationem, & ad quatuor ter-
ræ tractus ſingulorum verſionem, ſucceſſuros oſtendi, poſt primi Regis mortem,

An. mūdi 3425. Ante Christum natum 539.

& regni inter eos partitionem. hos neque filios eius, neque alioqui ad cognationem ipsius pertinentes, multis annis per orbem habitatum regnaturos: ex hisq; exoriturum quendam Regem, qui bellum gerat cum gente Iudaeorum & legibus, & formam instituta iuxta has reipublica auferat: spoliatoq; templo victimas in id induci per triennium prohibeat. qua quidem calamitas genti nostra sub Antiocho Epiphane accidit, ita vt futurum Daniel ante multos annos scripserat.

Danielis de Romanorum imperio prædictiones. Dan. 9.

Eodem autem modo scripsit & de Romanorum imperio, & quantam vastitatem illaturi essent nostris hominibus. Haec omnia diuinitus sibi demõstrata scripto tradidit, & posteris legenda reliquit, vt videntes euentum non discrepare à praedictionibus, Danielem mirentur ob tam insignem honorem illi à Deo habitum: simulq; Epicureorum error coarguatur, qui prudentiam è vita eiciunt, & Deo regimen rerum nolunt permittere, nec credunt vniuersitatem a beata illa & immortali essentia vel conseruari vel gubernari, sed sine rectore & curatore mundum suopte impetu ferri asseuerant. qui si ita vt illi autumant careret praeside, quemadmodum naues sine gubernatoribus videmus procellis & fluctibus obrui, currusq; aurigis destitutos euerti ac confringi, ita & ipse perderetur immoderato impetu. Quamobrem dum Danielis vaticinia considero, non possum non damnare istorum insciti am, qui Deo negant cura esse res mortalium. quî enim fieri potuit, vt Prophetijs eius responderet euentus, si temerè in mundo gererentur omnia? Verum ego haec, ita vt inueni in literas retuli, quod si quis mauult diuersam opinionem sequi, id per me quidem erit illi integrum.

Epicureorum error coarguitur.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER VNDECIMVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI XI. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Cyrus Persarum Rex Iudæos Babylone dimissos pristinas sedes permittit repetere, collata eis in ædificationem templi pecunia.

II. Regij Duces & Satrapæ Iudæos ab ædificatione templi prohibent.

III. Cambyses Iudæos ab ædificando templo omninò abstinere iubet.

IIII. Darius Hystaspis filius templum Iudæis ædificat.

V. Xerxis Darij filij in Iudæorum gentem beneficia.

VI. Quomodo Artaxerxe regnante parum abfuerit, quin tota Iudæorum gens Amani dolo extingueretur.

VII. Bagoses, penes quem Artaxerxis iunioris exercitus fuit imperium, multis iniurijs Iudæos afficit.

VIII. Quanta Alexander Macedonum Rex in Iudæos beneficia contulerit.

CAP. I.

An. mũdi 3426. Ante Christum natum 538.

Cyrus Persarum Rex Iudæos Babylone dimissos pristinas sedes permittit repetere, collata eis in ædificationem templi pecunia.

PRIMO *autem anno regni Cyri, qui fuit transmigrationis nostræ Babylonicæ septuagesimus, miseratus est Deus captiuitatem & calamitatem ærumnosi illius populi: & sicut illis per Hieremiam Prophetam ante dirutam vrbem prædixerat, quòd postquam seruierint Nabuchodonosoro eiusq; posteris per annos septuaginta, rursum eos restituturus esset in patriam, & ædificato templo redituri essent ad felicitatem pristinam, ita eis omnia præstitit. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit vt ille in hunc modũ per vniuersam Asiam scriberet: Hæc dicit Cyrus Rex: Quoniam me Deus maximus orbis Regem constituit, hunc illum esse credo, quem Israelitarum adorat populus. Is enim meum nomen per suos Prophetas prædixit, & quòd templum eius ædificaturus sim Hierosolymis in terra Iudæa. Hoc autem Cyrus cognouit ex lectione libri, qui Esaiæ Prophetias continet, ducentis & decem annis ante ipsius ætatem cõscriptas. Hic enim secretum hoc Deum sibi indicasse dixit, quòd vellet Cyrum, quem multarum ac magnarum gentium Regem declaraturus esset, remittere populũ suum in terram Iudæam, & templum suum ædificare denuo. Hæc Esaias prædixit centum quadraginta annis antequam templum deuastatum est. Quibus lectis Rex admiratus vatis diuinitatem correptus est cupidine exsequendi quæ scripta legerat: conuocatisq; clarioribus apud Babylonem Iudæis, ait se illis permittere, vt proficiscantur in patriam, vrbemq; Hierosolyma & Dei templum ædificent denuo. Nam & ipsum Deum futurum illis auxilio, & se scripturum vicinis Iudææ ducibus ac satrapis, vt conferant eis aurum & argentum ad templi fabricam, & victimas ad sacrificia. Hoc mandato à Cyro accepto, duarum tribuum principes, Iudæ & Beniamitica, simulq; Leuitæ & Sacerdotes, properè Hierosolyma se conferunt: multi enim maluerunt manere apud Babylonem, non sustinentes possessiones suas relinquere. Quò cum peruenissent, omnes amici Regij fuerunt eis auxilio, conferebantq; ad templi structuram alij aurum, argentum alij, nonnulli pecudum & equorum multitudinem: soluentesq; vota quibus damnati fuerant, offerebãt solennes victimas, quasi vrbem denuo cõderent, & pristinum patrij ritus vsum reciperent. Nam & vasa quibus olim templum spoliauerat Nabuchodonosorus, per Cyrum tunc è Babylone remissa fuerant, ea Mithridati ærarij Regij præfecto tradita sunt perferenda ad Abassarem, asseruanda apud eum dum templum ædificaretur: cui mandatũ est, vt quàm primum id absolutum esset, mox ea Sacerdotibus & magistratibus populi redderet in templum restituenda. quin & Epistolam ad Syriæ satrapas in hæc verba scripsit. Rex Cyrus Syſinæ & Sarabasanæ S. Iudæis qui regionem meam habitãt permisi, vt quicunque vellent in propriam patriam reuersi vrbem denuo cõderent, & templum Dei Hierosolymis ædificarent eodem quo prius loco. misi autem eò etiam ærarij mei præfectum Mithridatem, & Zorobabelem principem Iudæorum, vt fundamentis iactis templum superstruant altitudine cubitorũ* LX. *& totidem latitudine, faciantq; tres ordines è lapide polito, & vnum ligneum è materie quam fert ea regio: similiter & altare super quo sacrificent Deo: quos*

Babylonicæ captiuitatis post septuaginta annos finis. 1. Esd. 1. 2. Esd. 2.

Cyri Persarum Regis edictum.

Esaiæ cap. 44. 45. de Cyro vaticinium.

Cyrus Iudæis redituſ in patriam, vrbis & templi ædificationẽ permittit.

Templi vasa è Babylone Hierosolymã remissa.

Cyri ad Syriæ Satrapas mandatum.

An. mũdi 3426. Ante Christum natum 538.

sumptus omnes de meo volo fieri. Vasa quoque quæ Nabuchodonosorus Rex de templo prædatus est, mitto per Mithridatem ærarij præfectũ & Zorobabelem Iudæorum Principem, vt ea perferant Hierosolyma, & in templum Dei restituant: quorũ numerus est hic: pſycteres aurei quinquaginta, argentei CCCC. *thericlea pocula aurea quinquaginta, argentea* CCCC. *situla aurea quinquaginta, argentea* D. *libatoria aurea* XXX. *argentea* CCC. *phialæ aureæ* XXX. *argenteæ* MMCCCC. *præterea vasa alia magna mille. Cõcedo etiam eis eosdem reditus quos maiores eorum soliti sunt accipere, in precium pecudum, & vini & olei drachmas ducenta quinque millia quingentas, & in similam artabas duo millia quingentas, atque hæc à Samariæ tributis præberi volo. immolabuntq; Sacerdotes has victimas iuxta Mosis legem Hierosolymis, & inter sacra precabuntur Deum pro salute Regis eiusq; generis, vt regnum Persarum incolume maneat. Qui verò per inobedientiam hæc mandata nostra irrita habuerint, eos in crucem agi volo, & facultates ipsorum fisco nostro attribui. Atque hoc fuit Epistolæ argumentum. Numerus autem eorum, qui è captiuitate cõuenerant Hierosolyma* XLII. *millia fuêre, & insuper* CCCCLXII.

Iudæorum è captiuitate Hierosolyma, præfectorum numerus.

CAP. II.

Regij duces & satrapæ Iudæos æb ædificatione templi prohibent.

Hedio & Ruffinus cap. 2. 1. Esd. 4. Samaritæ ab ædificatione templi Iudæos prohibent.

HJ dum templi fundamenta iaciunt, & in hoc ædificando toti sunt, circùm finitimæ gentes, præcipuè Chuthæi, quibus olim è Perside ac Media traductis Salmanasar Assyriorum Rex in Samaria Israelitis inde sublatis nouas sedes dederat, rogabant satrapas & eos quibus commendata erat hæc ædificatio, vt Iudæos impedirent, quò minus vrbem ac templum instaurare valeant. Illi verò pecunijs etiam corrupti vendiderunt Cuthæis suam circa demandatum officium cessationem & negligentiam, Cyro nesciente, vtpote distracto in alia negocia, qui demum Massagetico bello periit. Cambyse deinde in paternum principatum succedente, ex Syria & Phœnice Ammanitarumq; & Moabitarum ac Samaritarum regionibus redditur ei talis Epistola. Domine, seruitui, Rathymus commentariensis, & Semelius scriba, & magistratus Phœnices ac Syriæ. Cognoscere te oportet Rex, quòd Iudæi qui Babylonem traducti fuerant, in regionem nostram venerunt, & ciuitatem ob defectionem merito deletam restituunt, forumq; rerum venalium: reparant etiam mœnia & templum exstruunt. quòd si ita pergere sinantur, scito eos nec tributa persoluturos amplius, nec imperata facturos. opponentes enim se ipsis Regibus imperare potius quam seruire conabuntur. Quando igitur iam feruet templi ædificatio, visum est nostri officij non dissimulare hoc negocium, & admonere vt inspicias maiorum tuorum commentarios, inuenturus in eis Iudæos Regum desertores & hostes, vrbemq; ipsorum ob hoc crimen desolatam ac dirutam. quin hoc quoq; admonendus es, quòd si hæc vrbs incolatur denuo, mœniumq; ambitum absoluat, intercludetur tibi via in Phœnicen & Cauam Syriam.

Aliàs cap. 3. Samaritarum & aliorum ad Cambysem scripta de templi ædificatione auertenda.

An. mũdi 3435. Ante Christum natum 529.

Cambyses

CAP. III.

Cambyses Iudæos ab ædificando templo omninò prohibet.

An. mũdi 3435. Ante Christum natum 529.

Cambysis rescriptũ in quo Iudæos ab ædificãdo templo deterret.

CAMBYSES autem lecta epistola, cum esset alioquin etiam natus ad maliciam, grauiter commotus rescripsit hoc modo. Rex Cambyses Rathimo commentariensi, & Belsemo, & Semelio scribæ, & reliquis Samariæ ac Phœnices habitatoribus hæc dicit. Lectis quas misistis literis, iussi inspici maiorum meorum commentarios vbi inuentum est vrbem istam semper inimicam fuisse Regibus, habitatoresq; eius seditiosos perpetuò studuisse concitandis bellis & rerum nouitatibus. quodq; Reges habuerint potentes ac violentos, qui continuis tributorum exactionibus Phœnicen & cauam Syriam vexauerint. Ego igitur iubeo non permitti Iudæos vrbem denuò condere, ne per hanc occasionem crescat eorum malicia, qua concitati hactenus rebelles fuerunt Regibus. His literis perlectis Rathymus & scriba Semelius cum collegis uestigiò conscensis equis properarunt Hierosolyma ducentes secum magnam hominum multitudinem, prohibueruntq; Iudæos ne vrbem & templũ ædificare pergerent. Itaq; dilatum est id opus per annos IX. *vsq; in secundum annum regni Darij Persarum Regis. Cambyses enim cum per sexenniũ regnasset, subacta interim Ægypto, reuertens ab ea expeditione apud Damascũ est mortuus. Sublatis deinde Magis qui post eius obitum regnum per integrum annum occupauerant, septem illæ Persarum familiæ Hystaspis filium Darium communibus suffragijs Regem declarauerunt.*

Hedio & Ruffinus Cap. 3. Alias Cap. 4.

Darius Hystaspis filius Rex Persarum.

An. mũdi 3443. Ante Christum natum 521.

CAP. IIII.

Darius Hystaspis filius templum Iudæis ædificat.

IS adhuc priuatus uouerat Deo si regnum adipisceretur, quicquid sacrorum vasorum apud Babylonem esset, remissurum se in templum Hierosolyma: & forte fortuna per illud tempus venerat ad eum à Hierosolymis Zorobabel, qui captiuorũ Iudæorum dux declaratus fuerat. nam erat vetus Regis amicus. quamobrem inter satellites cum alijs duobus assumptus, speratum honorẽ consecutus est. Primo autem sui regni anno Darius splendido ac magnifico apparatu excepit tàm domesticos suos, quàm Medorum ac Persarum satrapas, prouinciarumq; præsides ab Indis vsq; ad Æthiopas, & præfectos copijs per CXXVII. *satrapias. Cumq; ad satietatẽ epulati, discessissent cubitum ad suũ quisq; diuersorium, Darius post breuem in lecto quietem à somno relictus, nec valens redormiscere, cœpit fabulari cum tribus satellitibus: & qui proponendam à se quæstionem verius ac prudentius soluerit, ei præmiũ fore promisit vsum purpuræ & aurei poculi. in cubatu quoq; ac vectatione vsurũ instrumento aureo, & tiara byssina ac torque aureo: & in cõsessu habiturũ locum Regi proximum, annumeratũ inter gentiles regios. post hæc promissa quærit ex primo num vinũ maximè polleat, ex secundo num Reges, ex tertio num mulieres, an fortè veritas magis quàm hæc omnia. his ad inquirendũ propositis siluit. Manè verò accersiuit megistanas & satrapas ac toparchas, residensq; vbi solebat iura reddere, iubet satellitũ illorũ quenq; coram toto cœtu respondere ad quæstionem sibi propositam, quid ipsi videatur verius. Tum primus eorũ sic exorsus est vini prædicare potentiã. Viri illustrissimi, equidem vino potẽtiæ palmã tribuere haud dubito, dũ eius viriũ hinc coniecturã capio. Animaduerto enim quòd quorumuis potantiũ mentẽ subuertit, & vel Regis*

1. Esd. 5. 6. Darius se sacra vasa Hierosolyma remissurum vouet.

Zorobabel.

Darius tribus satellitibus tres quæstiones proponit. 3. Esd. 3.

Primus vini potentiam prædicat.

An.mũdi 3443. AnteChriſtum natum 521.

animum ſic afficit, vt non ſecus quàm puer aliquis parentibus orbus curatoris egeat: ſeruum quoq; ſuæ conditionis oblitum ad dicendi libertatem concitat, & pauperi addit animos diuitis. mutat enim & regenerat animas quas ſubingreditur. nam & calamitoſorum extinguit triſtitiam, & are alieno atq; vſuris oppreſſos facit aliquantiſper videri ſibi omnium ditiſſimos, vt obliti ſui nihil ſonent humile, ſed talenta crepent, & alia fortunatorum verba magnifica. præterea tàm ducum quàm Regum illis ſenſum ac metum eximit, & omnem amicorum ac familiarium memoriam. armat enim homines vel aduerſus cariſſimos, eosq; facit videri alieniſſimos. cumq; edormito temeto per noctem ſobrij fuerint redditi, ſurgunt omninò inſcij quæ eis per ebrietatem patrata ſunt. quo fit, vt his argumentis perſuaſus vinum ducam rem omnium lõgè potiſſimam ſimul & violentiſſimam. Poſtquam primus prolata ſua de vino ſententia dicendi finem fecit, tum ſecundus cœpit extollere poteſtatem regiam, huius vires aſſeuerans eſſe maximas omnium quæ intellectu ac potentia prædita ſunt. id conatus eſt probare his rationibus. Omnium rerum penes homines eſſe imperium qui & terras & maria ad quoſcunq; vſus ſeruire ſibi adigunt. at ipſis hominibus Reges imperitare, eisq; quidlibet pro ſuo mãdare arbitrio. proinde qui in fortiſſimum animalium habent dominium, eorum vim ac virtutem merito exiſtimandam inſuperabilem. Quid? quòd dum ad bella & pericula ſubditos mittunt, omnes eorum imperata obſequenter faciunt, ſiue dum per eos obijciuntur hoſtibus, ſiue dum coguntur cum mœnibus ac turribus, atq; adeò cum montibus, ipſaq; rerum natura bellum gerere, ipſorum iuſſu parati vel occidi vel occidere, dum ne videantur à regijs mandatis vſquam digredi. parata deinde victoria, belli commoda vniuerſa ad Regem redeunt. Iam verò qui alieni à militia, dant agris colendis operam, poſt longos labores & ſudores comportatis fructibus Regi tributa perſoluunt: & quicquid ille iuſſerit, hoc neceſſario ſine mora perficitur. Interim ille expletus omnibus delicijs & voluptatibus dormit in cubiculo, excubantibus ante fores ſatellitibus, & ceu vinctis metu nuſquam diſcedentibus. nemo enim audet dormiente illo relicto abire ad curanda propria negocia, ſed vnam hanc curam putans neceſſariam, in hac vna eſt aſſiduus. Et qui fieri poteſt, vt non is ſit omnium potentiſſimus, cui tanta hominum multitudo paret per omnia? His peroratis ſucceſſit tertius Zorobabel, dicturus de mulieribus & veritate, quarum vis quanta ſit quamq; præpolleat cæteris rebus omnibus, ſic dicere aggreſſus eſt. Confeſſum eſt & vinum pollere plurimum, & Regem cui omnes obtemperant, maior tamen eſt potentia mulierum. nam & Rex per mulierem in lucem hanc productus eſt, & eos qui vites colendo vinum nobis afferunt, mulieres & educant & pariunt: & nihil eſt omninò quod non illis acceptum ferendum ſit. nam & veſtimenta nobis texuntur harum opera, & rei domeſtica cura his eſt concredita: nec vllo pacto poſſumus carere fœminis. ſed licet argento multo abundemus & auro, precioſiſq; rebus alijs, ſimul atq; mulierem formoſam conſpexerimus, neglectis illis omnibus inhiamus in viſa pulchritudinem, & libenter ei bonis cedimus, modò adamata forma frui liceat. Relinquimus etiam parentes ac patriam, & vel amiciſſimorum ſæpenumerò propter mulieres obliuiſcimur: ac ne commori quidem cum illis refugimus. addam & aliud argumentum earum potentiæ non minimum. quicquid terra mariue longo labore quæſitum eſt, nónne totum hoc mulieribus committimus? Ipſum etiam Regem tantarum re-

Secundus poteſtatẽ regiam extollit. 3. Eſdr. 4.

Zorobabel tertius Sãtelles mulierum vim præpollentẽ primũ oſtendens; mox veritati vt infractæ palmam attribuit.

rum

An. mūdi 3443. Ante Christum natum 521.

rum dominum vidi aliquando ab Apame Rapſacis Themaſini filia, concubina ſua cadi alapis, nec hoc tantum ferre, ſed vt ſibi detractum diadema capiti illa ſuo imponeret, ridentem cum ridẽte, & irata illa mœrentem, & adulatoriè ſe ad affectus illius attemperando humiliter ſatisfacientẽ. ſi quid eam offenſam animaduerteret. Interim dum ſatrapræ mirabundi alij in aliorum vultus inter ſe mutuò coniciunt oculos, Zorobabel ad veritatis laudes fecit tranſitum. Dixi, inquit, & declaraui quantum mulieres polleant, veruntamen nec hæ nec Rex veritati vllo modo conferẽdus eſt. Nam cum terra ſit maxima, cœlum item immenſæ altitudinis, & ſol celeritatis ineffabilis, cũq; hæc Dei voluntas gubernet ac moueat, qui Deus iuſtus eſt & verax, cõſequitur vt veritas ſit rerum omnium longè potentiſſima, cõtra quam iniuſtitia nihil omninò valeat. præterea reliqua omnia quantumuis pollere videantur, mortalia ſunt & celeres habent exitus, veritas verò immortalis eſt atq; ſempiterna. Quin & ea quæ ab illa percipimus nec mortalia ſunt, nec iniuriæ temporũ aut fortunæ reciprocis vicibus obnoxia, ſed iuſta & legitima, ſecretaq; ab omni labe iniuſtitiæ. his dictis Zorobabel ſermoni finem impoſuit. Acclamante verò auditorio quòd dixiſſet optimè, & quòd ſola veritas vim omnis ſenij vel mutationis expertem habeat, iuſſit eum Rex poſtulare aliquid ex his quæ illi paulo antè vltrò fuerat pollicitus. Libenter enim ſe conceſſurum, vt viro ſapienti, & qui prudentia vincat cæteros. quare poſthac, inquit, aſſeſſor meus eris, receptus inter cognatas mihi neceſſitudines. His auditis admonuit eum voti, quo ſe obligauerat, ſi adipiſceretur poteſtatem regiam: id autem erat, denuò condere Hieroſolyma, & ibi Dei templum inſtaurare, ac deinde ſacra vaſa olim per Nabuchodonoſorum inde ſublata, & Babylonem perlata, reſtituere. Hæc eſt, inquit, mea poſtulatio, quam nunc mihi permittis, ſapientem me virum iudicans. Tum Rex lætus aſſurgens excepit eum oſculo, moxq; ſcripſit toparchis & ſatrapis, iubens eos deducere Zorobabelem, eosq; qui vna profecturi erant ad inſtituendam & abſoluendam templi fabricam. Mandauit etiam per literas Phœnices ac Syriæ magiſtratibus vt materiam cedrinam in Libano excisam deportarent Hieroſolyma, & inſtaurantem eam vrbem adiutarent: in quibus literis hoc quoq; adſcriptum erat, iubere & velle Regem liberos eſſe omnes Iudæos quotquot ex captiuitate Hieroſolyma poſtliminio redierint & procuratores ſuos ac ſatrapas vetuit quicquam in regios vſus à Iudæis exigere: & quantumcunq; agrorum occupare valeant, permiſit eos immunes à tributis colere. Idumæis etiam & Samaritanis atq; Syriæ caua habitatoribus imperauit, vt agros qui aliquando Iudæorum iuris fuiſſent antiquis poſſeſſoribus redderent, atq; inſuper quinquaginta talenta in fabricam templi conferrent. ipſis aũt iuxta patrias leges ſacra facere permiſit, & quæ in hunc vſum eſſent neceſſaria, ſacrasq; veſtes in quibus Pontifex & cæteri ſacerdotes rem diuinam faciunt, de ſuo præberi voluit, necnon etiã organa quib. Leuitæ ſacros hymnos accinunt. & cuſtodib. vrbis atq; templi certas terræ portiones aſſignari iuſſit, ac in ſingulos annos pro alimentis certam pecuniã. deniq; de remittendis ſacris vaſis, deq; Iudæorum reſtitutione, cõfirmauit omnia quæ prius Cyrus decreuerat. Zorobabel autem hanc gratiam à Rege conſecutus, quam primũ egreſſus eſt regiam, ſuſpiciens in cœlũ, gratias egit Deo, quòd coram Rege inter concertatores viſus ſit ſapientior, confitens totum hoc diuini eſſe beneficij: peractaq; gratiarũ actione, precatus vt & in poſterũ propitius eſſe pergeret, Babylonem profectus eſt, latum popula-

Zorobabel ex oratione ſua laudem & munera præclara conſequitur.

Darius admonitus voti, templi reſtaurationẽm mandat.

Ruffinus Cap. 4. Darij Regis ſcriptum & mandatum de libertate, poſſeſſionibus, templo & ſacrificijs Iudæorum. 1. Eſd. 6.

Euangelium Iudæis allatum.

An.mũdi 3443. Ante Christum natum 521.

populariby ſuis nuncium afferens. Quo audito primùm gratias egerunt Deo pro reddita ſibi patria: deinde ad epulas & compotationes verſi, per huiuſmodi hilaritates continuos ſeptem dies exegerunt, ob receptam patriã ceu natalitiam feſtiuitatem denuò celebrantes. deinde duces Hieroſolymitanæ profectionis ex ſua quenq; tribu elegerunt, comparatis & iumentis quæ vxores ac liberos vehe-

Iudæi è Babylone Hieroſolyma proficiſcuntur. 3. Eſd. 5.

rent: deducentibus q; quos Darius ad hoc ipſum miſerat, genialiter viam emetiebantur hilares, perſonantibus omnia tibijs, & cymbalis perſtrepentibus, proſequente per luſum ac laticiam & reliqua Iudæorum multitudine. nam certus numerus è ſingulis cognationibus ſelectus proficiſcebatur: quas nominatim percenſere non libet, ne interrupta narrationis ſerie lectori tedium afferam. hoc

Numerus Iudæorũ è Babylone profectorum. 1. Eſd. 2.

tantum dicam compendio, fuiſſe pubertatem egreſſorum quater mille millia & ſexcenta viginti octo millia, duntaxat ex tribu Iuda & Beniamitica. Leuitarum enim ſequebantur quatuor millia & ſeptuaginta. promiſcuæ verò multitudinis puerorum ac mulierũ numerus erat quadraginta millia DCCXLII. *præterea Leuitici generis cantores aderant* CXXVIII. *ianitores* CX. *ſacri ſeruis* CCCXXII. *ad hæc qui dicebant ſe Iſraëlitas, nec tamen poterant approbare genus ſuum, ſexcenti quinquaginta duo. reiecti ſunt etiam ex ordine & honore ſacerdotali quotquot duxerant vxores, quarum genus nec ipſi indicare poterant, nec in Leuiticis & ſacerdotalis genealogijs inueniebatur. erant autem numero* DXXV. *Sequebatur etiam ſeruitiorum multitudo ſeptem millium* CCCXXXVII. *cantores etiam & cantatrices* CCXLV. *cameli* CCCCXXXV. *iumẽta* DXXV. *Dux*

Zorobabel Dux & Ioſua Pontifex.

autem multitudinis quam modò recenſui, fuit Salathielis filius Zorobabel, ex tribu Iuda & ſtirpe Dauidis natus, & cum eo Ieſus Ioſedeci Pontificis filius, & Mardocheus ac Serebæus: hi duo tribulium ſuffragijs ad ducatum electi, qui etiam contulerunt in ſumptus huius profectionis minas auri centum, argenti verò quinquies mille. atq; in hunc modum ſacerdotes ac Leuitæ & pars quædam populi Iudæorum quitum apud Babylonem erat, ad habitanda Hieroſolyma ſunt deducti. reliqua verò multitudo pauliſper diſcedentes proſecuta, domos

Ieſus Pontifex & Zorobabel Princeps altare ædificant. 1. Eſd. 3.

quiſq; ſuas rediit. Septimo autem menſe poſtquam Babylonem exiuerant, Ieſus Pontifex & Zorobabel Princeps dimiſſis circum oppida nuncijs è tota regione populum Hieroſolyma conuocauerunt, cupidè ad mandatum eorum conuenientem: & ædificauerunt altare in quo prius fuerat loco, ad offerenda Deo ſacrificia iuxta leges per Moſem traditas. Quæ dum faciunt, non æquis oculis aſpiciebantur à finitimis gentibus, quibus exoſi erant omnibus. Celebrauerunt au-

Scenopegia.

tem etiam Scenopegiam per idem tempus, iuxta legiſlatoris præſcripta, & poſt hæc oblationes & quotidiana ſacrificia, victimas q; ſabbatorum atq; omnium ſanctarum feſtiuitatum. tum qui vota vouerant, reddebant ea ſacrificantes à nouilunio menſis ſeptimi. Deinde templi ædificationem ſunt aggreſſi, expendentes multas pecunias in cæmentarios & fabros, & multum alimentorum in-

Templum ædificari cœptum.

cibos eorum qui conuehebant materiem. Hoc enim Sidonij facilè ac libenter faciebant, trabes cedrinas de Libano deferentes, quibus mox in rates compactis, in Ioppenſem portum eas perducebãt, ita vt primùm à Cyro, & tum iterũ à Dario iuſſi fuerant. Hæc fiebant anno à reditu Iudæorũ ſecundo, menſe ſecundo, quando iactis templi fundamentis prima die Decemb. cœperunt ſuperſtruere: præpoſuerunt q; operi curando Leuitarum quotquot vigeſimum annum attigerant, & Ieſum cum filijs ac fratribus, & Zolimielem Iudæ fratrem, Aminadabi filium,

eiusq;

eiusq́ filios: quibus ſumma cura & diligentia commiſſum negocium tractanti- An. mũdi 3443. Ante Chriſtum natum
bus, celerius opinione creſcebat templi adiſicium. Id vbi factum eſt, accedentes ſacerdotes ornatu ſuo cum tubis, & Leuita Aſaphiq́ progenies, canebant ſa-



cros hymnos, in Dei laudem à Dauide quondam inſtitutos. Sacerdotes autem & Leuita cognationumq́ Principes ætate prouectiores, qui & illud prius templum videre meminerant magnum & opulentum, & hoc recens pro præſentium fortunarum tenuitate deterius fieri animaduertebant, reputantes quantum ab illa priſca felicitate abeſſet, oborta inde mœſtitia temperare à lacrymis non poterant: vulgus autem contentum erat præſenti templo, vt quod nulla priorũ temporum comparatione ſeipſum cruciabat, nec vllum detrimentum factum quibat animaduertere. contra ſeniorum ac ſacerdotum multo deteriore conditione res ſuas eſſe exiſtimantium gemitus, vix concentu tubarum obſcurari poterat. Samaritæ autẽm inimici auditis tubis, & latantium atq́ dolentium promiſcuis vociferationibus, accurrerũt volentes cauſam diſcere: & cognito quòd Iudæi è captiuitate Babylonica poſtliminio reuerſi templum inſtaurarent, adeunt Zorobabelem ac Jeſum Principesq́ cognationũ, poſtulantes vt eos admitterent ad templum communi ſumptu adificandũ. Nam ſe quoq́ aiebant eundem Deum colere, & eius gloriari nomine, religionisq́ eius ſtudioſos fuiſſe, iam inde ab illo tempore quo Salmanaſſar Aſſyriorum Rex è Chuthia & Media gentem eam in loca illa tranſtulerat. Ad quæ poſtulata illi de communi ſententia reſponderunt, ad ſimul adificandum admitti eos non poſſe, cum & prius Cyrus & nunc Darius ipſos adificare iuſſerint: licere tamen eis ibi adorare. idq́ facere vetari eorum neminem, ac ne cæterarum quidem gentium quenquam, cum omnibus hominibus eò venientibus templum ad adorandum pateat. His auditis Chuthæi, ſic enim nos Samaritas appellamus, indignè tulerunt: & inſtigauerunt Syriæ gentes, vt Satapras rogarent quemadmodum ſub Cyro primùm, ac mox ſub Cambyſe, vt templi adificationem impedirent, Judæorumq́ conatus & diligentem circa hoc opus operam quoad liceret de induſtria remorarentur. Per idem tempus aſcen-

Samaritæ templi ædificationẽ promouere volentes, reijciuntur.

Samaritæ templi ædificationem impedire cogitant.

An. mũdi 3443. Ante Christum natum 521.

dit Hierosolyma Sisines Syriæ ac Phœnices præfectus, & Sarabazanes cum quibusdam alijs, rogauerunt q; Iudæorum Principes, cuius permissu templum sic ædificarent, vt arx potius quàm fanum existimari posit: & cur tam firmis mœnibus & porticibus vrbem cinxissent. Responderunt Zorobabel & Jesus, seruos se esse Dei maximi, cui templum hoc exstructum à quodam eius gentis Rege fortunatissimo & in omni virtute excellentissimo per multas ætates incolume steterit. Deinde ob maiorum suorum impietatem per Nabuchodonosorum Babyloniorum & Chaldæorum Regem expugnata & deleta vrbe, temploq; spoliato ac incenso, & populo in captiuitatem Babylonicam abducto, Cyrum qui Persidis & Babyloniæ regno potitus sit, regio diplomate mandasse templi instaurationem, & donaria vasaq; per Nabuchodonosorum sublata tradidisse Zorobabeli & Mithridati ærarij sui præfecto, vt ea deportarent Hierosolyma, rursumq; in templum instauratum reponerent. eiusdem enim Regis mandato Abassarum missum ad eam vrbem, vt daret operam, vt id templum primo quoq; tempore absolueretur. eum acceptis regijs literis confestim venisse & fundamenta iecisse. atq; ex eo tempore nunquam inimicas gentes interturbare ædificationem atq; impedire destitisse. Quare si illis ita videretur, scriberent Dario, vt inspectis regijs commentarijs manifestum fiat vera ipsos omnia dicere. His auditis Sisines & alij cum eo, noluerunt ædificationem inhibere inconsulto Dario, sed confestim ei de hac re scripserunt. Judæis enim solicitis & metuentibus ne Regem pœniteat iussisse reparari Hierosolyma, duo prophetæ qui tum erant in populo, Aggæus & Zacharias, bono animo eos esse iubebant, nec à Persis quicquam timere: quandoquidem ipsi compertam haberent super hac re Dei voluntatem: quibus credens populus assiduus erat in opere, nulla die id intermittens. Cumq; Samaritæ Dario scripsissent, accusantes Judæos quòd vrbẽ muniant, templumq; arci quàm fano similius exstruant: asseuerantes non esse hoc in rẽ Regis, & ostendentes Cambysis epistolam, per quam eam ædificationem impediuerat & vetuerat, ratus non esse rebus suis tutam aut vtilem: postquam etiam Sisinis & collegarum de eodem negocio literas accepit, iussit regios commentarios super hac re consuli: & inuentus est apud Ecbatana castrum Mediæ liber, in quo hæc scripta continebantur: Anno primo regni sui Cyrus Rex decreuit, vt templum Dei cum altari Hierosolymis ædificaretur altitudine cubitorum LX. *& totidem latitudine. quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & ligneum vnum è materie quam fert ea regio: & sumptus in hoc ex ærario* Regis *præberentur. Sed & vasa templi quæ Nabuchodonosorus sustulerat, reddantur & reportentur Hierosolyma. Vtq; cura eius negotij sit penes Abassarem Syriæ ac Phœnices præfectum eiusq; collegas, qui abstinerent quidem ipsi ab eis locis, seruos verò Dei Judæos & eorum Principes sinerent templum struere: ipsi verò adiuuarent eos in hoc opere de tributis suæ prouinciæ, & ad sacrificia quoque suppeditarent, tauros, arietes, agnos, hædos, similam, oleum, vinum, & cætera quæ sacerdotes postulauerint, qui deprecaturi sint Deum pro salute* Regis *atque Persarum. Quicunque autem contra mandatum hoc facere ausus fuerit, is vt comprehensus in crucẽ agatur, & facultates eius fisco addicantur. inibi etiam addita erat execratio, vt quicunq; eius tẽpli ædificationẽ vetare voluerit, Deus eum feriat, atq; hoc modo iniquitatem eius cohibeat. Hæc cum Darius in Cyri commentarijs inuenisset, rescripsit Sisini & collegis eius hoc modo. Rex Darius*

Legati Syriæ, templi & vrbis muniendæ causam quærentes, ad Iudæos missi.

1. Esd. 5.

Aggæus & Zacharias prophetæ.

Samaritæ templi & vrbis restaurationẽ impedire conantes, magis promouent.

Cyri de Iudæis eorumq; templo decretum.

An. mũdi 3444. Ante Christum natum 520.

An. mũdi 3450. Ante Christum natum 514.

3. Esd. 6.

Sisini

Sisini magistro equitum & Sarabazani caterisq; magistratibus S. Mitto ad vos exemplar epistolæ Cyri, quam in ipsius cõmentarijs inueni: voloq; vt omnia fiant, quemadmodum in ea continentur. Valete. Ergo cognita ex his literis voluntate Regis, Sisines & reliqui decreuerunt eam per omnia sequi. itaq; suscepta cura sacræ fabricæ, adiuuabant Iudæos magistratusq; illorũ & Principes & magnis omnium studijs proficiebat templi ædificatio iuxta mandata Cyri & Darij prophetãtibus interim Aggæo & Zacharia: absolutumq; est intra septennium. Anno autem regni Darij nono, vigesima tertia die mensis vndecimi, qui nostris dicitur Adar, Macedonibus distrus, sacerdotes ac Leuitæ cum reliqua Israëlitarũ multitudine obtulerũt sacrificia pro renouata post captiuitatẽ pristina felicitate proq; recepto nouo templo, tauros centum, arietes ducentos, agnos CCCC. *hircos* XII. *pro peccatis totidem tribuum: constituerunt q; Leuitæ iuxta Mosis leges ex ordine suo ianitores per singulas portas. ædificauerant enim Iudæi porticus quoq; quibus templum circumquaq; includebatur. Instante deinde azymorum festo, mense primo, qui Macedonibus est Xanthicus, nobis verò Nisan, confluxit totus populus ex oppidis in vrbem: celebrauerunt q; id festum casti ac puri vnà cum coniugibus ac liberis ritu patrio, & victimam paschalem immolantes decimaquarta luna epulati sunt per continuos dies septem, nullis sumptibus parcentes, holocautomata etiam offerentes, & agentes gratias Deo, qui eos tandem antiquæ patriæ & eius legibus ac ritibus restituerit, deflexo ad benignitatem ac clementiam Regis Persici animo. atq; ita summa liberalitate in re diuina vsi incoluerunt Hierosolyma, instituta ea Reipub. forma quæ per optimates administratur. penes Pontifices enim fuit summa autoritas, donec Asamonæorum gens mutato rerum statu regnum obtinuit. ante captiuitatem enim iam inde à Sauli & Dauidis temporib, egerunt sub Regibus per annos* DXXXII. *menses sex, dies decem. & ante hos æquè monarchæ res administrauerunt appellati Iudices, qui Reipub. status plus quam quingentis annis durauit post Mosis & Jesu imperium. Hoc igitur modo se habebant Judæi in patriam restituti sub Cyro & Dario Regibus. Samaritæ autem, infensa gens & inuida, multis molestijs eos afficiebant, freti opibus, & affectantes cognati Persarum videri, quod inde essent oriundi. nam quæ iussi erant, ex tributis in sacrificia conferre grauabantur, magistris equitum interim conniuentibus: & quacunq; in re vel per se, vel per alios poterant nostram gentem lædere, nullam occasionem prætermittebant. Visum est itaq; senatui populoq; Hierosolymitano legationem ad* Regem *Darium mittere, & Samaritas accusare: cuius legationis caput fuit Zorobabel, assumptis alijs quatuor collegis. Cæterùm Rex cognitis criminibus quæ per legatos Samaritis obijciebantur, dedit eis literis perferendas ad magistros equitum eius prouinciæ, & ad Senatum Samaritanum, in quibus hæc continebantur. Rex Darius Tangaræ & Sambabæ magistris equitum apud Samariam, & Sadracæ ac Bobeloni reliquisq; eorum conseruis. Zorobabel, Ananias, & Mardochæus Judæorum legati accusauerunt vos, quòd molesti fueritis templum ædificantibus, quodq; nõ præbeatis impensas in sacrificia, quas me iubẽte præbere illis debueratis. Volo igitur vt lecta hac epistola præbeatis eis ex regio ærario in quo tributa Samariæ seruantur, quicquid sacrificiorum vsus postulat, vt non desinentes quotidie sacrificare tàm pro me, quàm pro Persarum gente Deum deprecentur.*

An. mũdi 3450. Ante Christum natum 514.

Darij ad Syriæ præfectos epistola.

Templi ædificatio absoluta.

Templum 23. Martij seu vt est 1. Esd. 6. Martij 3. dedicatum.

Pascha celebratur.

Reipub. forma Hierosolymis instituta.

Samaritæ Iudæis infensi.

Iudæorum ad Darium legatio.

An. mũdi 3464 Ante Christum natum 500.

Mandatum de sumptibus ad structurã templi præbendis.

An.mũdi 3443. Ante Christum natum 521.

populariḃus ſuis nuncium afferens. Quo audito primùm gratias egerunt Deo pro reddita ſibi patria: deinde ad epulas & compotationes verſi, per huiuſmodi hilaritates continuos ſeptem dies exegerunt, ob receptam patriã ceu natalitiam feſtiuitatem denuò celebrantes. deinde duces Hieroſolymitana profectionis ex ſua quenq; tribu elegerunt, comparatis & iumentis quæ vxores ac liberos vehe-

Iudæi è Babylone Hieroſolyma proficiſcuntur. 3. Eſd. 5.

rent: deducentibusq; quos Darius ad hoc ipſum miſerat, genialiter viam emetiebantur hilares, perſonantibus omnia tibijs, & cymbalis perſtrepentibus, proſequente per luſum ac læticiam & reliqua Iudæorum multitudine. nam certus numerus è ſingulis cognationibus ſelectus proficiſcebatur: quas nominatim percenſere non libet, ne interrupta narrationis ſerie lectori tædium afferam. hoc tantum dicam compendio, fuiſſe pubertatem egreſſorum quater mille millia &

Numerus Iudæorũ è Babylone profectorum. 1. Eſd. 2.

ſexcenta viginti octo millia, duntaxat ex tribu Iudæ & Beniamitica. Leuitarum enim ſequebantur quatuor millia & ſeptuaginta. promiſcuæ verò multitudinis puerorum ac mulierũ numerus erat quadraginta millia DCCXLII. *præterea Leuitici generis cantores aderant* CXXVIII. *ianitores* CX. *ſacri ſerui* CCCXXII. *ad hæc qui dicebant ſe Iſraëlitas, nec tamen poterant approbare genus ſuum, ſexcenti quinquaginta duo. reiecti ſunt etiam ex ordine & honore ſacerdotali quotquot duxerant vxores, quarum genus nec ipſi indicare poterant, nec in Leuiticis & ſacerdotalis genealogijs inueniebatur. erant autem numero* DXXV. *Sequebatur etiam ſeruitiorum multitudo ſeptem millium* CCCXXXVII. *cantores etiam & cantatrices* CCXLV. *cameli* CCCCXXXV. *iumẽta* DXXV. *Dux autem multitudinis quam modò recenſui, fuit Salathielis filius Zorobabel, ex*

Zorobabel Dux & Ioſua Pontifex.

tribu Iudæ & ſtirpe Dauidis natus, & cum eo Ieſus Ioſedeci Pontificis filius, & Mardocheus ac Serebæus: hi duo tribulium ſuffragijs ad ducatum electi, qui etiam contulerunt in ſumptus huius profectionis minas auri centum, argenti verò quinquies mille. atq; in hunc modum ſacerdotes ac Leuitæ & pars quædam populi Iudæorum quitum apud Babylonem erat, ad habitanda Hieroſolyma ſunt deducti. reliqua verò multitudo pauliſper diſcedentes proſecuta, domos

Ieſus Pontifex & Zorobabel Princeps altare ædificant. 1. Eſd. 3.

quiſq; ſuas redijt. Septimo autem menſe poſtquam Babylonem exiuerant, Ieſus Pontifex & Zorobabel Princeps dimiſſis circum oppida nuncijs è tota regione populum Hieroſolyma conuocauerunt, cupidè ad mandatum eorum conuenientem: & ædificauerunt altare in quo prius fuerat loco, ad offerenda Deo ſacrificia iuxta leges per Moſem traditas. Quæ dum faciunt, non æquis oculis aſpiciebantur à finitimis gentibus, quibus exoſi erant omnibus. Celebrauerunt au-

Scenopegia.

tem etiam Scenopegiam per idem tempus, iuxta legiſlatoris præſcripta, & poſt hæc oblationes & quotidiana ſacrificia, victimasq; ſabbatorum atq; omnium ſanctarum feſtiuitatum. tum qui vota vouerant, reddebant ea ſacrificantes à

Templum ædificari cœptum.

nouilunio menſis ſeptimi. Deinde templi ædificationem ſunt aggreſſi, expendentes multas pecunias in cæmentarios & fabros, & multum alimentorum in cibos eorum qui conuehebant materiem. Hoc enim Sidonij facilè ac libenter faciebant, trabes cedrinas de Libano deferentes, quibus mox in rates compactis, in Ioppenſem portum eas perducebãt, ita vt primùm à Cyro, & tum iterũ à Dario iuſſi fuerant. Hæc fiebant anno à reditu Iudæorũ ſecundo, menſe ſecundo, quando iactis templi fundamentis prima die Decemb. cœperunt ſuperſtruere: præpoſuerunt q; operi curando Leuitarum quotquot vigeſimum annum attigerant, & Ieſum cum filijs ac fratribus, & Zolimielem Iudæ fratrem, Aminadabi filium,

eiusq;

eiusq́ filios: quibus ſumma cura & diligentia commiſſum negocium tractantibus, celerius opinione creſcebat templi ædificium. Id vbi factum eſt, accedentes ſacerdotes ornatu ſuo cum tubis, & Leuita Aſaphiq́ progenies, canebant ſa- An. mũdi 3443. Ante Chriſtum natum [illegible].



cros hymnos, in Dei laudem à Dauide quondam inſtitutos. Sacerdotes autem & Leuita cognationumq́ Principes ætate prouectiores, qui & illud prius templum videre meminerant magnum & opulentum, & hoc recens pro præſentium fortunarum tenuitate deterius fieri animaduertebant, reputantes quantum ab illa priſca felicitate abeſſet, oborta inde mœſtitia temperare à lacrymis non poterant: vulgus autem contentum erat præſenti templo, vt quod nulla priorũ temporum comparatione ſeipſum cruciabat, nec vllum detrimentum factum quibat animaduertere. contra ſeniorum ac ſacerdotum multo deteriore conditione res ſuas eſſe exiſtimantium gemitus, vix concentu tubarum obſcurari poterat. Samaritæ autem inimici auditis tubis, & lætantium atq́ dolentium promiſcuis vociferationibus, accurrerũt volentes cauſam diſcere: & cognito quòd Iudæi è captiuitate Babylonica poſtliminio reuerſi templum inſtaurarent, adeunt Zorobabelem ac Jeſum Principesq́ cognationũ, poſtulantes vt eos admitterent ad templum communi ſumptu adificandũ. Nam ſe quoq́ aiebant eundem Deum colere, & eius gloriari nomine, religionisq́ eius ſtudioſos fuiſſe, iam inde ab illo tempore quo Salmanaſſar Aſſyriorum Rex è Chuthia & Media gentem eam in loca illa tranſtulerat. Ad quæ poſtulata illi de communi ſententia reſponderunt, ad ſimul adificandum admitti eos non poſſe, cum & prius Cyrus & nunc Darius ipſos adificare iuſſerint: licere tamen eis ibi adorare. idq́ facere vetari eorum neminem, ac ne caterarum quidem gentium quenquam, cum omnibus hominibus eò venientibus templum ad adorandum pateat. His auditis Chuthæi, ſic enim nos Samaritas appellamus, indignè tulerunt: & inſtigauerunt Syriæ gentes, vt Satapras rogarent quemadmodum ſub Cyro primùm, ac mox ſub Cambyſe, vt templi adificationem impedirent, Judæorumq́ conatus & diligentem circa hoc opus operam quoad liceret de induſtria remorarentur. Per idem tempus aſcen-

Samaritæ templi ædificationẽ promouere volentes, reijciuntur.

Samaritæ templi ædificationem impedire cogitant.

An. mũdi 3443. Ante Christum natum 521.

dit Hierosolyma Sisines Syriæ ac Phœnices præfectus, & Sarabazanes cum quibusdam alijs, rogauerunt q; Iudæorum Principes, cuius permissu templum sic ædificarent, vt arx potius quàm fanum existimari posit: & cur tam firmis mœnibus & porticibus vrbem cinxissent. Respondérunt Zorobabel & Jesus, seruos se esse Dei maximi, cui templum hoc exstructum à quodam eius gentis Rege fortunatissimo & in omni virtute excellentissimo per multas ætates incolume steterit. Deinde ob maiorum suorum impietatem per Nabuchodonosorum Babyloniorum & Chaldæorum Regem expugnata & deleta vrbe, temploq; spoliato ac incenso, & populo in captiuitatem Babylonicam abducto, Cyrum qui Persidis & Babyloniæ regno potitus sit, regio diplomate mandasse templi instaurationem, & donaria vasaq; per Nabuchodonosorum sublata tradidisse Zorobabeli & Mithridati ærarij sui præfecto, vt ea deportarent Hierosolyma, rursumq; in templum instauratum reponerent. eiusdem enim Regis mandato Abassarum missum ad eam vrbem, vt daret operam, vt id templum primo quoq; tempore absolueretur. eum acceptis regijs literis confestim venisse & fundamenta iecisse. atq; ex eo tempore nunquam inimicas gentes interturbare ædificationem atq; impedire destitisse. Quare si illis ita videretur, scriberent Dario, vt inspectis regijs commentarijs manifestum fiat vera ipsos omnia dicere. His auditis Sisines & alij cum eo, noluerunt ædificationem inhibere inconsulto Dario, sed confestim ei de hac re scripserunt. Judæis enim solicitis & metuentibus ne Regem pœniteat iussisse reparari Hierosolyma, duo prophetæ qui tum erant in populo, Aggæus & Zacharias, bono animo eos esse iubebant, nec à Persis quicquam timere: quandoquidem ipsi compertam haberent super hac re Dei voluntatem: quibus credens populus assiduus erat in opere, nulla die id intermittens. Cumq; Samaritæ Dario scripsissent, accusantes Judæos quòd vrbẽ muniant, templumq; arci quàm fano similius exstruant: asseuerantes non esse hoc in rẽ Regis, & ostendentes Cambysis epistolam, per quam eam ædificationem impediuerat & vetuerat, ratus non esse rebus suis tutam aut vtilem: postquam etiam Sisinis & collegarum de eodem negocio literas accepit, iussit regios commentarios super hac re consuli: & inuentus est apud Ecbatana castrum Mediæ liber, in quo hæc scripta continebantur: Anno primo regni sui Cyrus Rex decreuit, vt templum Dei cum altari Hierosolymis ædificaretur altitudine cubitorum LX. & totidem latitudine. quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & ligneum vnum è materie quam fert ea regio: & sumptus in hoc ex ærario Regis præberentur. Sed & vasa templi quæ Nabuchodonosorus sustulerat, reddantur & reportentur Hierosolyma. Vtq; cura eius negotij sit penes Abassarem Syriæ ac Phœnices præfectum eiusq; collegas, qui abstinerent quidem ipsi ab eis locis, seruos verò Dei Judæos & eorum Principes sinerent templum struere: ipsi verò adiutarent eos in hoc opere de tributis suæ prouinciæ, & ad sacrificia quoque suppeditarent, tauros, arietes, agnos, hædos, similam, oleum, vinum, & cætera quæ sacerdotes postulauerint, qui deprecaturi sint Deum pro salute Regis atque Persarum. Quicunque autem contra mandatum hoc facere ausus fuerit, is vt comprehensus in crucẽ agatur, & facultates eius fisco addicantur. inibi etiam addita erat execratio, vt quicunq; eius tẽpli ædificationẽ vetare voluerit, Deus eum feriat, atq; hoc modo iniquitatem eius cohibeat. Hæc cum Darius in Cyri commentarijs inuenisset, rescripsit Sisini & collegis eius hoc modo. Rex Darius

Legati Syriæ, templi & vrbis muniendæ causam quærentes, ad Iudæos missi. 1. Esd. 5.

An. mũdi 3444. Ante Christum natum 520.

Aggæus & Zacharias prophetæ.

Samaritæ templi & vrbis restaurationẽ impedire conantes, magis promouent.

Cyri de Iudæis eorumq; templo decretum.

An. mũdi 3450. Ante Christum natum 514.

3. Esd. 6.

Sisini

Siſini magiſtro equitum & Sarabazani cæterisq; magiſtratibus S. Mitto ad vos exemplar epiſtolæ Cyri, quam in ipſius cõmentarijs inueni: voloq; vt omnia fiant, quemadmodum in ea continentur. Valete. Ergo cognita ex his literis voluntate Regis, Siſines & reliqui decreuerunt eam per omnia ſequi. itaq; ſuſcepta cura ſacræ fabricæ, adiuuabant Iudæos magiſtratusq; illorũ & Principes & magnis omnium ſtudijs proficiebat templi ædificatio iuxta mandata Cyri & Darij prophetãtibus interim Aggæo & Zacharia: abſolutumq; eſt intra ſeptennium. Anno autem regni Darij nono, vigeſima tertia die menſis vndecimi, qui noſtris dicitur Adar, Macedonibus diſtrus, ſacerdotes ac Leuitæ cum reliqua Iſraëlitarũ multitudine obtulerũt ſacrificia pro renouata poſt captiuitatẽ priſtina felicitate proq; recepto nouo templo, tauros centum, arietes ducentos, agnos CCCC. *hircos* XII. *pro peccatis totidem tribuum: conſtitueruntq; Leuitæ iuxta Moſis leges ex ordine ſuo ianitores per ſingulas portas. ædificauerant enim Iudæi porticus quoq; quibus templum circumquaq; includebatur. Inſtante deinde azymorum feſto, menſe primo, qui Macedonibus eſt Xanthicus, nobis verò Niſan, confluxit totus populus ex oppidis in vrbem: celebraueruntq; id feſtum caſti ac puri vnà cum coniugibus ac liberis ritu patrio, & victimam paſchalem immolantes decimaquarta luna epulati ſunt per continuos dies ſeptem, nullis ſumptibus parcentes, holocautomata etiam offerentes, & agentes gratias Deo, qui eos tandem antiquæ patriæ & eius legibus ac ritibus reſtituerit, deflexo ad benignitatem ac clementiam Regis Perſici animo. atq; ita ſumma liberalitate in re diuina vſi incoluerunt Hieroſolyma, inſtituta ea Reipub. forma quæ per optimates adminiſtratur. penes Pontifices enim fuit ſumma autoritas, donec Aſamonæorum gens mutato rerum ſtatu regnum obtinuit. ante captiuitatem enim iam inde à Sauli & Dauidis temporib, egerunt ſub Regibus per annos* DXXXII. *menſes ſex, dies decem. & ante hos æquè monarchæ res adminiſtrauerunt appellati Iudices, qui Reipub. ſtatus plus quam quingentis annis durauit poſt Moſis & Jeſu imperium. Hoc igitur modo ſe habebant Judæi in patriam reſtituti ſub Cyro & Dario Regibus. Samaritæ autem, infenſa gens & inuida, multis moleſtijs eos afficiebant, freti opibus, & affectantes cognati Perſarum videri, quod inde eſſent oriundi. nam quæ iuſſi erant, ex tributis in ſacrificia conferre grauabantur, magiſtris equitum interim conniuentibus: & quacunq; in re vel per ſe, vel per alios poterant noſtram gentem lædere, nullam occaſionem prætermittebant. Viſum eſt itaq; ſenatui populoq; Hieroſolymitano legationem ad Regem Darium mittere, & Samaritas accuſare: cuius legationis caput fuit Zorobabel, aſſumptis alijs quatuor collegis. Cæterùm Rex cognitis criminibus quæ per legatos Samaritis obijciebantur, dedit eis literis perferendas ad magiſtros equitum eius prouinciæ, & ad Senatum Samaritanum, in quibus hæc continebantur. Rex Darius Tangaræ & Sambabæ magiſtris equitum apud Samariam, & Sadracæ ac Bobeloni reliquisq; eorum conſeruis. Zorobabel, Ananias, & Mardochæus Judæorum legati accuſauerunt vos, quòd moleſti fueritis templum ædificantibus, quodq; no præbeatis impenſas in ſacrificia, quas me iubẽte præbere illis debueratis. Volo igitur vt lecta hac epiſtola præbeatis eis ex regio ærario in quo tributa Samariæ ſeruantur, quicquid ſacrificiorum vſus poſtulat, vt non deſinentes quotidie ſacrificare tàm pro me, quàm pro Perſarum gente Deum deprecentur.*

An. mũdi 3450. Ante Chriſtum natum 514.

Darij ad Syriæ præfectos epiſtola.

Templi ædificatio abſoluta.

Templum 23. Martij ſeu vt eſt 1. Eſd. 6. Martij 3. dedicatum.

Paſcha celebratur.

Reipub. forma Hieroſolymis inſtituta.

Samaritæ Iudæis infenſi.

Iudæorum ad Darium legatio.

An. mũdi 3464. Ante Chriſtum natum 500.

Mandatum de ſumptibus ad ſtructurã templi præbendis.

CAP. V.

Xerxis Darij filij in Iudæorum gentem beneficia.

An. mũdi 3464 Ante Christum natum 500. Hedio & Ruffinus Cap. 5. 1. Esd. 7. Xerxes Rex Persiæ.

DEFVNCTO *autem Dario succeſsit Xerxes filius, ſicut regni ita & pietatis paternæ hæres. nihil enim ex patris inſtitutis circa diuinum cultum mutauit, & Judæos ſumma beneuolentia proſecutus eſt. Hoc regnante Pontifex erat Joacimus Jeſu filius: apud Babylonem verò degentium Judæorum primarius ſacerdos erat Eſdras, vir iuſtus, & de quo optimus rumor fuit apud populum. is cum eſſet legum Moſaicarum peritiſsimus, in Regis amicitiam peruenit. & cum decreuiſſet proficiſci Hieroſolyma, ſecumq; aliquos è Babyloniis Judæis ducere, petiit à Rege commendatitias ad Syriæ ſatrapas literas, quas & impetrauit hoc modo ſcriptas. Rex Regum Xerxes Eſdræ ſacerdoti. & lectori legis Dei S. Decretum eſt à me, & ſeptem meis Conſiliariis, vt quicunque in regno meo de Iſraëlitis & ſacerdotibus eorum ac Leuitis voluerit tecum Hieroſolyma petere, per meam benignitatem hoc ei liceat facere, & inuiſere Judæam iuxta Dei legem: vtq; Iſraelitarum Deo dona perferatis, quæ ego & amici vouimus. preterea facio tibi poteſtatem auferendi omne aurum & argentum quantumcunq; populus tuus per totam Babyloniam degens offerre voluerit, quo emantur victimæ ſuper altare Dei veſtri immolandæ: & fabricandi ex auro ac argento vaſa quæcunque tu & fratres tui volueritis. Sacra quoque vaſa quæ tibi dantur, Deo tuo dedicabis: & ſi quid aliud in hunc vſum opus fuerit, pro tua prudentia fieri curabis, & de noſtro fiſco eos ſumptus facies. quin & præfectis erarij apud Syriam & Phœnicen te commendaui, ſcribens eis vt quicquid Eſdras ſacerdos & lector legis Dei petierit, ſine mora dent. Et vt Deus propitius ſit mihi & meis liberis, volo vſque centum coros tritici Deo ſecundum legem dari. Vobis quoque magiſtratibus præcipio, vt à nemine ſacerdotum, Leuitarum, ſacrorum cantorum, ianitorum, ſacrorum ſeruorum, quicquam exigatis, néue vlla onera eis imponatis. Tu verò Eſdra iuxta conceſſam tibi diuinitus ſapientiam conſtitue iudices, qui per Syriam ac Phœnicen iura reddant populo tuam legem ſcienti: quin & neſcientes doce liberè, vt quiſquis legem Dei vel legem regiam violauerit, mulctetur pecuniis, aut etiam damnetur capite, vtpote qui non per ignorantiam, ſed per contumaciam peccauerit. Vale. His literis acceptis Eſdras gauiſus adorauit Deum, & gratias egit, illi benignitatem regiam acceptam referendam, & illum maximè dignum cui gratia agantur exiſtimans. Aduocata deinde Judæorum concione qui apud Babylonem degebant, & perlecta epiſtola, ipſam quidem retinuit: exemplar verò eius in Mediam ad omnes ſuæ gentis homines tranſmiſit. qui cognita Regis erga Deum pietate, & erga Eſdram beneuolentia, omnes vehementer ſunt lætati: multi verò ex eis aſſumptis ſuis facultatibus Babylonem venerunt, cupientes reuerti Hieroſolyma. reliqua Iſraëlitarum multitudo aſſuetum iam domicilium noluit relinquere. quapropter duæ tantum tribus per Aſiam & Europam ſub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque vltra Euphratem ſunt, infinita hominũ millia, quæ vix eſt numero cõprehendere. Cæterùm ad Eſdram magna multitudo conuenit tam ſacerdotũ & Leuitarũ, quàm ianitorum ſacrorumq; vel cantorũ vel miniſtrorũ. Ille verò omnes qui ex captiuitate in patriã reuerti volebant ad Euphratem congregauit: vbi peracto triduano ieiunio, votiq; pro incolu-*

Eſdras legis peritus.

An. mũdi 3506. Ante Christum natum 458. Xerxes Iudæis fauet.

Eſdras Iudæos qui apud Babylonem degunt, conuocat.

incolumitate & felici itinere conceptis, (recusauerat enim deductores equites, dicens Deo salutem suorum curæ futurã) iter ingressi die duodecima primi mensis anno regni Xerxis septimo, peruenerunt Hierosolyma eiusdem anni mense quinto. & continuò Sacerdotibus gazophylacij custodibus Esdras sacram pecuniam tradidit, argenti talenta sexcenta quinquaginta. vasa argentea talentorum centum, vasa aurea talentorum viginti, vasaærea auro meliora pondo talentorum XII. *Hæc enim erant dona Regis eiusq; amicorum, & Israelitarum Babylone manentium. quo facto obtulit Deo secundum legem holocautomata, tauros* XII. *pro communi salute populi, arietes & agnos* LXXII. *hircos pro peccatis* XII. *procuratoribus etiam Regijs, & præfectis Phœnices ac Syriæ scriptas à Rege reddidit epistolas: qui cum eis non parere non possent, omni honore gentem nostram prosecuti sunt, & in omnibus necessitatibus eis fuerunt auxilio. Et consilium quidem huius migrationis ab Esdra profectum est, successum autem felicem Deus addidit, vt equidem reor, viri huius virtutem ac pietatem respiciens. Aliquanto deinde post comperit quorundam indicio, quòd quidã è vulgo Sacerdotum & Leuitarum parum seruauerint instituta & leges patrias, & ductis alienigenis vxoribus ordinem Sacerdotalem confuderint: rogatusq; ab eis vt ferret auxilium legibus, ne Deus propter paucos iratus omnes denuo cõmuni clade feriat, scidit vestem præ tristitia, vellens capillos & barbam, & humi se prosternens, eo quòd primores populi deprehensi essent in tali crimine: & cogitans non esse audituros, si iuberet eos vxores cum liberis eijcere, nolebat se à terra attollere. Itaque concurrerunt ad eum quot quot erant bonæ mentis, & vnà flebant addentes se socios eius tristitiæ. Esdras autem sublatis ad cælum manibus, Me quidem, inquit, pudet ad cælum oculos attollere, dum cogito quòd populus ne maiorum quidem suorum cladibus admonitus à peccando abstinet: tu tamen clementissime Deus nostri misertus seminarium aliquod & reliquias superstites conserua, quas Hierosolyma in antiquam patriam reducere dignatus es: & da veniã præsentis erroris, mortem quidem commeritis, veruntamen in tua bonitate sperantibus. Dum ita pius Sacerdos lacrymatur cum eo cœtu qui ad eum conuenerat mixtus ex viris & mulieribus atq; pueris, accessit eô quidã primarius Hierosolymitæ nomine Achonius, confitens se peccasse qui alienigenas vxores duxerint: suasitq; ei vt omnes adiuraret, vt vxores cum nata ex illis prole abijcerent: & si quis lege parere nollet in eũ animaduerteret. qui secutus viri cõsiliũ, exegit super hac re iusiurandũ à principibus Leuitarũ & sacerdotũ & tribuũ Israeliticarũ. quo facto exiuit templo & cõtulit se in domicilium Ioãnis & Eliasibi. ibiq; totam eam diem ieiunus præmœrore exegit. Proposito deinde edicto vt omnes è captiuitate reuersi intra biduum aut triduum Hierosolyma cõuenirent, & quisquis per contemptum nõ adfuerit intra præscriptum tempus, vt excommunicetur, bonaq; eius sacro ærario addicantur, intra triduum cõuenerunt vtriusq; tribus homines, vigesima die noni mensis, quẽ Hebræi thebethum, Macedones Apellæum nominant. cumq; consedissent in superiore parte templi, præsentibus etiam senioribus, & frigus propter anni tempus esset molestum, surgens Esdras accusauit eos, qui contra leges duxissent vxores alienigenas. nunc si velint rem Deo gratam & sibimetipsis vtilem facere, ablegandas esse vxores eiusmodi. acclamatum est facturos id omnes æquo animo, sed esse earũ non paruum numerum, & tempus esse hibernum, nec posse rem eam intra vnam aut alteram*

An. mũdi 3506. Ante Christum natum 458.

Esdras Hierosolyma profectus, vasa aliaq; preciosa gazophylacij custodibus tradit.

Precatio Esdræ pro Leuitis qui duxerãt exteras. 1. Esd. 9.

Mandatum de dimittendis exteris. 1. Esd. 10.

1. Esd. 10.

An. mũdi 3506. Ante Christum natum 458.

diem perfici. itaque opus esse vt negocium hoc differatur aliquantisper, & tum demum principes aliquot qui sint alieni ab hac culpa, cum selectis vndecunq; senioribus inquisitionem faciant eorum qui contra legis præscriptũ vxores duxerint. consenserũt omnes in eam sententiam, & prima die mensis decimi cœpta inquisitione, quæ durauit vsque primam diem mensis sequentis, inuenerunt multos tam ex Iesu Pontificis cognatione quàm ex cæteris Sacerdotibus ac Leuitis & alijs Israelitis, qui & vxores & natos ex eis liberos sine mora abiecerũt, pluris facientes legum obseruantiam, quàm naturales affectus quantumuis violentos: moxq; ad placandum Deum arietes immolauerunt. quorum nominare recensere est necesse. atq; ita Esdras hoc erratum circa connubia correxit, & malam in hoc consuetudinem emendauit, vt in posterum hæc reformatio stabilis ac firma permaneat. Septimo autem mense dum scenopegia festum celebratur, &

Prælectio legis Mosaicæ. 2. Esd. 8.

fermè totus populus conuenit, accedentes ad patentem templi partem quæ orientalem portam spectat, rogauerunt Esdram, vt eis legem Mosis legeret: quod & fecit, stans in medio multitudinis, à mane vsque meridiem. ex qua lectione non solum in præsens & futurum discebant quid esset iustum, sed etiam præteritorũ memoriam retractantes lacrymabantur, sic cogitantes, quòd nullas calamitates fuissent perpessi, si præscripta legũ diligenter obseruassent. Esdras autem videns eos ad hunc modum affectos, iussit vt domum abirent: esse enim festum, nec licere ea die fiere. quin potius hortabatur, vt ad epulas versi, ita vt festo die decet, hilariter agerent: & hac ante actorum pœnitentia in futurum se munirent, ne in similes casus incurrerent. at illi sequentes eius monita cœperunt re vera festum agere, quod cum per octo dies fecissent, digressi sunt in proprias patria, magnam gratiam Esdræ habentes ob reformatã rempublicam: quo factum est, vt post comparatã sibi apud populum egregiam gloriam senex vita defunctus apud Hierosolyma sit magnificè sepultus. Quo tempore cum etiã Ioacimus Pontifex esset mortuus, filius eius Eliasimus in Sacerdotium ei successit. Caterum

3. Esd. 1.

quidam ex captiuis Judæis, pincerna Regis Xerxis, Neemias nomine, deambulans ante primariam Persarum vrbem Susa, cum hospites quosdam post longum iter exactum in vrbem aduentantes Hebraicè inter se confabulari animaduertisset, accedens ad eos, rogabat, vndenam venirent. & audito quòd è Iudæa, rursum scitatus est quomodo se haberet ille populus, & caput eorum Hierosolyma. Quibus male se habere dicentibus, quòd eius mœnia diruta essent, & circumuicinæ gentes multa mala Iudæis inferrent, die noctéq; agros excursionibus ac rapinis populantes, & multos ex ea regione atque adeò ex vrbe ipsa captiuos abducentes, ita vt passim per vias reperiantur cadauera: fleuit Neemias motus populariũ suorum miserijs: & sublatis oculis ad cælum, Quousque, inquit, patris Domine gentem nostram tantis malis opprimi, vt simus præda omnium? cunctante verò illo apud portam, & ob hæc lamentante, accedens quidam nunciauit ei, Regem iam accubitum ire. ille confestim ita vt erat non abluta facie ad ministerij sui functionem properat, Rex verò post cœnam iam hilarior, vi-

Neemias, concessa potestate, populũ ad restituenda mœnia & templum hortatur. 2. Esd. 2.

dens Neemiam subtristem, rogabat quid esset in causa. tum ille Deum prius precatus, vt suadæ gratiam verbis suis adderet, Quì possum, inquit, Rex alium vultum sumere, aut mœrorem è corde ponere, quando audio patriæ meæ Hierosolymorum, in qua exstant sepulchra maiorum meorum ac monumenta, & portas incensas esse & disiecta mœnia? Sed oro hanc vnam gratiam mihi concede, permit-

permitte mihi, vt profectus illò muros eius exſtruã, & quod deeſt ad fabricam templi ſuppleam. At Rex petitioni eius annuit, ſimulq; literas ad ſatrapas commendatitias, vt & honorem ei haberent, & præberent quicquid cuperet. quare deſine, inquit, triſtari, & poſthac libens nobis miniſtra. Ibi Neemias adorato Deo, actisq; Regi pro tam ampla pollicitatione gratijs, abſterſo à vultu omni mœrore, frontem exporrexit prælatitia. Sequenti verò die accitus, accepit literas Regias, quas Sadæo Syriæ, Phœnices, ac Samariæ præfecto redderet: in quibus mandabatur de honore Neemiæ habendo, & de præbendis ei quibus ad ædificandum opus ſit. cum igitur Babylonem veniſſet, & multos à popularibus vltro ſe adiungentes comites aſſumpſiſſet, tandem peruenit Hieroſolyma, anno regni Xerxis vigeſimo quinto: & oſtenſas prius ſuis literas Sadæo magiſtro equitum collegisq; eius reddidit. conuocato deinde Hieroſolyma vniuerſo populo, ſtans in medio templi ſic eos eſt allocutus. Viri Iudæi ſcitis quòd Deus Opt. Max. memor maiorum noſtrorum Abrahami Iſaaci & Iacobi eorumq; pietatis, qua illos quondã, eadem nos quoq; prouidentia dignatur: & ecce illius fauore nunc apud Regem obtinui, vt mihi permitteret mœnia veſtra reſtituere, & quod ſupereſt ad abſoluendum templum perficere. Quamobrem nunc ita faciendum cenſeo, vt quoniam non ignoratis quàm infenſas habeamus gentes vicinas, & quòd cognita veſtra in ædificando diligentia nihil non molientur quo veſtros conatus quãtum in ſe erit impediant, primum forti animo ſitis, & omnem fiduciam collocetis in Deo qui facilè reſiſtet illorum importunis inimicitijs: deinde nec die nec noctu operis ſtructuram intermittatis, ſed omni cura id opus continuetis, quãdoquidem nunc maximè tempeſtiuum eſt hoc facere. Hæc locutus continuò iuſſit magiſtratus dimetiri mœnia, & operas partiri in populum, attributo certo modo in ſingulos vicos & oppida: pollicitusq; ſe quoque cum domeſticis velle adiutare impigrè, concionem dimiſit. Iudæi verò eius autoritate permoti ad opus ſe expediebant: quæ appellatio tum primum illis & regioni eſt indita, quando è Babylonia ſunt reuerſi, quia Iudæ tribus iam olim ea loca occupauerat. Eius rei fama vbi ad Ammanitas ac Moabitas Samaritasq; & Syriæ Cauæ incolas perlata eſt, iniquiſſimè tulerunt, nec vnquam ceſſauerunt inſidiari & conatus ipſorum impedire: interceptisq; multis Iudæis, tentauerunt ipſum Neemiam per conductitios ſicarios tollere. crebros etiam terrores eis incutiebant, rumores ſpargentes, quaſi magni diuerſarum gentium exercitus eos eſſent inuaſuri, ita vt parum abfuerit quin hoc metu ab incepto opere deſiſterent. Neemiam verò nihil horũ ab inſtituto deterrere potuit, ſed ſtipatus aliquot ſatellibus intrepidus pergebat, præ nimio ſtudio nullum laborem ſentiens. eam autem ſalutis propriæ curam non ideo habuit, quòd mortem timeret, ſed quia certo ſciebat ſe extincto ciues ſuos non reparaturos mœnia. iuſſitq; in poſterum ædificatores accinctos opus facere. & cæmentarius quidem non ſine gladio erat, ſimiliterq; qui materiã ei ſuggerebat: ſcuta verò non longè inde in promptu eſſe voluit, & tubicines interuallo quingentorum paſſuum, vt ſicubi ſe hoſtes aperuiſſent, ſigna canerent, vt populus arreptis armis reſiſteret, néve inermis ab hoſte poſſet opprimi. ipſe verò noctu circumquaq; vrbem obibat, nunquam defeſſus aut opere aut duritia victus & excubijs, nec cibo nec ſomno vtens, niſi quantum poſtularet neceſſitas: atq; ad hunc modũ perdurauit duobus annis & tribus menſibus. tantum enim temporis elapſum eſt donec abſoluerentur mœnia, vigeſimo octauo regni Xer-

An. mũdi 3519. Ante Chriſtum natum 445.

2. Eſd. 4. 6.

Ardens ſtudium in reparãdis mœnibus.

Hieroſolymorũ mœnia abſoluta.

xis

An. mũdi 3527. Ante Christum natum 437.

xis anno, mense nono. Permunita deinde vrbe Neemias & populus Deo sacrificauerunt, & octo dies in epulis transegerunt. qua res vbi Syriæ gentibus est audita, graues indignationes in eos commouit. Neemias autem videns non satis magnam in vrbe populi frequentiam, persuasit circumquaq; vicinis Sacerdotibus & Leuitis, vt migrarent in vrbem inibi habitaturi, exstructis eis de suo domicilijs: & agricolarũ plebem decimas in vrbem conferre iussit, vt esset vnde Sacerdotes ac Leuitæ viuerent, nec auocarẽtur à diuino cultu ac ceremonijs: quod quidem illi perlibenter fecerunt: & hoc pacto factum est, vt vrbs magis frequentaretur in posterum. Post hac & alia multa honesta & laude digna opera Neemias iam senex defunctus est, vir ad virtutem & iustitiam natus, & in populares suos beneficentissimus, relicto sempiterno sui momento in Hierosolymitanis mœnibus. atq; hæc sunt quæ Xerxe regnante gesta sunt.

Cura pro Sacerdotibus. 2. Esd. 10.

Mors Neemiæ.

CAP. VI.

Quomodo Artaxerxe regnante parum abfuit, quin tota Iudæorum gens Amanis dolo extingueretur.

Hedio & Ruffinus Cap. 6. Esth. 1. Asuerus Rex Persarum vasten ad conuiuiũ venire nolentem repudiat.

EO mortuo regnum ad filium eius Cyrum, quem Græci Artaxerxen nominant, peruenit, quo apud Persas regnante in maximum periculum genus Iudæorum adductum est, ne cum vxoribus ac liberis deleretur, ob causam quam paulo pòst referemus. prius enim quædam de ipso Rege dicenda sunt, qui factum sit vt vxorem duceret Iudæam fœminam ex Regio genere natam, quam etiam nostræ gentis seruatricem fuisse ferunt. Artaxerxes enim post susceptum imperiũ, & constitutos ab India vsque Æthiopiam CXXVII. *satrapas, anno regni tertio amicos & duces gentium Susis accepit epulo sumptuosissimo, vt decebat* Regem *opulentum magnificos centum octuaginta dierum apparatus ostentantem: cui plurimæ gentes, & earum legati, per continuos septem dies interfuerunt. id erat instructum in hunc modum. Tabernaculum fixit suffultum aureis & argenteis columellis, prætextum telis linteis & purpureis, multorum millium capax. in eo ministrabatur aureis & gemmeis poculis, ad delectationem simul & miraculum factis. Mandauit etiam ministris, ne quem more Persarum ad bibendum cogerent, sed arbitratu suo quenq; appositis frui sinerent. dimissis etiam per totam ditionem nuncijs edixit, vt feriati ab operibus festum pro incolumitate regni diebus aliquot agerent.* Regina *quoque Vaste pari modo mulierum in* Regia *celebrauit conuiuium: quam* Rex *ostendere conuiuis cupiens ad se accersiuit, pulchritudine omnes mulieres superantem. illa verò volens Persarum leges seruare, qua vxores vetant ab alijs præter domesticos conspici, non iuit ad Regem: & cum non semel ad eam eunuchos ea de causa misisset, nihilominus in negando fuit peruicax. qua obstinatione mulieris offensus* Rex, *dimisso conuiuio septemuiros illos, penes quos apud Persas legum est interpretatio, cõuocat: & apud eos vxorem contumaciæ ream peragit, quòd toties vocata ab ipso in conuiuium, ne semel quidem paruisset, iubet q;, quid sit iuris, proferre sententiam. Quorum vnus Muchæus cum prosententia diceret, non ipsi soli factam iniuriam, verumetiã Persis omnibus, quibus periculum instet ne despecti ab vxoribus inhonestam vitam degant in posterum: quando nulla posthac maritorum futura sit reuerentia, dum cætera exemplum à* Regina *superbia sumunt, nihil veritæ contra omnipotentem* Regem *contumaciter agere: suaderet q; tam contumacem erga ipsum*

An. mũdi 3443. Ante Christum natum 521.

An. mũdi 3445. Ante Christum natum 519.

mulctari

mulctari grauissimè, idq; decretum per omnes gentes promulgari: visum est repudiari Vasten & honorem transferri in aliam mulierem. Rex verò qui vehementer eam amabat, nec disiungi ab ea ferebat, nec tamen retinere propter legem poterat, mœrens quòd voluntati suæ non liceret satisfacere. Qua in anxietate videntes eum amici, consulunt, vt inutilem mulieris amorem ex animo eijciat, & facta per totum orbem formosarum virginum perquisitione, quam alijs prætulerit optet sibi coniugem. noua enim inducta prioris aboleri posse desiderium, & eius recenti consuetudine amorem paulatim distractum in totum posse euanescere. Probauit Rex consilium, moxq; mandauit certis hominibus, vt forma celebres virgines ex toto Regno selectas ad eum adducerent. id mandatũ illis diligenter exsequentibus, inuenta est Babylone Esther puella vtroque parente orbata, quæ apud patruum Mardochæũ educabatur. is erat tribus Beniamitica, vnus ex Iudæorum primatibus. hac puella præ cæteris omnibus excellebat pulchritudine, & gratijs vultus in se oculos cõuertebat. itaq; vni eunuchorum cõmendata, tractata est apud eum delicatissimè, odoramentis atq; vnguentis pretiosissimis, quibus principes fœminæ corpus curare solent, quotidiè delibuta. atque hac tractatione per sex menses vsa sunt quadringentæ numero virgines. quando verò satis iam curatas existimabat, & Regis lecto tempestiuas, vnã singulis diebus mittebat ad eum, qui post complexus eam ad eundem eunuchum remittebat. Perducta verò Esthere delectatus eius consuetudine, & amore correptus, legitimam coniugem eam sibi adiunxit, nuptiasq; celebrauit anno regni sui septimo, mense duodecimo, qui Ader dicitur: dimisitq; quos angaros vocãt, per omnes gentes nuptiale festum eis indicens. Ipse verò Persas & Medos & primates aliarum gentium accepit conuiuio nuptiali per mensem integrũ: & ingressæ Regiam vxori diadema imposuit: atque ita cum ea conuixit, nunquam interrogata quo nam esset nata genere. patruus verò eius & ipse Babylone Susa migrauit, ibiq; degens obuersabatur quotidiè circa Regiam, sciscitans de puella quomodo se habeat. diligebat enim eam haud secus quam propriam filium. Rex autem legem tulit, vt nemo è domesticis, inuocatus eum accederet, tantisper dum sederet in Regio solio: adhibitis in hoc etiam lictoribus cum securibus, vt si quis cõtrà faceret, plecteretur capite. Rex interim virgã tenebat auream, quam quoties aliquem ex inuocatis venientibus seruare vellet, porrigebat ad eum: isq; virgæ contactu eximebatur periculo. & de his quidem hactenus dixisse sufficit. Aliquanto deinde post cum Bagathous & Theodestes eunuchi conspirassent contra Regem, Barnabazus alterius seruus genere Judæus, deprehensas insidias patruo Reginæ indicat. at Mardochæus per ipsam Regi insidiatores prodidit. Rex verò territus, veritatem per quæstiones inuenit: & illis in crucem suffixis, Mardochæo tunc quidem pro salute sua quam ei debebat præmij nihil persoluit, tantum nomen eius in commentarios suos referri iussit & annotari, ipsum verò versari in Regia, receptũ inter amicos Regis necessarios. In eam Regiam quoties Aman filius Amadathis genere Amalecita ad Regem veniebat, adorabant eum omnes tam Persæ quàm exteri, idq; ipsius Artaxerxis iussu. Mardochæo verò propter patriam institutionem non adorante hominẽ, ille cum hoc obseruasset, percontatus est cuiàs esset, & audito esse Iudæum, iratus exclamauit, rem indignam, cum ingenui Persæ adorarent eum, seruum istum dedignari idem facere: volensq; pœnas de Mardochæo sumere, parum pu-

An. mũdi 3447. Ante Christum natum 519.

Esther puella fit Regina. Esth. 2.

An. mũdi 3449 Ante Christum natum 515.

Mardochæus patruus Esther Babylone Susa migrat.

Regis Persarũ mandatum vt nemo è domesticis inuocatus eũ accederet. Esth. 4.

Mardochæus insidiatores Regi prodit. Esth. 2.

Aman ab omnibus, exceptis Iudæis, adoratur. Esth. 3.

An. mũdi 3454. Ante Christum natum 510.

tauit ipſum ad ſupplicium depoſcere, niſi gentem eius vniuerſam perderet, quòd eſſet natura Iudæis infeſtus: quandoquidem Amalecitarũ gens, ex qua ipſe erat, à Iudæis victoribus extincta fuerat. Igitur adito Rege orſus eſt accuſationem, eſſe gentem quandam malam, ſparſam per vniuerſum ipſius regnum, inſociabilem, abhorrentem à cæteris hominibus, diuerſis ceremonijs & legibus vtentem, infenſam & moribus & ſtudijs reliquorum populorum & totius mortalium generis. Hanc gentem, inquit, ſi vis ſubditis tuis gratum facere, exſtirpabis funditus, nemine vel captiuo, vel ſeruo ſuperſtite relicto. & nequid inde tuis tributis decedat, de meis bonis promitto tibi quadraginta talentorum argenti millia, libenter tanta pecunia cariturus, modo regnum tuum repurgetur ab iſta hominum colluuie. Hæc Amane poſcente, Rex & argentum illud ei ſe remittere dixit, & homines eos concedere, vt de illis ipſe arbitratu ſuo ſtatueret. Aman autem voto potitus, confeſtim edictum nomine Regis, per omnes nationes euulgat, in hanc ſententiam. Rex magnus Artaxerxes CXXVII. *ſatrapis qui Indiam inter & Æthiopiam prouincijs præſunt, hæc ſcribit. Conſecutus imperium tot gentiũ, & orbis, quàm latè volui, dominio potitus, cum nihil ſuperbum aut ſæuum in ſubditos admitterem, ſed manſueto ac miti moderarer eos regimine, & pacem in primis ac iuris tutelam procurarem, cogitaui quomodo hæc bona poſſent eis manere perpetua. Admonitus igitur ab amico propter prudentiam & iuſtitiam mihi ſemper præ cæteris honorato, & ob egregiam fidem ſecundum poſt me locum obtinente Amane, eſſe permixtam hominum generi gentem inimicam, & ſuis quibuſdam legibus vtentem à cæteris diuerſis, inobedientem Regibus, & deprauatam moribus ac ritibus, nec monarchiam, nec negocia noſtra probantem, volo ac edico, vt hos ab Amane mihi parentis loco habito indicatos cum vxoribus & liberis perdatis, nemini eorũ parcentes, neq; miſerationi plus quàm noſtro edicto tribuentes: idq; fieri iubeo decima tertia die duodecimi menſis præſentis anni: vt vna die deletis in totũ noſtris hoſtibus, in poſterum pace ac ſecuritate frui nobis liceat. Hoc edicto oppidatim per totã regionẽ ſparſo, omnes ad Iudæorum internecionem in diem præſcriptũ ſeſe expediebãt, idemq; ſtudiũ erat & Suſis in vrbe* Regia. *Rex interim & Aman conuiuijs vacabãt & compotationibus, perturbata ciuitate & futuri expectatione ſuſpẽſa. At Mardochæus re cognita, ſciſſis veſtibus, opertus ſacco & ſparſus cinere ferebatur per vrbem iniquum facinus clamitans, maximam gentem internecioni eſſe addictam: & vociferando talia vſq; regium palatium delatus, ibi demum conſtitit. non enim fas erat illum tali habitu in eam ingredi. Nec alius erat Iudæorũ habitus aut affectio in cæteris vrbibus, quacunque* Regiæ *literæ perlatæ fuerant, omnibus ob denunciatam ſibi cladem lugentibus & lamentantibus. Vt verò Reginæ nunciatum eſt, Mardochæum in tam miſerabili habitu ſtare proforibus palatij, perturbata hoc rumore miſit qui ei veſtimenta mutarent. Qui cum id recuſaret facere, quòd nondũ ceſſaſſet cauſa propter quam eum habitũ ſumpſerat, vocatum ad ſe eunuchum Achratheum, qui tum fortè aderat, miſit ad eum, ſciscitatũ quid mali accidiſſet homini, vt talem cultum ſumeret, ac ne ipſa quidem rogante vellet deponere. ibi Mardochæus omnem cauſam eunucho exponit ordine, & quòd edictum* Regium *per vniuerſam ditionem eſſet diuulgatũ, & quantam vim pecuniæ pollicitus ſit Aman, vt internicionem eius gentis à Rege redimeret. ad hæc exemplar edicti Suſis propoſiti ad* Reginam *perferendũ ei tradidit,*

Extirpatio Iudæorũ Amani conceſſa.

Iudæorum ob decretum Regium luctus. Eſth. 4.

adiectis

adiectis mandatis, vt ſupplex Regem adiret ſuper hoc negocio, nec grauaretur pro incolumitate ſua gentis ad tempus infra dignitatem ſeſe demittere, & deprecari eius periculum. Amanem enim, cuius ſecunda ſit poſt Regem dignitas, incitare eum crebris contra Iudæos accuſationibus. Hoc cognito Regina rurſum Mardochæo nunciat, nec vocatam ſe à Rege, & capitale eſſe inuocatũ ad eum irrumpere, niſi ipſe incolumitatem donare volens virgam auream protenderet. his enim ſolis impunè eſſe, quibus hoc forte contingeret. Quibus ille auditis rurſum per eundem eunuchum orat eadem, dicens non oportere eam reſpectum habere ſalutis propriæ, ſed potius vniuerſi generis. ſi enim hoc nunc facere neglig at, Deum quidem omninò laturum ſuis auxilium, ipſam verò cum ſua familia daturam pœnas eis quos tunc contemneret. Tum Eſther non mutato nuncio iubet patruum Suſis concionem Iudæorum aduocare, & pro Reginæ ſalute triduanũ ieiunium indicere: ſe quoque idem facturam pollicita cum ancillis domeſticis, actum demum vel contra legem adituram Regem, & mortem etiam libenter perlaturã ſi ita vſus veniat. Paruit ille Regina & indicto ſuis publico ieiunio, ipſe quoque ſupplex Deum precatus eſt, ne populum ſuum deleri permitteret, ſed quemadmodum antea ſæpè ſaluti eorum proſpexiſſet, & indulſiſſet peccatorum veniam, tum quoque eos à denunciato liberaret periculo. non enim ſua culpa ſe veniſſe in diſcrimen infamis ſupplicij, ſed ideo ſæuire Amanem ira percitũ, quòd ſoli Deo debitum adorationis honorem à ſe non tulerit, & propter diuinarũ legum reuerentiam integrè ſeruatam, vniuerſo generi moliri perniciem. Similes erant preces totius populi, rogantis Deum, vt eorum ſaluti proſpiciat, & totum genus Iſraeliticum imminenti cladi eximat, quam videbantur ſibi habere præ oculis. Regina quoq; ſupplicabat more patrio humi in faciem proſtrata, & amicta veſtitu lugubri, per triduum abdicato cibo & potu & omnibus delicijs: rogabatq;, vt miſeratus daret ei apud Regem, *quali maximè opus eſſet, facundiã, &*

An. mũdi 3454. Ante Chriſtum natum 510.

Ieiunium & ſupplicationes ad Deum, pro ſalute ſui populi.



maiorem quàm vnquam anteà formæ gratiam, vt modo vtroq; permotus Rex *ad clementiam, & in ipſam fieret indulgentior, & popularibus ſuis in extremo*

An. mūdi 3454. Ante Christum natum 510. Esth. 5.

periculo constitutis patrocinantem aquis oculis aspiciat: vtq; in Rege odium inimicorum ingeneret, omniumq; imminentium in eorum perniciem, ni ipse auertat infortunium. His precibus solicitata per triduum diuina miseratione, denuò mutat habitū: & sumpto cultu qui Reginā deceat, cum duabus pedissequis, quarum altera sustinebat innixā leniter, altera à tergo sinuosam & fluentem interram vestem summis attollebat digitis, ad Regem venit, rubore genas suffusa, & maiestate mixtā venustatem præferens, nec omnino à metu libera. Quem vbi conspexit sublimem in solio, insignemq; cultu distincto auro & gemmis ac vnionibus, horror quidam eam repente subijt: & fortè toruius eam ac subirato vultu inspexerat: moxq; attonita fluentibus membris in sustinentem ad latus tamsi reiecit. Rex autem non dubium quin voluntate Dei mutatus extimuit, & solicitus nequid grauius coniugi accideret, è solio se proripuit: blandeq; in vlnas exceptam refouebat suaui alloquio, iubens bono animo esse, securā quòd inuocata venèrit. legem enim illā latam esse in subditos. ipsi verò, vt regni socia, licere omnia. Hæc locutus sceptrum in manum eius inseruit, & ceruicem eius virga permulcens aurea, à legis metu omninò fecit liberam. Illa hoc pacto refocillata, Domine, inquit, eloqui non possum, quid mihi repente acciderit. vt enim te conspexi tanta maiestate verendum, cōtinuò refugiens interius defecit me animus. & cum hæc verba ægrè languida & exili voce protulisset, magis etiam solicitus solari eam cœpit prolixius, paratum se quiduis gratificari pollicens, vel si dimidium regni sibi deposceret. Esther autem hoc tantum rogauit, vt ad cœnam sibi paratā conuiua cum Amane amico veniret. Quod cum annuisset, amboq; venissent, inter pocula vxorem iubet dicere quidnam peteret. nihil enim non impetraturā, etiamsi regni partem cuperet: illa in crastinum differre se petitionem dixit, si modo liberet ei redire cum Amane ad conuiuium. id verò libenter annuente Rege, Aman admodum lætus abijt, quòd solus tali honore dignatus sit, vt cum Rege vocaretur à Regina ad conuiuium, quod nemini alteri contigerat, & cum obiter in Palatio videret Mardochæum excanduit, quòd nullus ab eo sibi honor exhiberetur: reuersusq; domum, aduocata vxore Zaraza & amicorum cohorte, apud eos denarrauit honorem, in quo esset tam apud Regem quàm apud Reginam. nam cum ea die solus cum Rege apud eam cœnasset, in crastinum quoque se vocatum esse. vnum sibi esse permolestum, quòd Mardochæum Iudæum videret in palatio. cumq; Zaraza diceret, oportere eum trabem quinquaginta cubitorum parare, &, mane petita à Rege potestate, Mardochæum in eam crucem tollere: comprobata ea sententia iussit familiares curare, vt eiusmodi trabs erigeretur in suo Palatio, parata ad Mardochæi supplicium: id quod etiā mox factum est. Deus autem irrisit Amanis spem improbam, cui sciebat euenturum longè aliud. Nam ea ipsa nocte somnum Regi ademit: qui nolens vigilia tempus perdere: sed malens in aliquod regni negocium id impendere, iussit scribam allatis commentarijs res tam à se quàm à maioribus gestas legere. quo legente, intellexit quendam ob rem egregiè gestam donatum amplis possessionibus in Regione cuius nomen erat adscriptū: alium ob fidem munera accepisse precij maximi. tandem ventum est ad eum locum, qui continebat Bagathoi & Theodestis eunuchorum coniurationem, Mardochæi detectam indicio. quo lecto cum scriba ad aliud deinceps transiret, inhibuit eum Rex, percontatus an non sit adscriptū redditum ei aliquod præmium. illo verò negante quicquam tale scriptum, iussit

Esther Regem ꝓ Iudæis intercessura accedit.

Amanis in Mardochæum odium. Esth. 5.

Mos in Rege laudandus. Esth. 6.

sit eum desinere, & quota noctis hora esset scitatus est ab eo cuius hoc erat officium: & audito quòd esset iam diluculum, mandauit, vt viserent quis nam amicorum adesset pro Palatij foribus, sibiq; renunciarent. fortè autem Aman aderat, qui solito citius venerat, rogaturus Mardochæi supplicium. famulis verò renunciantibus Amanem esse pro foribus, iussit eum intrò vocari. cui ingresso, cum sciam, inquit, amicum te mihi præcunctis beneuolum, rogo da mihi consilium, quomodo possim pro mea magnificentia honorare quendã mihi admodum carum hominem. Tum Aman cogitans quancunq; sententiam protulisset, in rem suam fore, quòd ipse præcateris Regi carus esset: indicauit ei quod putabat optimum his verbis. Si vis hominem, quem tibi ais dilectum, cumulare insigni gloria, fac vt equo vehatur vestitus sicut tu, & aureo torque ornatus, & vnus aliquis ex intimis tuis amicis præconis specie præcedat, clamans per totam vrbem, quòd sic honorabitur quem Rex honorare voluerit. Id consuluit Aman, putans hunc honorem non alij deberi quàm sibi. Rex verò lætus, Ergo, inquit, vade, & sumpto equo, veste ac torque, Mardochæum Iudæum quære, & sic ornatum equo insidentem ipse præcede, agens præconem interim. nam tu amicus es intimus, & consilium quod dedisti exsequeris optime. debetur enim honor hic meæ vitæ conseruatori. His præter omnem spem auditis vix fuit compos animi, & cum non haberet quid aliud faceret, exiuit cum equo, purpura & torque aureo: inuentumq; ante aulam Mardochæum sacco amictum, iussit, eo deposito, induere purpuram. Qui veritatem rei nescius, sed illudi sibi putans, Sceleratissime, inquit, adeóne calamitati nostræ insultas? Persuasus tandem quòd Rex hoc ei præmium pro accepta salute redderet, proq; detectis eunuchorum insidijs, induit purpuram, qua rex ipse vti est solitus: & ornatus torque, conscensoq; equo vrbem obequitabat, præcedente Amane & clamante: sic honorabitur, quem Rex honorare voluerit. Perlustrata deinde vrbe, Mardochæus ad Regem ingreditur. Aman verò præpudore domum se contulit, & cum fletu vxori ac amicis quæ contigerant narrauit. Respondérunt illi, ademptam ei iam omnem occasionem vindicandi in Mardochæum, quandoquidem illi manifestè Deus sit propitius. Hæc illis adhuc colloquentibus, venerunt Estheris eunuchi, Amanem sine mora ad cœnam vocaturi: quorum vnus Sabuchadas, visa cruce defixa in ipsius ædibus, quæ parata erat Mardochæo, scitatusq; è quodam famulo in quem vsum parata sit: vt cognouit quòd Reginæ patruo, quem Aman volebat à Rege ad supplicium deposcere, tunc quidem siluit. Cæterùm postquam Rex cum Amane suauiter epulis acceptus, iussit Reginam indicare quidnam eum sibi largiri cuperet, accepturam quicquid petierit: cœpit deplorare periculum sui populi, dicens se ad interitum cum tota sua gente deditam, & ideo nunc ea de re verba facere. Neque enim se negocia eius interpellaturam fuisse, si in amaram seruitutem vendi eos iussisset, quòd mediocrem hanc calamitatem duceret: nunc verò orare, vt se ab imminenti clade eripiat. Quærente autem Rege, quisnam hoc moliretur, iam apertè accusando in Amanem inuecta est, dicens hunc, quòd pessimè erga eos affectus esset, autorem talis consilij. Tum Rex turbatus recepit se in hortos è conuiuio: & Aman paratum sibi iam intelligens infortunium, cœpit apud Reginam erratum suum agnoscere, & precari veniam: simulq; in lectum eius procubuit. Interim superueniens Rex, & hoc viso magis etiam commotus, Sceleratissime, inquit, etiam vim

An. mũdi 3454. Ante Christum natum 510.

Honos Mardochæo oblatus.

Esth. 7.

Aman, odio & consilijs eius in Iudæos in conuiuio patefactis, suspenditur.

An.mũdi 3454. Ante Christum natum 510.

vxori meæ inferre vis? Amane autem ad hanc vocem exterrito, & ne hiscere quidem valente, ibi verò Sabuchades eunuchus accedens accusabat Amanem, quòd in adibus eius inuenisset crucem Mardochæo paratam. id enim sibi compertum ex ipsius famulo, cum ad inuitandum eum venisset. essęq; eam crucem altam quinquaginta cubitos. Quo audito Rex, decreuit non alio ipsum afficere supplicio, quàm quod in Mardochæum excogitauerat: iussitq; vt confestim in eam crucem sublatus necaretur. Subit hic mihi admirari diuinam potentiam, iustitiamq; ac sapientiam vel ex hoc facto colligere, qui non solum Amanem merito supplicio tradidit, verùm etiam pœnam in alterum excogitatam, in caput inuentoris illo inscio conuertit. Atq; ita Aman immodicè amicitia Regis vsus periit, & eius facultates eius Reginæ donatæ sunt. Mardochæus autem à Rege accitus, qui iam cognatum esse coniugis ex ipsa didicerat, anulum accepit abeo, qui prius Amani fuerat concreditus. Regina verò possessiones Amanis ei largita est. rogauit deinde Regẽ, vt Iudæis præsentem de vita metũ adimeret, docens eum de Amanis Amadathis filij literis, sparsis quã latè pateret imperium. neq; enim se posse viuere, nisi & patria salua & suis popularibus. Rex autem pollicitus est nihil ipsa inuita se mandaturum, neq; voluntati eius vlla in re contradicturũ. Permisit etiam vt ipsius nomine quicquid vellet de Iudæis scriberet, & Regio sigillo obsignatas literas per omnes prouincias dimitteret. confirmatas enim Regio signaculo, autoritatem habituras apud omnes qui eas legerint, & contradicturum eis neminem. Accitis igitur scribis Regijs, iussit eos pro Iudæis scribere ad magistratus omnium gentium, quæ sita sunt Indiã inter & Æthiopiam sub cẽtum XXVII. *satrapis: quarum literarũ exemplum hoc fuit. Rex magnus Artaxerxes magistratibus nostris fidelibus Salutem. Multitudinem magnitudine honoris & beneficiorum quæ ex nimia conferentium bonitate percipiunt, non solùm erga inferiores exercent superbiam, verùm etiam contra ipsos autores beneficij non verentur insolescere, quantũ in se est tollentes omnem omnino gratitudinem quæ vsquam est inter homines, & corrupti inopinata felicitate, abutuntur ea contra illos per quos eam adepti sunt, nec Deum quidem timentes, cuius numen putant se posse fallere. Ex his quidam propter amicitiam præpositi cum potestate administrãdis publicis negocijs, priuatis indulgent odijs: & decipientes eos quos penes summum est imperium, falsis criminibus ac calumnijs efficiunt, vt indignentur innoxijs, atq; ita miseros adducunt in salutis periculum: id quod non è priscis exemplis aut fama auditis vobis potest esse perspicuum, sed ex facinore quod sub nostris admissum est oculis: vt posthac non oporteat mentem adhibere qualibuscunq; criminibus vel potius calumnijs, sed dignitis causis iudicare: et, si quidem peccatum sit, seuerè animaduertere: sin contrà, absoluere: & rebus non verbis credere. Namq; Aman filius Amadathis genere Amalecita externi, non Persici sanguinis hospitij iure primùm receptus deinde per nostram bonitatem in tanto honore habitus, vt patris appellatione eum dignaremur, & adorari iuberemus, atq; secundum post nos locum obtinere, felicitatem suam ferre non potuit, neque sobria mente magnitudinem honoris metiri: sed regno meo struxit insidias, & eo cui vitam & imperium debeo, benefactore ac seruatore Mardochæo priuare me voluit, simulq; vita ac regni socia Esthere, malis artibus petitis ad interitum. Sic enim orbato mihi hominibus amicissimis, imperium postremò voluit adimere. Ego verò quoniam à scelesto homi-*

Esth. 8. Amanis facultates Mardochæo dãtur.

Regiæ literæ pro Iudæorum incolumitate.

homine deſtinatos neci Iudæos non malos eſſe compertum habeo, ſed optimis inſti- An. mũdi 3454. Ante Chriſtum natum 510.
tutis viuere, ac Deum colere eum qui & maioribus meis & mihi largitus eſt & ſeruat hoc imperium, non ſolum abſoluo eos à pœna quæ prioribus continetur literis, per Amanem ad vos tranſmiſſis, quibus mentem adhibere non debetis: verumetiam volo vt eos omni honore proſequamini. nam eum qui his perniciem molitus eſt, cum tota familia pro portis Suſorum in cruces ſuffixi, omnipotente Deo iuſtiſſimas pœnas à ſceleſto exigente. Jubeoq; vt tranſcriptis in plurima exempla & per totam noſtrã ditionem vulgatis his literis, Iudæos ſinatis ſuis legibus in pace viuere: eisq; ſitis auxilio vt poſſint pœnas ſumere de illis, qui eorum aduerſis temporib. iniurias eis facere auſi ſunt: idq; decima tertia die menſis duodecimi qui eſt Adar: quandoquidem Deus eam diem pro interneciua ſalutarem eis eſſe voluit: quæ quidem felix ſit ijs qui nobis benè cupiunt, & monumentum vltionis de inſidiarum machinatoribus. Notum ſanè volo eſſe omnibus & vrbibus & gentibus, quòd quæcunq; aliquid ex his, quæ nunc mandamus, per inobedientiam facere neglexerit, ferro & igni vaſtabitur. atq; hæ literæ proponantur per vniuerſam noſtram ditionem, & accingant ſe vtiq; in præſcriptam diem, vt ſe de inimicis ſuis vindicent. Cum his literis continuò veredarij per omnes vias dimiſſi ſunt. Mardochæum verò cultu regio coronaq; aurea & torque ornatum è palatio prodeuntem vt vidêre Iudæi, felicitatẽ eam ſibi quoq; communem interpretati ſunt. Jngens præterea gaudium, quaſi noua ſalutis luce cborta, dum per ſingulas vrbes proponuntur regiæ literæ, Iudæos omnes, quotquot vel oppida vel agros habitarent, occupauit: ita vt multi aliarum gentium, metu eorum circumcidentes verenda, ſecuritatem ſibi hoc pacto quærerent. nam ad decimam tertiam diem menſis duodecimi, qui Hebræis Adar, Macedonibus Dyſtrus dici- Eſth. 9.
tur, perlatæ regiæ literæ animabant Judæos, vt qua die ipſis imminebat exitium, ea in inimicos impunè ſæuirent. quo factum eſt, vt procuratores, magiſtratus, ſatrapæ, tyranni, Reges in precio Iudæos haberent, omnibus modeſtiam indente metu ex Mardochæo. poſt diuulgatas enim vbiq; regias literas, etiam apud Iudæi vleiſcuntur inimicos ſuos.
Suſa interfecerunt Iudæi ex inimicis ſuis circiter D. *homines: & cum Rex coniugi indicaret cæſorum intra mœnia numerum, nam incompertum eſſe, quantus ſit in alijs ciuitatibus: rogaretq; ecquid amplius vellet, potituram enim cupitis: rogauit illa vt permitteret Iudæis ſequenti quoq; die in reliquias inimicorum ad eundem modum deſæuire, & decem Amanis filios in crucem agere: & id quoq; Iudæis conceſſum eſt, Rege nolente Eſtheri in vllare contradicere. At illi rurſum cateruatim decima quarta Dyſtri diſcurrentes, occiderunt fermè trecentos ex aduerſarijs, ne minimum quidem attingendo ex eorum facultatibus: per alia verò oppida eodem Iudæorum incurſu perierunt* LXXV. *millia eorum qui pro inimicis ſunt habiti: quæ cædes decima tertia die patrata eſt, ſequentem verò feſtis attribuerunt epulis. apud Suſa quoq; quartam decimam ſequentis menſis per feſtos cœtus celebrauerunt: vnde hodie quoque per totum orbem Iudæis hi dies feſti ſunt, & partes de conuiuijs ſibi mittunt inuicem. Scripſitq; Mardochæus* Phrurææ feſtæ.
omnibus ſub Artaxerxis dominio degentibus Iudæis, vt vniuerſi hos dies feſtos agerent, & poſteritati quoque traderent, vt ſempiternum id feſtum ad perpetuam rei memoriam maneat. Æquum nanque eſſe, vt cum per eos dies dolis Amanis in ſalutis diſcrimen adducti ſint, tàm ſuæ liberationis, quàm de inimicis vindictæ memoriam celebrent, & pro tanto beneficio Deo agant gratias.

Quam-

An.mũdi 3454. AnteChriſtum natum 510.

Quamobrem ea feſta per eos dies obſeruant, Phrurea vocantes, quaſi conſeruatoria. Caterùm Mardochæus illuſtri loco apud Regem fuit, vir prapotens, Regi adminiſtrationis, Regina verò etiam vita ſocius: quorum opera Iudæorum res floruerunt ſupra quàm vel ſperare poterant. Atq; hæc ferè ſunt quæ ſub eo Rege genti noſtræ euenêre memorabilia.

Mardochæi autoritas.

CAP. VII.

Bagoſes, penes quem Artaxerxis iunioris exercitus fuit imperium, multis iniurijs Iudæos afficit.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. An.mũdi 3560. AnteChriſtum natum 404.

POST Eliaſibi autem Pontificis obitum, ſacerdotium eius Judæ filius iure ſuſcepit hereditario: & huic quoque defuncto ſucceſſit Joannes filius, qui in cauſa fuit, vt Bagoſes Artaxerxis copiarum imperator templum pollueret. idem dux etiam tributa Judæis impoſuit, vt priuſquam quotidianas hoſtias offerrent, in ſingulos annos ex publico quinquaginta drachmas penderent: idq; ita ob hanc cauſam accidit. Erat Ioanni frater Ieſus, huic quòd amicus eſſet Bagoſes, Pontificatum ſe daturum eſt pollicitus. hac fiducia Ieſus cum liberius cum fratre in templo altercaretur, re vſque rixam progreſſa, tantam bilem mouit fratri vt ab eo per iram interficeretur. qua quidem impietas fuit longè maxima, præſertim in homine ſacerdote: & quod grauius eſt, nullum tale impietatis exemplum exſtat vel apud Græcos vel apud barbaros. Deus certè hanc iniuriam non diſſimulauit, ſed & populus hac de cauſa libertatem amiſit, & templum pollutum eſt à Perſis. Nam Bagoſes dux cognito quòd Pontifex proprium fratrem in templo interemiſſet, ſuperueniens Iudæis iratus clamitabat, Auſi eſtis ſceleſti in veſtro templo eadem perpetrare? & cum conatus templum ingredi arceretur: quid, inquit, an me putatis impuriorem quàm cadauer quod iacet in templo? & his dictis ingreſſus eſt: atque hac occaſione per ſeptennium eius cædis pœnas à Iudæis exegit. Mortuo deinde Ioanne, Pontificatum accepit filius eius Iaddus. huic quoque frater fuit Manaſſes nomine: cui Sanaballetes miſſus in Samariam à Dario Rege vltimo ſatrapa, Chuthæus genere, vnde & Samaritis origo eſt, ſciens inſignem eſſe vrbem Hieroſolyma, Regesq; eius multa negocia tam Aſſyrijs quàm Syris exhibuiſſe, libenter nuptum dedit filiam Niçaſo, ratus connubium hoc ceu vadem futuræ cum Iudæorum gente amicitiæ.

Fratricidij à Ioanne Pontifice perpetrati taxatio & vltio.

An. mũdi 3584. AnteChriſtum natum 380.

An. mũdi 3599 AnteChriſtum natum 365.

Iaddus Pontifex: cuius frater Manaſſes, Sanaballetis filiam vxorem ducit.

An.mũdi 3608. AnteChriſtum natum 556.

CAP. VIII.

Quanta Alexander Macedonum Rex in Iudæos beneficia contulerit.

Alexander poſt obitum Philippi Macedonum Rex.

An. mũdi 3629 AnteChriſtum natum 335.

PER idem tempus Philippus Macedonum Rex apud Aegas oppidum à Pauſania Ceraſta filio ex Oreſtarum gente inſidijs interceptus periit. Eius filius Alexander paternum regnum adeptus, traiecto Helleſponto, congreſſus ad Granicum flumen cum Darij ducibus vicit egregiè: ſubacta deinde Lydia & Ionia, ductoq; per Cariam exercitu inuaſit in Pamphyliam, ſicut alibi dictum eſt. Hieroſolymorum autem ſeniores agrè ferentes Iaddi Pontificis fratrem, & quodammodo collegam duxiſſe externi generis fœminam tumultuabantur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de connubijs, atque ita fore, vt paulatim

paulatim miſceantur profanis gentibus. nam & prioris captiuitatis & malorum quæ ſecuta ſunt cauſam fuiſſe, quòd quidam contra legem peccantes duxiſſent vxores non ſui generis. poſtulabant igitur vt Manaſſes aut dimitteret vxorem, aut non amplius ad altare accederet. Et cum Pontifex quoq; ab altari eum arceret, profectus Manaſſes ad Sanaballetem ſocerum, ſe quidem amare dixit filiam eius Nicaſo, nolle tamen propter eam priuari ſacerdotio, qui honor & gentilitius ſit ipſi, & apud Judæos ſemper in maxima exiſtimatione fuerit. Ad hæc cum Sanaballetes reſpondiſſet, ſe illi nõn ſacerdotium tantum ſeruaturum, ſed & Pontificatum paraturum, & totius ſuæ prouinciæ Principem eum facturum, modò filiam ſuam vxorem retineat: ædificaturumq; templum Hieroſolymitano ſimile in monte Garizin, qui imminet Samariæ reliquis montibus celſior: idq; polliceretur ex conſenſu Regis Darÿ ſe facturum: elatus tali ſpe Manaſſes manſit apud ſocerum, putans ſe Pontificatum dante Rege conſecuturum. Jam enim Sanaballetes erat ſenior. Cumq; multi ſacerdotes & Iſraëlitæ intricati eſſent eiuſmodi coniugijs, non leuiter turbabatur Hieroſolymorum Reſpublica. omnes enim hi defecerunt ad Manaſſem, Sanaballete præbente eis & pecuniam & agros ad colendum & domicilia, ac modis omnibus adiutante ambitionem generi. Quo tempore Darius audito, quòd Alexander traiecisſet Helleſpontum, &, prælio victis ad Granicum ſuis ſatrapis, vlterius procederet, contractis tàm pedeſtribus quàm equeſtribus copijs, decreuit Macedonibus occurrere, priuſquam totam Aſiam ſibi ſubijceret. Itaq; vltra Euphratem traducto exercitu, & ſuperato Tauro monte Ciliciæ, ſtatuit in ea prouincia hoſtem excipere prælio. Sanaballetes autem lætus deſcenſu Darÿ, aiebat ſe mox præſtiturum Manaſſi pollicita, quamprimùm Rex reuerteretur poſt victoriam. perſuaſum enim erat non ipſi tantùm, ſed & omnibus Aſiaticis, ne primum quidem congreſſum expectaturos Macedonas, tanto inferiores numero: ſed longè alius fuit euentus quàm ipſorum opinio. Rex enim, collatis cum Macedonibus ſignis, victus eſt, & magna exercitus parte amiſſa, matre etiam & vxore cum liberis in hoſtium poteſtatem redactis, fugit in Perſidem. Alexander verò in Syriam veniens cepit Damaſcum, &, occupata Sidone, Tyrum quoq; oppugnabat: ſcriptisq; ad Judæorum Pontificem literis petebat auxilium, & vt forum rerum venalium præberet exercitui: & vt, quæ prius Dario conferre ſit ſolitus, nunc det Macedonibus, prælata eorum amicitia. fore enim vt illũ non pœniteat. cumq; Pontifex nuncijs reſpondiſſet, ſacramento ſe obligatum Dario, ne arma contra eum ſumeret, idq; ratum fore quandiu ille vixerit: iratus Alexander Tyri quidem oppugnationem non omiſit, qua breui potiturus videbatur: minatus eſt tamen hac capta mox ſe ducturum contra Pontificem, vt omnes diſcant, cui iuſiurandum ſeruari oporteat. quare non parcens labori tandem Tyrum expugnauit, & conſtitutis in ea rebus Gazam profectus, in ea Babemeſem Perſici præſidij præfectum obſedit. Interea Sanaballetes ratus iam adeſſe tempus, à Dario defecit: & aſſumptis octo millibus de ſua prouincia, in Alexandri caſtra ſe contulit. cumq; offendiſſet eum Tyri oppugnationem aggredientem, & ſuam prouinciam eius fidei commiſit, & hunc pro Dario dominum libenter agnouit. à quo obuijs manibus exceptus, liberè iam quid vellet elocutus, ait ſe generum habere Manaſſem, Jaddi Judæorum Pontificis fratrem: eum ſequi multos illius gentis homines, & velle in ſua prouincia templum exſtruere. idq; fore in rem ipſius

An. mũdi 3629. Ante Chriſtum natum 335.

Manaſſes ſacerdotii, ob exteram, ſi retineat, fœminam ab eo remouẽdus. Ipſe maioris boni negligit.

An. mũdi 3670. Ante Chriſtum natum 334.

Apoſtaſia ſacerdotũ.

Hegeſippus & Ruffinus Cap. 8.

Victoria Alexandri à Dario reportata.

Manaſſes voti ſit compos.

An. mūdi 3630. Ante Christum natum 334.

Regis, si diuidatur Iudaorum potentia: ne fortè de communi sententia rebellantes multum negocij Regibus facessant, quemadmodum soliti sunt Assyrijs imperantibus. quod vbi impetratum est, omni ope adnitens templum adificauit, & Manassem eius sacerdotem constituit, ampliſsimum hunc honorem filiæ suæ posteris relicturum se existimans. Septem autem mensibus in Tyri oppugnatione, & in Gaza duobus absumptis, Sanaballetes fato functus est: Alexander verò expugnata Gaza Hierosolyma properè petijt. Iaddus verò Pontifex postquam hoc audiuit, solicitus harebat inops consilij, nec inueniens quomodo Regem deberet excipere, iratum eo quòd antea neglexisset imperata eius facere. Ergo indictis populo supplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem eius confugit, illi publicam salutem commendans. Proxima deinde post sacrificium nocte, in somnis ei Deus apparuit, iubens vt bono esset animo, & coronata vrbe portas aperiret: vtq; populus in albis vestibus prodiret obuiam, ipse verò cum reliquis sacerdotibus solenni cultu sui ordinis, securi de Dei prouidentia. Experrectus autem è somnis latus ciuibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus vt in somnis præmonitus fuerat, Regis aduentum præstolabatur: & cum renunciatum esset eum iam non procul ab vrbe adesse, progressus est cum sacerdotibus & vrbana multitudine pompa quadam noua & venerabili vsque ad locum qui dicitur Sapha, qua vox speculam significat: quod ibi & vrbs & templum in prospectu sit. Et cum Phœnices ac Chaldæi sperarent sibi licere quicquid iratus Rex posset permittere, direptionem vrbis, & Pontificis exquisitum supplicium, planè contrarium euenit. Alexander enim vt vidit è longinquo candidatum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu byssino, Pontificemq; in stola hyacinthina auro distincta, tiaram in capite gestantem cum præfixa aurea lamina insculpta Dei nomine: solus ad eum accedens nomen illud adorauit, & salutauit Pontificem. Iudæis autem omnibus vno ore Alexandrum consalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ Reges & reliqui obstupuerunt, vix credentes Regem mentis compotem: solus Parmenio propius accedens rogauit familiariter, quid ita cum ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum Pontificem. At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo cuius Pontifex esset, honorem eum exhibuisse. hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in Dio Macedoniæ, qui me deliberantem quomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum traijcere. nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Quapropter quia nunc primùm talem habitum vidi, agnoscens hunc & visionis memor quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore victoriæ compotem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex sententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificem, deducentibus sacerdotibus in vrbem peruenit. & ascendens in templum immolauit Deo ex sacerdotis præscripto, ac Pontifici quoque suum honorem exhibuit. Ostensoq; sibi Danielis libro, in quo Græcum quendam Persas debellaturum significat, hunc ipsum se esse interpretatus, latus dimisit multitudinem. Sequenti verò die vocatis eis iussit vt quicquid vellent peterent. Pontifice autem petente vt patrijs legibus viuere sibi liceat, vtq; septimo quoq; anno concederetur eis tributorum immunitas, concessit omnia. Rogantibus deinde vt eos quoq; Iudæos, qui

Alexander Hierosolyma obsidere volens, Pontificem obuiàm euntem honorificè excipit, ob visionem eodem habitu antè oblatam.

Alexander in templo Hierosol. sacrificans, vaticinio de ipso Danielis ostenso, maximam Iudæis libertatē concedit.

qui Babyloniam ac Mediam colerent, ſineret vti inſtitutis proprijs, hic etiam poſtulatis eorum ſatisfacturum ſe eſt pollicitus. Et cum feciſſet eis poteſtatem, ſi qui vellent ſaltus ſuis ritibus ſequi eius militiam, multi in eam expeditionem dederunt nomina. Atque his apud Hieroſolyma actis, mouit inde in alias propinquas vrbes exercitum. cumq; ab omnibus amicè exciperetur, Samarita (horum tunc caput erat Sicima ſita ad montem Garizin, & habitata à deſertoribus gentis Iudaicæ) videntes quòd Alexander Iudæos tractaret tàm magnificè, decreuerunt ſe quoque Iudæos profiteri. Sunt enim Samaritæ hoc ingenio vt & antè diximus, in rebus Iudæorum afflictis, negant ſe cognatos, veritatem tunc dicendo: cum verò affulgere eis fortunam viderint, confeſtim in ſocietatem irruunt, attinere ad ſe affirmando, & à Ioſepho eiusq; filijs Manaſſe & Ephraimo ſeriem generis ſui deducendo. Igitur ſplendido paratu & magnam alacritatem præ ſe ferentes Regi occurrunt penè in Hieroſolymitano agro: collaudatisq; ab Alexandro omnibus, Sicimitæ eum adeunt, aſſumptis ſecum militibus quos Sanaballetes miſerat: rogantes vt inuiſat ipſorum vrbem, & illud quoque templum præſentia ſua honoret. ille pollicitus eſt hoc in reditu ſe facturum: cumq; poſtularent vt ſeptimi anni tributum ſibi remitteretur, nam ne ſe quidem in eo ſeminare: quæſiuit quinam eſſent qui hoc rogarent. illis verò dicentibus, Hebræos quidem ſe eſſe, ſed Sicimitas vocari à Sidonijs: iterum quæſiuit an Iudæi eſſent. Negantibus illis, equidem, inquit, Iudæis id conceſſi. Reuerſus tamen & re diligentius cognita, faciam quod æquum videbitur. atque hoc pacto Sicimitas dimiſit. Sanaballetis autem milites iuſſit vt ſe in Ægyptum ſequantur: ibi enim ſe agros eis diuiſurum: id quod paulo pòſt fecit in Thebaide, iuſſis ei regioni eſſe præſidio. Poſt obitum autem Alexandri, imperium quidem eius inter ſucceſſores eſt diuiſum: templum verò in Gariz in monte ſitum, manſit incolume: & ſi quis apud Hieroſolymitas aut illiciti cibi ſumpti, aut violati ſabbati, aut ſimilis criminis reus ageretur, ad Sicimas confugiebat, calumniam ſe paſſum dictitans, eodem verò tempore etiam Iaddus Pontifex obierat, Onia filio ſucceſſore: atq; in eo ſtatu res Hieroſolymitanæ tunc fuêre.

An. mũdi 3630. Ante Chriſtum natum 334.

Samaritæ rebus fecundis Iudæorum amici.

An. mũdi 3632. Ante Chriſtum natum 332.

Templum in monte Garizin.

Onias Iaddi filius Pontifex Hieroſolymis.

An. mũdi 3635. Ante Chriſtum natum 329.

An. mũdi 3640
Ante Christum
natum 324.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DVODECIMVS.

SVMMA CAPITVM LIBRI XII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Ptolemæus Lagi dolo occupatis Hierosolymis cum reliqua Iudæa, multos inde in Aegyptum traduxit.

II. Ptolemæus Philadelphus Iudæorum legem in Græcam linguam vertit, & multis eius gentis captiuis dimissis, donaria multa Deo in templo eius dedicat.

III. Quomodo honor à Regibus Asiæ Iudæorum genti habitus, & in ciuitatibus ab illis conditis, ius ciuium ei concessum fuerit.

IIII. Iosephus Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo Regi factus.

V. Amicitia & societas Lacedæmoniorum cum Onia Pontifice Iudæorum.

VI. Iudæi seditionibus agitati, Antiochi opem inuocant.

VII. Quemadmodum Antiochus ducto Hierosolyma exercitu, occupatoq; eius vrbis dominio, templum etiam spoliauerit.

VIII. Antiocho vetante Iudæos vti patrijs legibus, solus Assamonæi filius Matthias Regem contempsit, profligatis etiam eius ducibus.

IX. Matthiæ defuncto Iudas filius succedit.

X. Apollonius Antiochi Dux in Iudæa prælio victus occiditur.

XI. Lysiæ & Gorgiæ contra Iudæos expeditiones & clades.

XII. Quomodo diuisis copijs, Simõ Tyrios & Ptolemaidẽses, Iudas Ammanitas superauit.

XIII. Antiochi Epiphanis apud Persas interitus.

XIIII. Antiochus Eupator profligato Iudæorum exercitu Iudam in templo obsidet.

XV. Antiochus omissa oppugnatione, cum Iuda fœdus facit & amicitiam.

XVI. Bachides Demetrij Dux cum exercitu contra Iudæos missus, infecto negocio ad suum Regem reuertitur.

XVII. Nicanor post Bachidem dux contra Iudam missus, vnà cum vniuerso exercitu internecione perijt.

XVIII. Bachidis denuò missi contra Iudæam victoria.

XIX. Quomodo Iudas prælio victus occubuerit.

CAP. I.

Ptolemæus Lagi dolo occupatis Hierosolymis cum reliqua Iudæa, multos inde in Aegyptum traduxit.

Mors Alexandri, & bella inter successores orta.

ALEXANDER Macedonum Rex in suam potestatem redacto Persarum imperio, & cõstitutis, vt iam dictum est, Iudaorum rebus, vitam finijt. Imperio verò in multos successores distracto, Antigonus Asiam occupat, Seleucus Babylonem cum vicinis gentibus, Lysimachus Hellespontum, Macedoniam Casander, Ptolemæus Lagi Ægyptum. Qui dum seditionibus agitantur, & de imperio contendunt, durante longo bello & vrbes multæ afflictæ sunt, & habitatores earum plurimi per diuersa præliorum certamina desiderati sunt: id quod tota Syria tum passa est sub Ptolemæo Lagi, quem præter meritum Soterem appellabant. Is & Hierosolyma occupauit, dolo tamẽ circumuenta. Ingressus enim vrbem sabbato velut sacrorum gratia, Iudæis nec arcentibus quòd nihil hostile suspicarentur, & alioquin eum diem in ocio & quiete agentibus, sine difficultate potitus dominio, acerbè eam & inclementer tractauit. Attestatur nobis Agatharchides Cnidius, qui

Hierosolymis dolo captis, Iudæi in Aegyptum abducũtur.

succesſo-

ſucceſſorum Alexandri res geſtas conſcripſit, ſuperſtitionem nobis exprobrans, quòd propter eam libertatem amiſerimus. Sic enim ſcribit. Eſt gens quæ Iudæorum dicitur, vrbem incolens magnam & bene munitam, nomine Hieroſolyma. hanc paſsi ſunt in Ptolemæi poteſtatem peruenire: & dum propter ſuperſtitionem grauantur arma ſumere, grauem dominum receperunt. Et Agatharchides quidem de noſtris hominibus hæc prodidit. Cæterum Ptolemæus multos captiuos ex montano Iudææ tractu & Hieroſolymorum vicinia, Samariaq; & Garizin monte in Ægyptum traductos iuſsit ſedes ibi figere: & cum Hieroſolymitas pertinaciſsimè iuriſiurandi fidem ſeruare compertum haberet ex reſponſo quod Alexãdri legatis poſt Darij cladem dederant, multa ex eis præſidia diſpoſuit per arces: & cum eis apud Alexandriam ius ciuitatis pari cum Macedonibus conditione dediſſet, ſacramento omnes deuinxit, ſeruaturos fidem poſteris eius qui tam multa ipſis crediderat. Non pauci præterea reliquorum Iudæorum ſponte in Ægyptum migrauerunt, partim vbertate terræ allecti, partim Ptolemæi erga ſuam gentem liberalitate. Seditiones tamen continuæ fuerunt inter eorum poſteros & Samaritas inſtituta patria peruicaciter retinentes: pugnabantq; inter ſe iugiter, dum Hieroſolymitani ſuum templum ſacroſanctum eſſe affirmant, & victimas à Iudæis non aliò mittendas: Samaritæ contrà in montem Garizin eas mitti debere contendunt.

An. mũdi 3643. Ante Chriſtum natum 321.

Seditio inter Iudæos & Samaritas de templo.

CAP. II.

Ptolemæus Philadelphus Iudæorum legem in Græcam linguam vertit, & multis eius gentis captiuis dimiſſis, donaria multa Deo in templo eius dedicat.

ASSVMPTO poſt hũc Philadelphus Ægypti regno, quod per annos vndequadraginta tenuit, & legem transferri in Græcã linguam curauit, & Hieroſolymitas in Ægypto ſeruientes liberos dimiſit, numero centum viginti millia: idq; ex huiuſmodi cauſa. Demetrius Phalereus Regiarũ bibliothecarum præfectus dabat operam, vt ſi fieri poſſet omnes totius orbis libros colligeret, coëmens quotquot vbicunq; audiſſet cognitu dignos, aut cupiditati Regis gratos, cuius præcipuum erat in congerendis codicibus ſtudium. hic rogatus aliquando à Rege quàm multa millia iam comparaſſet, ait ſe iam habere circiter ducenta millia, ſed breui habiturum quingenta millia: præterea compertum ſibi certis indicijs multos eſſe apud Iudæos, qui leges eorum ſcriptas contineant, dignos cognitu & bibliotheca Regia: eſſeq; ſcriptos ipſorum lingua & literis, & exhibituros negocium his qui velint eos in Græcum ſermonem vertere. Videri quidem quandam cum Syrorũ lingua & charactere ſimilitudinem, habere tamen multa peculiaria. Nihil igitur vetare, quin & illa ex Hebræo traducta, cum non deſint ſumptus, in bibliothecam ſuam referat. Tum Rex collaudato Demetrij circa conquirendos libros ſtudio, ſcribit Iudæorum Pontifici, vt curet hoc negocium ex ſententia ſua confici. Interea quidam Ariſtæus ex intimis Regis amicis, & ob modeſtiam admodum carus, cum iamdudum animum haberet rogare eum, vt Iudæos in ſuo regno libertati reſtitueret: ratus adeſſe iam optimam occaſionem ſupplicandi, primum cum præfectis ſatellitum Soſibio Tarentino & Andreæ conſilium hoc communicat, multum obteſtatus, vt preces ſuas apud Regem quantum poſſunt adiutent: & poſt quàm intellexit ipſis quoque rem cordi eſſe, adito Rege ſic eum allocutus eſt. Quia non decet nos Rex verum diſsimulare,

An. mũdi 3680. Ante Chriſtum natum 284.

Hecdio & Ruffinus cap. 2. Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi.

An.mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

ſed ingenuè proloqui: cum hoc agamus vt Iudæorum leges non tranſcribantur tantum, verumetiam vertantur, quonam honeſto pratextu id facere poſſumus, dum tam multi huius hominum generis in regno tuo ſeruiunt? Quos certè non alienum fuerit à tua bonitate ac magnificentia, liberare à præſenti miſeria: quãdoquidem is qui tuum gubernat imperium, earum legum autor noſcitur, quantum mihi ſanè de eare inquirenti perueſtigari potuit. Conditorem enim huius vniuerſitatis eundem quem illi nos quoque colimus, Iouem nominantes, nimirũ quòd iuuet vitam omnium. Quapropter vel Deum reueritus, quem illi eximio præ cæteris mortalibus cultu venerantur, redde eis patriam, vt in natali ſolo liceat eis vitam exigere. Nec eſt quod ſuſpiceris Rex, *me vel genere vel tribu eis propinquum has preces offerre in illorum gratiam atque commodum: ſed quum omnium hominum idem Deus ſit opifex, & ſciam illi placere beneficentiam, ideo tibi nunc ſupplico. Ibi* Rex *libenti ac hilari vultu illum aſpiciens, & quot tandem putas millia, quibus opus ſit hoc beneficio? Tum Andreas, qui & ipſe aderat, dixit eſſe circiter centum viginti millia. Ad hæc* Rex, *Paruáne igitur tibi Ariſtæ videtur hæc quam poſcis liberalitas? Soſibio verò & cæteris præſentibus, dignum eſſe ipſius magnificentia dicentibus, pro accepto regno hanc Deo reponere gratiam: lætus hoc eorum conſenſu iußit, vt quando militi ſtipendium numerauerint, pro ſingulis captiuis, qui apud eos ſint drachmas centum viginti annumerent. atque hoc ſuum decretum publico edicto propoſiturum ſe eſſe pollicitus, quò tam Ariſtæi petitio quàm Dei voluntas fiat confirmatior. In eo comprehendebantur non hi ſolum quos pater aut eius exercitus abduxerat, ſed illi quoque qui vel antè vel pòſt in ſeruitutem abſtracti fuerant. & cum eam vindictã libertatis dicerent pluſquam quadringenta talenta poſcere, ne hæc quidem impendere grauatus eſt. Eius edicti exemplar, quò illuſtrior fiat* Regis *magnanimitas, libet hoc loco adſcribere. Quicunque ex militia patris noſtri Syriam ac Phœnicen incurſauerunt, & ſubacta Iudæa mancipia inde in* Regionem *noſtrã eiusq; vrbes abducta diuendiderunt, atque etiam quicunque vel antè vel pòſt diuenditi ſunt, hos omnes liberos volo fieri: proq; ſingulis mancipijs centum viginti drachmas recipere, milites quidem vnà cum cætero ſtipendio, reliquos verò à menſarijs* Regijs. *Cenſeo enim hos præter patris mei voluntatem & præter omnem æquitatem in captiuitatẽ abductos militũ licẽtia, qui vaſtata Iudæa ſui cõmodi cauſa in Ægyptũ abſtraxerunt hanc multitudinẽ. Quapropter iuſtitiæ reſpectu & commiſeratione eorum qui à potentioribus per vim opprimuntur, iubeo Iudæos omnes qui ſeruitutem ſeruiunt dimitti liberos, iam dicta ſumma heris eorum pro libertate reddita, & abſque dolo malo huic noſtro mandato ſatisfieri. Volo autem hoc edictum proponi per triduum ex quo allatum fuerit, & interim heros profiteri huiuſmodi mancipiorum numerũ: id enim & mihiipſi profuturum exiſtimo. Eum verò qui parere noluerit, cuiuis deferre liceat, mulctãdum facultatibus quæ fiſco noſtro debent cedere. Hoc edictum cum primũ oblatum eſſet* Regi, *nec tamen diſertè cautum eſſet illis quoque qui vel antè vel pòſt capti fuerant, liberaliter & illis indultum eſt eadem* Regis *beneficentia: iußitq; vt ex collectis iam tributis diſtribueretur pecunia in militem, & in menſarios* Regios. *Quo facto, intra ſeptem dies peractum eſt quicquid* Rex *iuſſerat, impenſis in redemptionem quadringentis ſexaginta talentis: quia domini exigebãt & pro infantibus illas centum viginti drachmas, quaſi* Regis *edictum etiam hos* complecte-

Aegypti Regis de Iudæorum libertate ab Ariſtæo impetrata edictum.

complecteretur, vbi adsciptum erat pro singulis mancipiorum capitibus eam summam numerandam. Hæc vbi ex sententia Regis magnificè sunt peracta, iussit Demetrium euulgare decretum de transscribendis Iudæorum codicibus, nihil enim temerè fiebat à Regibus, sed omnia diligenter præmeditata: quapropter & suggestionis exemplar & epistolarum in commentarios relatum est, & multitudo missorum donariorum, & quod à quoque factum est, vt primo aspectu pateat ex ipsis operibus tam autorum quàm artificum præstantia. Suggestionis sanè exemplar fuit tale. Regi magno Demetrius. Quia mandasti Rex, vt quod deest tuæ bibliothecæ suppleamus, & libros qui hactenus nostram inquisitionem effugerunt perquiramus, nihil mihi ad summam circa hoc negocium diligentiã reliquum faciens, scire te velim inter eos, quos adhuc desideramus esse Iudæorum legis codices. Hebraicis enim characteribus & vernacula ipsorum lingua scripti cum sint, intelligi à nobis non possunt. sunt etiam negligentius quàm par est habiti, eo quòd nondum eis Regia prouidentia contigit. necesse est autem, vt & hos habeas diligenter accuratos. Sapientiorem enim & sinceriorem legislationem continent, vtpote diuinitus proditam. Et hæc est causa, vt Hecataus Abderita refert, cur nullus vel Poeta vel historicus mentionem eius legis faciat, aut virorum qui iuxta eius præscriptum res suas administrauerunt: quòd sacrosancta sit, & profano ore tractari non debeat. Itaque si idem tibi videbitur Rex, scribes Iudæorum Pontifici, vt mittat senos ex singulis tribubus seniores, legum earum peritissimos, ex quorum interpretatione apertum ac cõsonum sensum eorum librorum accipientes, dignum aliquid tuo desiderio colligamus. Ad hanc igitur suggestionem, iussit Rex suos, vt ad Eleazarum Iudæorũ Pontificem, de hac re scriberent, simulq; per easdem literas certiorem facerent de Iudæis per Ægyptum pristinæ libertati redditis. præterea ad faciendos crateres & phialas ac libatoria, misit auri talenta quinquaginta, & gemmarum copiosam multitudinem: iussitq; custodes Arcarum, in quibus gemmæ seruabantur, liberam artificibus electionem permittere. mandauit etiam pecuniæ pro sacrificijs & reliquis templi vsibus, centum talenta erogari. Dicam autem & opera & eorum ornatum, vbi primum exposuero exemplar epistolæ scriptæ ad Eleazarum Pontificem, qui hoc Sacerdotij fastigium hoc modo consecutus est. Onia Pontifice defuncto, filius ei Simon succesit, Iustus cognominatus, quòd & Deum piè coleret, & ciues summa prosequeretur beneuolentia. Quo mortuo, superstite vnico filio paruulo, frater eius Eleazarus, de quo nunc est mentio, Pontificatum assumpsit: cui Ptolemæus hoc modo scripsit. Rex Ptolemæus Eleazaro Pontifici salutem. Multis Iudæis in regno meo degentibus, quos Persæ, dum rerum potirentur, captiuos eò pertraxerant, pater meus eos in precio habuit, aliorum opera in militia vsus amplis stipendijs conductorum, alijs etiam castellorum custodia per Ægyptum assignata, vt essent terrori indigenis. Ego verò postquàm principatum adeptus sum, cum in cæteros benignitate sum vsus, tum maximè in tuos ciues: quorum supra centum millia in libertatem vindicaui, restitutis de meo precijs eorum possessoribus. ex his per ætatem idoneos allegi in militiam: nõnullos quorum fides id mereri videbatur, inter aulicos meos accensui, ratus nullum gratius me Deo posse offerre donarium, pro ea prouidentia qua me dignatus est rebus præficere. Ergo vt & his & reliquis per totum orbem Iudæis gratum faciam, visum est mihi legem vestram in Græcam linguam

An. mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

Demetrij ad Ptolemæum de Bibliotheca adhortatio.

Regis erga Iudæos liberalitas.

Epistola Ptolemæi, in qua à Pontifice Eleazaro Bibliorum petit interpretes.

An.mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

linguam vertere, & ita versam in bibliothecam meam reponere. Benè igitur facies, si idoneorum delectu per tribus habito, ex vnaquaque sex viros bonos tam seniores ad nos miseris, qui per ætatem legum periti, possint præstare bonos interpretes. Spero enim, si hoc ex sententia successerit, maximam gloriam nos inde acquisituros. Mitto autem qui tecum de hac re agant, Andream præfectum satellitum, & Aristæum, mihi carissimos: per quos etiam primitias donariorũ templi & victimarum misimus, talenta argenti centum. Rescribes autem quicquid

Responsio Eleazari ad Ptolem. literas.

volueris, facturus nobis rem gratissimam. Hac Epistola accepta, Eleazarus rescripsit quàm potuit honorificentissimè. Pontifex Eleazarus Regi Ptolemæo *salutem. Si vales cum* Regina Arsinoe *communibusq; liberis, nostra quoque res se habent optimè: Acceptis tuis literis, gauisi sumus, plurimum ob egregiam tuam voluntatem: aduocataq; concione eas legimus, testes pietatis, qua colis Deum maximum. ostendimus etiam phialas quas misisti aureas viginti, argenteas triginta, & crateras quinque, & mensam dedicandam, centumq; illa talenta, quæ in victimas & alios templi vsus attulerunt Andreas & Aristæus, amici tui carissimi, viri boni ac docti, tuaq; amicitia dignissimi. quare scito nos tibi gratificaturos, etiam si quid præter ingenium nostrũ facere oporteat. prouocati enim beneficijs in ciues nostros collatis nõ debemus segnes esse ad referendam gratiam. Quamobrem continuò pro te, sororeq; tua, & liberis & amicis, hostias obtulimus, & populus vota fecit pro felici rerum tuarum successu, & pro pacato regni tui statu: vtq; hæc legis versio, tam felix tibi sit, quàm cupis maximè. Delegimus etiam senos per tribus presbyteros, quos ad te cum lege misimus. tua autem pietatis erit ac iustitiæ, vt transscripta lege ad nos eam tuto remittas vnà cum eius deportatoribus. benè vale. Hæc sunt quæ rescripsit Pontifex. superuacaneum autẽ visum est apponere* LXX. *seniorum nomina, qui cum lege ab Eleazaro missi sunt, licet adscripta fuerint in epistola. donariorum tamen, quæ* Rex *Deo misit, ornatum & magnificentiam, silentio præterire nõ possum, vt omnibus nota fiat*

Descriptio donorũ à Ptolemæo Rege templo Hierosolymitano missorum.

eius Regis erga Deum pietas ac liberalitas. abundè enim sumptus suppeditans, & præsentia sua exstimulans artifices, opera eorum assiduè visendo, nullam eis segnitiæ aut negligentiæ relinquebat occasionem: quæ nunc recensebo singula, non quòd historiæ contextus hoc admodum postulet, sed quòd digna sit quæ prædicetur Regis liberalitas: primumq; mensam conabor describere. Cupiens enim longè maiorem facere, mãdauit explorari eius, quæ tum Hierosolymis erat, magnitudinem, quanta esset, & an maior posset fieri: & comperta eius mensura, quodq; maior etiam esse posset: ait se eius vel quincuplam magnitudinem redditurum, ni vereretur, ne per hoc ad quotidiana ministeria minus post hac esset vtilis. Cupere enim se ea donaria non solum ad ostentationem, sed ad vsum etiam esse accõmoda: itaque volens declarare se non auri penuria vel parsimonia parem priori facere: quod non erat integrum addere magnitudini, id compensauit varietate ornatus & operis pulchritudine. Cum enim esset ingeniosus in contemplandis rerum naturis, & in excogitandis nouis & inusitatis operibus, pro sua sapientia præscribebat artificibus, exigens ne quid à præscriptis formulis discederẽt. ac primum constituto mensæ modo in longitudinem cubitorum duorum & semis, in latitudinem vnius, altitudine sesquicubitali, totum opus ex auro facientes, loricã ei palmum latam circundederunt: cuius cymæ versatiles sculpturam habebant resticulatam indistincta imitatione per tria latera. cum enim essent triangula,

Mensa aurea.

per

per singulos angulos eadem erant figurationes, vt conuersa non alia, sed eadem specie oculis occurrerent. lorica verò pars interior ad mensam vergens egregias sculpturas habebat: sed exterior eius facies longè pulchriores, videlicet, quòd hæ totæ essent conspicuæ. quin & cymæ illæ facilè & citò vertebantur, & quemuis è tribus angulis pari mensura oculis subijciebant. resticulis autem illis sculptilibus insertæ erant gemmæ pretiosæ paribus interuallis distantes, fibulis aureis per foramina comprehensæ. exterior autem lorica facies gemmis pulchris ouali specie distinguebatur, intercurrente densa sculptura virgarum quæ per circuitum mensæ voluebantur. huic subiecta erat corona per circuitum, omne genus fructuum repræsentans, dependentibus racemis, & spicis emergentibus, & malis punicis interfertis: quæ omnia constabant è lapillis etiam colorem natiuum fructuum referentibus, & auro circum totã mensam reuinctis. Sub hac corona rursum alia series ouorum priori similis cũ virgatis peraquè sculpturis visebatur: vt ex vtraq; parte spectaretur eadem operum varietas ac elegantia, etiam in lorica & cymarũ ordine, ac ne inuersis quidem mensæ lateribus vlla sentiretur diuersitas, sed idem artificiũ vsq; imos pedes pertenderet. subdita enim lamina aurea quatuor digitos lata per transuersam mensæ latitudinem, in eam pedes eius inseruerunt, quos fibulis ac clausuris astrinxerunt mensæ iuxta loricã, vt his insistens quaqua verteretur, eandem speciẽ ostenderet. In mensa autem sculptus erat Maander, magni precij gemmis per medium tanquam stellis variegatus, carbũculo & smaragdo suauissimè radiantibus, alijsq; generibus quæ vbiq; grata sunt propter precium. Præter Maandrum verò resticulati quidã nexus circumquaq; discurrebãt, Rhombo circa mediũ similes, in quo crystallus & succinũ per interstitia paria coniunctim cum magna gratia spectabãtur. pedũ autem capitella liliorum similitudinem referebant, foljs sub mensa se reflectentibus, cum germen alioquin rectũ videretur. basis autem facta erat è carbunculo palmum lata crepidinis specie, quà verò pedes innitebantur, octo digitorum latitudine: erantq; sculpti singuli pedes opere subtilissimo, hederis & palmitibus vnà cum racemis per eos discurrentibus, indiscreta verorũ similitudine. tanta enim erat artis subtilitas, vt perflante vento agitata, naturæ non artis opus viderentur. constabat q; totum opus trimembri compositione, sed tanto artificio, vt commissuræ nec oculis nec cogitatione deprehendi possent. crassitudo autem mensæ erat semicubitalis. Tanta fuit in hoc dono Regis magnificentia, opulentia materiæ, artis pulchritudo ac varietas ad naturæ imitationem expressa: quandoquidem hoc erat eius studium, vt si non magnitudine hac priorem illam mensam superaret, certè nouitate commenti & ornamentorum splendore magis esset conspicienda. Crateræ autem aureæ fuerunt duæ, squamatæ, à basi vsque præcinctura, spiras habentes varijs gemmis distinctas: deinde Maandrum cubitali altitudine ex omnigenis gemmis compositum: & super eum virgatam sculpturam, & deinceps vsque labrum plexile quiddam reti simile, crebra Rhomborum specie interueniente. addebant gratiã, insertæ gemmeæ scutulæ, quatuor digitorũ amplitudine. Labrum verò crateris in orbem ornatum erat liljs & floribus, atque implexis inter se palmitibus vuas ferentibus. & ornatus quidem vtriusque erat hic, amplitudo verò quæ amphoram caperet. argenteæ verò quæuis specula splendore vincebant, certius etiam reddentes inspectantium effigies. His addidit Rex triginta phialas, in quibus quicquid spatij gemmis erat vacuum, frõdibus hede-

An. mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

Crateræ aureæ duæ.

Crateræ argenteæ.

Triginta phialæ.

An. mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

ra & pampinis sculptilibus adumbrabatur. atque hac omnia non solũ artificum ingenijs ornabantur vsque ad miraculum, sed quadam etiam Regis circa hac ambitione diligentius accurabantur: qui non satis putans, quòd sine parsimonia sumptus praberet, relictis etiam serijs negocijs sape adibat officinas & inuisebat artificum opera, id quod magis etiam accendebat eorum diligentiam. videntes enim quòd cordi sit ei hoc negocium, maiore attentione versabantur in opere. atque hac sunt donaria ab hoc Rege ad Hierosolymitanum templum transmissa. Quibus consecratis Pontifex Eleazarus, & honorificè tractatis qui attulerãt, non sine muneribus ad Regem eos remisit. Hi postquam Alexandriam sunt reuersi, Rex cognito eorum simul & septuaginta seniorum aduentu, confestim legatos Andream & Aristaum acciuit: ab eusq; & epistolam Pontificis recepit, & multa praterea sciscitando didicit. Et cum vehementer cuperet congredi cum septuaginta senioribus, qui Hierosolymis ad interpretandam legem venerant, quicunque priuatorum negociorum causa expetebant eius colloquium, prater morem suum dimitti iussit. hos enim quinto quoque die solebat admittere, sicut legatos semel in mense. tunc verò illis dimissis ab Eleazaro missos expectabat. vt verò senes illi venerunt cum muneribus à Pontifice missis, & cum membranis qua legem aureis literis inscriptam continebant, primum de libris eos rogauit. vt verò ex inuolucris depromptos obtulerunt, multum diuq; miratus membranæ subtilitatem, & commissuras quæ ita latebant vt visu discerni non possent, gratias se illis habere dixit qui venerint, & maiores etiam ei qui miserit, sed longè maximas Deo cuius leges attulerint. cumq; seniores eorumq; comites vno ore omnia fausta Regi acclamassent, pra nimia letitia lacrymas non continuit, qua quidem mœroris insignia etiam magnum gaudium consequi natura voluit. iussisq; libros accipere, quorum hoc erat officium, tum demum viros salutauit, præfatus æquum fuisse, vt prius de ea re, propter quam acciti fuerant percontatus, deinde illos quoque compellaret. diem quidem aduentus eorũ tam gratum sibi confessus est, vt quoad viueret per singulos annos redeuntem eius memoriam colere se velle promitteret. forte enim eadem erat qua Antigonum nauali prælio vicerat. voluitq; vt conuiua sibi essent, & diuersoria mandauit eis assignari sub ipsa arce pulcerrima. Nicanor autem qui excipiendis hospitibus præerat, Dorotheum eos curare solitum iussit parare cuique ad victum pertinentia. Sic enim Rex disposuerat, vt ex eis ciuitatibus quæ in ratione victus aliquid peculiare habent venientibus, more ipsorum omnia pararentur, vt tractati more consueto suauius viuerent, & nulla in hoc nouitate offenderẽtur. quod honoris his quoq; exhibitum est, Dorotheo hac cura commissa, quòd is vellebat morem quo solerent viuere. quamobrem omnia per se administrauit quæ ad illos accipiendos facerent. Ac primum duos accubitus strauit Rege ita iubente, qui volebat dimidiã eorũ partem ad dextrã suam discumbere, reliquã verò post ipsum ordine, nihil omittens ad honorem eorum pertinens. postquam autem discubitum est, iussit Dorotheum illis ministrare, sicut solet hospitibus ad se à Iudæa venientibus. quapropter præconibus & sacrificulis alijsq; id genus quorum est à suis precatiunculis auspicari conuiuium locus hic nõ fuit: sed vnum ex conuiuarum numero Sacerdotem Eliseum nomine precatione mensam consecrare ipse Rex iussit: qui stans in medio precatus est omnia fausta Regi simulatq; subditis: applausumq; & acclamatum est ab omnibus libenti ac hilari animo, quo

Ptolemæi sumptus & diligentia in templi donationem collata.

Interpretes 70. Alexandriam venientes, honorificè excipiuntur.

Conuiuium Iudæorum apud Ptolemæũ, & corundem ante cibum preces.

quo facto fruebantur appositis. cumq́ Rex siluisset quantum satis visum est, cœpit philosophari, proponens singulis quæstionem aliquam de natura subtili disquisitione dignam. illis verò diserte ad quidlibet respondentibus, delectatus eorum consuetudine per duodecim dies instaurauit conuiuium. Si quis autem cupit cognoscere quæstiones agitatas in eo conuiuio, legat Aristæi librum quem hoc argumento conscripsit. Quos sermones cum non solum Rex admiratus esset, sed Menedemus etiam philosophus fateretur omnia gubernare prouidentiã, eoq́ facilius tueri hanc sententiam, finis est huic quæstioni impositus. Rex verò iam tum se vberem ex eorum aduentu fructum percepisse fassus est, per quos didicisset quomodo regnum administrare oporteat: iussitq́ datis prius in singulos ternis talentis, deduci eos in diuersorium. Quarto deinde die Demetrius assumptis eis transiuit aggerem illum septem stadiorum, & pontem qui insulam continenti adiungit: & progressus ad septentrionale littus, assignauit eis ibi domum remotam à strepitu, & contemplationi rerum idoneam: rogauitq́, vt quandoquidem ad opus iam ita instructi sint, vt nihil desiderent amplius, ordiantur interpretationem feliciter. illi verò non parcentes labori quàm poterant accuratissimè interpretabantur, vsque horam nonam assidentes operi: reliquum deinde temporis curando corpori dabant, præter aliam copiam etiam de Regi paratis cibis partes afferente Dorotheo, ita vt mandatum ei fuerat. mane autem Regiam ingressi, salutato Rege in eundem locum ad institutum negociũ se referebant: quod marinis aquis ablutis manibus prius mundati aggrediebantur. Versione autem legis intra septuaginta duos dies absoluta, Demetrius aduocatis omnibus Iudæis in locum vbi versa fuerat, præsentibus etiam interpretibus, perlegit codicem. concio verò & seniorum interpretationem approbauit, & Demetrium ipsum collaudauit, cuius suggestionis occasione maxima bona percepisset: rogauitq́, vt etiam optimatibus eorum copia legendi fieret. Deinde & Sacerdos & seniores interpretum & magistratus populi postulauerunt, quandoquidem feliciter absoluta esset hæc interpretatio, vt rata permaneat, nihilq́ ex ea mutari liceat. qua sententia, cum omnibus placuisset, iusserũt vt prius, si quis aliquid deprehenderet, vel superesse legi vel deesse, diligentius inspectum & indicatum corrigeret, quando consultum esset, vt res semel approbata rata esset in perpetuum. Quamobrem Rex multum gauisus est, videns hanc quoque suam voluntatem in publicum cessisse commodum: sed maiorem etiam percepit voluptatem dum sibi lex legeretur, non sine admiratione legislatoris sapientiæ: cœpitq́ de ea re conferre cum Demetrio, rogans quî factum sit, vt tam admirandarũ legum, nec historicus vllus, nec Poeta mentionem fecerit. Tum Demetrius respondit, neminem ausum eam attingere, quam constaret diuinam esse, & omni veneratione dignissimam: & punitos esse quosdam à cœlesti numine, qui illam temerè attrectare nõ sint veriti: Theopompum enim volentem inde quadã suis scriptis inserere, mente motum fuisse diebus XXX. *& per interualla insaniæ precibus Deũ placasse, facilè coniicientẽ quæ morbi causa fuerit, atq́ etiã in somnis admonitũ hac ideo pati, quòd fuisset circa res diuinas curiosior, easq́ voluisset proferre profanis hominibus. quare cum à cœpto destitisset, sanam mentem ei fuisse redditam. Theodectæ etiam Poetæ, cum in quadam tragœdia vellet aliquid è sacris libris admiscere, oculos glaucomate suffusos caligasse: & cum erratum agnouisset, exorato Deo redditam aciem. acceptos deinde à Demetrio libros Rex cum*

An. mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

Translatio Bibliorũ in Græcam linguam.

Vltio diuina in Ethnicos sacra Biblia tractantes.

An. mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

ra & pampinis sculptilibus adumbrabatur. atque hac omnia non solũ artificum ingenijs ornabantur vsque ad miraculum, sed quadam etiam Regis circa hac ambitione diligentius accurabantur: qui non satis putans, quòd sine parsimonia sumptus praberet, relictis etiam seriis negocijs sæpe adibat officinas & inuisebat artificum opera, id quod magis etiam accendebat eorum diligentiam. videntes enim quòd cordi sit ei hoc negocium, maiore attentione versabantur in opere. atque hac sunt donaria ab hoc Rege ad Hierosolymitanum templum transmissa. Quibus consecratis Pontifex Eleazarus, & honorificè tractatis qui attulerãt, non sine muneribus ad Regem eos remisit. Hi postquam Alexandriam sunt reuersi, Rex cognito eorum simul & septuaginta seniorum aduentu, confestim legatos Andream & Aristæum acciuit: ab eusq; & epistolam Pontificis recepit, & multa praterea sciscitando didicit. Et cum vehementer cuperet congredi cum septuaginta senioribus, qui Hierosolymis ad interpretandam legem venerant, quicunque priuatorum negociorum causa expetebant eius colloquium, prætermorem suum dimitti iussit. hos enim quinto quoque die solebat admittere, sicut legatos semel in mense. tunc verò illis dimissis ab Eleazaro missos expectabat. vt verò senes illi venerunt cum muneribus à Pontifice missis, & cum membranis quæ legem aureis literis inscriptam continebant, primum de libris eos rogauit. vt verò ex inuolucris depromptos obtulerunt, multum diuq; miratus membranæ subtilitatem, & commissuras quæ ita latebant vt visu discerni non possent, gratias se illis habere dixit qui venerint, & maiores etiam ei qui miserit, sed longè maximas Deo cuius leges attulerint. cumq; seniores eorumq; comites vno ore omnia fausta Regi acclamassent, præ nimia lætitia lacrymas non continuit, quæ quidem mœroris insignia etiam magnum gaudium consequi natura voluit. iussisq; libros accipere, quorum hoc erat officium, tum demum viros salutauit, præfatus æquum fuisse, vt prius de eare, propter quam acciti fuerant percontatus, deinde illos quoque compellaret. diem quidem aduentus eorũ tam gratum sibi confessus est, vt quoad viueret per singulos annos redeuntem eius memoriam colere se velle promitteret. forte enim eadem erat qua Antigonum nauali prælio vicerat. voluitq; vt conuiua sibi essent, & diuersoria mandauit eis assignari sub ipsa arce pulcerrima. Nicanor autem qui excipiendis hospitibus præerat, Dorotheum eos curare solitum iussit parare cuique ad victum pertinentia. Sic enim Rex disposuerat, vt ex eis ciuitatibus quæ in ratione victus aliquid peculiare habent venientibus, more ipsorum omnia pararentur, vt tractati more consueto suauius viuerent, & nulla in hoc nouitate offenderẽtur. quod honoris his quoq; exhibitum est, Dorotheo hac cura commissa, quòd is callebat morem quo solerent viuere. quamobrem omnia per se administrauit quæ ad illos accipiendos facerent. Ac primum duos accubitus strauit Rege ita iubente, qui volebat dimidiã eorũ partem ad dextrã suam discumbere, reliquã verò post ipsum ordine, nihil omittens ad honorem eorum pertinens. postquam autem discubitum est, iussit Dorotheum illis ministrare, sicut solet hospitibus ad se à Iudæa venientibus. quapropter præconibus & sacrificulis alijsq; id genus quorum est à suis precatiunculis auspicari conuiuium locus hic nõ fuit: sed vnum ex conuiuarum numero Sacerdotem Eliæum nomine precatione mensam consecrare ipse Rex iussit: qui stans in medio precatus est omnia fausta Regi simul atq; subditis: applausumq; & acclamatum est ab omnibus libenti ac hilari animo, quo

Ptolemæi sumptus & diligentia in templi donationem collata.

Interpretes 70. Alexandriam venientes, honorificè excipiuntur.

Conuiuium Iudæorum apud Ptolemæũ, & eorundem ante cibum preces.

quo facto fruebantur appositis. cumq́ Rex siluisset quantum satis visum est, cœpit philosophari, proponens singulis quæstionem aliquam de natura subtili disquisitione dignam. illis verò diserte ad quidlibet respondentibus, delectatus eorum consuetudine per duodecim dies instaurauit conuiuium. Si quis autem cupit cognoscere quæstiones agitatas in eo conuiuio, legat Aristæi librum quem hoc argumento conscripsit. Quos sermones cum non solum Rex admiratus esset, sed Menedemus etiam philosophus fateretur omnia gubernare prouidentiã, eoq́ facilius tueri hanc sententiam, finis est huic quæstioni impositus. Rex verò iam tum se vberem ex eorum aduentu fructum percepisse fassus est, per quos̄ didicisset quomodo regnum administrare oporteat: iussitq́ datis prius in singulos ternis talentis, deduci eos in diuersorium. Quarto deinde die Demetrius assumptis eis transiuit aggerem illum septem stadiorum, & pontem qui insulam continenti adiungit: & progressus ad septentrionale littus, assignauit eis ibi domum remotam à strepitu, & contemplationi rerum idoneam: rogauitq́, vt quandoquidem ad opus iam ita instructi sint, vt nihil desiderent amplius, ordiantur interpretationem feliciter. illi verò non parcentes labori quàm poterant accuratissimè interpretabantur, vsque horam nonam assidentes operi: reliquum deinde temporis curando corpori dabant, præter aliam copiam etiam de Regi paratis cibis partes afferente Dorotheo, ita vt mandatum ei fuerat. mane autem Regiam ingressi, salutato Rege in eundem locum ad institutum negociũ se referebant: quod marinis aquis ablutis manibus prius mundati aggrediebantur. Versione autem legis intra septuaginta duos dies absoluta, Demetrius aduocatis omnibus Iudæis in locum vbi versa fuerat, præsentibus etiam interpretibus, perlegit codicem. concio verò & seniorum interpretationem approbauit, & Demetrium ipsum collaudauit, cuius suggestionis occasione maxima bona percepisset: rogauitq́, vt etiam optimatibus eorum copia legendi fieret. Deinde & Sacerdos & seniores interpretum & magistratus populi postulauerunt, quandoquidem feliciter absoluta esset hæc interpretatio, vt rata permaneat, nihilq́ ex ea mutari liceat. qua sententia, cum omnibus placuisset, iusserũt vt prius, si quis aliquid deprehenderet, vel superesse legi vel deesse, diligentius inspectum & indicatum corrigeret, quando consultum esset, vt res semel approbata rata esset in perpetuum. Quamobrem Rex multum gauisus est, videns hanc quoque suam voluntatem in publicum cessisse commodum: sed maiorem etiam percepit voluptatem dum sibi lex legeretur, non sine admiratione legislatoris sapientiæ: cœpitq́ de ea re conferre cum Demetrio, rogans quî factum sit, vt tam admirandarũ legum, nec historicus vllus, nec Poeta mentionem fecerit. Tum Demetrius respondit, neminem ausum eam attingere, quam constaret diuinam esse, & omni veneratione dignissimam: & punitos esse quosdam à cœlesti numine, qui illam temerè attrectare nõ sint veriti: Theopompum enim volentem inde quadã suis scriptis inserere, mente motum fuisse diebus xxx. *& per interualla insaniæ precibus Deũ placasse, facilè coniicientẽ quæ morbi causa fuerit, atq́ etiã in somnis admonitũ hac ideo pati, quòd fuisset circa res diuinas curiosior, easq́ voluisset proferre profanis hominibus. quare cum à cœpto destitisset, sanam mentem ei fuisse redditam. Theodectæ etiam Poetæ, cum in quadam tragœdia vellet aliquid è sacris libris admiscere, oculos glaucomate suffusos caligasse: & cum erratum agnouisset, exorato Deo redditam aciem. acceptos deinde à Demetrio libros Rex cum*

An. mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

Translatio Bibliorũ in Græcam linguam.

Vltio diuina in Ethnicos sacra Biblia tractantes.

An. mũdi 3684. Ante Christum natum 280.

adorasset, asseruari iussit diligenter, vt incorrupti manerẽt: rogauitq́ interpretes vt crebrò è Iudæa venientes ipsum inuiserent. id enim eis non minus commodum fore quàm honorificum. Nunc enim æquum esse vt remittantur: sed si vltrò ad eum venerint, consecuturos quicquid vel ipsorum sapientia dignũ sit, vel regia munificentia. Tunc quoq́ remissi sunt donati ternis vestibus optimis, & binis auri talentis, singulisq́ vnius talenti calicibus, & toris discubitorijs. præterea Pontifici per eosdem misit decem lectos cum argenteis pedibus cum competenti apparatu, & calicem talentorum triginta: ad hæc decem vestes purpureas, & coronam insignem, & telas byssinas centum, præterea phialas & trullas & libatoria, & crateras duas Deo dicandas. rogauitq́ eum per literas, vt, si quis ex his viris vellet ad ipsum venire, permitteret, quandoquidem plurimi faceret cum doctis consuetudinem, & diuitias libenter in eiusmodi insumeret. Atque hæc sunt in Iudæorum honorem à Philadelpho exhibita.

Dona interpretibus dimissis data, & Eleazaro missa.

CAP. III.

Quomodo honor à Regibus Asiæ Iudæorum genti habitus, & in ciuitatibus ab illis conditis, ius ciuium ei concessum fuerit.

Hedio & Ruffinus Cap. 3.

SED & ab Asiæ Regibus honorati sunt, propter nauatam in militia bonam ac fidelem operam. Namq́ Seleucus cognomento Nicanor in conditis à se per Asiam & inferiorem Syriam vrbibus, in ipsa denique metropoli Antiochia, ius ciuitatis eis dedit, voluitq́ pari ibi cum Macedonibus ac Græcis conditione degere, quo iure nunc quoque viuunt inter eos homines. Argumento est, quia Iudæis externo oleo nolentibus vti, certa pecunia pro eo à Gymnasiarchis penditur: quem morem cum Antiochensis populus proximo bello abrogare vellet, non permisit Mutianus qui tum Syriæ prouinciæ præerat. Deinde imperante Vespasiano & Tito eius filio, Alexandrini & Antiochenses rogantes adimi Judæis ius ciuium, impetrare id non potuerunt, manifesto Romanorum æquitatis & magnanimitatis indicio, sed præcipuè ipsorum principũ: qui cum eo bello multos labores pertulissent, & infensi essent pertinaciter rebellantibus, nihil tamen de iure ipsorum diminutum voluerunt: idq́ nec iræ propriæ, nec duobus maximis populis contra eos licere passi sunt, maiorem rationem habentes veterum gentis meritorum quàm præsentis offensionis, aut gratiæ quam hoc facto apud hos populos inire poterant: dicentes eos qui contra rem Romanam arma tulerant iam satis suppliciorum exsoluisse: eos verò qui nihil peccassent non esse æquum spoliari suis priuilegijs & iuribus. Marcum quoque Agrippam similiter affectum erga Judæos fuisse proditur. Ionibus enim contra hos seditiosè commotis, & rogantibus Agrippam, vt ciuitatis quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos, quem Græci Deum cognominant, soli essent participes: & postulantibus vt siquidem eiusdem generis haberi velint Iudæi, eosdem quoque Deos colerent: cum res ad iudicum cognitionem deuenisset vicerunt causam Iudæi: obtinueruntq́ vt sibi liceret suis moribus viuere, patrocinio Nicolai Damasceni adiuti. Agrippa enim pronunciauit, nihil sibi licere innouare circa hoc negocium. quæ si quis volet exactius cognoscere, legat historiarum Nicolai libros tertium & quartũ supra centesimum vigesimum. Sed Agrippæ sententiam mirari non debemus: neque enim tum gens nostra cum Romanis bellum gesserat: Vespasiani verò & Titi magnanimitatem meritò miretur, qui post tanta belli certamina

Immunitates Iudæis à Seleuco Nicanore Syriæ Rege concessæ.

Ius ciuitatis Antiochiæ Iudæis conseruatum.

Marcus Agrippa.

certamina nihil immoderatè in nos ſtatuerunt. Nunc vnde digreſſus ſum reuertar. Antiocho Magno in Aſia regnante in continua vexatione tàm Iudæa fuit quàm Cœleſyria: quòd eo bellum gerente cum Philopatore Ptolemæo, huiusq; filio qui Epiphanes cognominatus eſt, ſiue vinceret, ſiue vinceretur, malè mulctarentur, non aliter quàm nauis fluctibus vtrinq; oppugnata, inter proſperam & aduerſam Antiochi fortunam iactata. Tandem victor Antiochus Iudæam ſuæ ditioni adiecit. Defuncto verò Philopatore filius eius magnum exercitum duce Scopa miſit in Cœleſyriam: qui & multas eius vrbes & noſtram gentem vi in poteſtatem eius retraxit. Aliquanto autem poſt Antiochus ad fontes Iordanis cum Scopa prælio congreſſus ſit ſuperior: cumq; recepiſſet occupatas à Scopa vrbes Cœleſyriæ ſimùl & Samariæ, Iudæi quoq; vltrò deditionem fecerunt: receptumq; intra mœnia eius exercitum & elephantos liberaliter aluerunt: & oppugnantibus præſidium in arce à Scopa relictum impigrè auxilium tulerunt. Quamobrem Antiochus æquum ducens aliquam Iudæis pro ſtudio ſuarum partium referre gratiam, ſcripſit ad amicos ſuos & duces literas, teſtes beneficiorum quæ in ipſum contulerant, in quibus etiam ſignificabat quomodo remunerari eos decreuerit. earum exemplar ſubijciam, citato prius Polybij Megalopolitæ teſtimonio, ex libro hiſtoriarum eius ſexto decimo. Scopas, inquit, copiarum Ptolemæi dux ad mediterranea verſo impetu per hyemem Iudæorum gentem ſubegit. ac paulo poſt in eodem libro narrat, quomodo victo Scopa Antiochus Bataneam, Samariam, Gadara, & Abila recepit: moxq; Iudæi qui Hieroſolyma & celebre eius loci templum accolunt, ad eum defecerunt: de quo cum multa eſſent dicenda, ait ſe id in aliud tempus differre. & hæc quidem Polybius. nos autem narrationem continuabimus, inſerta hîc prius Antiochi epiſtola. Rex Antiochus Ptolemæo ſalutem. Quoniam Iudæi mox vt regionem eorum ſumus ingreſſi, ſtudium erga nos ſuum declarauerunt, & in vrbem ſuam venientes ſplendidè exceperunt ſenatu obuiàm progreſſo, exercituiq; noſtro & elephantis copioſe victum præbuerunt, & cum eo ſimul præſidium Ægyptiorum in arce expugnauerunt: viſum eſt nobis gratiam aliquam eis reponere, & vrbem eorum refouere varijs calamitatibus affectam, & in priſtinam frequentiam reſtituere, reuocatis in eam, qui nanc diſperſi ſunt, habitatoribus. ac primum decreuimus pietatis ergô præberi eis in precium pecudum mactandarum, vini, olei, thuris, argenteorum vigintimillia, & ad ſimilam ſecundum prouincialem legem tritici medimnos mille quadringentos ſexaginta, & ſalis medimnos trecentos ſeptuaginta quinque. voloq; vt hæc eis præbeantur ita vt mandaui: & quod deeſt templo abſoluatur, ſiue porticus ſiue quid aliud ædificare opus fuerit. lignorum autem materies comportetur tàm ex ipſa Iudæa, quàm ex alijs gentibus & ex Libano, immunis à vectigalibus: quæ immunitas & alijs rebus conceditur ad apparatum atque ornatum templi pertinentibus. Permittitur etiam eis vt omnes viuant iuxta leges patrias: & remittitur ſenatoribus, ſacerdotibus, ſcribis templi atque cantoribus tributum quod penditur pro capite, & aurum coronarium, & ſi quod eſt tributum aliud. Et vt eò citius vrbs frequentetur habitatoribus, concedo omnibus qui nunc eam habitant, quiue ante hyperberetæum menſem eò ſe habitatum contulerint, immunitatem omnium tributorum vſque in triennium, remittimusq; eis in poſterum tertiam partem tributorũ, in præteritorum damno-

An.mũdi 3684. Ante Chriſtum natum 280.

Antiochus Magnus Rex Aſiæ & Syriæ Iudæos vexat.

An.mũdi 3742. Ante Chriſtum natum 222.

Ptolemæus Epiphanes Rex Aegypti, in Syriæ Reges mouet.

An.mũdi 3760. Ante Chriſtum natum 204.

Polybij Megalopolitæ de Scopa copiarũ Ptolemæi duce.

Antiochi ad Ptolemæum de Iudorum libertate epiſtola.

An. mũdi 3760. Ante Christum natum 204.

Antiochi Magni in honorem templi edictum.

rum compensationem. Et quotquot ex vrbe abrepti seruiunt, & ipsos & natos eorum volumus esse liberos, ac bona quoq; eis restitui iubemus. Vale. Nec contentus hanc epistolam scripsisse, edictum etiam in honorẽ templi per totum suum regnum proposuit tale: Nemini alienigenæ liceat intra septa templi ingredi contra voluntatem Iudæorum, sed solis hoc facere fas sit, qui iuxta præscriptum legis patriæ purificati prius fuerint. Nemo etiam in vrbem carnes equinas aut mulinas inferat, nec asini siue feri siue domestici, nec panthera, aut vulpis, aut leporis, aut cuiusuis omninò ex his animalibus, quæ Iudæis vetitũ est attingere. ac neq; pelles eorum inferre liceat, aut aliquid ex his in vrbe alere: sed tantum solitas more maiorum mactare victimas, quibus Deus litari sibi vult. qui verò aliquid contra edictum hoc fecerit, trium millium drachmarum argenti mulctam luat sacerdotibus. Idem Rex amplum pietatis ac fidei nobis præbuit testimonium, quo tempore quosdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus studere comperit. Zeuxidem enim amicum præcipuum, in superioribus satrapijs ductantem exercitum, iussit quosdam è nostratibus apud Babylonem degentibus in Phrygiam mittere, scribens in hunc modum. Rex Antiochus Zeuxidi patri

Antiochi ad Zeuxidem epistola, in qua honorificam Iudæorum mentionem facit.

salutem. Si vales, benè est, ego quoq; valeo. Quia quosdam in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, videtur hoc negotium curam meam deposcere. Quapropter consultis de hac re amicis, placuit mihi, ex his Iudæis qui Babyloniam ac Mesopotamiam incolunt duo millia familiarum cum tota suppellectili eò traducere, & locis opportunis per præsidia disponere. Persuasum enim habeo illos fore nostrarum rerum custodes beneuolos: tum quia cœleste numen piè colunt, tum quia fides eorum & promptum obsequium etiam maiorum nostrorum comprobatur testimonijs. Volo igitur vt eos, licet difficilè videatur, traducas, pollicitus libertatem viuendi proprijs legibus. perductis deinde ad iam dicta loca, tum ad ædificandas domos assignabis areas, tum agros ad colendum aruis & vinetis idoneos: immunitatemq; dabis in decennium, ne quid pendere cogantur ex annuis terræ prouentibus. & donec ipsorum agri fruges protulerint, demensum frumentum accipiant in seruorum alimoniam: ac reliquis quoq; tribuatur quantum

An. mũdi 3764. Ante Christum natum 200.

satis est, vt benignè à nobis habiti alacriores sint in nostris negotijs. Cura autem ne quis molestus sit ei populo. Vale. Atq; hactenus de Antiochi magni erga Iudæos beneuolentia dixisse sufficiat. Post hæc amicitia Ptolemæo coniunctus est & fœdere, data in matrimonium Cleopatra filia, & concessa dotis nomine Cœlesyria, vnà cum Phœnice, Iudæaq; & Samaria: diuisisq; inter vtrumq; Regem vectigalibus, optimates sua quisq; patria exactionem eorum redimebant, & collecta quæ imperata esset pecunia, conferebant eam in regium ærarium. Per ea tempora Samaritæ rebus secundis elati sæpè Iudæos infestabant agros vastando, & abducendo in captiuitatem homines, maximè sub Onia Pontifice. Post obitum enim Eleazari Manasses eius patruus Pontificatum assumpsit, quo defuncto Onias successit in sacerdotium, Simonis Iusti filius, quem Simonem Eleazari fratrem fuisse diximus. Is Onias pusillanimis erat & auarus: qua causa fuit vt tributum, quod pro populo maiores eius de suo solebant Regi pendere, talenta argenti viginti non soluendo, ad iram commouerit Ptolemæum Euergetem patrem Philopatoris. Qui misso Hierosolyma legato incusabat Oniam, quòd tributum non redderet: minabaturq; ni faceret regionem eius militibus suis se diuisurum, & nouas colonias eò deducturum. quod audientes Iudæi

Antiochus & Ptolemæus amicitiam & fœdus faciunt.

Samaritæ Iudæos infestant. An. mũdi 3770. Ante Christum natum 194.

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Onias Pontifex Aegypti, Regem non soluendo tributum, ad iram commouet.

perterriti

perterriti ſunt, licet Onias perfricta fronte hac contemneret, nihil curans praeter pecuniam.

An. mūd. 3770. Ante Chriſtum natum 194.

CAP. IIII.

Ioſephus Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo Regi factus.

IOSEPHVS autem quidam ætate iuuenis, ſed honeſtate, prudentia, iuſtitia inter Hieroſolymitas celebris, Tobia patre natus è ſorore Oniæ Pontificis, cum indicio matris cognouiſſet de aduentu legati, fortè enim in Phichola natali vico aberat, veniens in vrbem, inuectus eſt in Oniam, qui non curaret ſecuritatem publicam, ſed modò pecunijs parcat, conijceret in periculum populum, à quo & Reipublicæ adminiſtrationem & Pontificalem honorem acceperat. Quòd ſi tanto amore pecuniæ teneretur, vt propter eam ſuſtineat, & patriam & ciues in diſcrimen adduci, iret ſaltem ad Regem, & precibus obtineret ab eo vel totam vel partem aliquam eius pecuniæ. Onia verò dicente neq; principatum ſe morari, & Pontificatum etiam, modo liceat, libenter ſe depoſiturum: neque iturum ad Regem, quum nihil curet hoc negocium: rogauit Joſephus num ipſi permitteret legationem publicam ſuſcipere. Quo annuēte aſcendit in templum, & aduocata concione, hortatus eſt eos ne terreantur Oniæ ſui auunculi negligentia, ſed miſſa mœſtitia, meliorem ſecuritatis ſpem conciperent. Seipſum enim iturum legatum ad Regem, & cauſam eorum bona fide acturum, perſuaſurumq; ei quòd iraſcatur immeritò. Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipſe verò egreſſus ex templo legatum regium excepit hoſpitio, & donatum precioſis muneribus, lauteq; per aliquot dies acceptum, præmiſit ad Regem, dicens ſe quoque mox ſecuturum. Iam enim magis etiam quàm antè accenſus erat ad eam profectionem, quia legatus hortatus fuerat, vt in Ægyptum veniret, operamq; ſuam obtulerat: effecturum enim ſe, vt quicquid opus haberet, à Rege impetraret facile. Vehementer enim captus eſt liberalibus honeſtiſſimi iuuenis moribus. Caterùm reuerſus in Ægyptum, denarrauit Regi Oniæ ingratitudinem, multum interim prædicata Ioſephi bonitate: quem breui venturum aiebat, & patrocinaturum populo, cuius curam propter Pontificis ſegnitiem ſuſceperit. Tantis denique iuuenem aſſiduè ornabat laudibus, vt & Rex & Regina Cleopatra erga abſentem adhuc affecti eſſent optimè. At Ioſephus miſſis in Samariam qui ab amicis pecuniam mutuò ſumerent, ſatis iam inſtructus ad profectionem iumentis, veſtibus & poculis, impenſis in hæc viginti drachmarum millibus, peruenit Alexandriam. Forte fortuna ita accidit, vt illo ipſo tempore ad Regem venirent omnes Syriæ ac Phœnices vrbium Principes ad emenda vectigalia, quæ ſingulis annis Rex vendebat oppidanorum potentioribus. hi videntes Ioſephum in itinere, deridebant eius tenuitatem & inopiam. qui cum apud Alexandriam audiſſet, Memphi Ptolemæum eſſe, profectus eſt illi obuiam. Sedente autem Rege in curru vnà cum Regina & Athenione amico (is erat qui legatus Hieroſolymis hoſpitio Ioſephi vſus fuerat) conſpicatus eum Athenio mox Regi notum reddidit, dicens hunc eſſe illum iuuenem, cuius bonitatem ac liberalitatem Hieroſolymis reuerſus tantopere prædicauerat. Tum Ptolemæus & prior eum ſalutauit, & currum iuſſit conſcendere. quo facto Oniam accuſare cœpit. At Ioſephus, Danda eſt, inquit, ſenectuti venia. Scis enim quòd ſenes & pueri

Taxatio Pōtificis ob offenſum ab eo Regem.

Legatus regius honorificè exceptus, Ioſephi liberalitatem apud ſuos prædicat.

Ioſephus Ptolemæo obuiam profectus, honorificè excipitur.

An. mũdi 3770. Ante Christum natum 194.

& pueri eundem habent animum. Nos autem iuuenes officio nostro non deerimus, vt nihil de nobis merito possis conqueri. Ex hoc primo colloquio Rex degustata iuuenis ciuilitate, adeò cœpit eum amare, vt iuberet eum diuersari in regia, & quotidie sua mensa adhiberet. quod cum primates Syrorum viderent apud Alexandriam, indignè ferebant. Cumq; dies auctionis venisset qua addicenda erant vectigalia, licitabantur ea nobiles sua quisq; patria: & cum octo millia talentorum colligerentur è vectigalibus Cœlesyriæ Phœnicesq; & Iudeæ ac Samariæ, accedens Iosephus culpabat illos licitatores, tanquam de composito tam paruum Regi precium promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis Regi damnatorum confiscationibus, quæ prius publicanis solebant accedere. Rege verò libenter hæc audiente, & vt amplificatori redituum suorum addicturum se promittente, rogante tamen ecquos fideiussores haberet, festiuè respondit, daturum se homines probos & honestos, quibus nõ grauaretur credere. Quos vt proferret postulatus: Te, inquit, Rex dabo, tuamq; coniugem, vt alter alteri pro me fideiubeat. Tum Rex arridens permisit eum absq; fideiussione habere vectigalia: id quod valde molestum fuit his qui post habiti fuerant, non sine pudore in patriam reuertentibus. Iosephus autem acceptis à Rege duobus militum millibus, quos ideo petierat, vt posset contumaces in vrbibus vi cogere, & mutuatus Alexandriæ ab amicis regijs quingenta talenta, profectus est in Syriam. Et cum venisset Ascalonem, tributumq; à ciuibus exigeret, & non solùm nihil acciperet, sed conuitijs etiam appeteretur: comprehensos circiter viginti eorum primates affecit supplicio: & redactis ex eorum facultatibus mille talentis, Regi eam pecuniam transmisit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus eius prudentiam, & approbato quod egerat, permisit ei quicquid vellet facere. Hoc audito Syri exemplo recenti castigatæ in Ascalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Iosephum excipientes tributa soluebant. Cumq; etiam Scythopolitæ per cõtumaciam detrectarent imperata more solito tributa dependere, horum quoq; necatis primatibus, facultates damnatorum ad Regem misit: comparatisq; multis pecunijs, & multa lucratus ex redemptione vectigalium, his opibus ad constabiliendam præsentem potentiam vsus est, prudenter existimans optimum esse iam partam felicitatem tueri ex ipsius reditibus. multa namq; munera Regi atq; Reginæ in manum mittebat, multa etiam horum amicis & omnibus in aula potentibus, beneuolentiam eorum hoc pacto sibi concilians. Vsus est autem ea prosperitate per annos XXII. *ex vna vxore procreatis septem filijs. Suscepto etiam vno ex fratris Solymij filia, nomine Hyrcano: quam hac occasione duxit coniugem. Cum aliquando venisset Alexandriam cum fratre, ducente secum filiam nubilem, vt eam ibi alicui nobili Iudæo nuptum traderet: cœnans cum Rege, ingressam in conuiuium formosam saltatriculam adamauit, soliq; fratri hoc indicauit, rogans vt quandoquidem lege vetaretur, habere rem cum fœmina alienigena, subseruiret ei, vt clam ea potiri posset. Frater verò libenter operam suam pollicitus, ornatam filiam suam noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit: atque ita parum sobrius, per errorem cum fratris filia congressus est: & cum hoc sæpius fecisset, magis etiam in amorem accensus, conquestus apud fratrem, quod periculum esset ne non posset excutere amorem saltatriculæ, quàm fortè Rex nollet ei cedere. Tum Solymius ait non esse opus vt hac de re sit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atque etiam vxorem*

Vectigalia Cœlesyriæ Iosepho addicuntur.

Ascalonitæ & Scythopolitæ ob tributum non solutum puniti.

Iosephi diuitiæ & liberi.

Hyrcani ortus & indoles.

vxorem eam ducere: fassus quòd maluerit filia fieri iniuriam, quàm fratrem tale dedecus in se admittere. Iosephus collaudata tàm fraterna beneuolentia, vxorem duxit eius filiam: ex eaq; genuit quem diximus Hyrcanum filium. Is cum annos natus tredecim adolescens adhuc generosam & prudentem pre se ferret indolem, fratrum in se concitauit odia, quòd eos in omnibus videretur antecellere. Iosephus enim volens cognoscere quisnam ex his ad virtutem esset idoneus maximè, vnumquemq; misit ad eos qui tum professione disciplinarum erant celebres: illi verò propter segniciem & laborum impatientiam indocti domum reuersi sunt. Deinde minimum natu Hyrcanum cum trecentis iugis boum misit itinere septem dierum in solitudinem, vt illic sementem faceret: sed prius subtractis clam loris quibus arator boues ad iugum solet astringere. Quò postquam peruentum est, cum non haberet lora, contempto bubulcorum consilio, suadentium aliquem ad patrem mittere qui adferret: nolensq; interim expectando eorum reditum tempus perdere, commentus est quiddam veterano duce magis dignum quàm id ætatis homine. Mactatis enim decem iugis carnes quidem in operarios distribuit: sectis autem tergoribus, & loris inde factis, iuga hoc modo bobus aptauit: & hoc modo arata terra quam pater proscindi iusserat, sementéque facta, domum rediit. Pater autem reuersum exósculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quòd excogitata auderet aggredi, vt solùm germanum filium, magis etiam posthac amauit, indignè ferentibus reliquis fratribus. Interea venit quidam nuncians quòd Regi Ptolemæo natus sit filius: versiq; omnes Syriæ magnates cum subditis ad lætitiam, natalem pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatum sunt profecti magno apparatu, Iosepho ob ætatem iam grauantem domi manere coacto. pertentauit tamen filiorum animos, num quis ex his vellet eam profectionem suscipere: & recusantibus cæteris, quòd se negarent scire mores aulicos, quomodo versandum sit cum Regibus, suadentibusq; vt Hyrcanum fratrem mitteret: libenter hoc audito, statim eum aduocat: rogatq; ecquid liberet, aut idoneum se putaret, qui ad Regem salutatum accederet. qui cum promptè eam profectionem susciperet, & modica pecunia sibi opus fore, diceret: velle enim se frugaliter viuere, vt decem drachmarum millia sufficiant: admodum lætatus est filij prudentia. Deinde puer cum aliquandiu siluisset, suasit patri ne domo quicquam munerum Regi mitteret: sed vt ad procuratorem suum Alexandrinum scriberet, vt pecuniam ipsi præberet ad emendum Regi id quod inueniret pulcherrimum & pretiosissimum. Ille verò ratus decem fortasse talenta impensurum in munera, & comprobato filij consilio, scripsit procuratori Arioni, qui omnem ipsius pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Iosephus enim pecunias in Syria collectas, solebat eò mittere, & quoties præstitutum tempus veniret tributa Regi adnumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hunc igitur acceptis à patre literis, Alexandriam proficiscitur: moxq; fratres ad omnes regios amicos scripserunt, vt eum aliquo modo perderent. Vt verò exacto itinere, Arioni epistolam reddidit, rogatus quot nam talenta vellet accipere, putabat enim decem petiturum aut non multò amplius: vt respondit mille sibi opus esse, iratus procurator, obiurgauit eum acriter, quòd vellet ea per luxum perdere: monebatq; vt sequeretur exemplum patris, qui eam pecuniam laboribus & temperantia parauerat. Se enim non plus quàm decem præbiturum, & ea non in alium

An. mũdi 3770. Ante Christum natum 194.

Iosephus Hyrcanum filiũ ad Ptolemæum Regem mittit.

Insidiæ Hyrcano clam structæ. An. mũdi 3780. Ante Christum natum 184.

An. mūdi 3780. Ante Christum natum 184.

vsum quàm vt mercaretur Regi munera. Ibi puer iratus Arionem coniecit in vincula. Procuratoris autem vxore Regina hoc renunciante, & rogante vt puerum compesceret: gratiosus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex Regina hoc Rex didicit. ac mox per quendam missum ad Hyrcanum mirari se nunciat, cur ad se à patre missus, non modò in conspectum non venerit, sed procuratorem etiam patris sui vinxerit, iubebatq; vt veniret, ac causam eius facti diceret.

Apologia Hyrcani apud Regem accusati.

Ille contrà Regi nunciari iubet, legem esse Judais ne quis gustaret de sacrificio, priusquam adito templo mactasset victimas: eaq; ratione nec ipsum hactenus Regem salutasse, expectantem dona quæ offerret Regi de parenti suo bene merito. Seruum autem iure se punisse, qui mandata eius contemneret. Nihil enim differre inter maiorem & minorem dominum. Nisi enim tales dent pœnas meritas, exspectandum mox ipsi Regi vt contemnatur à subditis. His auditis Rex risit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem postquam hoc cognouit, nihil sperans à Rege præsidij, datis adolescenti mille talentis, liberauit se à vinculis. Elapsis deinde tribus diebus, salutaturus Reges accessit: à quibus libenti animo exceptus, & mensæ communi est adhibitus, in parentis sui gratiam. moxq; clàm aditis negotiatoribus emit ab eis centum pueros formosissimos & literarum peritissimos, talento singulos, & totidem puellas eodem precio. tum vocatus ad conuiuium regium cum Principibus, infimo loco iussus est accumbere, propter ætatem posthabitus ab his quorum hoc erat officium. reliquis autem conuiuis ossa partium absumpta carne ante Hyrcanum congerentibus, Tryphon quidam quo plurimum in conuiuijs Rex delectabatur propter scommata & facetias hominis, rogatus à conuiuis ad Regem se vertit: & Viden, inquit, domine, quantum ossium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur collige, quòd & pater eius totam Syriam ita spoliat, quemadmodum hic ossa nudauit carnibus. Rege verò ad hoc dictum arridente, & rogante Hyrcanum, vnde illa ossium congeries. Nihil mirum, inquit, domine. canum enim est ossa vnà cum carnibus absumere, sicut isti faciunt: vultu commonstrans reliquos, ante quos nihil erat ossium. Homines autem comesis carnibus solent abijcere ossa, quod & ego homo cum sim, nunc facio. Ibi Rex miratus vrbanitatem, iussit omnes conuiuas huic dicto plaudere. Sequenti verò die aditis Regis amicis & aulicis potentioribus, ipsos quidem salutauit: ex famulis autem eorum expiscatus est, quidnam oblaturi essent Regi in festo natalitio. Illis referentibus hunc daturum talenta duodecim, alium rursum aliud pro suis quenque opibus: simulauit se dolere, quòd non haberet vnde tantundem largiri valeat, nec vltra talenta quinque numero. idq; mox famuli renunciauêre dominis. Illis autem gaudentibus, quasi offensurus esset Regem Josephus propter exilitatem muneris, vbi dies statutus aduenit, alij quidem & hi munificentissimi obtulerunt talenta non plus quàm viginti. Hyrcanus autem emptos à se centum pueros totidemq; puellas adduxit, iussos singulos talentum offerre, hos quidem Regi, has verò Cleopatræ. Omnibus verò admirantibus tam profusam & insperatam munificentiam, atque ipsis etiam Regibus, amicos quoque Regis & ministros multorum talentorum donis honorauit, ne quid sibi ab illis nasceretur periculi. ad hos enim fratres scripserant, vt quocunque modo Hyrcanum tollerent. Rex autem delectatus iuuenis munificentia, iussit eum donum quodcunq; vellet petere. At ille nihil aliud petijt, quàm vt se Rex patri ac fratribus commendaret per literas.

Hyrcani facetiæ.

Hyrcanus expiscatus quid alij sint donaturi, plus reliquis omnibus donat, ob quod alio honorifico afficitur munere.

Itaq;

Itaq; honorificentißimè tractatum, & donatum regia, ſcriptis quoq; ad patrem & fratres & omnes ſuos duces atq; procuratores commendaticijs literis, dimiſit liberaliter. Fratres autem cum cognouiſſent tantum honoris ei habitum à Regibus, & honoratiorem multo reuerti quàm fuerit antea, decreuerunt obuiam proficiſci & de medio illum tollere, ne patre quidem inſcio, fratus enim ob profuſam in munera tam immenſam pecuniam, non erat de ſalute eius ſolicitus. eam tamen iram metu Regis diſſimulare coactus eſt. Sed fratribus adortis eum in itinere, fortiter congreſſus & alios non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoque fratres inter cateros: reliqui verò fuga euaſerunt ad patrem Hieroſolyma. Veniens autem ad vrbem cum exciperetur à nemine, territus ſeceſſit trans Iordanem fluuium, & illic vitam egit tributa colligens à barbaris: quo tempore in Aſia regnum obtinebat Seleucus, cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obijt deinde Hyrcani pater Joſephus, vir bonus & magnanimus, qui Iudæis pauperibus tum & inopibus ſplendidioris vitæ occaſionem præbuit, per duos & viginti annos præpoſitus exigendis Syriæ ac Phœnices & Samariæ vectigalibus: & eodem ferè tempore patruus quoque eius Onias, relicto ſucceſſore honoris Simone filio. Cui deinde vita perfuncto Onias filius ſucceßit, ad quem Lacedæmoniorum Rex Arius legationem miſit cum literis, quarum hoc exemplar exſtat.

An. mūdi 3780. Ante Chriſtum natum 184.

Hyrcanus à fratribus in itinere circumuentus, ſtrenuè ſeſe defendit, quoſdam etiã è medio tollit.

Mors Ioſephi.

Onias & poſt eũ Simon filius Pontifex Hecdio & Ruffinus Cap. 5.

CAP. V.

Amicitia & ſocietas Lacedæmoniorum cum Onia Pontifice Iudæorum.

EX Lacedæmoniorum Arius Oniæ ſalutem. Jncidimus in quandam ſcripturam antiquam, in qua inuenimus cognationem interceßiſſe inter noſtras origines, & noſtrum quoque genus non eſſe alienum à poſteris Abrahæ. Æquum igitur eſt vt cum fratres noſtri ſitis, petatis à nobis quæcunque libuerit. Jdem nos quoque faciemus, & res veſtras tanquam noſtras exiſtimabimus, noſtras item vobiſcum communes habituri. Demoteles eſt qui has vobis reddit literas, in pagina quadrangula ſcriptas, & obſignatas aquilæ ſigillo, draconem tenentis vnguibus. Et epiſtola quidem hæc continebat. Joſepho autem mortuo, populus ſeditionibus agitatus eſt propter eius filios, dum maiores fratres Hyrcano bellum inferunt natu minimo. plerique enim fauebant ſenioribus, & in his Simon Pontifex propter cognationem. Hyrcanus autem Hieroſolyma quidem noluit repetere, ſed vltra Iordanem habitans, aßiduum bellum gerebat cum Arabibus, multos eorum interficiens, alios in captiuitatem abſtrahens. Ædificauit etiam caſtrum munitißimum, è marmore candido exſtructis vſque tectum eius parietibus, habentibus inſculptas diuerſorum animalium effigies enormi magnitudine: idq; ædificium foſſa profunda & aquis plena circumdedit, & oppoſiti montis prominentem petram perforans, ſpeluncas in ea fecit multorum ſtadiorum longitudine. aulas etiam in eo caſtro fecit aptas conuiuijs, diætasq; alias & cubicula: ſalientium etiam aquarum eò tantam induxit copiam, vt loco voluptatem ſimul & ornamentum adderent. Speluncarum verò ora non amplius aperuit quàm vt vnum caperent: idq; de induſtria factum eſt ſecuritatis ac tutelæ gratia, ſi quando fortè oppugnaretur à fratribus. Ædificauit etiam atria magnæ amplitudinis, eaq; hortis ſpacioſis ornauit, & locum hoc pacto inſtructum & abſolutum vocauit Tyrum, qui eſt in finibus Arabiæ & Iudææ

Lacedæmoniorum Regis ad Iudæorum Pontificem epiſtola. 1. Maccab. 12.

Seditio in populo mortuo Ioſepho.

Hyrcanus aſſiduum cum Arabibus bellũ gerit.

Hyrcanus munitum caſtrum ædificat.

An.mũdi 3780. AnteChriſtum natum 184.

trans Iordanem ſita, non procul regione Eſſebonitide: præfuitq; illi tractui per ſeptennium, toto tempore quo Seleucus regnauit in Syria: poſt cuius obitum Antiochus eius frater in regnum ſucceſſit, qui cognominatus eſt Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæus & ipſe eodem cognomento Epiphanes dictus, ſuperſtitibus duobus filijs impuberibus: quorum grandiori Philometor cognomen inditum, minori verò Phyſcon. Hyrcanus autem videns prapotentem Antiochum, & veritus ne in poteſtatem eius rèdactus pœnas daret eorum quæ contra Arabes auſus fuerat, ipſe ſibi manus intulit: poſſeſſionem verò eius vniuerſam occupauit Antiochus.

Antiochus Epiphanes Rex Syriæ.

An. mũdi 3790 AnteChriſtum natum 174.

Ptolemæi Epiphanis filij, Philometor & Phyſcon.

Hyrcanus ſibi ipſi manus infert.

CAP. VI.

Iudæi ſeditionibus agitati Antiochi opem inuocant.

Hedio & Ruffinus Cap. 6.

1. Mac. 1.

IS DEFVNCTO per idem tempus Onia Pontifice, fratri eius Ieſu id ſacerdotium contulit, quòd filius ſuperſtes etiam tum eſſet paruulus, de quo ſuo loco dicetur. Hic Ieſus priuatus eſt eo ſacerdotio per Regis indignationem: moxq; in Oniam fratrum minimum Pontificatus tranſlatus eſt. Simoni enim hi tres fuerunt filij, ad quos omnes Pontificatus peruenit, vt indicauimus. Caterùm Ieſus Iaſonem ſe vocari maluit, ſicut alter frater pro Onia Menelaus dictus eſt. Concitata autem per fratrem contra nouum Pontificẽ Menelaum ſeditione, & populo in partes ſciſſo, Tobiæ filij ſteterũt à Menelai partibus: maior autem populi pars factionem Iaſonis ſequebatur. quorum vim non ſuſtinentes Menelaus & Tobiæ filij ſeceſſerunt ad Antiochum, dicentes ſe velle relictis patrijs inſtitutis & legib. religionem Regis & Græcanicos ritus aſſumere: rogauerunt q; eum vt ſibi permitteret gymnaſium Hieroſolymis exſtruere. quo impetrato adduxerunt ſibi præputia, vt nudi quoq; non eſſent Græcis diſſimiles: et contemptis omnib. patrijs ritibus, imitabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi vſus fortuna proſpera, expeditionem Ægyptiam tentare ſtatuit captus eius regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus adminiſtrandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Peluſium, aſtu circumuento Philometore Ægyptum occupat, & redacta prius in poteſtatem Memphi locisq; circumuicinis, ad Alexandriam duxit, & vrbem & Regem ſubiugaturus. Sed omnes eius conatus vnica Romanorum denunciatione repreſſi ſunt, ita vt iam occupata relinqueret, ſicut & aliàs diximus. Nunc prolixius narrabimus de hoc Rege, quomodo Iudæam ac templum occupauerit, quod in prioribus commẽtarijs breuiter tantum perſtrinximus, vt neceſſe ſit idem altius repetere.

Ieſus ab Antiocho Ephiphane in Pontificem electus.

Ieſus ſacerdotio priuatur, in cuius locũ Onias Menelaus dictus, ſurrogatur.

Iaſon & Menelaus ſeditionem concitant.

Apoſtatæ à religione Iudaica.

Antiochus Aegypto cedere cogitur.

Hiſtoria de Antiocho Epiphane.

CAP. VII.

Quemadmodum Antiochus, ducto Hieroſolyma exercitu, occupatoq; eius vrbis dominio, templum etiam ſpoliauerit.

Antiochus vrbe Hieroſol. occupata, templum ſpoliat.

An. mũdi 3796. AnteChriſtum natum 168.

REVERSVS ab Ægypto, quam metu Romanorum reliquerat Rex Antiochus ab Hieroſolymitarum vrbem mouit exercitum: & ingreſſus eam centeſimo quadrageſimo tertio anno, ex quo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum deuenerat, ſine vllo negotio dominus eius factus eſt, admiſſus apertis portis per ſuæ factionis homines. quam dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis, qui diuerſarum erant partium: direptiſq; pecunijs & aſportatis Antiochiam.

Ea

Ea clades accidit anno ſecundo poſt vrbem captam, regni eius familiæ centeſimo quadrageſimo quinto, vigeſima quinta eius menſis, qui chaſleus noſtris dicitur, Macedonibus apellæus, Olympiade centeſima quinquageſima tertia, quando ne his quidem eſt parcitum, qui quaſi pacatè venienti portas aperuerãt, quo maiore licentia graſſatum eſt in templi diuitias: quæ cum eſſent maximi precij, viſæ ſunt ſatis amplum violati fœderis præmium. Spoliato igitur templo & ablatis vaſis ſacri miniſterij, & inter cætera candelabris aureis, altari aureo, menſaq́ propoſitionis quam vocant, ac ne aulæis quidem relictis quæ è cocco ac byſſo conſtabant, euacuatis etiam theſauris reconditis ita vt nihil omnino relinqueret, coniecit Iudæos in luctum maximum. nam & quotidiana ſacra iuxta legis præſcriptum vetuit eos facere: direptaq́ tota vrbe, habitatores partim necauit, partim captiuos vnà cum liberis & vxoribus abduxit, vſque ad decem millium numerum. Incendit etiam ædificiorum eius quicquid erat pulcerrimũ, & demolitus mœnia, in inferiore vrbe arcem condidit. erat enim editiore loco ſita, ipſi templo imminens. quapropter benè prius firmata mœnibus ac turribus Macedonicum præſidium impoſuit. admixti tamen erant ex impijs Iudæis ſceleſtiſſimi, à quibus plurimum vexata fuit ciuitas. In templo quoq́ ara poſita porcos mactauit, ſacrificium à Iudæorum religione alieniſſimum: & cogebat omnes, abrogato veri Dei cultu, ipſius venerari numina: & oppidatim exſtructis templis atque altaribus, porcinas in eis quotidie iugulare victimas. Comminatus eſt etiam grauem pœnam, ſi quis liberos circumcideret, conſtitutis qui mandata exigerent, atque etiam vi ad ea ſeruanda detrectantes cogerent. Et maxima quidem Iudæorum pars vel ſponte vel metu ſupplicij parebat edictis Regijs. qui verò probatiores erant & generoſæ indolis, maiorem rationem habuerunt moris patrij, quàm pœnæ intentatæ ſibi per aduerſarios. quamobrem quotidie necabantur excruciati tormentis crudeliſſimis. Flagris enim cæſi & laceerati corpora, viui adhuc & ſpirantes ſuffigebantur crucibus. Vxores autem eorum, & circumciſos liberos ſtrangulabant, iuxta mandatum Regium, & ſuſpendebant à crucifixorum parentum ceruicibus. abolebatur etiam vbicunque repertum eſſet ſacrum volumen aliquod, & ipſi apud quos inuentum eſſet mali malè peribant. Samaritæ autem videntes in tali calamitate conſtitutos Iudæos, non amplius profitebantur ſe cognatos eorum, neque Garizitanum templum eſſe Dei maximi, nihil abſonum facientes à ſuo ingenio, de quo antè diximus: ſed dicentes ſe Medorum & Perſarum colonos, vt re vera ſunt, miſerunt legationem ad Antiochum, cum epiſtola ſcripta in hunc modum: Regi Antiocho Deo illuſtri ſuggeſtio à Sidonijs in Sicimis habitantibus. Maiores noſtri compulſi crebris ſuæ regionis peſtilentijs, & inducti veteri quadam ſuperſtitione, morem fecerunt obſeruandi eam feſtiuitatem quæ apud Judæos vocatur Sabbatum: & exſtructo in Garizino monte templo innominati numinis, immolauerunt in eo ſolennes victimas. Nunc autem ex quo tibi viſum eſt in Judæos, vt eorum malicia dignum eſt, animaduertere, qui exſequuntur mandata Regia, exiſtimantes nos hæc propter eorum cognationem facere, volunt nos in cõmunem cum illis cauſam inuoluere, cum ſimus ab origine Sidonij, quemadmodũ extat relatũ in noſtris annalibus. Rogamus igitur te ſeruatorem ac beneficũ, vt mandes Apollonio noſtro præſidi, & Nicanori procuratori regio, ne quid poſthac nobis moleſti ſint quaſi hærentibus in eodem cum Iudæis crimine

An.mũdi 3796. Ante Chriſtum natum 168.

An.mũdi 3798. Ante Chriſtum natum 166.

Antiochus abrogato Dei cultu, ſumma cum tyrãnide falſum illis obtrudit, arci in hoc, præſidio impoſito.

Hedio & Ruffinus Cap. 7.

Biblia Satan abolere conatur.

Ingenium Samaritarum ob quod meritò Iudæis exoſi.

An.mũdi 3799. Ante Chriſtum natum 165.

An.mũdi3799. Ante Christum natum 165.

à quibus tam diuersi sumus moribus, quàm origine: vtq; templum quod hactenus nullius Dei titulum habuit, posthac vocetur Iouis Gracanici. hoc enim pacto erimus à molestijs liberi: & securius intendentes priuatis negotijs, maioratibi poterimus tributa soluere. Post hanc Samaritarum supplicationem Rex & ipsam & talem epistolã remisit. Rex Antiochus Nicanori. Sidonij qui sunt apud Sicima miserunt ad nos suggestionem quam his literis adiunximus. Quoniam igitur nobis & amicorũ consilio satis approbauerunt, qui in hoc missi sunt, quòd alieni sint à Iudaorũ criminibus, & placet illis iuxta Gracorum instituta viuere, absoluimus eos quantum ad hanc causam & eorum templum attinet, quod posthac appelletur Iouis Gracanici. Eadem autem & Apollonio magistratui scripsimus, anno quadragesimo sexto, mensis Hecatombaonis vndecima.

CAP. VIII.

Antiocho vetante Iudæos vti patrijs legibus solus Assamonæi filius Matthias Regem contempsit, profligatis etiam eius ducibus.

Matthiæ & eius filiorum pietas, & zelus.

EODEM tempore habitabat in Modim vico Iudaa quidã Matthias nomine, filius Ioannis, qui fuit Simeonis ex Assamonaeogeniti, Sacerdos ex vice Ioaribi, Hierosolymita genere: erantq; ei filij quinque, Ioannes qui & Gaddis cognominabatur, Simon qui & Matthes, Iudas qui & Maccabaus, Eleazarus qui & Auran, Ionathas qui & Apphus vocabatur. Is Matthias sepenumero questus est apud filios de tam afflicto rerum statu, direptione vrbis, depradatione templi, caterisq; calamitatibus: aiebatq; praestare mori eos pro patrijs legibus quàm sic inglorie viuere. Cumq; venissent in eum vicum in hoc à Rege constituti vt Judaeos ad mandata eius cogerent: & postularent, vt Matthias cateris autoritate potior, ad exemplum aliorum primus profana sacra faceret, ostentantes à Rege pramia: negauit se hoc facturum, etiam si omnes gentes Antiochi imperata facerent: ac ne liberis quidem ipsius persuaderi, vt patriam religionem deserant. Vt



verò silente eo Iudaus quidam in mediũ progressus cœpit immolare iuxta mandatum Regium, non amplius ferens indignitatem rei, irruit in eum cum suis filijs

lijs armatus gladijs: nec ſolum eum trucidauit, ſed etiam Apellem Regium ducem cum ſuis militibus, qui volebant plebem eam cogere: dirutaq́ ara exclamauit: Si cui eſt cordi religionis incolumitas, me ſequatur. Et cum dicto comitantibus filijs in deſertum ſe contulit, relictis in vico facultatibus. Id imitata plebs reliqua, & ipſi cum familijs in idem deſertum profugerunt, ibiq́ victitabant in ſpecubus. Quo audito duces Regij, præſidio Hieroſolymitana arcis aſſumpto, Iudæos in deſertum perſecuti ſunt. quos aſſecuti, primum verbis perſuadere conati ſunt, vt ab incepto deſiſterent, & admittentes rectius conſiliũ, non imponerent ſibi neceſsitatem ſæuiendi hoſtiliter: & cum nihil proficerent apud obſtinatos, aggreſsi ſunt eos die Sabbati, & ita vt erant in ſpeluncis exuſſerunt, non repugnantes, ac ne aditus quidem ſpeluncarum obturantes. Etenim propter religionem diei repugnare nolebant, ac ne in aduerſitatibus quidem violare honorem Sabbati, quando lex iubet feriari ab omni opere. Itaque perierunt cum vxoribus & liberis ſuffocati in ſpeluncis circiter mille: multi etiã elapſi adiunxerunt ſe Matthiæ, eumq́ principem ſibi elegerunt. At ille docuit eos, pugnandum etiam Sabbatis, aut ſi ita pergant ipſos ſibi futuros exitio, hoſtibus eam occaſionem obſeruantibus, & non niſi Sabbato illos aggredientibus. atque ita fore, vt vel ſine certamine omnes facile opprimantur. Hac locutus perſuaſit eis: & in hodiernum vſque mos hic permanet, vt, ſi ita neceſsitas poſtulet, pugnent etiam Sabbatis. Collecta igitur circa ſe non contemnenda manu, & altaria diruit, & prolapſos in impietatem quotquot adipiſci potuit trucidauit. confluebant enim ad eum quos ante metus per circumuicinas gentes ſparſerat. pueros etiam iuſsit circuncidere, qui hactenus vetiti fuerant, expulſis qui ad hoc, vt vetarent, conſtituti erant ab Antiocho. Exacto autem anno poſt principatum morbo correptus conuocatis ad ſe liberis: Equidem, inquit, filij, iam fatalem viam ingredior, interim commendo vobis meum propoſitum, & rogo, ne per ignauiam ceſſetis id exſequi: ſed potius memores paternæ voluntatis ſeruate ritus patrios, & rempublicam tantum non collapſam reſtituite: neque illis accedite, qui aut ſponte aut vi eam prodiderunt hoſtibus. Præſtate vos mihi germanos filios, contemptaq́ omni vi ac neceſsitate, parati ſitis pro legum tutela vel mortem oppetere, ſi ita res poſtulet, cogitantes quòd Deus vos tales non deſpiciet, ſed delectatus veſtra virtute in priſtinam patrijs moribus viuendi libertatem reſtituet. corpora quidem habemus mortalia, & fatali neceſsitati obnoxia, ſed præclarè geſtorum memoria vice immortalitatis eſſe poterit, cuius amatores vos aſpirare volo ad gloriam, adeò vt non grauemini vel immori egregijs facinoribus. Prima autem cura ſit concordia, & quibus quiſque præcellit artibus, his vtatur reliquis concedentibus: Simonemq́ fratrem eximia prudentia virum parentis loco habete obtemperantes eius conſilijs: Maccabæum autem propter fortitudinem exercitui præficite. Hic enim vlciſcetur ſua gentis iniurias repulſis hoſtibus. Ad hoc autem negocium adhibete, quotquot vſquam ſunt iuſti ac pij, & hoc pacto vires veſtras augebitis.

An. mũdi 3799. Ante Chriſtum natum 156.

Apoſtata à Matthia transfigitur.

Matthias cum filijs aliisque nonnullis in deſertum ſe confert.

Iudæi ſabbato opprimuntur, qua clade Matthias fit cautior.

Matthias Idolorum cultum extirpat.

Hedio & Ruffinus Cap. 8.

Matthias filios ad pietatem, fortitudinem, & concordiã adhortatur.

Matthia

An.mũdi3799. Ante Christum natum 165.

CAP. IX.

Matthiæ defuncto Iudas filius succedit.

1 Mac.3. Matthiæ mors.

HÆc locutus filijs, precatusq; Deum adesse illorum conatibus, & populo pristinum viuendi morem restituere, non multo post moritur, & in Modim sepelitur: & post exhibitum ei publici luctus honorem, Iudas filius cognomine Maccabæus administrationi rerum præficitur, anno CXLVI. qui adiutus impigrè à fratribus, eiecto hoste, & impijs tribulibus necatis, totam eam terram lustrauit à prateritis piaculis.

Iudas Maccabęus administrationi rerum præficitur.

CAP. X.

Apollonius Antiochi Dux in Iudæa prælio victus occiditur.

Medio & Ruffinus Cap. 9. Iudas Maccabæus Apolloniũ prælio vincit.

HIs auditis Apollonius prafectus Samaria raptim cõtra Iudam duxit exercitum. Nec in Iuda mora fuit, sed obuiam ei factus prælio victum cum alijs multis interficit, gladio etiam eius potitus velut opimo spolio. plurimis etiam hostium vulneratis & castris eorum direptis, ditatus præda rediit. Seron autem Cœlesyria prafectus cognito quòd Iudas multis vndique ad eum cõfluentibus magnas circa se copias haberet, & ad confligendum cum hoste idoneas, decreuit contra eum ducere, sui putans officij animaduertere in rebelles, & cõtumaces erga mandata regia. Contractis igitur quibus praerat militibus, adiunctis etiam Iudæorum perfugis, & impijs, progressus vsque Bethora vicum Iudæa, castra eo loco metatus est. Iudas autem occurrens ei pugnandi animo, vbi vidit milites suos parum alacres partim propter hostium multitudinem, partim quia ipsi iciunauerant: hortando addebat illis animos, affirmans non in numero militis sitam victoriam, sed in pietate erga Deum & fiducia: idq; compertum plurimis maiorum suorum exemplis, qui iusta arma pro legibus suis & liberis ferentes multa sæpe hostium millia profligauerint. Inuictum enim robur esse innocentia. His dictis persuasit, vt non detrectarent prælium: & collatis cum Serone signis, fudit ac fugauit Syrorum exercitum. Prostrato enim duce omnes in fuga spem salutis posuerunt: quos persequutus vsque ad campum occidit ex eis octingentos: reliqui euaserunt in regionem maritimam.

Seron Cœlesyrię Præfectus in Iudam mouens ab eo fugatur.

CAP. XI.

Lysiæ & Gorgiæ contra Iudæos expeditiones & clades.

Antiochus in Iudæã irrumpere parat.

AVDITIS his Rex Antiochus vehementer iratus omnes vndique copias contraxit, conducto etiã mercenario ex Graecia milite, parans primo vere in Iudæam irrumpere. Cumq; numerato stipendio videret thesauros suos exhaustos deficere: nam neque tributa omnia reddebantur propter crebras rebellationes gentium, & ipse vir magnanimus ac munificus non erat contentus ea quæ tum aderat pecunia: decreuit adita prius Perside regionis eius tributa exigere. Commissa igitur rerum administratione Lysia, amico probata fidei, & prouincijs Asiæ quæ Ægyptum inter & Euphratem sita sunt curæ eius creditis, relicta ei copiarum quoque & elephantorum parte, iussit vt Antiochum filium diligenter educaret vsque in suum reditum: eidemq; mandauit, vt subacta Iudæa, & habitatoribus eius sub hasta diuenditis, deleret Hierosolyma, ac totam gentem extingueret.

Antiochus Lysiæ rerũ administrationẽ: prouincias & filium committens in Persidem proficiscitur.

gueret. His mandatis profectus est in Persidem CXLVII. anno, & traiecto Euphrate ascendit ad superiores Satrapias. Lysias autem delectis ad hoc negotium eximijs ducibus ex amicis Regijs, Ptolemæo Dorymenis filio, & Gorgia & Nicanore, attributisq; eis peditum quadraginta millibus, equitũ septem millibus, in Iudæam misit eum exercitum. qui vsq; Emauntem vrbem progressi, in campestribus eius castra metati sunt: vbi conuenerunt ad eos auxilia Syrorum, & ex alijs vicinis regionibus, nec non magnus perfugarum Iudæorum numerus. aderant etiam in eis castris negociatores non pauci empturi mancipia, & instructi compedibus paratis in hoc vt vincirent captiuos numerata pro eis pecunia. Iudas autem animaduersa hostium multitudine, hortatus est suos milites, vt forti essent animo, & in Deo collocarent omnem fiduciam, decretis supplicationibus, quibus more patrio in magnis periculis induti saccos solent orare veniam, vt Deus ad miserationem flexus vires contra hostem eis adderet. Distributis deinde more antiquo gentis in tribunos ac centuriones ordinibus, & ablegatis nouis maritis, quiue agros recens sibi comparauerant, ne distracti talibus cupiditatibus pugnarent segnius, verbis etiam aggressus est hortari suos ad rem gerendam strenuè. Nullum socij tempus nobis dabitur ad virtutem & periculorum cõtemptum opportunius. nunc enim fortiter certantibus paratũ est libertatis præmium, quam suapte natura desiderabilem hoc magis nos optare decet, quòd absque hac ne religionem quidem tueri poterimus. Sic igitur existimate, in hac pugna situm esse, vtrum pristinam felicitatem recipiatis, hoc est vitam iuxta patrias leges rectè institutam: an per summam ignominiam etiã reliquiæ nostri generis intereant, nisi fortes viros præstiteritis: & cum hac cogitatione inite prælium. Cum igitur tam ignauos quàm fortes mors certa maneat, gloria verò sempiterna propugnatores pietatis, legũ, libertatis, patriæ, eos animos concipite, qui vobis in crastina pugna possint esse vsui, vel ad victoriam, vel certè ad gloriam. His Iudas suos hortatus dum cogitat de futuro prælio, certo indice comperit Gorgiam missum cum mille equitibus, peditum quinque millibus, vt ductu perfugarum noctu se inopinum inuaderet: decreuitq; & ipse eadem nocte in hostium castra impetum facere, maximè quòd abfutura esset bona pars illorum exercitus. itaq; confestim sumpta cœna, relictisq; in castris multis ignibus, tota nocte iter fecit ad Emaunti propinquà castra hostium. Interim Gorgias nemine in castris Iudæorum inuento, ratus eos metu cessisse & occultari alicubi in montibus, statuit vbinam essent quærere. Iudas autem sub diluculũ peruenit ad castra hostium, ducens tria virorum millia non satis instructa armis propter inopiam: vidensq; hostem armatum egregiè, & castra ex arte disposita, hortatus primum suos, vt non dubitarent, vel nudis, si ita opus sit, corporibus in pugnam ruere: quandoquidem Deus delectetur tali fortitudine, eamq; suo præsidio contra armatos fulciat: iubet signa canere. Ex improuiso deinde adortus, nihil minus expectantes ita terruit. vt cæsis quotquot ausi sunt resistere, cæteros persequeretur vsque Gadara, & vsq; campos Idumææ & Azoti & Iamniæ. Ceciderunt autem ex eis circiter tria millia. Victor Iudas suos à præda cohibuit, Gorgiam adhuc superesse dictitans: quo profligato per ociũ deinde posse eos ditari exspolijs. Adhuc autem eo loquente, ostenderunt se Gorgiani è quodam loco edito: vnde prospicientes suorum cladem, & castra capta ac fumantia, animaduertentesq; Iudam se exspectantem instructa acie, non ausi manus

An. mũdi 3800. Ante Christum natum 164. Hedio & Ruffinus cap. 10.

Ptolemæus Dorymenis filius, Gorgias & Nicanor in Iudæam mouent.

Iudæ ad milites oratio.

1. Mac. 4.

Iudas Lysiæ exercitũ vincit,

An. mũdi 3801. Ante Christum natum 163.

conſerere, trepidè ſe retro in tutum receperũt. Iudas verò ſine certamine victor, tum demum permiſit ſuos ad prædam diſcurrere: ditatusq; cum ſuis reperto plurimo auro & argento, hyacinthoq; & purpura incolumem reduxit exercitum, laudans Deum autorem eius victoriæ, quæ haud exiguum momentũ ad futurã libertatem eis attulit. Lyſias autem ſequenti anno ad abolendam ignominiãnouum exercitum parauit: contractisq; lectiſſimorũ militum ſexaginta millibus, & adiunctis quinq; millibus equitũ, Iudæam ingreſſus montana eius aſcendit, & ad Bethſura vicum caſtra poſuit. Huic Iudas occurrit cum decem millibus: & cum videret hoſtem longè præſtare numero, votis pro victoria factis Deo fretus primã aciem aggreditur tanto impetu, vt ex eis quinq; millia ſterneret: quo facto reliquis tantum terrorem incuſſit, vt Lyſias animaduertens eis certò ſtatutum, aut mori, aut in libertatem ſe aſſerere, veritus magis deſperationem eorum quàm vires, copias Antiochiã reduceret: vbi mercenarios conducens, & maiores vires colligens, parabat ſe, vt ad primã opportunitatem bello Iudæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Iudas perſuaſit ſuis, vt quandoquidem tam multas victorias Deus conceſſerat, aſcenderent Hieroſolyma, & luſtrato templo mactarent ſolennes victimas: ibi cum inueniſſet templum deſertum, & portas eius incenſas, & in atrijs virgulta enata propter ſolitudinem, lamentari cum ſuis cœpit ob tantam deformitatem. deſtinata deinde copiarũ parte ad arcis oppugnationem, ipſe interim repurgare templum aggreſſus eſt: quod poſtquã accuratè factũ eſt, intulit in illud vaſa noua, candelabrũ, menſam & altare incenſorum ex auro fabrefacta omnia. addidit & velaforibus oppandi ſolita, ac poſtremo fores quoq; appoſuit. Diruto etiã holocauſtorum altari quod profanatũ fuerat, nouum ex collaticijs ſaxis impolitis conſtruxit. Vigeſima autem & quinta menſis chaſlei, quem apellæum Macedones nominant, accenderunt lumina in candelabris, & ſuffitum fecerunt in altari, & panes ſupra menſam propoſuerunt: & in nouo altari holocautomata immolauerunt: idq; accidit eadem die qua ante triennium ſacra eorum profanata fuerant. integro enim triennio deſertum fuit templum poſt factã ab Antiocho profanationem. ea enim incidit in annũ CXLV, & diem Apellæi, menſis XXV, in Olympiadem CLIII: renouatũ eſt autem eadem die CXLVIII anno, Olympiade CLIIII. prædixerat autem eã deſolationem Propheta Dan. ante annos CCCCVIII, diſertè dicens à Macedonibus profanandũ. Celebrauit autem Iudas recepti templi feſtiuitatem per dies octo ſacrificans, in quibus nullum honeſtæ voluptatis genus omiſſum eſt, ſed populo quidem ſumptuoſum ac ſplendidum epulum eſt exhibitum, in Dei verò laudem hymnis & canticis perſonabant omnia. Tanta verò lætitia ob reductos ritus patrios & priſcã religionem occupauit gentis eius animos, maximè quod ea felicitas ex inſperato obtigerat, vt lex lata ſit ad poſteros, quæ iuberet quotannis hoc feſtum reparati cum ceremonijs templi per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud noſtros obtinuit: vocamusq; hanc feſtiuitatem luminum, opinor ideo quod ex inſperato nobis illuxerit tanta felicitas. Circumdatis deinde vrbi mœnibus, & exſtructis in eis firmis turribus cuſtodias ad arcendum hoſtem impoſuit: muniuitq; Bethſuram oppidum, vt eo tanquam arce vti poſſet contra conatus hoſtium. Quibus operibus perfectis, vicinæ gentes moleſtè ferentes Iudæorum vires reſuſcitari, per inſidias adoriendo multos oppreſſerunt: cum quibus Judas aſſiduè bellum gerens conabatur eorum incurſationes compeſcere: quo

Iudas ingenti præda potitur.

Lyſias iterũ in Iudam mouet, & quinque millia militum amittit.

Hieroſolymitanum templum luſtratum.

Templum integro triennio deſertum.

Dan. 12.

Feſtiuitas templi recepti inſtituta.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. 1. Mac. 5.

Iudas aſſiduè cum finitimis gentibus bellum gerit.

quo tempore etiam Acrabatenam inuadens multos Idumæos Esaui posteros interfecit & depredatus est: & principis eorum Baanis filiorum castella, vnde Iudæos infestabant, vi capta casis propugnatoribus incendit. Quibus perdomitis in Ammanitas arma transtulit, quorum numerosam manum Timotheus ductabat, & his quoque deuictis, Iazorum eorum vrbem expugnauit: abductisq; in captiuitatem vxoribus eorum ac liberis, direptam prius incendit, atque ita domum victor reuersus est. Sed quam primum vicinæ gentes sensere eius abitũ, contractis copijs in Galaditica regione finitimos Iudæos adorti sunt. at illi refugientes in castrum Dathema, significabant Iudæ per nuncios & literas, quòd oppugnandi essent à Timotheo, rogantes vt se huic periculo eriperet: & interim dum legit has literas superuenerunt Galilæorum nuncij, querentes se infestari à Ptolemaide, Tyro, Sidone, & alijs finitimis populis.

An. mũdi 3801. Ante Christum natum 163.

Hedio & Ruffinus Cap. 12.

CAP. XII.

Quomodo diuisis copijs, Simon Tyrios & Ptolemaidenses, Iudas Ammanitas superarit,

IVDAS igitur prospiciens vtrorumq; necessitatibus, Simonem fratrem cum tribus selectorum millibus mittit auxilio Iudæis habitantibus Galilæam: ipse assumpto Ionatha altero fratre cum octo militum millibus in Galaditicam proficiscitur: quod supererat virium Iudææ præsidio reliquit sub Iosepho Zachariæ filio, & Azaria ducibus, quibus mandauit, vt abstinerent à pugna, tantisper dum ipse ad eos reuerteret. Simon igitur postquam in Galilæam venit cõgressus cum hoste coëgit eum terga vertere: & fugientem persecutus vsq; portas Ptolemaidis, occidit circiter tria millia: quibus spoliatis, receptos captiuos cũ tota suppellectile in Iudæam transtulit. Interea Iudas cum fratre Jonatha trium dierum iter emensi, accepti sunt à Nabathæis pacificè: quorũ indicio cõpererunt, quòd multi ex ipsorum fratribus in extremo essent periculo, obsessi ab hoste in castellis & oppidis Galaditicis: monitiq; vt properè illis succurrerent, per desertum illuc festinauerunt. In eo itinere Baraſam oppidum oppugnare adorti, vi ceperũt: cæsisq; ad vnum puberibus tecta, igni subiecto, concremauerũt. Cumq; interim nox appeteret, nihilominus Iudas iter continuauit vsque castellum in quo Iudæos obsideri acceperat. quò cum mane peruenisset, offendit hostem iam scalas & machinas admouere mœnibus: iussoq; tubicine canere, & cohortatus suos, vt bonam ac fidelem operam præstarent periclitantibus fratribus, diuisis trifariam copijs oppugnatores à tergo aggreditur. Timothei verò milites cognito Maccabæum adesse, cuius virtutem & felicitatem iam ante suo periculo didicerant, sine mora cœperunt fugere: ex quibus ad octo millia cecidere, Iudæis acriter insequentibus. Inde ad Mallen barbarorum vrbem flexo itinere, eaq; expugnata mares neci tradidit, ædificia incendio sunt consumpta. Eodem impetu & Chaſpoma & Boſora cum alijs Galaditicæ regionis oppidis euersa sunt. Aliquanto pòst Timotheus contractis numerosis copijs, & inter cæteros auxiliares conducta manu Arabum, trans torrentem castra posuit contra oppidum Rafam. ibi hortatus est suos milites, vt strenuè pugnarent arcerentq; Iudæos à torrentis transitu. in hoc enim sitam victoriam, Judæis futuris superioribus si transire potuerint. Iudas autem audito, quòd Timotheus paratus esset ad prælium, properè contra

Iudas copias inter fratres diuidit.

Simon hostib' in Galilæa victis Iudæos captiuos liberat.

Iudas & Ionathas Iudæis in oppidis Galaditicis suppetias ferunt

Baraſa oppugnata & concremata.

Iudas obsessis Iudæis in auxilium venit.

Timothei milites victi.

Malle expugnata.

Chaſpoma & Boſora.

Timotheus iterũ copias cõtrahit, & à Iuda vincitur.

An. mūdi 3801. Ante Christum natum 163.

eum duxit exercitum: traiectoq; torrente adortus hostes, partim resistentes prostrauit, partim in fugam compulit, armis etiam passim abiectis. horum nonnulli celeritate pedum salutem consecuti sunt, quidā verò in fanum quod Carnain dicunt refugientes, tutos se ibi fore sperauerunt. At Judas & oppidum id occupauit, & incenso templo hostium alios flammis, alios ferro perdidit. His rebus feliciter gestis, & cōtractis è tota regione Galaditica Iudais, vnà cum vxoribus & liberis ac facultatibus in Iudaam eos traducebat. In eo itinere cum venisset ad Ephronem oppidum, per quod necessario transeundum erat, nisi retrorsum reuerti mallet, misit ad oppidanos rogans, vt patefacerent sibi transitum. nam obstructis portis viam interruperant. quod cum ab Ephronitis impetrare non posset, cohortatus suos, corona oppugnauit mœnia: & diem ac noctem ibi remoratus vi cepit oppidum: occisisq; omnibus maribus per incensi cineres traduxit exercitum. tantus autem erat occisorum numerus, vt in transeundo calcanda essent cadauera. Traiecto deinde Iordane in magnum campum veniunt, quà sita est Bethsana, Græcis dicta Scythopolis. inde in Iudaam reditum est hilariter, canente hymnos & victoriale carmen multitudine: votiuasq; hostias mactarunt pro incolumitate exercitus: quandoquidem post tot conflictus, ne vnus quidem è Iudais desideratus est. Interea Iosephus Zachariæ filius & Azarias duces, qui, profecto Simone in Galilæam contra Ptolemaidenses, Juda verò & Jonatha fratre in Galaditicam, præsidio Iudææ relicti fuerant: volentes & ipsi aliquo memorabili facinore parare sibi gloriam, ad Jamniam venerunt. Vbi armis exceptì à Gorgia eius loci præside, amiserunt ad duo millia militum: nec prius destiterunt fugere quàm in Iudææ finibus. hæc autem clades merito illis accidit, ob contemptum Iudæ mandatum, qui interdixerat ne se absente manus cū hoste conserrent: nam hoc quoque Iudæ prouidentiam commendat, quòd intellexit non impunè fore si à mandatis discesserint. Iudas autem & fratres eius continuabant bellum contra Idumæos, vrgentes eos vndiq;: expugnataq; Chebrone munitiones eius diruerunt, & turres cremauerunt suppositis ignibus: peruastatisq; agris hostium, euerterunt etiam Marissam oppidum. inde Azotum delati eodem impetu, expugnata ea quoque ac direpta, omnes ditati præda reuersi sunt in Iudæam victores & incolumes.

Iudæi è regione Galaditica in Iudæā traducti.

Ephron oppidū expugnatum.

Mira Maccabæi victoria, vbi post multos conflictus, ne vnus quidem è Iudæis desideratus est.

Iosephus & Azarias à Gorgia victi, ad duo millia militum amittunt.

Chebron & Marissa expugnata.

CAP. XIII.

Antiochi Epiphanis apud Persas interitus.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. 1. Mac 6. Antioch⁹ Dianæ templum spoliare volēs, Elymaida mouet, & turpiter inde se Babylonem recipit.

EODEM tempore Antiochus Rex superiores sui regni prouincias obeundo, audiuit esse in Perside vrbem prædiuitem Elymaida nomine, & in ea templum Dianæ opulentum, refertum omne genus donarijs: scuta etiā ac thoraces ibi asseruari, quondā relictos ab Alexandro Philippi filio, Rege Macedonū. Motus igitur hac fama, admoto exercitu expugnare conatus est. His verò qui inerant nec aduentu eius nec oppugnatione territis, sed fortiter resistentibus, spe sua frustratus est. non contenti enim repulisse illum à mœnibus, recedentem etiā persecuti sunt, ita vt plurimis desideratis fugientis more Babylonem se reciperet. Quā cladem cum ægrè ferret, nouus insuper accessit nuncius de profligatis, quos ad Iudaicum bellum reliquerat, ducibus, deq; Iudæorum in dies crescente potentia. Accedente igitur alia super aliam cura, impar solicitudini morbum sibi contraxit: quo magis ac magis inualescente, intelligens adesse fatale tempus, amicos conuocat:

An. mūdi 3802. Ante Christum natum 162.

Antiochus Epiphanes curis implicitus, morbem contrahit, & moritur.

cat: eisq; & vim morbi & causam indicat: nimirum quòd pœnas ob afflictam Iudæorum gentem lueret, atque ob spoliatum sacrilegio templum, & contemtum cœlestis numinis. atq; his dictis exhalauit animam. Quamobrem demiror Polybium Megalopolitanum, qui, vir alioqui probus, ait hunc Antiochum periisse, quod conatus sit Dianæ templi thesauros ac donaria diripere. voluisse enim tantum, ac non etiam perfecisse sacrilegium, non videtur res digna supplicio. quòd si hæc causa Polybio digna videtur cur Antiochus deberet capite pœnas persoluere, multò verisimilius est ob exhaustum sacrilegijs Hierosolymitanum templum acceleratum esse eius interitum. Si quis tamen magis probat Polybij sententiam, cum eo nunc non libet contendere.

An. mũdi 3802. Ante Christum natum 162.

Polybius Megalopolitanus de causa mortis Antiochi.

CAP. XIIII.

Antiochus Eupator profligato Iudæorum exercitu Iudam in templo obsidet.

ÆTERVM Antiochus priusquam extremum suum diem obiret, accitum ad se vnum ex purpuratis suis amicis Philippum gubernatorem regni constituit: traditoq; ei diademate regiaq; stola & anulo, iussit hac Antiocho filio suo perlata reddere, multum obtestans vt educationis curam haberet, & regnum ei seruaret vsq; dum per ætatem ipse administrationi fieret idoneus. Defunctus est autem Antiochus anno centesimo quadragesimo nono. Lysias autẽ posteaquam populo indicauit Regis obitum, filium eius Antiochum sub sua tutela tum positum Regem constituit, imposito illi Eupatoris cognomine. Interea qui Hierosolymitanæ arcis præsidium tenebant Macedones cum Iudæorum perfugis, multa Iudæis inferebant incommoda. Excurrentes enim in eos qui sacrorum causa templum adibant, conficiebant eos non magno negocio, quòd arx ipsi templo esset supra verticem. Quamobrem Iudas necesse habuit, oppugnare id præsidium, aduocatis ad id totius populi viribus. Annus autem is agebatur centesimus quinquagesimus, ex quo primum ad Seleucum imperium earum regionum peruenerat. Fabricatis igitur machinis & exstructis aggeribus, totus incumbebat huic operi. multi tamen perfugarum noctu elapsi, adiunctis sibi similibus impijs, venerunt ad Antiochum, postulantes ne se in extremum periculum à suis tribulibus redactos despiceret: maximè cum patris ipsius autoritatem secuti in eam necessitatem adducti sint, dum malunt patrios ritus quàm regia mandata contemnere. Nunc verò periculum esse ne Iudas arcem cum præsidio vi capiat, nisi ipse maturè suis opem afferat. His auditis Antiochus puer iratus est, accersitisq; amicis & ducibus, iussit eos mercenarium parare militem, & per totam suam ditionem delectus habere: ita vt breui confectus sit exercitus peditum circiter centum millium, equitum verò viginti millia, atque insuper duo & triginta elephanti. Cum his copijs egressus est Antiochia, commissa Lysiæ administratione vniuersi exercitus: & progressus vsque Idumæam, inde ascendit ad oppidum Bethsura, benè munitum & expugnatu non facile. Bethsuranis autem fortiter resistentibus, & admotas machinas per excursiones igne concremantibus, multum temporis contritum est in hoc obsidio. Iudas autem cognito Regis aduentu, omissa oppugnatione Regi cum copijs obuiàm profectus castra posuit circa fauces quasdam dictas Bethzacharia, dissitas ab hoste septuaginta stadijs. At Rex relictis Bethsuris, exercitum duxit ad eas fauces vbi Iudas

Antiochus Philippũ regni gubernatorem constituit, eiq; Antiochum filiũm tradit.

Hedio & Ruffinus Cap. 14.

Lysias Antiochi filium Regem constituit, eiq; Eupatoris cognomen imponit.

Macedones in arce Hierosoly. multa Iudæis incommoda inferunt.

Iudas Maccabęus arcem oppugnat. An. mũdi 3803. Ante Christum natum 161.

Perfugę Iudæi in arce ab Antiocho auxilium petunt.

Antiochus Eupator cum copijs in Iudæam proficiscitur.

Bethsura obsessa.

Iudas cum copijs ad Bethzacharia Regi obuiàm proficiscitur.

An. mũdi 3803. Ante Christum natum 161.

Antiochi & Iudæ pugna.

castra metauerat: & quamprimùm dies illuxit, aciem ceu pugnaturus iußit ire compoſitam. Cumq; non poſſet elephantos explicare per aciei latitudinem propter locorum anguſtias, iußit vt vnus poſt alium incederet, attributis, qui ſtiparent ſingulos, mille peditibus & equitibus quingentis. Beluis autem impoſita erant celſa propugnacula inſtructa ſagittarijs. reliquum autem exercitum ab vtroq; latere iußit montes aſcendere, præpoſitis ex amicorum cohorte ducibus. atq; ita ſublato militari clamore hoſtem aggreditur, micans aureis & æreis clypeis, ita vt fulgore eorum coruſcarent omnia. clamore autem reboabat quicquid erat in circuitu montium. nec tamen Judas tali aſpectu eſt territus, ſed excepto fortiter impetu hoſtium, circiter DC. *ex eis occidit, qui primi ad manus venerant. Cæterùm Eleazarus eius frater, quem Auranem vocabant, conſpicatus excellentem elephantum ornatum phaleris regijs, & ratus in eo Regem inuehi, vaſto animo in eum fecit impetum. & occiſis multis priuſquam ad eum penetraret, cæteris verò metu cedentibus, ſuccedens ſub eius ventrem confodit beluam, & ipſe ſimul pondere eius illabentis oppreſſus eſt: atq; ita non tamen inultus interijt generosè inter aceruos hoſtilium cadauerum. Iudas autem animaduertens hoſtem tanto ſuperiorem numero, Hieroſolyma ſe recepit, volens arcem iterum oppugnatione aggredi. Antiochus verò parte exercitus miſſa ad oppugnanda Bethſura, cum reliquo venit Hieroſolyma. Bethſurita territi apparatu regio, maximè cum commeatus eos deficeret, deditionem fecerunt, pacti prius vt hoſtis à ſe iniuriam omnem abſtineat: quod quidem a Rege non niſi ſalute tenus ſeruatum eſt: alioqui nudis eiectis oppidanis, ſuorum præſidium ibi conſtituit. Sed apud Hieroſolyma per multum tempus eum tenuit templi obſidio, quod fortiter à Judæis defenſum eſt. nullam enim eis Rex tentauit machinam, quam non illi contrarijs machinationibus eluderent. tantum laborabatur victus penuria, quòd fructus veteres abſumpſerant, & annus inciderat ſeptimus, per quem fructus non colliguntur, quòd eum ceſſare ab agricultura lex noſtra iubeat, nec permittat tum vel arare terram vel ſerere. quo factum eſt vt multi ſe clàm ſubducerent propter inopiam, vt penes paucos templi tutela remanſerit. Cæterùm Rex & Lyſias imperator cognito, quòd Philippus vſurpato ſibi regno aduentaret è Perſide, decreuerunt ſoluta obſidione illi occurrere, celantes tamen quantum fieri poterat id cõſilium, tàm militem quàm duces reliquos. Quapropter diſſimulato aduentu Philippi, iußit Rex Lyſiam vt alloqueretur duces & milites, dicens oppugnationem eam non eſſe modici temporis, quòd locus eſſet munitiſsimus, & commeatus eos iam deficerent, & auocarent multa regni negocia quæ opus eſſet Regem componere. Itaque præſtare fœdus & amicitiam cum hac gente facere, & ſinere eos vti patrijs legibus, quibus priuari ſe non ſuſtinentes rebellauerãt, atq; ita redituros eſſe in ſuam quemq; patriã. Quæ ſententia per Lyſiam apud exercitum expoſita, communi omnium ſuffragio comprobata eſt.*

Eleazarus Iudæ frater, elephantum occîdit.

Iudas Hieroſolyma ſe recipit, eumq; ſequitur Antiochus.

Bethſuritæ deditionem faciunt.

Templum Hieroſoly. obſeſſum.

Antiochus cognito, quòd Philippus vſurpato ſibi regno aduentaret è Perſide, obſidione ſoluta illi occurrit.

CAP. XV.

Antiochus omiſſa oppugnatione, cum Iuda fœdus facit & amicitiam.

Antiochus cum Iuda fœdus facit.

TVM Rex miſſo caduceatore pacem Iudæ ac cæteris obſeſſis denunciat, libertatemq; viuendi proprijs legibus. Illi verò libenter hæc audientes, accepta in hoc fide & iureiurando interpoſito, exiuerunt è templo. At Antiochus cum ingreſſus vidiſſet locum egregiè munitum, violato ſacramento iußit ſuum exercitum, vt ſolo

ſolo æquaret murum quo templum ſeptum fuerat: & hoc facto reuerſus eſt Antiochiam, ducens ſecum Oniam Pontificem, qui Menelaus dicebatur alio nomine. Lyſias enim Regi conſuluit vt eum interficeret: ſi vellet Iudæos quieſcere, & ipſe liber eſſe ab eorum moleſtationibus. hunc enim eſſe malorum omnium autorem & principium, qui perſuaſiſſet eius patri, vt Iudæos ab inſtitutis patrijs deficere cogeret. Rex igitur Menelaum miſſum in Beræam Syriæ necauit, poſt exactum in Pontificatu decennium, hominem malum & impium, qui vt ſibi Principatum adſtrueret, totam gentem à religione deficere compulit. ei ſucceſſit in Pontificatum Alcimus, Iacimus alio dictus nomine. Caterùm Antiochus cum offendiſſet Philippum iam occupaſſe tyrannidem, bello victum, & in poteſtàtem ſuam redactum affecit ſupplicio. Filius autem Pontificis Onias, quem diximus orbatum patre adhuc puerum, videns quòd Rex interfecto ipſius patruo ſacerdotium Alcimo dediſſet nihil pertinenti ad cognationem Pontificum, Lyſia ſuadente vt transferret eum honorem in aliam familiam, fugit ad Ægpti Regem Ptolemæum: apud quem & vxorem eius Cleopatram in precio habitus, impetrauit ab eis locum in præfectura Heliopolitana, in quo templum Hieroſolymitano ſimile exſtrueret, de quo aliàs dicemus tempeſtiuius.

An. mũdi 3803. Ante Chriſtum natum 161.

Antiochus murum quo templum ſeptũ erat, ſolo æquat.

Onias Pontifex, qui & Menelaus, à Rege abducitur.

Alcimus ſiue Iacimus Pontifex.

An. mũdi 3804 Ante Chriſtum natum 160.

Philippus ab Antiocho ſupplicio affectus.

Onias Pontificis filius in Aegypto templum Hieroſolymitano ſimile extruit.

CAP. XVI.

Bacchides Demetrij Dux cum exercitu contra Iudæos miſſus, infecto negocio ad ſuum Regem reuertitur.

EODEM tempore Demetrius Seleuci filius à Roma profugus Tripolim occupat in Syria: aſſumptoq; diademate, & contractis quotquot potuit militibus mercenarijs regnum inuadit: cumq; certatim ad eum populi deficerent excipientes eum obuijs manibus, etiam Antiochum Regem & Lyſiam comprehenſos viuos ad eum perduxerunt: qui mox iuſſu Demetrij necati ſunt, poſt exactum regni Antiochi annum alterum, ſicut & in alijs commentarijs diximus. Ad nouum Regem confluxerunt multi Iudæorum ob impietatem profugi, & cum eis Alcimus Pontifex: accuſabantq; totam gentem, præcipuè Iudam cum fratribus, quòd poſt interfectos omnes amicos & fautores Regis, ſe quoq; eieciſſent è patria, metu coactos ſolum vertere: poſtulabantq; vt ex amicis quempiam eò mitteret, qui cognoſceret quanta per Iudam patrata fuerint. at ille iratus mittit eò Bacchidem amicum Regis Antiochi Epiphanis, virum ſtreuum cui tum Meſopotamiæ præfectura credita fuerat: & commendato illi Alcimo, traditoq; exercitu, iubet vt Iudam & eum ſequentes internecione deleat. Ille profectus Antiochia cum his copijs, poſtquam peruenit in Iudæam, miſit ad Iudam & fratres inuitans eos ad pacem & amicitiam. Volebat enim dolo eum circumuenire. Sed ille noluit ei ſe credere, quòd videret adeſſe exercitum, quem putabat adductum belli potius quàm pacis gratia. Quidam tamẽ è populo credentes his quæ Bacchides per præconem denunciauerat, & nihil ſibi timentes ab Alcimo propter communem patriam, ad eos ſe contulerunt. & accepto ab vtroq; iureiurando, nihil mali paſſuros nec ſe nec eiuſdem factionis homines, eorum fidei ſe commiſerunt. Bacchides autem non ſeruata fide ſexaginta interfectis ex eo numero, cæteros cautiores iam factos deterruit, quò minus ad eum accederent. itaque amoto exercitu à Hieroſolymis poſtquam peruenit ad vicum Bethzetho, comprehendit multos perfugas

Hedio & Ruffinus Cap. 15. 1. Mac. 7.

Demetrius Tripolim aliasq; Syriæ vrbes occupat, & Antiochum & Lyſiam necat.

Alcimus Pontifex cũ perfugis Iudã apud Demetrium accuſat.

Bacchidi Demetrius Alcimum commendat, eiq; vt Iudam internecione deleat, mandat.

Bacchides multos ſibi credentes interficit.

An. mūdi 3804 Ante Christum natum 160.

perfugas & quosdam è populo, & occisis omnibus iussit eius regionis homines parere Alcimo, ad cuius præsidium relicta sub eo parte exercitus, Antiochiam ad Regem Demetrium reuersus est. Alcimus autem volens Principatum sibi constabilire, & intelligens ad hanc rem opus esse popularium beneuolentia, comiter ac blandè appellabat omnes, & loquendo singulis ad gratiam, breui numerosam manum adiunxit ad priorem quam antè habuerat. horum pleriq; erant impij & profugi, quorum opera & ministerijs vtendo regionem obibat, occidens eos qui erant Iudæ partium, quotquot in suam potestatem redigere poterat. at Judas animaduertens tantoperè creuisse illius potentiam, & multos probos ac pios homines extinctos eius violentia, ipse quoq; obibat regionem, interficiens quotquot in manus eius venirent è studiosis Alcimi. Qui videns se viribus imparem, quò posset diutius resistere, decreuit confugere ad auxilium & opes Regis Demetrij. Profectus igitur Antiochiam solicitabat contra Judam illius animum, accusans quòd plurimas ab eo passus esset iniurias, plures etiam passurus, nisi maturè misso illuc exercitu, vir audax & facinorosus pœnas debitas lueret.

Bacchides magnam tyrannidem in Bethzecho exercet.

Alcimus popularem auram sibi concilians, eos qui sunt Iudæ partium occidit.

Iudas Alcimi potentiæ resistit

Alcimus Iudā apud Demetrium accusat.

CAP. XVII.

Nicanor post Bacchidem dux contra Iudam missus, vnà cum vniuerso exercitu internecione perijt.

Hedio & Ruffinus Cap. 16. 1. Mac. 7.

Demetrius Nicanorem contra Iudam mittit.

DEMETRIVS verò ne suis quidem rebus tutum existimans si ita Judæ vires augeri sineret, Nicanorem mittit, amicorum cariſsimum simul & fidiſsimum: qui etiam Roma fugienti comes fuerat: attributoq; quantum satis contra Judam putabat exercitu, iussit nemini parcendo cum ea gente bellum gerere. Is profectus Hierosolyma, & primùm diſsimulans hostem, decreuit specie pacificatoris dolo Judam intercipere. aiebat enim nihil esse causa cur belli subire deberent aleam. paratum se illi cauere iureiurando sanctiſsimo, si quid fortè periculi metuat. In hoc enim tantum se veniſse cum amicorum comitatu, vt mentem sui Regis ei notam faceret, quàm propensus sit in fauorem Judaici generis. hac legatione persuasi fratres, nihil amplius hostile suspicati, data viciſsim & accepta fide exceperunt eum hospitaliter cum toto exercitu. Cumq; post primam salutationem colloqueretur cum Iuda familiariter, signum quoddam suis dedit vt eum comprehenderent. Ille maturè intellectis insidijs properè ad suos refugit: & detecto iam dolo ad apertam vim vterq; se vertit. Commisso deinde prælio propè vicum Capharsalamam, inferior inde discedens Iudas in Hierosolymitanam arcem compulsus est. Reuertenti deinde prater templum Nicanori sacerdotes facti sunt obuiam, ostentantes victimas, quas se dicebant oblaturos Deo pro salute Regis Demetrij. at Nicanor ne à conuicijs quidem in Deum temperans, minatus est nisi populus Iudam sibi traderet, breui se reuersurum, & intemplum ipsum sauiturum, ita vt ad solum vsq; id diruat. atque cum his minis reliquit Hierosolyma. at sacerdotes tali denunciatione mœsti, cum lacrymis Deo supplicauerunt, vt sacratam sibi ædem vnà cum suis cultoribus tutaretur ab hostium iniuria. Nicanor verò egressus Hierosolyma castris locū optauit apud vicum Bethoron, vbi se cum eo coniunxit alia manus recens tum è Syria veniens. Iudas quoq; castra posuit ad alium vicum nomine Adaso, triginta modò stadijs distantem ab hostibus, habens circa se non plus mille militum. hos cohortatus

Nicanor hostem diſsimulans, dolo Iudam intercipere conatur.

Nicanor populo niſi Iudam sibi traderent, se templum euersurum minatur.

tus ne terreãtur hostium multitudine, néue cogitent cum quàm multis decer- An. mũdi 3804.
nerent, sed quales ipsi & pro qualibus præmijs contenderent, iussit forti animo Ante Christum
hostem aggredi & pugnam capessere. itaque edito acri certamine, multi ceciderunt ex hostibus, & iuter cæteros Nicanor & ducis & militis strenui perfunctus officio. quo iacente, ne cætera quidem acies substitit amplius, sed amisso duce verterunt terga, arma iactantes, quò expeditius fugerent. Iudas verò impigrè cum suis persequens sæuiebat cædibus: & tuba significabat vicinis oppidis & vicis victoriam: moxq; vndique armati prosilientes profligatis inconditè ruentibus occurrebant infestis gladijs, ita vt ne vnus quidem incolumis euaserit ex nouem millibus: tot enim in vniuersum fuerant. Ea victoria contigit decima tertia die mensis Adar, vt nostri nominant, qui Macedonibus dystrus dicitur: eaq; die festiuitatem nostri per singulos annos renouant ob rei prosperè gestæ memoriam. Post eam victoriam aliquantisper quieuit Iudæorum gens à continuis conflictationibus, pacis ocio perfruens, donec iterum in eadem reuoluta est discrimina. Alcimo autem Pontifici volenti demoliri veterem adyti parietem, sanctorum vatum ædificium, morbus diuinitus inflictus est, per quem repentè voce priuatus in terram procidit, & cruciatus non paucis diebus miserè perijt, post exactum in Sacerdotio quadriennium: quo defuncto Pontificatum populus communibus suffragijs Iudæ tradidit. Qui quoniam multa audierat de Romana potentia, quòd deuictis Gallis & Hispanis ac Carthaginensibus Græciam quoque subegerint, & Reges Persæum, Philippum, magnumq; Antiochum perdomuerint, decreuit conciliare sibi eorum amicitiam. Missis igitur in hoc Romam duobus ex amicorum numero, Eupolemo Ioannis & Iasone Eleazari filio, rogauit, vt in societatem reciperetur & amicitiã, & vt Demetrio scriberent, ne posthac Iudæos bello lacesseret. Hanc legationem senatus admisit, & auditis eorum postulatis amicitiam annuit. moxq; Senatusconsultum de ea re factum inscriptum æreis tabulis relatum est in Capitolium: cuius exemplar in Iudæam missum est. erat autem Senatusconsultum de societate & amicitia Iudæorum huiusmodi. Ne cui Romanæ ditionis cum Judæis bellum gerere liceat, neq; præbere hostibus eorum triticum, aut naues, aut pecuniã. vtq; si quis Iudæos inuadat Romani succurrant pro viribus: & viciſsim si quis Romanos bello impetat, Iudæi contra eum sint auxilio. Quòd si Iudæi velint in hoc fœdere addi aliquid aut detrahi, id oportere fieri de communi populi Romani sententia: idq; ita demum ratum fore. Scriptum est hoc Senatusconsultum per Eupolemum Ioannis filium, & Iasonem Eleazari, sub Pontifice Iuda, & duce Simone fratre ipsius. Atq; hoc fuit primum inter Romanos & Judæos fœdus societatis ac amicitiæ.

An. mũdi 3804. Ante Christum natum 160.

Nicanorem & copias Iudas in fugam vertit.

Adar, Martius.

Alcimus Pontifex mortuus.

Hedio & Ruffinus Cap. 17. 1 Mac. 8. Iudas fœdus facit cũ Romanis.

Senatusconsultũ Romanorum, de societate & amicitia Iudæorum.

CAP. XVIII.

Bacchidis denuò missi contra Iudæam victoria.

DEMETRIVS autem accepto nuncio cladis Nicanoris & exercitus, rursum Bacchidem in Iudæam misit cum alijs copijs: qui ex Antiochia profectus in Iudæam, ad Arbela oppidum Galilææ castra posuit: & expugnatis illic speluncis ad quas magnus hominum numerus confugerat, properabat inde Hierosolyma. & cognito quòd Iudas in Berzetho vico suum contineret militem, raptim contra eum duxit peditum viginti, equitum verò duo millia, cum Judas non plus

Hedio & Ruffinus Cap. 18. 1 Mac. 9. Bacchidem Demetri cum copijs in Iudæã mittit.

Bacchides cum viginti duob. millibus militum Iudę occurrit.

An. mũdi 3804. Ante Christum natum 160.

haberet quàm mille milites. ex his quidam territi multitudine Bacchidis militum deſertis caſtris diffugerunt, ita vt octingenti tantum reliqui fuerint. Judas autem quamuis imminente iam hoſte deſtitueretur milite, tamen quia non erat vnde delectum in ſupplementum faceret maximè in tali temporis anguſtia,

Iudas paucis militibus numeroſum exercitum aggredi conatur.


decreuit cum octingentis illis Bacchidem aggredi, & cohortatus vt generoſe ſubirent pericula, iußit eos prodire in aciem. quibus conſulentibus, vt tunc ſe in tutum reciperet, cum ſit tanto inferior & numero & viribus. ac mox maioribus copijs hoſtem inuaderet: Abſit, inquit, vt me terga obuertentem hoſtibus ſol aſpiciat. nam etiamſi mori nunc oporteat, nunquam tot res hactenus egregiè geſtas, tantamq; virtute partam gloriam ignominioſa fuga maculaturus ſum. Atque ita ſuorum reliquias cohortatus perſuaſit, vt intrepidè exſpectarent conflictum hoſtium.

CAP. XIX.

Quomodo Iudas prælio victus occubuerit.

Bacchides aciem inſtruit, & cum Iuda ſigna confert.

INTEREA Bacchides productis extra caſtra copijs inſtruebat aciem, equitũ alas hinc & inde in vtroq; cornu collocãs, in fronte leuem armaturam & ſagittarios, & poſt hos robur phalangis Macedonicæ: ipſe in dextro cornu locum ſibi optauit. Sic inſtructa acie poſtquam venit in conſpectum hoſtium, iußit ſigna canere, & militem cum clamore eos inuadere. Idem & Judas fecit collatisq; ſignis certatũ eſt vtrinq; acriter: donec vergente iam ſole Iudas animaduertens Bacchidem cum robore militum pugnam in dextro cornu ciere, cum audaciſſima



Iudas hoſtium Phalangem perrumpit, quoſdam trucidat, ipſe circumuentus vulneratur & interficitur.

manu iuuenum in eum irruit. Perruptaq; phalange penetrauit in mediam aciem: & impulſis in fugam aduerſarijs perſecutus eſt eos vſq; montem qui Aza dicitur. id conſpicati qui ſiniſtrum cornu tenebant, à tergo adorti Iudam circumueniunt. qui videns nullum ſupereſſe effugium vrgentibus circumquaq; hoſtibus, in veſtigio cum ſuis conſtitit: & cæſis hoſtium plurimis laßitudine magis quàm vulneribus confectus cecidit non inultus, ad priora præclara facinora

extremo

extremo hoc mortis decore addito. quo proſtrato non habentes amplius quem ſequerentur milites orbati tanto imperatore, tum demum in fugam effuſi ſunt. Simon autem & Ionathas fratres inducijs factis recepto Iudæ cadauere, delatum in Modim vicum magnifico funere intulerunt monumento patrio, & publico luctu per aliquam multos dies honorauerunt eius memoriam. Hic finis fuit Iudæ viri generoſiſſimi & bellicoſiſſimi, qui memor mandatorum Matthiæ patris, nullum vnquam pro libert ate popularium defugit aut laborem aut periculum. quapropter meritò virtutis ſempiternam poſt ſe reliquit gloriam, liberata è Macedonum ſeruitute patria, & per triennium ante obitum adminiſtrato Pontificali ſacerdotio.

An. mũdi 3804 Ante Chriſtum natum 160.

Iudas in Modim ſepultus.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XIII.

SVMMA CAPITVM LIBRI XIII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Ionathas defuncto fratri ſuo Iudæ in principatu ſuccedit.
II. Ionathas feſſum bello Bacchidem compellit inito cum Iudæis fœdere exercitum abducere.
III. Alexander filius Antiochi Epiphanis Regem Demetrium bello aggreditur.
IIII. Demetrius miſſa legatione ad Ionathan multis muneribus eum ad amicitiam ſuam pertrahit.
V. Alexander maioribus quàm Demetrius pollicitationibus & delato Pontificatu Ionathan in partes ſuas traducit.
VI. De templo Dei ab Onia ædificato.
VII. Quòd Alexander poſt mortem Demetrij Ionatham in ſummo honore habuit.
VIII. Demetrius Demetrij filius deuicto Alexandro & occupato regno, in fœdus & amicitiam Ionatham recepit.
IX. Tryphon Apamenus poſt deuictum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnum aſſerit, recepto in amicitia Ionatha.
X. Demetrio à Parthis capto Tryphon fœdus violat, & Ionatha dolo capto atq; interfecto Simoni eius fratri bellum infert.
XI. Quòd Simoni Iudæorum gens & Pontificatum ſimul & copiarum imperium detulit.
XII. Simon Tryphonem in Dora compulſum oppugnat, inito cum Antiocho cui Pius cognomen erat, fœdere.
XIII. Bello inter Antiochum & Simonem orto Cendebæus dux regius è terra profligatur.
XIIII. Quod Simon à genero ſuo Ptolemæo in conuiuio per dolum occiſus eſt.
XV. Quomodo fruſtratis Ptolemæi conatibus Hyrcanus principatu potitus eſt.
XVI. Quod Antiochus cognomento Pius, ducto contra Hyrcanum exercitu, placatus 300. talentis fœdus cum eo inijt.
XVII. Hyrcani expeditio in Syriam.
XVIII. Quòd Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens victus aufugit.
XIX. Ariſtobulus primus ſibi Diadema imponit.
XX. Alexandri Iudæorum Regis res geſtæ.
XXI. Ptolemæi Lathurj de Alexandro victoria.
XXII. Demetrius Eucærus Alexandrum prælio victum ſuperat.
XXIII. Antiochi Dionyſi in Iudæam expeditio.
XXIIII. Alexandro mortuo vxor Alexandra in regnum ſuccedit.

An. mūdi 3805. Ante Christum natum 159.

CAP. I.

Ionathas defuncto fratri suo Iudæ in principatu succedit.

QVEMADMODVM *libertatem à Macedonibus oppressam populus Iudæorū denuò receperit, & quo pacto dux & propugnator eorum Judas post multa exhausta certamina postremò prælio fuerit occisus, in præcedenti libro satis declarauimus. Post eius obitū quotquot Iudæorum à pietate desciuerant, resumptis animis infestabant reliquos populares: ita vt accedente etiam fame, quæ tum fortè regionem eam totam occupauerat, multi non ferentes geminatum infortunium, hinc à penuria, inde ab aduersarijs ingruens, coacti sint adiungere se factioni Macedonicæ. Bacchides autem conuocatis ad se Iudæorum desertoribus, qui religioni patriæ profanos ritus prætulerant, his administrationem regionis commisit: qui comprehensis Iudæ amicis & fautoribus, Bacchidi eos tradiderunt. & is tortos primùm cruciatosq; ad libitum, postremò omnes ad vnum enecabat. In hac tanta calamitate constituti Iudæi, quantam post captiuitatem Babylonicam nunquam experti fuerant, quotquot erant reliqui ex Iudæ socijs, veriti gentis interitū adiuerunt Ionathan eius fratrem: rogabantq; vt germani æmulus fieret, qui ad extremum halitum libertatem propugnans præclaris conatibus sit immortuus: nec sineret totā gentem sine præside venire in extremum salutis periculū. Tum Ionathas paratum se vel ad mortem obtulit pro tutela populi, & visus dignus qui Iudæ fratri suo succederet, communibus Judæorum suffragijs administrandæ militiæ præfectus est. Quo comperto Bacchides veritus ne Jonathas quoque multum negotiorum exhibeat Regi & Macedonibus, quemadmodum antè Judas fecerat, decreuit eum dolo tollere: sed hoc eius propositum nec ipsum nec Simonem fratrem latuit. quamobrem maturè moniti assumpta sociorum manu in desertum vrbi vicinum celeriter refugerunt: & cum venissent ad aquam quæ dicitur lacus Asphar, ibi morabantur. Porrò Bacchides sentiens eos timere & in desertis illis latitare duxit contra eos omnes suas copias, & positis vltra Iordanem castris confluentem illuc militem recipiebat. Jonathas autem cognito illius aduentu, misit fratrem suum Joannem Gaddim ad Nabathæos Arabas, vt apud eos impedimenta deponeret, donec armis cum Bacchide decerneret. erant enim amici. sed in itinere inuaserunt eum Medabenses Amaræi filij. direptisq; impedimentis & quicquid secum deferebat, comprehensum interfecerunt cum omnibus socijs: cuius facinoris paulo post pœnas dederunt eius fratribus, sicut suo loco dicetur. Bacchides autem cognito quòd Jonathas castra haberet in Iordanis palustribus, sabbato illum aggressus est ratus non repugnaturum propter religionem diei. at ille cohortatus socios, & ostenso periculo quod, nisi viri essent, non possent euadere, clausi à tergo amne, à fronte hostibus: votisq; Deo factis pro victoria, impigrè hostem aggreditur, & prostratis non paucis, videns ipsum Bacchidem in se ruere, ferire eum conatus est. sed cum ille cautè ictum declinasset, Jonathas cum socijs desilientes commiserunt se flumini, & in oppositam ripam enatarunt, hostibus non ausis traijcere, sed ad Hierosolymitanā arcē reuertentibus, desideratis ex eorum numero fermè duobus millibus. post eum conflictum Macedo communiuit aliquot oppida, Hierichuntem, Emmauntem, Bethoron, Bethellam,*

Iudæi à profugis & penuria coacti Macedonicæ factioni sese adiungunt.

Bacchides Iudæ fautores interficit.

Ionathas Iudæ fratri communibus Iudæorum suffragijs succedit.

Bacchides Ionathan tollere conatur.

Bacchides copias cōtra Ionathan ducit.

Ioannes Iudæ frater ab Amaræi filijs interfectus.

Bacchides Ionathan Sabbato aggreditur, & duo millia militum amittit.

Bethellam, Thamnatam, Pharathonem, Tochoam, Gazara, additis mœnibus & turribus, vt impositis in eas præsidijs, res Iudæorum inde infestaret excursionibus: sed nihil æquè, vt Hierosolymitanam arcem munijt, in quâ acceptos à Iudæorum primatibus filios obsides inclusit, vt ibi custodirentur. Eodem tempore nunciatum est Jonathæ & Simoni fratribus, quòd Amarai filij celebraturi essent nuptias, & adducturi sponsam ab oppido Gabatha, filiam illustris cuiusdã inter Arabas: eamq; puellam traducendam cum pompa sumptuosa & splendida. Fratres autem existimantes opportunissimum ad vindictam tempus sibi oblatum, & facilè vlturos se iniuriam fratri illatam, versus Medabam properauerunt, & insidijs in monte collocatis expectabant eorum transitum. Vt verò in conspectum venit sponsus cum virgine & amicorum comitatu, vt fieri solet in nuptijs, coorti ex insidijs omnes ad vnum interfecerunt, & cum ornamentis cæteraq; præda reuersi sunt voti compotes, & egregiè vlti germani interitum de Amarai filijs. ceciderunt enim hi non soli, sed cum vxoribus, liberis & amicis, vsque ad quadringentorum numerum. Atque ita Simon cum Ionatha in palustria Jordanis reuersi, illic commorabantur. Bacchides autem per totam Iudæã præsidijs dispositis, ad Regem suum reuersus est: quo tempore per integrum biennium status rerum Iudaicarum fuit pacatior. Transfugæ autem & vulgus impiorum hominum, videntes Jonatham & eius factionem securè versari in Iudæa, propter tranquillitatem temporum, per nuncios solicitauerunt Demetriũ, vt Bacchide misso Ionatham in potestatem suam redigeret. fore enim hoc perfacilè, & vnica nocte posse omnes eius milites insperato incursu opprimi. qui vbi iussu Regis in Iudæam peruenit, ad omnes eius regionis amicos suos & auxiliares scripsit, darent operam, vt comprehenderetur Ionathas. Cumq; omnium insidijs appeteretur, nec tamen quicquam proficerent: cautus enim erat, vt qui dolum præsenserat: iratus Macedo transfugis, putansq; & se & Regem ab eis haberi ludibrio, interfecit ex eis L. *præcipuos. Ionathas autem cum fratre & suorum manu metu secessit in vicum Bethalagam, qui in deserto situs est: eumq; muniuit mœnibus & turribus, vt tutum haberet receptaculum. quo audito Bacchides cum totis suis copijs, adiunctisq; Iudæorum suæ factionis auxilijs cõtra eum profectus est: & aggressus oppugnare munitiones, per aliquot dies in eo conatu perstitit. at ille nihil territus restitit acriter: relictoq; ad oppidi tutelam Simone fratre clam egressus, & collectis in vicina regione suæ factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit, & multis trucidatis effecit, vt frater aduentum suum cognosceret. quamprimum enim tumultum sensit in castris hostium, eruptione facta incendit eorũ machinas, cade etiam non mediocri edita. Bacchides verò videns se à fronte ac tergo inuasum ab hostibus, re inopinata consternatus ob insperatum obsidionis exitum, vix fuit compos animi. totam autem indignationem effudit in transfugas, vt impostores, quorum opera missus à Rege fuerat, vnum cogitans quomodo ex dignitate sua & Regis obsidioni fine imposito, exercitum sine ignominia posset reducere.*

An. mũdi 3808. Ante Christum natum 56.

Hierosolymitana arx munita

Ionathas & Simon in Amaræi filiis Ioãnis fratris mortem vlciscuntur.

Demetrius solicitantibus transfugis Bacchidem cum copijs contra Ionathã mittit.

Bacchides iratus trãsfugis dum Ionathæ potestas ipsi non datur, quinquaginta ex eis interficit

Ionathas cum fratre in Bethalaga obtessus.

Iudas oppidũ egressus, noctu in Bachidis castra irruit.

Bacchides indignationem in transfugas effundit, & quomodo exercitum sine ignominia posset reducere recogitat.

An. mũdi 3808. Ante Christum natum 156.

CAP. II.

Ionathas fessum bello Bacchidem compellit inito cum Iudæis fœdere exercitum abducere.

1 Mac. 9. Bacchides cum Ionatha fœdus facit.

QVA eius voluntate cognita Ionathas, misit ad eum nuncios, petens societatem & amicitiam inter se & eum fieri, captiuis vtrinque redditis. Id Bacchides ratus sibi honorificum, & oblatam occasionem qua posset non inglorius obsidionem soluere, amicitiã cum Ionatha iniit, iureiurando interposito, neutrum arma moturum in alterum: redditisq; & receptis captiuis, Antiochiam ad suum Regem *reuersus est: nec vnquam posthac Iudæam cum exercitu repetiit. Ionathas verò hanc*

Ionathas apud Machmain degit, patriæq; desertores punit.

securitatem nactus, & degens apud Machmã oppidũ, administrationi rerum & iuri populis reddendo operam impendit, & seuerè animaduertens in religionis patriæ desertores, repurgabat suam gentem ab huiusmodi contagionibus.

CAP. III.

Alexander filius Antiochi Epiphanis Regem Demetrium bello aggreditur.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. Alexander Antiochi Epiphanis filius in Syriam veniens, Ptolemaidem occupat.

ANNO autem sexagesimo supra centesimum Alexander Antiochi Epiphanis filius veniens in Syriam Ptolemaidem occupauit, proditione militum, qui eam tenebant præsidio, moresq; Demetrij oderant, vt parum comis & superbi admodum. Inclusus enim in Regium *quoddam castellum munitum quatuor*

An. mũdi 3813. Ante Christum natum 151.

turribus, non procul situm ab Antiochia, neminem admittebat: & omissa reipublicæ cura degebat in ocio per segniciem, vnde grauiora etiam odia contra

Demetrius in Alexãdrum mouet.

eum exorta sunt, sicut alibi à nobis dictum est. Audito igitur quòd Alexander occupasset Ptolemaidem, cum omnibus copijs contra eum profectus est.

CAP. IIII.

Demetrius, missa legatione ad Ionathan, multis muneribus eum ad amicitiam suam pertrahit.

1. Mac. 10.

MISIT etiam legatos ad Ionatham, inuitans eum ad societatem & amicitiã, præuenire Alexandrũ cupiens, ne fortè ille prior impetraret illius auxiliũ, idq; eo facilius, quòd odia inter se & Ionatham intercesserant: cui mandabat, vt haberet delectum militum, & arma pararet, reciperetq; Iudæorũ obsides, quos Bacchides in Hierosolymitanam arcem incluserat. Talis conditio cum offerretur à Demetrio, Ionathas venit Hierosolyma, & legit Regias literas, *audiente tam populo quàm arcis præsidio. quibus lectis impij & transfugæ, qui in arce erant, vehementer sunt territi, quòd Rex Ionathæ & exercitum colligere permitteret, & obsides recipere: quos suis quemq; parentibus restituit. Atque ita Ionathas Hierosolymis habitabat, suo arbitratu multa in ea vrbe reparans. nam & mœnia eius iussit saxo quadrato exstrui, quo firmiora essent cõtra assultus hostium.*

Macedonici milites relictis præsidijs Antiochiã sese recipiũt.

Quod vbi senserunt, qui dispersi erant per præsidia, omnes, relictis illis, receperunt se Antiochiam, exceptis solis qui Bethsura tenebant & arcem Hierosolymis. nam horum maxima pars constabat ex Iudæis veræ religionis desertoribus, & ideo præmetu non sustinuerunt præsidia relinquere.

Alexan-

CAP. V.

Alexander maioribus quàm Demetrius pollicitationibus & delato Pontificatu Ionatham in partes suas traducit.

An. mūdi 3813. Ante Christum natum 151.

ALEXANDER *autem cognito quid Demetrius Ionathæ promiserit, nec ignorans viri fortitudinem, & quomodo se gesserit contra Macedonas, tum qualiter vexatus sit à Demetrio eiusq; duce Bacchide, apud amicos dictitabat, non posse se eo tempore commodiorem socium inuenire quàm Jonatham, qui & virtute sit eximia, & peculiares odij causas contra Demetriū habeat, quod, datis vicissim & acceptis cladibus, exacerbatū fuerat. Itaq; si idem ipsis videatur, adesse occasionem inuitandi hominem ad amicitiam. cumq; id purpuratis quoque suis probari animaduerteret, scripsit talem epistolam. Rex Alexander, Ionathæ fratri salutem. Quia iamdudum audiuimus de fide tua, simul & fortitudine, mittimus ad te, qui de societate agant, & amicitia: & nostro suffragio hodie te Pontificem Iudæorū constituimus, & in amicorum nostrorum numerum asscribimus. mitto etiam tibi munera, stolam purpuream & coronā auream, & rogo, vt sic honoratus à nobis, non cedas nobis mutua beneuolentia. His literis acceptis Ionathas Pontificiam stolam induit, in ipso scenopegiæ festo, post quadriennīū exactum à Iudæ fratris obitu, cum vacasset interim Sacerdotium: moxq; contraxit exercitum, & fabricauit magnū armorum numerum. Demetrius verò hoc cognito multum doluit, damnans suā cunctationem, quòd nō praeueniens amulum eblanditus sit Ionathæ fœdera, sed elabi sibi hanc occasionem, & ab Alexandro arripi passus sit. Scripsit tamen etiam ipse Pontifici & populo in hanc sententiam. Rex Demetrius, Ionathæ & Iudæorum genti salutem. Quoniam seruastis nostra fœdera, & solicitantibus vos inimicis nostris non accessistis, equidem laudo vestrā fidem, hortorq; vt cōstantes sitis in ea, dignā percepturi à nobis gratiam. Remittam enim vobis maximam tributorum partem: & iam nunc remitto quæ pendebatis, tàm mihi quàm his qui me præcesserunt Regibus: insuperq; salis precium & aurum coronariū. & tertias seminis dimidiamq; partem fructus arborei solitā mihi cedere, ab hodierno in posterū vobis remitto: simulq; quod in singula capita pendebatur ab his qui Iudæam incolunt, & tres attributas ei toparchias, Samariā, Galilæam & Peræam, vobis concedo in perpetuum. Et Hierosolymitanā vrbem sacram esse volo, & ius āsyli habere, immunemq; esse cū suis finibus à tributis atq; decimis. Arcem etiā eius permitto Pontifici vestro Ionathæ, vt quos ipse fidos & amicos probauerit, in præsidio eius constituat. Eos quoq; Iudæos, qui iure belli capti, seruitutem in nostra ditione seruiunt, in pristinā libertatem restituo, ac ne iumenta quidem ad angarias adigi permitto. Sabbatis item & festis solennibus, & tribus diebus ea præcedentibus immunitatem concedo. Eodem modo Iudæos, qui in mea ditione habitant, liberos & sine molestia degere volo: & quicunque ex eis mecum militare voluerint permitto, duntaxat vsque triginta millium numerum: idq; ea conditione stipendiorum, qua cæteros meos milites. Habebo etiam eos in præsidijs & in meo satellitio, & principes eorum in aulicorum meorum numero. Permitto etiam, vt patrijs vtātur legibus, & ipsi & tres attributæ eis præfecturæ: vtq; Pōtifici curæ sit, nequis Iudæus aliud templum præter Hierosolymitanum religionis ergò adeat. Præterea do in singulos annos ex meis rationibus in sumptus sacrificiorum quindecim millia sicloru argenti*

Hedio & Ruffinus Cap. 8.

Alexander Ionatham in suas partes traducere conatur Pontificatū deferendo.

Ionathas Pōtifex exercitum colligit.

Demetrius se præmissis in amicitiam Ionathæ insinuare conatur.

An. mũdi 3813. Ante Christum natum 151.

argenti, & quod pecuniæ superfuerit vestrum esse iubeo. & decem illa drachmarum millia, quæ de templo accipiebant Reges, sacerdotibus atque ministris templi remitto, ad quos ea pertinere compertum mihi est. Quicunque etiam confu-



gerint in templum Hierosolymitanum, fanumq́, contiguum, siue ob debitam Regi pecuniam, siue alia de causa, immunes sint ab omni vexatione, tam ipsi quàm eorum facultates. Permitto etiam, vt reparetur templum, & operum sumptus de meis pecunijs fieri iubeo: sicut & mœnia & turres altas aquè de meo volo ædificari. tum si quæ sunt loca per Iudeam apta ad struendas arces, imponendaq́, præsidia, & hæc meo sumptu muniantur. Atque hæ fuerunt literæ ac pollicitationes Demetrij. Alexander autem Rex magnis copijs contractis tam è mercenario

Alexandri cum Demetrio pugna & victoria.

milite, quàm eo qui in Syria defecerat à Demetrio, omnes in hostem duxit, collatisq́, signis sinistrum cornu Demetrij oppositam sibi aciem terga coëgit vertere: harentesq́, diu fugientiũ vestigijs etiam castra eorũ diripuerunt. at dextrũ cornu, in quo Rex ipse pugnabat, compulsum est loco cedere: & reliquis effusè fugientibus, Demetrius fortiter decertans alios hostium occidit, alios non sustinentes ipsius impetum persequens, abreptus est in cœnum quoddam profundum & transitu difficile: vbi prolapso equo, omni effugio destitutus, ab accurrentibus oppressus est. Circumdatum enim corona confixerunt iaculis. at ille etiam pedes generosè repugnabat, donec crebris vulneribus confectus succubuit. Hic fuit finis Demetrij post exactum regni annum vndecimum, sicut in alijs commentarijs iam ante demonstrauimus.

CAP. VI.

De templo Dei ab Onia ædificato.

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Onias, Põtificis Onię filius, in Aegypto tẽplum ædificare molitur.

An. mũdi 3814. Ante Christum natum 150.

ONIAS autem Pontificis Onia filius, qui profugus Alexandria degebat apud Ptolemæum Philometorem, vt iam antè diximus, videns Iudeam vastatam à Macedonibus, eorumq́, Regibus, & sibi æternam memoriam parare volens, decreuit à Rege Ptolemæo & Regina Cleopatra per literas petere, vt sibi liceat in Ægypto instar illius Hierosolymitani templi ædificare, & in eo Leuitas & Sacerdotes

cerdotes ex ſuo genere conſtituere. Hoc autem conſilium cepit fretus maximè Propheta Eſaia vaticinio, qui ante DC. amplius annos pranunciarat fore omninò, vt templum aliquando Deo maximo ædificaretur in Ægypto, idq; hominis Judæi opera. Hoc igitur oraculo excitatus ſcribit Ptolemæo & Cleopatræ talem epiſtolam: Dum in bello ſtrenuam vobis operam nauans cum Deo varias regiones obirem, animaduerti apud Cœleſyriam & Phœnicen & Leontopolim, quæ eſt in præfectura Heliopolitana, aliſq; in locis Iudæos præter decorum habere templa, & ideo malè inter eos conuenire: quod & Ægyptijs vſu venit, propter multitudinem templorum & diuerſitatem religionum. Et quia locum idoneum inueni apud caſtrum quod agreſtis Bubaſtis dicitur, plenum varia materia ſacriſq; animalibus, rogo, vt mihi permittatis templum, quod illic eſt nulli ſacratum numini iamq; collapſum, repurgare, & aliud loco eius Deo maximo exſtruere ad Hieroſolymitani illius ſimilitudinẽ, pari etiam modo & menſura, pro ſalute tua & Reginæ, atque liberorum veſtrorum: vt Iudæi qui Ægyptum incolunt illuc conuenientes, quo magis alunt mutuam concordiam, eo accommodatiores ſiant tuis vſibus. Nam & Eſaias vates prædixit, quòd erit Domino Deo ſacrarium in Ægypto, & alia multa de eo loco cecinit. His Oniæ literis acceptis Rex, & ſoror eius, ac coniux Cleopatra, declarauerunt ſuam pietatem, per epiſtolam, quam ei reſcripſerunt. Nam peccatum hoc, & prauaricationem legis à ſe in Oniæ caput reiecerunt, Sic enim reſcriptum habet. Rex Ptolemæus & Regina Cleopatra Oniæ gaudium. Legimus tuas literas, in quibus poſtulas, vt tibi permittamus, illud apud Leontopolim præfectura Heliopolitana collapſum templum repurgare, quod vocatur agreſtis Bubaſtis: quod ſanè miramur, ſi poterit acceptũ eſſe Deo, templum ſtatutum in impuro loco, & pleno animalibus. Sed quoniã ais, Prophetam Eſaiam iam olim hoc prædixiſſe, permittimus tibi hoc, quatenus poteſt ſalua legis obſeruatione fieri, ne videamur per hoc peccare in Dominum. Onias igitur impetrato loco exſtruxit ibi templum & altare Deo ad Hieroſolymitani ſimilitudinem, ſed minus & nõ peraquè opulentũ. Menſuram verò eius & vaſa, nunc non libet repetere, commemorata iam ante in ſeptimo belli & captiuitatis Iudaicæ volumine. Nec defuerunt Oniæ ſimiles ipſius Leuitæ ac Sacerdotes, qui illic diuinum cultum frequentarent & inſtaurarent ceremonias. Sed de hoc templo hactenus. Apud Alexandriam verò inter Iudæos & Samaritas, qui ſub Alexandro magno Garizitani templi religionem induxerunt, ſeditio eſt exorta de ſacris ipſorum, ita vt res ad Regis cognitionem perueniret: dum Iudæi contendunt, iuxta Moſis præſcripta Hieroſolymitanum templum eſſe legitimum, Samaritæ verò Garizitanum: prouocatumq; eſt ad Regem & amicorũ eius conſeſſum, vt ab his cauſa audiretur, & vtrius partis cauſidici ſuccumberẽt, morte mulctarentur. patrocinabatur Samaritis Sabbæus cum Theodoſio, Hieroſolymitanis Judæis Andronicus Meſſalami filius. iurauerunt q; per Deum & Regem, quòd ex lege probationes allaturi eſſent, & rogauerunt Regem, vt necaret eum, qui iuſiurandum nõ ſeruaſſe deprehenderetur. Itaq; Rex multis amicis in conſilium adhibitis, conſedit cauſam auditurus. Iudæi verò, qui Alexandriam habitabant, valdè erant ſoliciti, pro tuentibus iura Hieroſolymitani templi, agrè ferentes autoritatem antiquiſſimi & nobiliſſimi in orbe templi vocari in diſcrimen. Sed cum Sabbæus & Theodoſius cõceſſiſſent Andronico, vt prior diceret, orſus ex lege approbare eius ſanctitatem

An. mũdi 3804. Ante Chriſtum natum 164.

Templum, cõcedente Ptolemæo, in Ægypto ædificatur.

De bello Iudaico. lib. 7. cap. 37.

Seditio inter Iudæos & Samaritas ſacrorũ cauſa exorta.

An. mũdi 3814. Ante Christum natum 150.

& religionem, ostendensq; per continuas Pontificum successiones Sacerdotij vsq; in sua tempora propagationem, & ab omnibus Asiæ Regibus maiestatem eius loci honoratam donarijs: Garizitani verò, ac si omnino nullum esset vnquam ab his habitam rationem: his & talibus rationibus persuasit Regi, vt decerneret Hierosolymitanum esse ex sententia Mosis conditum, Sabbam verò & Theodosium addiceret supplicia. Atque hæc sunt quæ Alexandrinis Iudæis acciderũt Ptolemæi Philometoris tempore.

CAP. VII.

Quòd Alexander post mortem Demetrij Ionatham in summo honore habuit.

Hedio & Russinus Cap 5. 1 Mach. 11. Alexander Rex Syriæ Cleopatrã Ptolemæi Philometoris filiã ducit.

Æ s o autem in pugna Demetrio sicut superius dictum est, Alexander assumpto Syriæ principatu scribit Ptolemæo Philometori, filiam eius nuptum sibi dari deposcens, æquum esse dicens, vt se affinitate dignetur post receptum fauente Deo paternum imperium, & Demetrium bello deuictum. Ptolemæus verò libenter eius postulatis admissis, rescripsit & gratulari se ei de recepto regno paterno, & filiam collocaturum in matrimonium: iussitq;, vt sibi Ptolemaidem occurreret, adducturo illò filiam, & ibi celebraturo eius nuptias. subsecutus deinde literas, ad constitutum locum peruenit cum Cleopatra filia, & reperto ibi Alexandro eam coniunxit, addita in dotem auri & argenti summa, quanta tam potentem Regem decuit. Ad has nuptias vocatus est per literas ab Alexandro & Ionathas Pontifex, & cum venisset ad Reges, amplisq; muneribus vtrunq; donasset, ab vtroq; in magno honore habitus est. nam Alexander mutare eum vestem coegit, & purpuratum assidere sibi pro tribunali: mandauitq; suis ducibus, vt in medium vrbis eo producto, præconis voce edicerent, nemini licere accusationem contra hominem instituere, aut vlla in re exhibere ei negocium. quo facto cum manifestum esset, quanti Rex eum faceret, aduersarij qui ad accusandum parati venerant, subduxerunt se, veriti ne ipsis potius mali aliquid accideret. Tanta autem beneuolentia Rex hic Ionatham prosecutus est, vt ei primum locum in amicorum suorum numero assignauerit.

CAP. VIII.

Demetrius Demetrij filius deuicto Alexandro & occupato regno, in fœdus & amicitiam Ionatham recepit.

Hedio & Ruffinus Cap. 6. Demetri', Demetrij filius ex Creta in Ciliciã traijcit, Syriãq; occupare conatur.

A n o autem centesimo sexagesimo quinto, Demetrius, Demetrij filius, acceptis multis mercenarijs militibus à Lasthene Cretensi, soluens ab ea insula traiecit in Ciliciam: cuius rei nuncio Alexander vehementer est territus: moxq; è Phœnice profectus Antiochiã, vt res eius ante Demetrij aduentũ in tuto cõstitueret, interim Cœlesyriæ Apollonio Dauo duce præposito. Is profectus cum exercitu Iamniam, misit ad Ionatham Pontificem nunciũ, rem indignã, dicens eum

An. mũdi 3818. Ante Christum natum 146.

Vir armis fidens.

solũ pro suo arbitrio viuere, non subiectum Regis imperio: & sibi ipsi esse opprobrium, quòd eum sub imperium non redigat. Ne igitur, inquit, in montibus desidens, putes te posse aliquid: sed si confidis tuis viribus, in campum descende, vt ferro decernamus, vter nostrum sit virtute præstãtior. Ne sis tamen inscius, quod è singulis vrbibus fortissimi mecũ militant, assueti semper tuos maiores vincere. quamobrem prouoco te in eum locum, vbi armis non saxis pugnandum est & in

quo

quo nullum præſto eſt victis refugium. His verbis irritatus Ionathas, delectis decem millibus militum, vnà cum Simone fratre profectus eſt Hieroſolymis: & cum peruenisſet Ioppen, extra vrbem caſtra metatus eſt, excluſus à Ioppenſibus, qui intus habebant Apollonij præſidium. Ionatha autem oppugnationem inſtituente, veriti oppidani ne per vim caperentur, portas ei aperiunt. Apollonius verò poſtquàm accepit Joppen occupatam à Ionatha, aſſumptis tribus equitũ, octo peditum millibus Azotum ſe contulit: & inde profectus lento gradu iter facicbat. Cumq; veniſſet Ioppen, paulum retrocedens traxit Jonatham in planiciem fretus equitatu, & in eo victoriæ ſpem collocans. Jonathas verò progreſſus inſequebatur, Azotum verſus, Apollonium: qui vbi hoſtem conſpexit deueniſſe in plana, reuerſus eſt, vt prælium committeret, cumq; mille equites in inſidijs poſiti fuiſſent in quodam torrente, vt ſe Iudæis à tergo obijcerent, Jonathas qui hoc maturè ſenſit non eſt territus: ſed inſtructa in laterculi formã acie, hortatus eſt ſuos, vt vtrinque pugnarent in hoſtem, à tergo & à fronte adorienti reſiſtendo. cumq; prælium protraheretur vſque veſperam, data parte exercitus Simoni fratri, iuſſit hunc cum hoſtium phalange confligere. ipſe verò ſuis mandauit, vt obiectis ſcutis exciperent tela immiſſa ab equitibus. qui cum hoc feciſſent, exhauſti ſunt telis equites, nec tamen quenquam læſerunt. non enim penetrabant ad corpora, ſed obiectu ſcutorum ceu teſtudine, denſitate eorum facilè repellebantur, & cadebant irrita. Vbi verò iaculando à manè vſque poſt meridiem laſſatum hoſtem animaduertit Simon, phalangem aggreditur, & vſus egregia ſuorum opera hoſtem coëgit fugere. quo viſo equites, ne ipſi quidem locũ ſuum tenuerunt: ſed feſſi diutina iaculatione, & videntes nihil amplius ſpei ſitũ in peditibus, nullo ordine confuſi fugiebant, diſſipati per totam planiciem. Ionathas autem victos Azotum vſq; perſequens, multis cæſis reliquos deſperata ſalute in templum Dagonis, quod eſt in ea vrbe, cõpulit. qua capta eodem impetu, & ipſam & circumuicinos vicos incendit. ac ne Dagonis quidẽ religione deterritus, & fanum ipſius & quotquot eò confugerant concremauit. fuitq; numerus tàm eorum qui exuſti ſunt, quàm qui ceciderunt in prælio, octo millia hominum. Deuicto igitur hoc exercitu, ab Azoto profectus ad Aſcalonem admouit copias. & cum extra vrbem caſtra poſuiſſet, prodierunt ad eum Aſcalonitæ cum hoſpitalibus muneribus. quibus acceptis, & collaudata eorum voluntate, reuerſus eſt illinc Hieroſolyma, multã ſecum ducens prædam, quam abegit deuictis hoſtibus. Cæterum Alexander audito quòd victus eſſet dux eius Apollonius, ſimulabat ſe lætum, quãdoquidem ille præter animi ſui ſententiam aggreſſus eſſet Ionathã, amicum & ſocium: & miſit ei virtutis ergò fibulam aureã, quod geſtamen ſolis cognatis Regis concedebatur, & Accaronis toparchiã ei poſſidendã in perpetuũ addixit. Per idem tempus Ptolemæus Philometor cum naualib. & terreſtribus copijs venit in Syriam, Alexandro genero laturus auxilium, alacriter excipientibus ipſius iuſſu ciuitatibus vſque Azotum, vbi obtundebatur querimonijs deplorantium Dagonis templi incendium: accuſabantq; populariter Ionatham autorem eius iniuriæ, qui & agros eorum vaſtaſſet ferro ac flammis, & plurimos ciuium dediſſet exitio, Ptolemæo penè diſſimulanter audiente eorum querimonias. Ionathas verò apud Ioppen ei occurrit, exceptus & muneribus & omni honoris genere. deinde cum vſq; Eleutherum fluuium Regem deduxiſſet, reuerſus eſt Hieroſolyma. poſtquam autem Ptolemaidem peruenit, mini-

An. mũdi 3818. Ante Chriſtum natum 146.

Apollonius cum Ionatha prælium committit, & ab eo fugatur.

Ionathas victos Azotũm vſq; perſequens Dagonis fanum concremat, octo millia hominum in eo exurens.

Alexander dona Ionathæ mittit.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. Ptolemæus Philometor, Alexandro genero laturus auxilium in Syriam venit.

Ionathas Ptolemæo occurrit, & ab eo honorificè excipitur.

An. mũdi 3818. Ante Christum natum 146.

Ptolemæo à genero insidiæ structæ, qua etiã de causa filia ab eo abstracta Demetrio promittitur.

mum abfuit quin oppreſſus ſit Ptolemæus, Alexandri inſidijs per Ammonium eius amicum appetitus. quibus detectis ſcripſit Alexandro, depoſcens Ammonium ad ſupplicium, quod meritum aiebat, propter ſtructas ſibi inſidias. qui cum non dederetur, intellexit ipſum Alexandrum earum fuiſſe autorem, & cœpit eum magno odio proſequi. Antiochenos autem iam antea propter eundem Ammonium infenſos habebat, à quo plurimis affecti fuerãt incommodis. Non tamen effugit pœnam Ammonius, turpiter, vt mulier, cæſus, dum amictu fœmineo quærit latebras, quemadmodum in alio diximus commentario. Ptolemæus autem affinitatis Alexandri pœnitens, & lati aduerſus Demetrium auxilij, abſtracta à marito filia confeſtim ad Demetrium mittit legatos de ſocietate & amicitia, his conditionibus, vt data ipſi in matrimonium filia, in paternũ regnum eum reſtitueret. At ille & amicitiam eius & oblatam coniugem perlibenter amplexus eſt. vnus etiam reliquus erat labor Ptolemæo, vt Antiochenſibus perſuaderet Demetrium recipere, alienatis ab eo propter iniurias à patre eius acceptas. perfecit tamen hoc quoque. nam propter Ammonium habentes exoſum & Alexandrum, facile impulſi ſunt, vt eum ex vrbe eijcerent. Atque

Ptolemæus Aſia regnum ſibi ablatũ Demetrio tradendum ſuadet.

ita elapſus ex Antiochia venit in Ciliciam: Ptolemæus verò vrbem ingreſſus & à ciuibus Rex conſalutatus eſt, & ab exercitu, coactus duo ſibi imponere diademata, alterum Aſiæ, Ægypti verò alterum. Sed cum eſſet natura iuſtus & nimiæ potentiæ minimè cupidus, adhæc prudens, & qui nollet Romanis inuidioſus fieri, aduocata Antiochenſium concione, perſuaſit eis, vt Demetrium reciperent. pollicitus eum maiorem rationem habiturum recentis eorum beneficij, quàm odiorum quæ illis cum patre eius interceſſerant. Se quoque affirmauit monſtratorem eis fore vitæ rectè inſtituendæ & adminiſtrandæ Reipub. nec paſſurum quicquam tentare quod non deceat. nam quod ad dominationem attineat, contentum ſe eſſe Ægypti imperio. atque ita perducti ſunt in eam ſententiam Antiocheni, vt Demetrium reciperent. Cæterum cum Alexander ducens validum exercitum è Cilicia inuaſiſſet Syriam & Antiochenum agrum vaſtaret rapinis atque incendijs, occurrit ei Ptolemæus vnà cum genero ſuo Demetrio: iam enim confectæ erant nuptiæ: & victus Alexander compulſus eſt fugere in Arabiam. Fortè accidit in eo prælio, vt equus Ptolemæi conſternatus barritu elephanti eum excuteret, proſtratumq; aggreſſi hoſtes vulneribus in caput inflictis in periculum extremum adducerent, ni ereptus eſſet interuentu ſatellitum. attamen per integrum quatriduum ſopitis ſenſibus, nec loqui potuit, nec loquentes intelligere. Alexandri verò caput Zabelus Arabum dynaſta reciſum miſit ad Ptolemæum, qui die quinta demum reſpirans à vulneribus, & ad ſe reuerſus iucundiſſimo ſibi rumore ſimul & ſpectaculo capitis ac mortis Alexandri pauit animum & oculos. nec ita multo poſt exſatiatus gaudio percepto ex inimici interitu, & ipſe vitam finijt. Alexander autem cognominatus Veles, per quinquennium regnum obtinuit, ſicut aliàs indicauimus. Demetrius autem cognomine Nicanor, regno potitus cum eſſet prauo ingenio malè multabat Ptolemæi milites, oblitus & auxilij & affinitatis, quæ per Cleopatræ nuptias recens interceſſerat. Illi verò peroſi hominis ingratitudinẽ receperũt ſe Alexandriã elephãtis tamen in eius poteſtate relictis. Interim Ionathas pontifex coactis è tota Iudæa copijs, aggreſſus eſt oppugnare arcem Hieroſolymis & Macedonicum preſidium, cum deſertoribus religionis qui eò confugerant. Hi primum contemnebãt

Alexandri victi in Arabiam fuga, & cædes.

Mors Ptolemæi.

conatus

eonatus Ionathæ, quòd satis fiderent loci munitionibus: tandem nocte aliquot sceleſti elapſi peruenerunt ad Demetrium, arcis oppugnationem nunciantes. Qui iratus mouit exercitum ex Antiochia contra Ionatham: cumq́ peruenisset vſque Ptolemaidem, acciuit eum ad ſe per literas. Ille non intermiſſa oppugnatione, cum ſenioribus populi & ſacerdotibus aurum, argentum, veſtem, aliaq́ xenia deferens venit ad Demetrium, & hac munificentia mitigauit Regis animum: tractatusq́ honorificè, confirmatus eſt in Pontificatu, quemadmodum & à ſuperioribus Regibus. Accuſatoribus autem eius transfugis fidem non habuit: verùm etiam rogatus vt pro Iudæa vniuerſa tribusq́ attributis ei toparchijs, Samaria, Ioppe, & Galilæa, CCC. tantum talenta penderentur, conceſſit per diploma tale. Rex Demetrius Ionathæ fratri & Iudæorum genti gaudium. Exemplum epiſtolæ quàm ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro, miſimus ad vos vt ſciretis: Rex Demetrius Laſtheni patri gaudium. Genti Iudæorum amicis noſtris & iura umicitiæ ſeruantibus, decreui beneuolentiæ gratiam referre. quapropter tres præfecturas, Apherimam, Lyddam, Ramatham cum ſuis finibus, Samaritis ademptas ad Iudæam attribuo: & remitto quicquid ſolebant ante me Reges accipere à ſacrificantibus Hieroſolymis, aliaq́ tributa pro fructu terræ atq́ arborum: præterea ſalinarum vectigal & aurum coronarium: neque quicquam horum exigetur in poſterum. Cura igitur vt huius ſcripti exemplar mittatur ad Ionatham, & dedicetur in illuſtri aliquo loco templi ſanctiſſimi. Hactenus diploma. Porrò Demetrius videns ditionem ſuam pacatam, & nihil timendum periculi, dimiſit exercitum, & ſtipendia militum minuit, ſolis exteris mercedem ſoluens, quos ſecum è Creta aliiſq́ inſulis collectos adduxerat. quamobrem odium ſibi concitauit apud proprium militem, cui ipſe nihil numerabat, ſolito ab aliis ante eum Regibus etiam pacis tempore ſtipendium accipere, vt hoc pacto alacriores fierent ad ſubeunda, quoties opus eſſet, pericula.

An. mũdi 3820. Ante Chriſtum natum 144.

Ionathas Demetriũ muneribus placat.

Demetrij ad Laſthenem diploma, in quo Iudæis immunitates promittit.

Demetrius militum odium concitat, ſtipendium pacis tempore minuendo.

CAP. IX.

Tryphon Apamenus poſt deuictum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnum aſſerit, recepto in amicitiam Ionatha.

EAM alienationem militum à Demetrio animaduertens quidam ex Alexandri ducibus genere Apamenus, Diodotus cognomine Tryphon, venit ad Malchum Arabem, qui educabat Alexandri filium Antiochum: & cum indicaſſet ei quàm infenſi eſſent Demetrio milites, ſuaſit vt ſibi Antiochum traderet. effecturum enim ſe, vt is receptus potiretur paterno imperio. At ille primùm difficilem ſe præbebat, quòd non ſatis ei fideret: tandem Tryphon euicit aßiduis precibus. Interea Ionathas Pontifex volens tollere Hieroſolymitanæ arcis præſidium, & impios transfugas, reliquoſq́ qui arces tenebãt in ea regione, legatione cum muneribus miſſa ad Demetrium, rogabat eum vt præſidia de Iudæa caſtellis eijceret. Qui non hac tantum in re, ſed maiora etiam gratificaturum ſe ei pollicitus eſt, quàm primùm leuatus eſſet præſenti bello, per cuius negocia non liceret nunc id facere. poſtulabat etiam vt pro iure amicitiæ mitteret auxilia, quandoquidem ſui milites ad hoſtem deficerent: moxq́ tria millia delectorum militum Ionathas ad Regem miſit. Caterùm Antiochenſes exoſum habentes Demetrium, tàm propter ipſius quàm propter paternas iniurias, cupiebant eum per

Hedio & Ruffinus Cap. 8. 1. Mac. 11. Diodotus cognomine Tryphon Apamenus à Malcho Arabe Antiochum Alexandri filium petit.

Ionathas legatione cũ muneribus miſſa ad Demetrium, vt præſidia de Iudææ caſtellis eijceret, rogat.

An.mũdi 3820. AnteChriſtum natum 144.

Rebellio Antiochenſium : & vltio eam ſubſecuta.

occaſionem aggredi: videntesq; auxilium ei veniſſe à Jonatha, & conſiderantes breui augendas eius vires niſi maturè præuenirent, correptis armis circumſtiterunt regiam velut expugnaturi, & intercepto exitu conabantur illum in potestatem ſuam redigere. Qui videns populum armatum hoſtiliter ſe impetere, aſſumpto mercenario milite & Judæis auxiliaribus, conflixit cum Antiochenſibus, & ſuperatus numero compulſus eſt cedere. Tum Judæi receperunt ſe in tectum regiæ, & è ſuperiore loco miſſilibus feriebant populum: quod cum tuto facerent propter loci eminentiam, facilè repulerunt eum à propinquis ædibus: & mox iniecto in eas igne, incendium totam vrbem peruagatum eſt, propter denſitatem ædificiorum, quæ tota ferè conſtabant è materia lignea. Antiochenſes vero non valentes ædibus flagrãtibus ſuccurrere, in fugam ſe verterunt. Tum Judæi de vno tecto in aliud tranſilientes, miris modis eos inſectabantur. Rex autem animaduertẽs Antiochenos occupatos in eripiendis liberis & vxoribus, & ideo intermiſiſſe prælium, per diuerſos angiportus eos aggreſſus, multis occiſis reliquos coëgit abiectis armis deditionem facere: & conceſſa audacia venia, ſeditionem compeſcuit, donatosq; Iudæos præda quàm ex direptionibus parauerant, & collaudatos quaſi autores eius victoriæ, remiſit ad Ionathan non ſine præclaro virtutis eorum teſtimonio. poſtea tamen ingratus apparuit, & non ſeruauit pollicita, bellum etiam minatus, niſi redderet tributa omnia quæ Iudæorum gens ſolita eſt prioribus Regibus pendere. Feciſſetq; etiam ni impeditus eſſet à Tryphone, coactus apparatum contra Ionathan factum in illum potius vertere. reuerſus enim ex Arabia in Syriam cum Antiocho etiam tum adoleſcente, diadema eius capiti impoſuit: & deficientibus ad ſe omnibus militibus qui fraudati

Demetrio Antiochia adimitur.

ſtipendijs fuerant, aperto bello Demetrium adortus eſt: & vno prælio facto ſuperior, tum elephantos, tum Antiochenam vrbem illi ademit compulſo in Ciliciam cedere. Tum Antiochus adoleſcens miſſis literis & legatis ad Ionathan, ſocium & amicum eum nominat, & Pontificatũ ei confirmat, conceſſis & quatuor præfecturis, quæ Iudæorũ regioni attributæ fuerant. ad hæc aurea vaſa & pocula veſtemq; purpuream & ius vtendi miſit ei, nec non fibulam auream, cooptato inter amicos primarios. Simonem etiam eius fratrem militibus, quantum eorum eſſet Tyrum inter & Ægyptum, præpoſuit. Ionathas verò lætus collatis in ſe per Antiochum beneficijs atq; honoribus, & ipſe ſuos legatos ad eum ſimul & Tryphonem miſit, amicum ſe & ſocium profeſſus, geſturumq; cum bellum contra communem hoſtem Demetrium, multa de eius ingratitudine queſtus, quòd pro beneficio iniuriam ſibi repoſuiſſet. cum igitur permiſſum ei ab Antiocho, collectis etiam è Syria & Phœnice militibus bellum contra Demetrij duces gerere, confeſtim profectus eſt ad vicinas vrbes & oppida: quæ honorificè exceptus, nullis tamen adiutus eſt militibus. & cum Aſcalonem peruenisſet: hic quoq; ab oppidanis cum muneribus ei occurſum eſt: quos & ipſos hortatus eſt, quemadmodum alias vrbes Cœleſyriæ vt à Demetrio deficerent ad Antiochum, & pro acceptis iniurijs pœnas ab eo repeterent. eſſe enim multas cauſſas, cur ad hoc conſentire debeant. quibus perſuaſis vt polliceretur auxilia, ad Gazæos peruenit, vt hos quoq; conciliaret Antiocho. hos præter ſpem inuenit portas ſibi clauſiſſe, nolentes deſerto Demetrio parti aduerſæ ſe coniungere. quare Ionathas iritatus eſt vt & agros vaſtaret, & vrbem conaretur vi capere: relictaq; ad eius obſidionem parte exercitus, cum reliqua manu in vicos ſæuiebat incendijs.

Ionathas ob acceptà beneficia operã ſuam Tryphoni contra Demetrium offert, & præbet.

dijs. Tum Gazæi videntes præsentem calamitatem ab hoste, nec vllum interim auxilium à Demetrio, & spem quoq; incertam propter locorum distantiam, satius existimauerunt illo omisso necessitati suæ consulere: & missis ad Ionatham nuncijs recepti sunt in societatem atq; amicitiam. Aliquando enim homines nonnisi suo malo docti intelligunt quid sit vtile, cum deberent sapere ante acceptum incommodum, & vltrò potius quàm coacti imperata facere. Ionathas verò acceptis obsidibus, & missis Hierosolyma, digressus inde, totam regionem vsq; Damascum obibat. cumq; Demetrij validus exercitus accessisset ad vrbem Cedasam, quæ propinqua est Tyriorũ agro & regioni Galilææ, vellentq; Ionatham abstrahere à Syria laturũ opem Galilæis suæ ditionis hominibus, occurrit eò properè, Simone fratre ad Iudææ præsidium relicto. Is collectis quotquot poterat eius regionis militibus, Bethsuram oppugnabat, locum totius Iudææ munitissimum, & insessum à Demetrianæ factionis hominibus, vt iam antè diximus. qui cum aggeribus simul ac machinis vehemẽter infestarentur, veriti ne occupato per vim loco ad vnum necarentur, per nuncium rogabant Simonẽ, vt sibi liceret relicta ipsi Bethsura, incolumibus decedere & proficiscì ad Demetrium. ille verò data eis in hoc vt postulabant fide, pro Macedonico suum ibi collocauit præsidium. Interim Ionathas in Galilæa motis à stagno Gennesara castris quæ primùm posuerat, in campum Asor progressus est, nescius hostem esse in eo. Demetriani verò qui ante vnum diem aduẽtum eius præsenserant, collocatis prius in monte insidijs, ipsi in campo ei se opposuerunt. Quos cõspicatus Ionathas paratos ad prælium, & ipse suos pro tempore ad certamen instruit. Sed cum à tergo se insidiatores Iudæis ostendissent, veriti ne intercepti in medio contrucidarentur, in fugam se dederunt, ita vt penè omnes Ionatham desererent in periculo. Soli duces Matthias Apsalomi & Iudas Chapsai cum quinquaginta virorum fortium manu permanserunt: qui à desperatione sumpta audacia tanto impetu aduersam hostium frontem impulerunt, vt territi ceu furentibus cederent. Tum verò illi qui Ionatham destituerant, videntes fluctuantem & inclinatam hostium aciem, reuersi in prælium iam in apertam fugam versos persequebantur, donec ad Cedasa ventum est, vbi intra castra compulsi sunt. Ionathas autem egregia victoria potitus, recepit se Hierosolyma. Et cum omnia sibi ex sententia Dei fauore videret cedere, misit Romam legatos de renouanda amicitia, quibus dedit mandata, vt in reuertendo obiter inuiserent Lacedæmonios, eosq; cognationis admonerent atque fœderis. qui postquam Romam venerunt, expositis ad Senatum postulatis Ionathæ Pontificis, quòd cuperet renouari fœdera, & impetratis quæ volebant omnibus, acceptisq; literis commendaticijs ad Reges Europæ & Asiæ, quò tutius possent iter facere, in reditu peruenerunt etiam ad Lacedæmonios, & obtulerunt eis literas à Ionatha Pontifice, quarum exemplum erat hoc. Ionathas Pontifex gentis Iudæorum & senatus ac populus Iudæorum, ephoris Lacedæmoniorum senatuiq; & populo fratribus suis Salutem. Si valetis, et res vestræ tàm publicè quàm priuatim prosperè cedunt, gaudemus: valemus enim nos quoque. Superioribus temporibus perlata ad Oniam Pontificem nostrum, ab Ario Rege vestro missa per Demotelem epistola, de cognatione nostra, cuius exemplar subiunximus, & literas eas cupidè accepimus, & Demoteli atq; Ario omnem exhibuimus beneuolentiam, quamuis iam ante hoc non ignoraremus, nimirum docti è sacris nostris scripturis. Quòd verò non prius

An. mũdi 3820. Ante Christum natum 144.

Simon Ionathæ frater Bethsuram occupat.

Ionathas fugat Demetrij milites.

Ionathas renouat amicitiam cum Romanis & Lacedæmonijs.

An. mũdi 3821. Ante Christum natum 143.

An. mũdi 3821. Ante Christum natum 143.

prius vos cognatos agnouerimus, ideò factum est, ne videremur vobis captandæ amicitiæ occasionem præripere. Interim toto eo tempore ex quo renouata est nostra necessitudo, in sacris solennitatibus rem diuinam facientes, etiam pro vestra salute ac victoria vota nuncupauimus. Et cum multis circumquaq; bellis vexaremur propter vicinorum immoderatas cupidines, tamen nec vos nec alios amicos solicitandos duximus. Nunc verò peracto bello, misimus ad Romanos Numenium Antimachi & Antipatrum Jasonis, viros senatores & honoratos: quibus etiam ad vos dedimus literas, vt renouent mutuam nostram amicitiam. Benè igitur facietis si vos quoq; nobis scripseritis, & significaueritis si qua in re vobis opera nostra possit esse vsui, ad omnia obsequia promptos nos habituri. Itaq; Lacedæmonij & legatos comiter acceperunt, & decretum publicum de amicitia atq; societate eis tradiderunt. Hoc tempore tres Judæorum sectæ erant, quæ de rebus humanis inter se dissentiebant: vna Phariſæorum dicta,

Tres Iudæorum sectæ.

Phariſæi.

altera Sadducæorũ, tertia Essenorum. Horum Phariſæi, quædam, at non omnia fato tribuunt, quædam verò in sua potestate esse aiunt, vt vel fiant vel non fiant. Esseni verò omnia in fati potestate esse affirmant, nec quicquam hominibus prater fati decretum accidere. At Sadducæi fatum omninò negant, & è rebus tollunt, dicentes nihil fataliter euenire hominibus: & omnia in nostra ipsorum potestate esse, vt tam felicitatis nobis ipsi autores simus, quàm infortunij si deteriora consilia secuti fuerimus. Sed de his diligentius tractauimus in secundo de Iudaico bello volumine. Porrò Demetrij duces volentes accepta cladis abolere ignominiam, maioribus copijs reparatis duxerunt contra Jonatham. qui, comperto eorum aduentu properè in Amathensem agrum occurrit. nolebat enim eos sine impedimento Judæam inuadere. cumq; ad quinquaginta stadia propè hostem castra posuisset, misit qui res hostium & munitiones perspecularentur. qui cum explorassent omnia, & quosdam captiuos noctu adduxissent, indicantes quòd ex improuiso hostis vellet eos aggredi, maturè omnia communijt, dispositis etiam extra castra excubijs, & in armis retinens per totam noctem exercitum iussum parato esse animo, etiam si noctu pugnare opus sit, nequid eos hostium conatus fallerent. Demetrij verò duces vt sensere Ionatham præmonitum hærebant inopes consilij, hocipso turbati, quòd viderent nihil sibi successurum absq; insidiis, nec aperto marte pares se Ionathæ futuros ducerent. Decreuerunt igitur abire, & relictis multis per tota castra ignibus, quò magis hostem fallerẽt, noctu discesserunt. At Ionathas manè castra adortus, postquam deprehendit inania, cœpit fugientes persequi, sed frustra. Iam enim transgressi fluuium Eleutherum in tuta loca se receperant. Flexo igitur in Arabiam itinere, & Nabatæis castatis, abactaq; præda & captiuis abductis, Damascum veniens illic omnia vendidit. Per idem tempus & frater eius Simon obeundo totam Judæam & Palæstinam vsq; Ascalonem, opportuna loca firmabat præsidiis, atq; ita communita regione armis & ædificijs, Ioppen contẽdit: eiq; occupata validum imposuit præsidium, quòd intellexerat Ioppenses velle Demetrio dedere suum oppidũ. His igitur ad hunc modum dispositis Ionathas & Simon reuersi sunt Hierosolyma. Ibi Pontifex aduocata in templum cõcione populi, suasit vt reficerent vrbis mœnia, & murum quo templum septum fuerat rursum reficerent, turribusq; altis additis munitiorem redderent. vtq; alium murum excitarent inter arcem & vrbem, atq; hoc pacto excluderent eos qui arcem custodiebant, & ad commeatuum penuriam

De bello Iudaico lib. 2. Cap. 12.

Demetrij duces iterum in Ionathã mouent: nihil sibi successurum videntes noctu discedunt.

Ionathas in Arabiã proficiscitur, & Nabatæos vastat.

Simon Ionathæ frater Ioppen occupat.

Ionathas & Iudas Hierosolyma & arcem reficiunt.

penuriam eos adducerent. praterea vt arces hinc inde per regionem dispositas, additis nouis munitionibus firmiores etiam ac tutiores facerent. Qua sententia comprobata suffragijs populi, ipse assumpta sibi muniendæ vrbis cura, Simoni vt idem in cæteris Iudææ locis curaret, dedit negocium. Caterùm Demetrius traiecto flumine peruenit in Mesopotamiam, volens hanc & Babylonem simul occupare, vt potitus superioribus satrapijs, sedem belli ibi constitueret. vocabatur enim per crebras legationes ab eorum locorum Græcis atque Macedonibus, pollicentibus deditionem si veniret, atque etiam contra Parthorum Regem Arsacem auxilia. Qua spe accensus properauit ad illos, cogitans si res aduersus Parthos cessissent prosperè, facilè se deinde exturbaturum Tryphonem è regno Syriæ. vt verò magna alacritate exceptus est ab eius regionis hominibus, collecto valido exercitu, bellum Arsaci intulit, & superatus prælio amissoq; exercitu, ipse viuus in potestatem hostium venit, sicut aliâs narrauimus.

An. mũdi 3821. Ante Christum natum 143.

Demetrius in Arsacem Parthorum Regem mouet, prælioque superatus, capitur.

CAP. X.

Demetrio à Parthis capto Tryphon fœdus violat, & Ionatha dolo capto atq; interfecto Simoni eius fratri bellum infert.

TRYPHON autem cognita calamitate Demetrij, non amplius fidus erat Antiocho, sed cogitabat quonam pacto, eo sublato, regnum posset ipse inuadere & occupare: nec aliud magis videbatur obstare eius cupiditati, quàm Ionathas amicus Antiocho. Itaque decreuit illum prius è medio tollere, atque ita demum adolescentem aggredi. quamobrem ad Bethsan profectus, quæ Græcis nominatur Scythopolis, inuenit ibi Ionatham cum quadraginta millibus lectissimorum militum, paratum obsistere si quis vim inferre conaretur. Videns igitur hominem non imparatũ ad certamen, muneribus & comitate conatus est ei imponere, iussis suis ducibus vt imperata Ionathæ facerent, quò magis fidem beneuolentiæ fictæ astrueret, & omnem illi suspicionem eximeret, atque ita incautum opprimeret facilius. postremò suasit vt dimitteret exercitum, cessante bello, & pacatis rebus omnibus. rogabat tamen vt, retenta circa se modica manu, comitaretur eum Ptolemaidem, & acciperet in tutelam suam ciuitatem eam arcesq; finitimas, dicens se in hoc venisse, vt has ei traderet. Ionathas verò nihil mali suspicatus, credensq; verè & beneuolo animo Tryphonem hæc consulere, dimisit exercitum, exceptis tribus millibus. ex his duo in Galilæa reliquit, mille verò secum duxit, Tryphonem prosecutus Ptolemaidem. Oppidanis verò vrbem confestim, ita, vt præmoniti fuerant, claudentibus, viuus captus est, militibus eius ad vnum contrucidatis. moxq; missa est in Galilæam pars exercitus, vt & illa duo millia nec opinata per dolum opprimeret. Sed quia rumor de Ionatha capto aduentum eorum præuenerat, arreptis armis maturè inde euaserunt.

Hedio & Ruffinus Cap. 9. 1. Mac. 12. 13. Tryphon regnum Antiochi ad se transferre cupiens, Ionanathæ conatib. eius se oppositurí, insidiatur, & per dolum opprimitur.

An. mũdi 3822. Ante Christum natum 142.

Nam Tryphonis milites non ausi experiri vim, quòd intelligerent paratos pro tuenda vita extremum adire periculum, infectare vnde venerant retrò reuersi sunt.

An. mũdi 3822. Ante Christum natum 142.

CAP. XI.

Quòd Simoni Iudæorum gens & Pontificatum simul & copiarum imperium detulit.

1. Mach. 13. Ionathæ desiderium omnes Hierosolymis capit.

IEROSOLYMIS autem postquam auditum est de Ionathæ captiuitate, & comitatus eius interitu, ingens dolor cepit omnes & tanti viri desiderium, quòd non sine causa timerent, ne destituti eius prudentia simul & fortitudine, infestarentur à finitimis: qui in eam diem metu Ionathæ cohibiti, tum videbantur velut dato signo coorituri, & adducturi Iudæorum gentem in extremum salutis periculum. nec eos fefellit sua expectatio. quamprimùm enim auditum est necatum esse Ionatham, vndiq; excitatum est in eos bellum, tanquam non habentes amplius cuius ductu militare possent, & rem gnauiter gerere, quin & ipse Tryphon collecto exercitu, in animo habebat Iudæam inuadere. Simon autem videns Hierosolymitanos metu nouorum motuum attonitos, & volens eis contra Tryphonis conatus addere animum, conuocato in templum populo, sic exorsus est ad eos verba facere. Non ignoratis viri tribules, quàm gnauiter ac intrepidè ego & pater ac fratres pro libertate mortis periculis nos exposuerimus: quibus domesticis exemplis excitatus, cum non nouum sit in nostra familia legibus patrijs & religioni propugnandæ vitam impendere, nullo terrore adigi potero, vt vitam gloriæ præferam. Quapropter cum non desit vobis dux paratus pro vobis quiduis quantumuis magnum vel pati vel facere, sequimini alacriter quocunque duxero. neque enim ego melior sum meis fratribus vt vitæ parcere debeam: neque ita degener, vt quod illis semper visum est longè pulcherrimum, scilicet pro religione atque legibus vitam profundere, ipse per ignauiam subterfugiam: quin potius certum est germanum me illorum fratrem egregijs approbare facinoribus. Confido enim in Deo, quòd pœnas ab hostibus exigere dabitur, vosq; vnà cum vxoribus & liberis ab eorum iniurijs eripere, & insuper templi sanctimoniam tutam præstare ab illorum impia violentia. Video enim profanas gentes non ob aliud in vos cooriri, nisi quòd existimant destitutos ducis prouidentia. His Simonis verbis accensa multitudo, recepit animos & fiduciam, & posita formidine ausa est meliores spes concipere: ita vt vno ore totus populus acclamauerit, placere Simonem imperium accipere, & in locum fortissimorum fratrum Iudæ ac Ionathæ succedere. nunquam enim se detrectaturos iussa illius. Itaque collectis mox omnibus quotquot ex suis ad militiam essent idonei, aggressus est vrbem mœnibus cingere, communireq; celsis & validis turribus. quo opere perfecto, misit Ioppen vnum ex amicis Ionatham Absalomi filium, iussum habitatores eius populariter inde eijcere, veritus ne vrbem Tryphoni traderent. ipse interim mansit Hierosolymis ad vrbis custodiam. Tryphon autem Ptolemaide profectus cum magno exercitu, venit in Iudæam, ducens secum vinctum Ionathan. ei Simon occurrit cum suis copijs iuxta oppidum Addida, situm in monte cui Iudæorum campi subiecti sunt: Tryphon verò cognito quòd Simon Iudæorum Princeps sit constitutus, misit ad eum nuncios, & hunc dolo circumuenire cupiens: mandabatq; vt si vellet dimitti fratrem Ionathan, centum argenti talenta persolueret, & cum eis duos Ionathæ filios mitteret ad se obsides futuros, quòd ille dimissus non alienaturus sit Iudæam à Regis imperio. nunc enim eum tantisper seruari in vinculis, dum debitam Regi pecuniam

Iudæam finitimæ gentes, sicut & Tryphon inuadunt.

Simon Ionathæ frater cõuocato in templũ populo, se patris ac fratrum vestigia sequuturum pollicetur.

An. mũdi 3823. Ante Christum natum 141.

Simon Iudæ ac Ionathæ fratribus succedit.

Simon Ionathã Absalomi filium, Ioppen, vt habitatores inde eijceret, mittit.

Tryphon fraudulenter spem fratris redimẽdi, propositis conditionibus, facit Simoni.

pecuniam redderet. At Simonem techna eius non latuerunt: sed intelligens quòd & pecuniã perditurus esset, nec fratrem liberaturus, quin & filios eius insuper hosti dediturus, tamen timens criminationem suorum, ne negatis pecunijs & filijs videretur fuisse fratri causa interitus, aduocato in concionem exercitu postulata Tryphonis ad eos retulit, admonitis prius quòd subessent insidiæ. præstabilius tamen esse & pecunias & filios mittere, quàm contemptis Tryphonis conditionibus suspicionem incurrere, quasi fratrem seruare noluerit: atq; ita placuit & Jonathæ pueros mitti & pecuniam. quibus acceptis Tryphon non seruauit fidem, nec dimisit Ionatham, sed cum exercitu peragrabat regionem, volens per Idumæam ascendere Hierosolyma, peruenitq; vsq; Dora Idumææ oppidum. At Simon eum perpetuò consectabatur, castra castris illius opponens. interim qui in arce erant vrgentibus Tryphonem vt properè sibi commeatus mitteret, iussit paratum esse equitatum, quasi eadem nocte venturus Hierosolyma. sed quia per eam noctem multa nix delapsa viam opertam difficilem maximè equis reddiderat, irritum factum est eius propositum, & motis inde castris in Cœlesyriam rediit properè: obiterq; in Galaditica regione interfecto & sepulto Ionatha, ipse Antiochiam se contulit. Simon autem à Basca oppido fratris ossa in Modim & paternum sepulchrum transtulit, publico luctu honorati; vbi amplissimum monumentum exstruxit patri simul & fratribus suis è marmore polito & candido. excitato enim in latè conspicuam celsitudinem, porticus circumdedit & columnas singulas è singulis lapidibus, opus admiratione dignissimum. ad hæc pyramides septem parentibus & fratribus cuique vnam erexit, mira tàm magnitudine quã pulchritudine, quæ durant vsq; ad nostra tempora. tanta fuit Simonis cura, vt Ionathas cæteriq; domestici quàm magnificentissimo sepulchro essent conditi: qui defunctus est exacto Pontificatus simul & imperij anno quarto. Cuius successor Simon constitutus suffragio populi, primo sui principatus anno suis immunitatem tributorum peperit, quæ hactenus Macedonibus erant soliti pendere: idq; accidit post annum centesimum septuagesimum ex quo Seleucus Nicanor Syriæ regno potitus est. Tanto autem in honore apud populum fuit Simon, vt tam in priuatis instrumentis quàm in scripturis publicis adiicerent, actum esse anno primo Simonis Iudæorum ethnarchæ optimè de gente sua meriti. nam huius principatu res eorum magnis accessionibus auctæ sunt, & multas de finitimis hostibus retulêre victorias. Deuastauit enim Gazaram & Ioppen & Iamniam, expugnatáque Hierosolymorum arce solo eam æquauit, ne posthac esse posset hostibus receptaculum, néue inde vrbi aliquod inferretur incommodum. quo facto visum est ei operæprecium, simons quoque, in quo sita fuerat, complanaretur, vt solum templum emineret: effecitq; id commemoratis pro concione malis quæ à præsidiarijs in eam diem Iudæi passi fuerant, quæque etiam in posterum ferre cogerentur, si externus aliquis princeps ei loco imponeret præsidium. adeoq; permotus est eius exhortatione populus, vt non intermisso per triennium neque die neque noctu opere, tandem ad planiciem eum locum indefesso labore per vices sibi succedentes redegerint, atque ita nihil reliquerint quod obstaret, quò minus templum omnibus in vrbe locis esset longè celsius.

An. mũdi 3823. Ante Christum natum 141.

Ionathas à Tryphone interficitur.

Monumentum Ionathæ.

Immunitas à tributis Iudæis parata.

Autoritas Simonis.

Simon Hierosolymorum arcem expugnat.

An. mũdi 3824. Ante Christum natum 140.

CAP. XII.

An. mũdi 3824. Ante Christum natum 140.

Simon Tryphonem in Dora compulsum oppugnat, initio cum Antiocho cui Pius cognomen erat, fœdere.

Hedio & Ruffinus Cap 10. 1. Mac. 15. Tryphon Alexandro necato, imperio potitur.

NON *multò autem post quàm Demetrius captus est, Alexandri filius cognomine Deus à Tryphone est necatus, anno quarto postquam eius tutelam susceperat: sparsoq; rumore, quòd inter exercendum se esset extinctus, per intimos amicos solicitauit milites magnis pollicitationibus vt sibi regnum deferrent, captum à Parthis Demetrium dictitans, Antiochum verò fratrem si potiretur imperio, vltorem fore defectionis qua fratrem eius deseruerint. illi adducti in spem maximam, quasi ditandi hoc principe, imperium ei continuò deferunt. Tum verò adeptus iam concupitam potestatem, non amplius dissimulare prauum ingenium valuit, quod priuatus tegere conatus est, quò magis animos hominum sibi conciliaret, quamprimùm enim Rex declaratus est, absque persona Tryphonem agere cœpit, id quod aduersariorum partibus non mediocriter profuit. Milites enim pertæsi eius mores defecerunt ad Cleopatram vxorem Demetrij, quæ tum in Seleuciam cum liberis se incluserat. Et cum Demetrij frater Antiochus cognomine Soter oberraret, nec ab vlla vrbe reciperetur metu Tryphonis, misit ad eum Cleopatra, coniugium suum & regnum ei offerens. fecit autem hoc partim amicorum suasu, partim quòd timeret, ne quidam Seleucenses vrbem Tryphoni traderent. quò postquam venit Antiochus affluente ad eum quotidie multitudine, & crescentibus viribus, bellum Tryphoni intulit: quem prælio victum eiecit è superiore Syria, & vsque Phœnicen persequens, compulsum in Doram castrum munitissimum obsidione cinxit. Misit etiam legatos ad Simonem Iudæorum Pontificem, qui de amicitia & societate agerent. qui & postulata eius libenter admisit, & mox misso commeatu ac pecunijs ad oppugnantes Doram milites, Antiochum ita demeruit, vt inter intimos amicos ab eo reciperetur. at Tryphon elapsus è Dora, cum perfugisset Apamiam, vrbe vi capta, interfectus est, triennio post quàm regno potitus fuerat.*

Tryphon ad regnum euectus concupitam potestatẽ, quam priuatus tegere conatus fuerat, ostendit.

Tryphonis milites ei infesti, ad Cleopatram Demetrij vxorem deficiunt, quæ Antiocho Sotere coniugium & regnum offert.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. Antiochus Tryphonem eiectum Syria, in Dora obsidione cingit.

An. mũdi 3827. Ante Christum natum 137.

Tryphonis cædes.

CAP. XIII.

Bello inter Antiochum & Simonem orto Cendebæus dux regius è terra profligatur.

Hedio & Ruffinus Cap. 12.

CÆTERVM *Antiochus ob innatam auaritiam beneficiorum immemor, traditis amico Cendebæo copijs, misit eum, vt, vastata Iudæa, Simonem in potestatem redigeret. qui audita eius iniquitate, quamuis iam senior, tamen indignitate rei permotus, iuueniliter hosti cum exercitu fit obuiam: præmissisq; cum fortissimo quoque filijs, ipse cum reliquis copijs subsequebatur diuerso itinere: positisq; compluribus locis inter angustias insidijs, nusquam non rem gessit ex sententia: & in omnibus congressibus factus superior, reliquum vitæ in pace exegit, cum & ipse renouasset cum Romanis amicitiam.*

Simon cũ filijs Cendebæum regione expellit.

Quòd

CAP. XIIII.

Quòd Simon à genero ſuo Ptolemæo in conuiuio per dolum occiſus eſt.

An. mũdi 3830. Ante Chriſtum natum 134.

IS *per octo annos Iudæis præfuit, poſtremo in conuiuio caſus, inſidijs generi ſui Ptolemæi: qui vxore etiam eius & duobus filijs comprehenſis ac coniectis in vincula, miſit quoſdã, vt tertium quoq; Ioannem, cui & Hyrcano fuit nomen, interficerent. adoleſcens autem hoc præſentiens maturè in vrbem refugit, fretus fauore multitudinis conciliato per paterna beneficia, ſimulq; odio quo Ptolemæũ proſequebatur populus. Is enim volentem eum ingredi per portam aliam fortiter repulit, eo quòd iam Hyrcanum receperat.*

Hedio & Ruffinus Cap. 13. 1. Mach. 16. Nulla fides, pietasq; ne in ſocero quidem.

CAP. XV.

Quomodo fruſtratis Ptolemæi conatibus Hyrcanus principatu potitus eſt.

ILLE *igitur recepit ſe in quandam arcem ſupra Hierichunta ſitam, quæ Dagon dicitur. Hyrcanus verò, accepto paterno Pontificatu, & ſacris operatus, cum litatum eſſet, eduxit contra Ptolemæum exercitum: & oppugnando locum cætera quidem erat ſuperior, vincebatur autem ſola pietate erga matrem & erga germanos miſericordia. hos enim Ptolemæus productos in mœnia flagris cædebat in loco omnibus conſpicuo, minitans ſe præcipitaturũ eos, niſi frater ab oppugnando deſiſteret. at ille putans quantum de oppugnatione remitteret, tantũ ſe gratificari ſuis cariſſimis, ſtatim in primo conatu elangueſcebat. Mater tamen ad eum manus tendens ſupplicabat, ne molliretur affectibus, ſed potius indignitate rei motus daret operam, vt redactum in poteſtatem inimicum afficeret pœna, & vlciſceretur homines ſibi natura coniunctiſſimos, gratum enim ſibi fore inter tormenta emori, modo nefarius homo ſcelerum ſuorum ſupplicium lueret. Hyrcanus verò talibus verbis accendebatur ad aſſultum maiore impetu faciendũ, ſed quamprimum verberari & lacerari matrem videbat, refrigeſcebat ſtatim oppugnationis feruor, & vincebatur filius maternis affectibus. cumq; hoc pacto traheretur diutius obſidio, ſuperuenit annus ille quo ſolenne eſt Iudæis ceſſare ab operibus, recurrente anno ſeptimo. atque ita liberatus à bello Ptolemæus occiſis Hyrcani matre ac fratribus, fugit ad Zenonem cognomine Cotylam, qui tum apud Philadelphenſes inuaſerat tyrannidem.*

An. mũdi 3831. Ante Chriſtum natum 133. Hedio & Ruffinus Cap. 14. 1 Mach. 16. Ptolemæus oppugnatus ab Hyrcano, ideſt plurimũ σοφὸν naturalem valere, matrem & germanos, quos captos tenebat, in muris, ni ab oppugnatione deſiſtat, præcipitandos locat.

Hiſtoriarum Biblicarum finis.

CAP. XVI.

Quòd Antiochus cognomento Pius, ducto contra Hyrcanum exercitu, placatus 300. talentis fœdus cum eo inijt.

ANTIOCHVS *autem memor incommodorum, quæ à Simone acceperat, Iudæã aggreſſus eſt, ex quo regnare cœperat anno quarto, principatus verò Hyrcani primo, ſexageſima ſecunda ſupra centeſimã olympiade: vaſtatiſq; agris Hyrcanũ in vrbem ipſam compulit. eam ſeptenis caſtris cum cinxiſſet, primum nihil proficiebat, propter firmitatem mœniũ & virtutem propugnantium, accedente etiã aquarum penuria. cui tandem ſub occaſum Pleiadis delati imbres fuerunt remedio. poſtremò ad ſeptentrionalem muri partem, quà planior erat aditus, excitatis centũ turribus quæ ſurgebant vſq; tertiam contignationem, impoſitiſq; in eas*

Hedio & Ruffinus Cap. 15. Antiochus Hyrcanũ in vrbem compellit.

Pleiades, ſeptem ſtellæ.

An. mũdi 3831. Ante Christum natum 133.

cohortibus, quotidiè tentabat mœnia: duplicique fossa longa simul & lata cinctis Iudæis præclusit omnem exitum. illi contrà crebrò excursantes, si fortè negligentius custodiri castra offenderent, afficiebant hostem clade aliqua: quod si paratos ad resistendum inuenirent, recipiebãt se in tutiora facile. Hyrcanus autem postquàm cognouit sibi obesse suorum multitudinem, quòd inutiliter absumerentur ad victum necessaria, secretam infirmiorem turbam eiecit extra mœnia, solis retentis qui ob vigorem ætatis ad pugnam erant idonei. Antiochus autem exclusos vetabat progredi, ita, vt miserabiliter oberrantes mœnibus conficerentur inedia. sed cum superuenissent festum scenopegia, miseratione suorum rursus in vrbem recepti sunt. Rex etiam rogatus, vt gratia festi inducias septem dierum concederet, religione motus impetrari eas passus est: nec hoc contentus victimas misit magnificè, tauros auratis cornibus, & pocula tam aurea quàm argentea referta omne genus aromatibus: & exercitui præbuit epulum, longè diuersus ab Antiocho Epiphane, qui capta vrbe porcos super altari mactauerat, & iure carnium illarum templum asperserat, violatis Iudæorum legibus simul & cerimonijs: vnde acerbissima exorta sunt eius gentis contra eum odia. at hic Antiochus propter religionem Pius cognominatus est ab omnibus. Hyrcanus verò cognita eius æquitate & pietate delectatus, legatos ad eum misit, rogãtes, vt liceat sibi patrijs viuere legibus. tum Rex repulsis qui suadebant internecione delendã gentem insociabilem & discretam instituto à reliquis omnibus, & approbata Iudæorum pietate, imperauit, vt obsessi arma sibi traderent, & vectigalia Ioppes caterarumq; extra Iudæam vrbium concederent, & insuper præsidium reciperent, promittens pacem eis se daturum his conditionibus. Assenserunt illi ad omnia excepto præsidio, quòd vitarent exterorum consuetudinem: quod ne reciperent, maluerunt Regi dare obsides, & D. talenta insuper: quorum trecenta mox repræsentata sunt, & inter obsides fuit etiã ipsius Hyrcani frater: deiectaq; mox lorica quæ imposita erat mœnibus, soluta est obsidio. Cæterum Hyrcanus aperto monumento Dauidis, qui olim Regum omnium fuerat ditissimus, tria millia talentorum inde protulit: quibus pecunijs fretus primus omnium cœpit externum militem alere: & inito cum Rege fœdere, exceptum in vrbem cum exercitu tractauit liberalissimè: quin & profectum in expeditionem Parthicam secutus est vnà cum auxilijs. Testis est nobis Nicolaus Damascenus, sic scribens: Antiochus erecto tropæo ad Lycum fluuium, vbi Indatem Parthorum ducem profligauerat, hæsit ibi per biduum ad preces Hyrcani Iudæi, quod in id tempus fortè quædam Iudæorum festiuitas incurrerat, per quam non licebat eis iter facere. Et verum est, quod ille scripsit: nam pentecoste instabat post Sabbatum, quo tempore nostris iter facere nefas habetur. Deinde cũ Arsace Partho Antiochus signa contulit, quo prælio victus & vitam simul amisit & exercitum. Syrorum autem regnum frater eius recepit Demetrius, dimissus ab Arsace quo tempore Parthorum regionem inuaserat Antiochus, sicut iam ante in alijs commentarijs diximus.

Infirmior turba ciuitate ejecta recipitur.

Antiochius Scenopegiæ gratia septẽ dierum inducias Iudæis concedit.

Hyrcanus eũ Antiocho soluta obsidione fœdus facit.

Hyrcanus ingentem pecuniæ vim ex Dauidis monumẽto profert.

Nicolaus Damascenus.

Antiochus in conflictu cum Parthis interemptus.

An. mũdi 3838. Ante Christum natum 126.

CAP. XVII.

Hyrcani expeditio in Syriam.

Hedio & Ruffinus Cap. 16.

ÆTERVM Hyrcanus, audita morte Antiochi confestim ad vrbes Syriæ duxit exercitum, ratus id quod erat, inuenturum se eas vacuas propugnatoribus. Medabã igitur non sine labore sexto demum mense vi

Hyrcanus multas Syriæ vrbes capit, & templum in monte Garizim desolatur.

se vi cepit: deinde Samegam cum vicinis oppidis, & insuper Sicima atque Garizim cum gente Chuthæorum, quæ accolebat templum instar Hierosolymitani exstructum permissu Alexandri à Sanaballete duce in gratiã generi ipsius Manassæ, qui fuerat frater Iaddi pontificis, vt & antè dictum est. incidit autẽ huius templi desolatio post annum CC. *Hyrcanus verò etiam Iudumææ vrbes cepit, Adora & Marissam, subiugatisq; omnibus Idumæis edixit, vt circumciderentur, nisi mallent è proprijs pelli sedibus. at illi amore patriæ admiserũt & circumcisionem, & reliquam iuxta Iudaicos ritus viuendi formulam: atq; ex eo primũ tempore inter Iudæos censeri cœpti sunt. Caterum Hyrcanus pontifex renouaturus cum Romanis amicitiam, misit legatos ad Senatum: vbi recitatis eius literis amicitia impetrata est his conditionibus. Fanius M. F. Pr. indixit Senatũ in campum* VIII. *Id. Februarias, præsente L. Manlio L. F. Mentina, & C. Sempronio C. F. Falerna, propter eas res, quas legati retulerunt, Simon Dosithei, Apollonius Alexandri, Diodorus Iasonis, viri honesti ac probi, missi à populo Iudæorum: qui etiam egerunt de amicitia & societate, quæ eis intercedit cum pop. Rom. & de negotijs publicis, vt Ioppe & portus, Gazaraq; & fontes atq; vrbes reliquæ per Antiochum ablatæ præter Senatus decretum, restituantur hæc omnia, néve militibus* Regijs *liceat per regionem ipsorum, aut subditorũ iter facere. & vt eo bello per Antiochum attentata præter decretum Senatus fiant irrita: vtq; legati à Senatu missi, curent reddi, quicquid Antiochus abstulerat, & precium agrorum æstiment, qui eo bello deuastati sunt. &, vt literæ cõmendaticiæ legatis dentur ad Reges & liberos populos, quò tutius possint reuerti in patriam. Quibus de rebus visum est Senatui renouare societatem & amicitiã cum viris bonis, & missis à bono atq; amico populo. De literis autẽ scribendis responsum est, curæ futurũ senatui quam primum ab alijs negotijs vacauerit, & daturũ operã ne vlla posthac eis inferatur iniuria, mandatumq; est prætori Fanio, vt ex publica pecunia legatis numeraret viaticum, quò commodius se referre possent in patriam. atq; ita publico sumptu Legatos Prætor domum remisit, cum cõmendaticijs ad eos, per quorum loca erant transituri. Et Hyrcani quidem pontificis rerũ status hic fuit. Demetrius autem* Rex, *cupiens bellũ Hyrcano inferre, opportunitatem non habuit, inuisus ex æquo tam Syris quàm suis militibus, propter mores improbos, ita vt miserint ad Ptolemæũ Physconem, rogantes, vt aliquem ex Seleuci genere eis daret, quẽ possent* Regem *sibi constituere. cumq; is misisset Alexãdrum Zebinam, comminisso prælio Demetrius vincitur, & refugiens è pugna ad Cleopatram vxorem in Ptolemaidem excluſus est ab ea: delatusq; inde Tyrum ab inimicis capitur, & diu miserè vexatus tandem interficitur. Alexander autẽ* Regnum *adeptus fœdus ferijt cum Hyrcano pontifice, deinde petitus bello ab Antiocho Grypho, Demetrij filio, in prælio casus, occubuit. At Antiochus regnũ Syriæ consecutus, nõ ausus est expeditionẽ contra Iudæos suscipere, audito quòd frater ipsius germanus, eodem nomine dictus Antiochus, copias contra se apud Cyzicum colligeret. Quapropter nihil in Iudæos mouens, decreuit parare se contra fratris aduentum, cognominati Cyziceni, eo quòd in illa vrbe educatus sit. patre autem genitus erat Antiocho Sotere, qui à Parthis occisus est. accidérat enim vt Cleopatra duobus fratribus alteri post alterũ nuberet, sicut aliàs diximus. Porrò Antiochus Cyzicenus vbi peruenit in Syriam, multis annis cum fratre cõflictatus est, Hyrcano interim per totũ illud tempus agente in pace cõtinua.*

An. mũdi 3840. Ante Christum natum 124.

Idumæi ab Hyrcano subiugati circumcisionem & ritus Iudaicos admittunt.

Hyrcanus amicitiam cũ Romanis renouat.

An. mũdi 3844. Ante Christum natum 120.

Demetrius ab Alexãdro victus, trucidatur.

Hedio & Ruffinus Cap. 17. Alexander in conflictu cum Antiocho Grypho cæsus.

An. mũdi 3852. Ante Christum natum 112.

mox

An. mũdi 3852. Ante Christum natum 112.

mox enim post Antiochi cædem defecerat à Macedonibus: iamq; nec vt subditus, nec vt amicus vllam illis ferebat opem amplius: sed maximis successibus res eius auctæ sunt Alexandri Zebinæ tempore, & maioribus etiam regnãtibus his duobus fratribus. bellum enim quo se atterebant mutuò, occasionem Hyrcano præbuit, vt securè frueretur Iudææ prouentibus, & ingentem pecuniarũ vim inde congereret. Et Cyziceno vastante fratris regionem, nõ dissimulauit & ipse quid moliretur: videnscq; Antiocho nihil esse ab Ægypto præsidij, sed tam ipsum quàm eius fratrem multas clades accipere ex continuis inter se certaminibus, vtrunq; facilè despexit.

Hyrcanus dum fratres intestinis bellis laborãt, in pace viuit.

CAP. XVIII.

Quòd Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens victus aufugit.

An. mũdi 3854. Ante Christum natum 110.

QVA PROPTER duxit exercitum ad Samariã vrbem munitissimam, quæ quòd nunc Sebaste vocetur ab Herode condita, cum erit opportunum dicemus. hanc adortus oppugnabat nullis parcens laboribus, infensus ei propter iniurias illatas Marissenis, colonis Iudæorum & socijs, sed Syriæ Regi subditis. Cum itaq; vrbem fossa & duplici muro cinxisset per LXXX. *stadia, obsidioni præfecit filios Antigonum & Aristobulum: quibus vrgentibus & fame premente eò necessitatis adducti sunt Samaritæ, vt coacti vesci cibis insuetis homini, postremò Antiochi Cyziceni opem implorauerint. qui cum venisset properè, victus est ab Aristobuli militibus: & insequentibus eum fratribus vsque Scythopolim, agrè euasit. at illi reuersi contra Samaritas rursum eos compellunt intra mœnia, & cogunt iterum ab eodem Antiocho auxilium petere. Is accitis à Ptolemæo Lathuro circiter sex armatorum millibus, quos ille inuita matre & tantum non imperio per eam deturbatus miserat, primum vagabatur per ditionem Hyrcani latrocinabundus cum Ægyptijs, non audens quidem aperto marte decernere quod esset impar viribus, existimans tamen se vastandis agris effecturum, vt Hyrcanus obsidionem Samariæ solueret. Sed postquam multos è suis amisit exceptos hostium insidijs, profectus est inde Tripolim, Callimandro & Epicrati ducibus demandato bello Iudaico. ex his Callimander audacius quàm prudentius cum hoste congressus, profligatis suis & ipse inter alios cecidit. Epicrates autem pecunia corruptus, Scythopolim & alia quædam oppida manifestè Iudæis prodidit: nec quicquam Samaritis obsessis profuit. atque ita Hyrcanus integro anno in oppugnatione exacto, non contentus vrbem capere, etiam solo eam æquauit, inductis illò torrentibus: quorum eluuie ita cuncta fœdata sunt, vt ne vestigium quidem supereesset eius oppidi. Incredibile autem quiddam narratur de Hyrcano Pontifice dignatum eum esse diuino colloquio. Fertur enim quòd illa ipsa die qua eius filij conseruerunt cum Cyziceno prælium, Pontifex ipse solus in templo odoramenta adolens vocem audierit, nunciantem filiorum recentem de Antiocho victoriam: idq; mox progressus renunciauit multitudini, & paulo post certius comprobatum est eius oraculum. Et Hyrcani quidem res gestæ sic se habuerunt. Accidit autem hoc tempore, vt non Hierosolymis solũ, sed & apud Alexandriam reliquamq; Ægyptum & Cyprum fortuna aspiraret Iudæorum successibus. Cleopatra enim Regina à filio Ptolemæo Lathuro dissidens, copijs suis duces præposuit Chelciam & Ananiam filios Onia, qui templum in Heliopolitana præfectura ædificauerat Hierosolymitano simile, vt alias diximus. ex horũ sententia*

Antiochus auxiliatur is Samaritis, ab Aristobulo cæditur & fugatur.

Epicrates pecunia corruptus, Scythopolim Iudæis prodit.

Hyrcanus Samariam capit.

Hyrcano in tẽplo per vocem, filiorum de Antiocho victoria nunciatur.

Chelcias & Ananias Cleopatræ copijs duces præpositi.

tentia Regina gerebat omnia, ſicut & Strabo Cappadox teſtatur his verbis: Plerique enim qui prius nobiſcum venerunt in Cyprum, quíve pòſt à Cleopatra illò miſſi ſunt, confeſtim deficiebant ad Ptolemæum. ſoli verò ex Onia factione Iudæi conſtanter manſerunt in officio, eo quòd ciues eorum Chelcias & Ananias apud Reginam eſſent in precio. Hæc Strabo. Hyrcano autem apud Iudæos felicitas inuidiam peperit. ſed præcipuè Phariſæorũ ſecta malè ei volebat, de qua ſupra mentionem fecimus. tanta autem eorum autoritas eſt apud populum, vt etiamſi Regi obloquantur aut Pontifici, fidem tamen eis vulgus habeat. Horum diſcipulus & Hyrcanus fuerat, in primis carus huic hominum generi. quos cum aliquãdo vocaſſet ad conuiuium, & accepiſſet comiter, poſtquam animaduertit eos exhilaratos, ſic illos affatus eſt: Scire eos ſuam voluntatem, quod nihil magis cuperet quàm iuſtus eſſe, & omnia iuxta Dei placita facere, quemadmodũ & ipſi doceãt. attamen ſi quid in ipſo deſiderarent, & aliqua in re à iuſticia præſcriptis aberrantem deprehenderent, officij illorum eſſe, vt admonitionè corrigant. cum verò omnes eius virtutem cõprobarent, vehementer gauiſus eſt eorũ teſtimonio. tandem vnus è cõuiuis Eleazarus, vir malus & ſeditioſus, Quandoquidem, inquit, ais te cupere audire veritatem, ſi vis eſſe iuſtus, abdica te pontificatu, & contentus eſto principatu populi. Illo verò cauſam rogante, cur ita hoc poſtularet: Quia inquit, audiuimus ita à natu grandioribus, matrem tuã captiuam fuiſſe regnãte Antiocho Epiphane. Falſus autem erat is rumor, & ideò grauiter his verbis Hyrcanus offenſus eſt, nec minus Phariſæi cæteri. Tum Ionathas quidam è Sadducæorum ſecta, quæ eſt Phariſæis contraria, præcipuus Hyrcani amicus, dicebat de communi Phariſæorum ſententia conuitiatum Eleazarum: quod ſi dubium videatur, manifeſtũ fore interrogatis illis, qua pœna hominem dignũ cenſeant. Quod poſtquã Hyrcanus rogauit, dicens ex pronunciata ab illis ſententia ſe cogniturum, an ex eorũ conſenſu factum ſit ſibi conuicium, & illi ſatis putarunt, ſi vinculis caſtigaretur & verberibus, quòd iniquum videretur capite hominem plecti ob maledicentiam, & alioqui hoc genus clemens ſit in animaduerſionibus: vehementer exacerbatus eſt, quaſi iam compertũ haberet eos eſſe autores opprobratæ ſibi generis infamiæ. Nec deſtitit Ionathas furenti calcar addere, in tantũ, vt, deſertis Phariſæis, ad Sadducæos deficeret, & abrogatis illorũ conſtitutionib. earum obſeruatores pœnis afficeret: atq; hinc factũ eſt, vt & ipſe & eius filij parũ gratioſi apud vulgum fuerint: quemadmodũ aliâs opportunius dicetur. Nunc enim indicandũ eſt, quòd multas conſtitutionũ à maioribus per manus acceptas Phariſæi tradiderint populo, quæ non ſunt ſcriptæ inter leges Moſaicas: & ideò Sadducæi his autoritatẽ abrogãt, dicentes oportere eas tantũ ſeruari, quæ ſcripto cõtinentur. atq; hinc magna inter vtroſq; exorta eſt controuerſia, dum ditiores ſtant à Sadducæorũ partibus, Phariſæi verò cætera multitudinis nituntur fauoribus. Sed de his duabus ſectis & Eſſenorum tertia ſatis docuimus in ſecundo de Iudaico bello volumine. Hyrcanus autem ſeditione ſedata, & poſt hanc exacta vita feliciter, elapſiſq; vno & triginta annis eius imperij moritur, relictis quinque filijs ſuperſtitibus, tribus maximis à Deo habitus dignus honoribus, principatu gentis Iudæorum, & Pontificatu & Prophetia. fruebatur enim diuinis colloquijs. vnde tantam nactus eſt futurorum præſcientiam, vt prædixerit duos maiores natu è ſuis liberis, non diu fore paterni principatus compotes: quorum exitum operæprecium eſt cognoſcere, quò magis patris eluceat diuinatio.

An. mũdi 3854. Ante Chriſtum natum 110.

Strabo Cappadox de Iudæorum fide.

Hyrcanus & Phariſæi hoſtes.

Eleazarus Phariſæus Hyrcano matris captiuitatem exprobrat.

Ionathas Sadducæus Hyrcanum contra Phariſæos inflãmat.

Hyrcanus à Phariſæis ad Sadducæos deficit.

Conſtitutiones Phariſaicæ.

Hyrcanus moritur.

An. mũdi 3861. Ante Chriſtum natum 103.

Vaticinium Hyrcani, de filijs.

An. mũdi 3862. Ante Christum natum 102.

CAP. XIX.

Aristobulus primus sibi Diadema imponit.

Hedio & Ruffinus Cap. 18.


Aristobulus Hyrcani filius, post captiuitatem Babylonicã diadema sibi primus imponit.

DEFVNCTO enim eorum patre Aristobulus, natu maximus volens principatum in regni formam vertere, diadema sibi primus imposuit, post CCCCLXXXI *annos, & menses tres, ex quo de captiuitate Babylonica liberatus populus ad pristinas sedes post limi-*

Aristobulus Antigonum in regnũ societatem admittit, cæteros in vincula coniicit, & matrem fame necat.

nio reuersus est. cumq; fratrem suum secundum Antigonũ amaret, in societatem dominationis eum assumpsit, cæteros verò in vinculis habuit. matrem etiã coniecit in carcerem, principatus æmulam, (nam illam Hyrcanus dominam rerum reliquerat) atq; eò crudelitatis processit, vt fame necaret in vinculis. post matrem verò interfecit fratrem quoq;, quem præ alijs diligere videbatur, & in regni societatem admiserat, alienatus ab eo per calumnias. quas primo quidem reiecit, partim quòd eum diligeret, partim quòd per inuidiã confictas putaret. Sed cum aliquando Antigonus magnificè reuerteretur è bello, quo

Aristobulus Antigonum fratrem interficit.



tempore populus solenne scenopegiæ festum celebrat, accidit vt Aristobulus ægrotans decumberet, frater verò interfuturus sacris splendidissimè ornatus in templum ascenderet cum armatorum comitatu, potissimũ pro salute Regis vota facturus. Tum hi quibus studiũ erat excitare inter fratres discordiã, nacti occasionem è rebus prosperè gestis Antigoni & pompa quã adornauerat, venerunt ad Regem, & omnia exaggerauerunt, dicentes hæc iam esse supra priuati hominis conditionem, & affectati regni manifesta indicia: aiebantq; venturũ breui cum valida armatorũ manu ad occidendũ Regem, quòd stultũ existimet cũ regno solum potiri liceat, cõmunicato honore contentũ esse. Aristobulus autem quamuis nõ omninò his crederet, tamen prospiciens quomodo posset & suspicionem vitare, & securitati suæ consulere, collocauit satellites in loco quodam obscuro & subterraneo, (decumbebat autem in turri quæ post, mutato nomine, Antonia dicta est) mãdauitq; vt siquidem sine armis frater veniret, nemo eum attingeret: quòd si armatus aduentaret, vt trucidaretur. præmisit tamen ad eũ qui rogaret vt inermis

Antigonus apud Aristobulum falsò accusatus.

vt inermis veniat. At Regina, & reliqui insidiatores, persuaserunt nuncio, vt contraria diceret, audisse fratrem, quòd armaturã eximiam sibi comparasset, cupereq; ita armatũ contemplari. Antigonus verò nihil mali suspicans, & fretus fratris beneuolentia, ita, vt erat cum tota armatura venit ad Aristobulũ, contemplandum se prabiturus. cumq; peruenisset ad turrim Stratonis, quà valdè obscurus erat transitus, à satellibus interfectus est. Huius autem casus facilè ostendit, quantum possint liuor & calumnia, & quàm sint efficaces ad subuertendã etiã naturalem beneuolentiã. Sed illud maximè admiratu dignũ est, quòd Judas quidam, cuius predictiones nunquam fefellerunt, vaticinatus est. Is cum videret Antigonum accedentem ad templum, apud discipulos, qui eum ob hanc scientiã assectabãtur exclamauit, pœnitere se iam vita, quandoquidem eius vanitatem coarguet incolumis Antigonus, quem ea die apud Stratonis turrim moriturum predixerat: quoniam locus ille abesset DC. *stadijs, & diei pars maior exacta esset: atq; ita periculũ esse, ne mentiatur suum oraculum. Ad hunc modũ solicito nunciatur Antigonũ casum ad cellam subterraneam turris, qua & ipsa Stratonis vocabatur, sicut & illa maritima, qua pòst Cæsarea nominata est, qua ambiguitas vatem perturbauerat. Aristobolum autem continuò cepit fraterna necis pœnitentia: qua res morbum eius aggrauauit, dum factum suum continenter detestaretur, ita, vt postremo, crescentibus doloribus, sanguinem vomeret. eum quidã è ministris efferens, diuina opinor, ita volente prouidentia, prolapsus in eo ipso loco effudit, qui Antigoni cædis cruenta habebat vestigia. quo facto ingens eorũ, qui viderant, clamor exoritur, quasi data opera puer illic effudisset sanguinem, ita vt clamoris causam sciscitaretur Aristobulus. omnibus autem dicere tergiuersantibus, tantò magis contendebat cognoscere, quòd natura ita comparatum sit, vt suspecta nobis sint, qua dissimulantur silentio. tandem vbi minis ac terroribus expressit, vt fatentur veritatem, conscientia grauiter ictus animũ plurimas effudit lacrymas: & gemitum ex imo pectore ducens, Ergo non latet Deum, inquit, meum impium ac sceleratum facinus, quãdo tam cito reposcor ad pœnas cognati sanguinis? ó corpus impudens quousque retinebis animam, quam materni simul ac fraterni manes flagitant? cur non semel eam reddis, ne sic per partes opus sit libare meum sanguinem, atque ita parentare oppressis per nefas & paricidium? vix ea fatus erat cum exhalauit animam, vno tantum anno in regno exacto, cognominatus Philellen, id est Græcorũ amator, post auctam multis beneficijs patriam, illato bello Iturææ, magnaq; eius parte attributa ad Iudææ limites, cuius habitatores comminatione exilij coëgit circumcisionem cæterosq; Iudaicos ritus admittere. Alioqui natura æquus erat & modestus, vt attestatur Strabo ex autoritate Timagenis, sic dicens: Hic vir æquus fuit & Iudæis multis in rebus commodus. nam & ditionem eorum auxit, & partem Iturææorum eis attribuit, deuinctam circumcisionis fœdere.*

An. mũdi 3862. Ante Christum natum 102.

Aristobuli coniunx versuta, Antigonum dolo trucidari curat.

Vis calumniæ.

Iudas Essæus vates.

Stratonis turris, & maritima Cæsarea nominata.

Aristobuli fratricidæ pœna.

Conscientiæ labes.

Aristobulus Iturææ habitatores circumcisionem cæterosq; Iudaicos ritus admittere cogit.

Strabo ex Timagene de Aristobulo.

CAP. XX.

Alexandri Iudæorum Regis res gestæ.

An. mũdi 3863. Ante Christum natum 101.

POST *Aristobuli obitũ Salome eius vxor, quam Græci Alexandram nominãt, solutis eius fratribus, quos ipse, vt diximus, vinxerat: Iannæum, qui & Alexander est, Regem constituit, ætate cæteros præcedentem atq; modestia: cui accidit, vt mox natus exosus patri factus sit, nec vnquã, dum ille viueret, in eius conspectũ admissus.*

Hedio & Ruffinus Cap 19.

Salome, Alexandra cognominata, Aristobuli vxor, Alexandrũ Iannæum Regem cõstituit.

An. mũdi 3863. Ante Christum natum 101.

admissus. eius odij causam ferunt hanc. Cum aliquando in somnis ei Deus apparuisset, rogauit de successore, solicitus de Aristobulo & Antigono, quos præ cæteris diligebat fratrib. Sed cum Deus huius effigiem designasset, contristatus quòd is in omnes fortunas esset successurus, in Galilæa educari eum voluit. Sed oraculi fidem euentus approbauit. Potitus enim hic regno post defunctum Aristobulũ, alterum fratrum insidiantem sibi interfecit: alterum contentũ priuata & ociosa vita in honore habuit. Constitutis deinde rebus imperij, prout sibi visum est cõducere, ad Ptolemaidem duxit exercitum: & cum prosperè pugnasset victos intra mœnia compulit, eosq; obsessos oppugnare adortus est. Solæ enim è maritimis Ptolemais & Gaza expugnandæ supererant, & præter has Zoilus, qui tyrannidem apud Stratonis turrim & Doram occupauerat. Sed cum Antiochus Philometor & frater eius Antiochus Cyzicenus mutuis cladib. suas vires attererẽt, nihil præsidij ab eis exspectandum erat Ptolemaidensibus, verum Zoilus tyrannus cum ijs, quos alebat, militibus eorum quoq; dominationi propter discordiã regum inhians, nonnihil opis attulit. Nam Reges negligere videbãtur illorum periculum, athletis similes, quos, cum defessi sint certamine, pudet tamen aduersario manus dare, sed per interualla se ad instaurandum certamen refouent. Supererat vna spes ab Ægypti Regibus, & Ptolemæo Lathuro, qui à matre Cleopatra è regno eiectus Cyprum obtinebat. ad hunc igitur missis legatis, orabãt, vt auxilio veniens ex Alexandri manibus periclitantes eriperet. qui cum ei spem fecissent quòd delatus in Syriã habiturus esset Gazæos & Ptolemaidenses in suis partibus, simulq; Zoilum & Sidonios multosq; adiutaturos, elatus promissis nauigationem parabat. Interim Demanetus, qui plurimum apud suos ciues autoritate pollebat, persuasit Ptolemaidensibus, vt mutarent sententiam, conducibilius dicens, incertam cum Judæis belli aleam subire, quàm in certissimam seruitutem, accito Domino, se dedere, & insuper non præsens solum bellum sustinere, sed maius etiam ab Ægypto imminens. Cleopatram enim non permissurã Ptolemæum vires sibi parare è vicinia, sed contra eos venturam cum valido exercitu. dare enim Reginam operam, vt illum etiam è Cypro eijciat. futurum autem, vt si Ptolemæum sua spes frustretur, ipse in Cyprum retrorsum fugiat, miseri verò ciues, in extremo deserantur periculo. Igitur Ptolemæus cognita in itinere Ptolemaidensium mutatione, nihilominus cursum cõtinuauit, & cum appulisset ad Sycaminum, eo loci copias exposuit, quæ cõstabant connumeratis peditibus simul & equitibus, circiter triginta millibus. His adductis ad Ptolemaidem, & castris ibi positis, cum neq; legatos eius admittere, neq; verba audire vellent, in magnã cõiectus est solicitudinem. Postquã verò Zoilus ad eum & Gazæi venerunt, petentes auxilium cõtra Iudæos & Alexandrum agros ipsorum vastantem, obsidio quidẽ vrbis metu Ptolemæi soluta est. Cæterum reducto domum exercitu Alexander cœpit astu agere, clàm Cleopatrã contra Ptolemæum vocãs, apertè verò amicum eius & socium se simulãs. quin & CCCC. argenti talenta daturum se pollicitus est, si ille vicissim in gratiã ipsius Zoilum tyrannum tolleret, & agros eius Iudæis attribueret. Tunc igitur Ptolemæus libenter Alexandri amicitiam admittens, Zoilum capit: deinde verò cõperto quòd ille clã ad matrẽ ipsius Cleopatram nuncios mitteret, dissoluto cum eo fœdere, profectus est oppugnatum Ptolemaidem, quæ portas ei clausérat. Vbi relictis ad continuandã oppugnationem ducibus cũ parte exercitus, ipse cum reliquis copijs ad vastandam

Alexander alterũ fratrũ interficit, alterũ in honore habet.

Alexander ad Ptolemaidem exercitum ducit, eamque oppugnat.

An. mũdi 3864. Ante Christum natum 100.

Zoilus Stratonis turris & Doræ tyrãnus.

Ptolemæus Lathur' Rex Aegypti à matre Cleopatra è regno eiect' Ptolemaidensibus auxilio venit.

Zoilus & Gazæi à Ptolemæo cõtra Iudæos auxiliũ petunt.

Alexander Ptolemęo vt zoilũ tolleret persuadet.

Zoilus captus.

Ptolemais à Ptolemæo obsessa.

ac

ac domandam Iudæam ſe contulit. At Alexander poſtquam intellexit eius propoſitum, & ipſe ex ſua ditione collegit circiter quinquaginta millia, vel vt quidam ſcriptores malunt LXXX. *millia, & cum his hoſti iuit obuiàm. Ptolemæus verò ex improuiſo adortus ſabbato Aſochim Galilææ oppidum vi cepit, & circiter decem captiuorum millia, præter aliam multam prædam abduxit.*

An. mũdi 3864 Ante Chriſtum natum 100.

Ptolemæus Aſochim Galilææ oppidum vi capit.

CAP. XXI.

Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria.

DEINDE aggreſſus & Sephorim non longè inde diſtantem, multis deſideratis, abiit conflicturus cum Alexandro: cui occurrit ad Iordanem fluuium, iuxta Aſophon, qui non multum diſſitus eſt à flumine: & caſtra ex aduerſo hoſtium metatus eſt. habebat autem Alexander in prima acie pugnare ſolitos octies mille quos hecatontamachos appellabat, geſtantes æratos clypeos. ſed & Ptolemæi prima acies æquè æratis ſcutis vtebatur. Et cætera quidem inferiores ſibi viſi cunctantiores erant ad prælium: confirmabat autem eos non parum Philoſtephanus aciei ſtruendæ artifex, iubens tranſire fluuium ſupra quem caſtra habebant. nec Alexandro tranſitum eorum impedire placuit, rato faciliorem ſibi fore victoriam, ſi hoſtis à tergo haberet fluuiũ, & è pugna non poſſet refugere. & primum quidem æquo marte certabatur, multis vtrinq; cadentibus. deinde cum iam Alexandri milites ſuperiores fieri inciperent, Philoſtephanus cum parte ſuorum maturè cedentibus opem intulit, cumq; inclinato Iudæorum cornu nullus ferret ſuppetias, deſtituti ope proximorum fecerunt fugæ initium, cæteroſq; exemplo ſuo traxerunt. contrà Ptolemæi milites acriter inſtando Iudæos fugientes cædebant, & tandem profligatos eouſq; inſecuti ſunt interficiendo donec laſſatis manibus ferrum quoq; hebeſceret. Ferunt triginta millia cecidiſſe in eo prælio: Timagenes autem quinquaginta millia in ſuis ſcriptis retulit: cæteros partim captos, partim fuga ſeruatos incolumes. Ptolemæus verò cum poſt victoriam longè lateq; excurriſſet, ſerò tandem in quoſdam Iudæorum vicos ſe recepit: quos vbi vidit refertos pueris & mulieribus, mandauit militi, vt promiſcuè iugulatos & infuſta conciſos, in lebetes feruentes membratim conijcerent, vt, qui effugerant è prælio, hoſtem crederent humanis veſci viſceribus, & eò maior terror incuteretur reliquis: & huius crudelitatis tàm Strabo quàm Nicolaus meminit. Iidem etiam Ptolemaidem vi expugnauerunt, ſicut aliàs indicauimus. Porrò Cleopatra videns augeri filij potentiam, ſubiecta Gazæorum vrbe, & Iudæorum regione impunè peruaſtata, non permittendum duxit vt ille magis creſceret, maximè cum circa Ægypti portas obuerſaretur, & immineret eius imperio. quapropter continuò tàm nauales quàm terreſtres exciuit copias, quarum ſupremum regimen penes Chelciam & Ananiam Iudæos eſſe voluit: bonam etiam diuitiarum ſuarum partem cum nepotib. & teſtamentò apud Coum inſulam depoſuit. Iuſſoq; Alexandro filio cum magna claſſe in Phœnicen appellere, & deficientib. ad ſe eius regionis incolis, peruenit Ptolemaidem: vnde excluſa oppugnationem eius vrbis inſtituit. Tum Ptolemæus, relicta Syria, properauit in Ægyptum, ſperans ex improuiſo occupaturum ſe præſidijs vacuam, ſed opinione ſua fruſtratus eſt. Per idem tempus alterum è Cleopatræ ducibus Chelciam mori contigit, dum circa Cœleſyriam Ptolemæum perſequitur. At Cleopatra auditis filij conatibus, & quòd ei tentanti Ægyptum non ex ſententia ſucceſſerat,

Ptolemæus Sephorim aggreditur.

Ἑκατοντάμαχοι.

Clades Alexandri.

Ptolemæus vt maiorem terrorem Iudæis incutiat, humanas carnes coquere iubet.

Ptolemais vi expugnata.

Cleopatra contra filium exercitum parat.

Ptolemais à Cleopatra obſeſſa & expugnata.

An. mũdi 3864. Ante Christum natum 100.

missa eò parte exercitus omninò eum ex ea regione expulit. atq; ita rursum ex Ægypto eiectus, apud Gazam exegit eam hyemem. Interim Cleopatra Ptolemaidem, simul cum præsidiarijs expugnat. Quò cum venisset Alexander cum muneribus, & ita exceptus tractaretur, vt dignum erat hominem afflictum à Ptolemæo, nec aliud habentem refugium: cumq; quidam amicorum Reginæ suaderent, vt illam quoq; regionem occuparet, nec sineret tantam bonorum Judæorum multitudinem vnius viri parere nutibus: Ananias contrarium consuluit, iniquum facinus dictitans si hominem in societatem receptum suis facultatibus exueret, præsertim suum cognatum. Sic enim fore vt illata huic iniuria, omnes vbiq; gentium Judæos à se alienaret. His rationibus Ananiæ Reginæ inducta, abstinuit ab Alexandro iniuriam, & fœdus cum eo renouauit apud Cœlesyriæ vrbem Scythopolim. Tum verò liberatus metu periculi quod à Ptolemæo hactenus impendere visum est, expeditionem suscepit in Cœlesyriam, vbi Gadara post decem mensium obsidionem cepit: & paulo post potitus est Amathunte, quod est castrum omnium quæ ad Jordanem sita sunt munitissimum, vbi Theodorus Zenonis filius res suas charissimas deposuerat. qui ex inopinato Judæos aggressus, interfectis ex eis decem millibus, impedimenta Alexandri diripuit. Nec tamen hac clade Rex absterritus est quòminus in maritimo tractu Raphiam bello aggrederetur & Anthedonem, cui postea Herodes Rex mutauit nomen in Agrippiadem, quam & ipsam armis in potestatem suam redegit. & cum animaduertisset Ptolemæum Gazæa relicta in Cyprum recessisse, & matrem eius Cleopatram in Ægyptum, infensus Gazæis, quòd acciuissent illum contra se in auxilium, & vrbem eorũ oppugnauit, & agrum depopulatus est. interim Apollodotus eorum dux noctu cum duobus millibus conductitiorum militum, & decem millibus quæ ex oppidanis armauerat, erupit in castra Judæorum: & quandiu nocturna erat pugna, superiores erant Gazæi, hostibus aduentum Ptolemæi suspicantibus. sed quamprimum dies illuxit, & rei veritas apparuit, Judæi se conglomerarunt. & impetu facto in oppidanos circiter mille ex eis interfecerunt. Attamen ne sic quidem, quamuis grauante inopia, voluerunt cedere, parati quiduis potius perferre quàm ab hoste subigi: & addebat illis animum Aretas Rex Arabum, auxilij spem ostentans. Sed priusquam ille veniret, Apollodoto perempto, ciuitas capta est. Nam Lysimachus ipsius frater inuidens ei quòd tam gratiosus esset apud populum, occiso eo collegit manum militum, atq; ita vrbem Alexandro tradidit. qui primo pacatus introgressus est, deinde immissa in oppidanos militem permissa sæuiendi licentia, ac passim Gazæi trucidabantur. nec tamen illi moriebantur inulti, sed repugnantes inuasoribus non pauciores Judæos interimebant. alij verò desolatas prius ædes incendebant, ne hostis præda potiri posset. quidam etiam suismet manibus vxores ac liberos contrucidabant, ne in captiuitatem abstraherentur. Senatores autem numero D. in Apollinis cõfugerant: forte enim senatus habebatur, cum hostis intromissus est. Alexander verò etiã his iugulatis, & diruta insuper vrbe reuersus est Hierosolyma, anno post quàm castra ad Gazam admouerat. Eodem tempore etiam Antiochus Gryphus occisus est Heracleonis insidijs, anno ætatis suæ quinto & quadragesimo, regni verò nono supra vigesimum. cui succedens Seleucus filius bellum gessit cum Antiocho patruo, cui Cyziceno fuit cognomen, quem deinde in prælio captum neci tradidit. Nec ita multo post Cyziceni filius Anti-

Ptolemæus eiectus ex Aegypto.

Alexander fœdus cum Cleopatra renouat.

An. mũdi 3865. Ante Christum natum 99.

Gadaram Alexander capit.

Gaza oppugnata.

An. mũdi 3873. Ante Christum natum 91.

Apollodotus ex Gaza noctu in Iudæorum castra erumpit.

Aretas Rex Arabum Gazæis auxilij spem ostentat.

Lysimachus Apollodotum fratrem occidit, & Gazam Alexandro tradit.

Antiochus Gryphus occisus.

Seleucus Gryphi filius, cum Antiocho Cyziceno bellum gerit.

ochus

ochus cognomento Euſebes peruenit Aradum, &, impoſito ſibi diademate, Seleuco bellum intulit, quem vno prælio victum è tota Syria expulit. at ille fuga delatus in Ciliciam, poſtquam à Mopſeatis receptus eſt. cœpit ab eis tributa exigere: qui non ferentes exactionem. vna cum regia & ipſum & amicos concremauerũt. Regnante verò apud Syros Antiocho Cyziceni filio, Antiochus Seleuci frater bello eum aggreditur, & victus vitam ſimulamiſit atq; exercitum: poſt quem frater eius Philippus aſſumpto diademate regnauit in parte Syriæ. Interim Ptolemæus Lathurus quartum eius fratrem Eucærum cognomine accitum à Gnido, Regem apud Damaſcum conſtituit. His duobus fratribus ſtrenuè reſiſtens Antiochus, breui extinctus eſt. vocatus enim in auxilium Laodices Galadenorum Reginæ cum Parthis bellum gerentis, fortiter in prælio dimicans occũbuit, quo facto Syriæ regnum remanſit penes duos fratres, Philippum atq; Demetrium, ſicut alias narratum eſt. Porrò in Alexandrum domi ſeditio coorta eſt, cum per ſcenopegiæ celebritatem in parantem ſacrificare coniecta ſunt citrea: nam hos feſto noſtris morem eſſe palmeos & citreos thyrſos geſtare indicauimus. quin & conuitijs impetitus eſt populariter, exprobrantibus captiuitatem, & indignum qui ſacris operetur iactantibus. quibus iniuijs exacerbatus occidit eorum circiter ſex millia: & exſtructo circa fanum & altare ſepto ligneo pertingente vſq; ea loca ad quæ ſolis ſacerdotibus patet aditus, hoc pacto arcebat à ſe vim multitudinis. Sed & mercenarios milites alebat Piſidas & Cilicas. nam Syris infenſus, non vtebatur eorum opera. Deuictis deinde Arabibus, tributa Moabitis & Galaditis imperauit, & Amathunten diruit, non audente Theodoro manus conſerere. Congreſſus etiam cum Arabum Rege Obeda, & pertractus in inſidias, cùm camelorum multitudine protuſus eſſet in fauces aſperas & acceſſu difficiles iuxta Gadara vicum Galaditidis, ægrè euaſit ipſe incolumis: delatusq; fuga Hieroſolyma, ſuper acceptam cladem per ſex annos à ſua gente bello vexatus, non minus quàm quinquaginta millia Iudæorum occidit. & cum eos hortaretur ad reconciliationem, adhuc magis accendit eorum odia: dum roganti, quid ſe vellent facere, ore vno reſponſum eſt, vt ſeipſum interficiat: moxq; miſerunt ad Demetrium Eucærum qui ab illo auxilia peterent.

An. mũdi 3874. Ante Christum natum 90.
Antiochus Euſebes Seleucum fugat.
Antioch⁹ Seleuci frater Antiochum Cyziceni filium bello aggreditur.
Demetrius Eucærus à Ptolemæo Lathuro Damaſci rex conſtitutus.
In Alexandrum citrea comitia.
An. mũdi 3878. Ante Christum natum 86.
Amathus diruta.
Obedas Rex Arabum.
Hedio & Ruffinus Cap. 20.

CAP. XXII.

Demetrius Eucærus Alexandrum prælio victum ſuperat.

ILLE veniens cum exercitu, coniunxit ſe cum eis qui ſe acciuerant, & circa Sicima caſtra poſuit. Alexander verò cum mercenariorum ſex millibus & ducentis inſuper, Iudæorumq; ſuæ factionis viginti millibus illi occurrit. habebat autem ille equitum tria millia, peditum verò quadraginta. Itaque multa vtrinq; tentata ſunt, dum hic mercenarios vtpote Græcos ad defectionem ſolicitat: ille verò ſtantes cũ Demetrio Iudæos. Sed quia neuter his artibus quicquam proficiebat, poſtquã viſum eſt armis decernere, victoria fuit penes Demetrium: in quo prælio miles Alexandri conductitius ad vnũ cæſus eſt, nauata prius forti ac fideli opera. Sed & ex Demetrianis multi deſiderati ſunt. Caterùm poſtquam Alexander ad montes perfugit, miſerati eius fortunã confluxerunt ad eum circiter ſex millia, quorũ metu Demetrius retrò abijt. Poſt hæc Iudæi proprijs viribus bellum geſſerunt aduerſus Alexandrũ, ſed ſemper victi multos amittebant è ſuorum

An. mũdi 3884. Ante Christum natum 80.
Demetrius Eucærus contra Alexandrum proficiſcitur.
Alexander cum Demetrio armis decernit, cunctosq; conductitios milites amittit.
Ad Alexandrum ſex millia hominum confluunt.

An. mũdi 3884. Ante Christum natum 80.

è ſuorum numero. tandem potentiſſimos eorum compulſos in Bethoma oppugnauit, & capto oppido redactos in poteſtatem abduxit Hieroſolyma, vbi facinus commiſit longè immaniſſimum. epulans enim cum pallacis excelſiore loco vnde

Alexander à Iudæis bello potitus, potentiſſimos eorum in Bethoma oppugnat.



proſpectus patebat, ad DCCC. *iuſſit ſuffigi crucibus: & in conſpectu adhuc vicentium iugulauit vxores eorum & liberos, pœnas exigens pro acceptis iniurijs, quæ tamen inhumaniores fuerunt, licet ſæpè ab inimicis afflictus in extremum vitæ & regni periculum adductus fuerit, dum non contenti proprijs eum impugnare viribus, externa etiam auxilia conciunt: & poſtremò in eam neceſsitatem eum compellunt, vt quæ loca in Moabitica & Galaditica regione ſubegerat reſtitueret Arabibus, ne & ipſi arma ſua aduerſus eum cum inimicis coniungerent: præter alia quæ in eius contumeliam geſta ſunt innumera. Iniqua tamen fuit talis animaduerſio, ita vt propter hanc crudelitatem Thracidæ cognomen apud Iudæos inuenerit. Caterùm aduerſariorum exercitus ad octo millium numerum noctu in tutum euaſerunt, & toto tempore quo vixit Alexander, egerunt in exilio: atq; ita demum liberatus à tumultibus ſecurè adminiſtrauit regnum in poſterum. Demetrius autem relicta Iudæa profectus Beræam, Philippum fratrem ſuum oppugnauit in ea, habens ſecum decem millia peditum & mille equites. Straton verò Beræa tyrannus & Philippi ſocius Zizum Principem Arabum exciuit & Mithridatem Sinarem præfectum Parthorum, qui poſtquam venerunt cum magno exercitu Demetrij caſtra oppugnauerunt, & tàm ſiti quàm miſſilium telorum multitudine dèditionem cum ſuis facere coëgerunt: abductaq; ex ea regione præda maxima, Demetrium captiuum ad Mithridatem Parthorum Regem miſerunt. Antiochenſes verò quotquot in caſtris inuenti ſunt, gratis dimiſſos redire Antiochiam paſsi ſunt. Parthus verò Rex Demetrium apud ſe in omni honore habuit, donec ibi morbo abſumptus eſt. at Philippus poſt hanc pugnam ſtatim profectus Antiochiam: totius Syriæ regno potitus eſt.*

Alexãder ad 800. crucibus ſuffigi, & in eorundem conſpectu vxores ac liberos trucidari iubet.

Alexander Thracidæ cognomen apud Iudæos inuenit.

Iudæorum octo millia dum Alexander viuit, in exilio degunt.

Demetrius Philippũ fratrem in Berœa oppugnat.

Demetrio in Parthia morbo abſumpto Philippus totius Syriæ regno potitur.

Antiochi

CAP. XXIII.

Antiochi Dionysii in Iudæam expeditio.

An. mũdi 3884. Ante Christum natum 80.

DEINDE *Antiochus cognomine Dionysus, frater ipsius Damascum principatum ambiens, peruenit, & ibi rerum potitus Rex factus est, qui cum exercitum duxisset contra Arabas, Philippus eius frater, hoc audito, Damascum aduolat: & cum opera Mileſii arcis præfecti vrbe Damascenorum potitus esset, per ingratitudinem non remunerauit eum, quòd vellet videri terrore vrbem, nõ proditione cepisse. quapropter suspectus ei redditus, rursum Damascum amisit. progressum enim in circum animi gratia Milesius excluſit, & vrbem seruauit Antiocho. at ille auditis de Philippo rumoribus confestim rediit ex Arabia: moxq; duxit in Iudæam exercitum octo millium peditum, & equitum octingentorum. Cuius inuasionem Alexander metuens, fossam profundam duxit à Caparsabe quæ nunc Antipatris dicitur, vsq; ad Ioppense mare, quà solùm patebat accessus: excitatoq; muro & per interualla castellis ligneis per* CL. *stadia, præstolobatur Antiochum. at ille omnibus his incensis traduxit hac exercitum in Arabiam. & cum Arabs primùm cessisset, deinde cum decem equitum millibus apparuisset, occurrens ei Antiochus præliatus est acriter. iamq; de victoria certus occisus est, dum alterum suorum cornu laborans vult in integrum restituere. post cuius casum exercitus refugit in vicum Cana, vbi maxima eius pars fame absumpta est. Post hunc Cœlesyriæ regnum Aretas adipiscitur, vocatus ad imperium à Damascenis propter odium quo persequebantur Ptolemæum Mennæum. Is quoq; in Iudæam profectus cum exercitu, deuicto Alexandro apud Adida, certis conditionibus reduxit suos vnde venerat. Alexander verò ad Dion oppidum admoto milite, eoq; vi capto, ad Essam inde duxit, vbi erant Zenonis res pretiosissimæ: & primum triplici muro eum locum circumdedit, dein expugnato oppido ad Gaulanam duxit & Seleuciam: & subactis his quoq;, redegit in suam potestatem vallem quæ Antiochi dicitur, & castellum Gamala. Obiectisq; multis criminibus Demetrio locorum eorum domino, principatu suo illum exuit, & tertio demum huius expeditionis anno domum reduxit exercitum, magna alacritate Iudæis eum ob res prosperè gestas excipientibus. Per hæc tempora iam & Syrorum & Idumæorum & Phœnicum vrbes tenebant Iudæi, ad mare Stratonis turrim, Apolloniam, Ioppen, Iamniam, Azotum, Gazam, Anthedona, Raphiam, Rhinocuram. in mediterraneis per Idumæam regionẽ Adora & Marisam, totamq; Samariam & montes Carmelum ac Itabyrium. ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanitidem, Seleuciam, Gabala: & Moabiticas vrbes, Esebonem, Medabam, Lembam, Oronas, Telithonẽ, Zaram, Aulonem cilicium, Pellam. hanc vltimam diruerunt, quòd incolæ recusarent Iudaicos ritus recipere. possidebant & alia Syriæ non obscura oppida quæ imperio suo nouiter adiecerãt. Post hæc Alexander ex temulentia morbo contracto, & triennio integro quartana laborans, nec tamen abstinens à castrensibus officijs, tandem exhaustis viribus fato concessit in Geraſenorum finibus obsidens Ragaba castellum quod vltra Iordanẽ situm est. Quem videns Regina iam morti vicinum, & nullam salutis spem præ se ferentem, flens & seipsam plangens, suam simul & liberorum desolationẽ lamentabatur. Cui me, inquit, & hos filios relinquis, alieno indigentes auxilio? præcipuè cum non ignores, quàm infensus sit tibi totus populus.*

Antiochus Rex Damascenorum. Hedio & Ruffinus Cap. 21.

Antiochus regno à fratre exuitur.

Caparsaba Antipatris dicta.

Antiochi mors, & fames exercitui immissa.

Aretas Rex Cœlesyriæ.

Vrbes aliquot ab Alexandro captæ.

Iudæi Syrorum, Idumæorum & Phœnicum vrbes tenent.

Pella diruta.

Alexandri morbus.

An. mũdi 3887. Ante Christum natum 77.

An. mũdi 3890 AnteChristum natum 74.
Alexander coniugi quomodo securè regnare possit, ostendit.

pulus. Tum ille consuluit ei vt suis monitis pareat, si velit securè cũ filijs regnum obtinere. primùm vt apud milites celet suã mortem, tantisper dum castellum illud capiat. deinde postquam victrix magnificè Hierosolyma reuersa fuerit, Pharisæis nonnihil licentiæ permittat. hos enim pro habito sibi honore laudaturos eam, & commendaturos apud populum. posse enim plurimum apud Iudæos, siue exosum aliquem cupiant ladere, siue amicum iuuare. Valde enim his fidem habere vulgus, etiamsi per inuidiam de quopiam malè loquantur. nec se ob aliam causam incurrisse totius gentis odium, quã quia hoc genus offenderit. Ergo, inquit, vbi Hierosolyma perueneris, accersitis eorũ primoribus, ostende illis meum corpus, & verbis quàm proximè veritatem simulatis permitte vt eo vtãtur arbitratu suo, siue insepulto & proiecto cadaueri velint illudere propter antiquas iniurias, siue alio quolibet modo in id sæuire: & pollicere nihil te nisi ex illorũ sententia gesturam in administrando imperio. his verbis si apud eos vsa fueris, & mihi magnificentior quàm à te sepultura continget, contentis illis permissa potestate, & tu securè dominaberis. post hac monita vxori data moritur, anno regni sui XXVII. vita verò vndequinquagesimo.

An. mũdi 3890 AnteChristum natum 74.
Pharisæorum in populo licentia.

Alexandri mors.

CAP. XXIIII.

Alexandro mortuo vxor Alexandra in regnum succedit.

Funus Alexandri.

ALEXANDRA verò capto castello iuxta mariti monita Pharisæos allocuta est, & omnia illorum arbitrij faciens, quæ ad cadauer vel ad regnum pertinerent, ex infensis benevolos eos sibi reddidit. tum illi progressi ad plebem concionabantur, res gestas Alexandri celebrantes, & Regem iustum se amisisse conquerentes, populum ad eum luctum ac mœstitiam prouocauerunt, vt nullum antehac Regem funerauerint sumptuosius. Cæterùm Alexander duos quidem reliquit filios, Hyrcanum & Aristobulum, regni tamen administrationem Alexandra testamento reliquit. è filijs autem Hyrcanus erat rebus administrandis parum idoneus, & amator ocij: minor verò natu Aristobulus audax & industrius. sed mulier gratiosa erat apud populum, eò quòd semper visa sit agrè tulisse ea quæ maritus præter officium faceret. illius consilio Pontificatus Hyrcano obuenit, non tàm ætatis prærogatiua, quàm propter innatam segnitiem: alioqui ex Pharisæorum sententia permissu Reginæ gerebantur omnia: quibus etiam plebs parere iussa est: & si quid constitutionum Hyrcanus socer abrogauerat, quas Pharisæi iuxta maiorum traditiones induxerant, id totum sancitum est denuò. Nomen igitur regnierat penes Reginam, penes Pharisæos verò administratio. nam hi & exulibus reditum, & vinctis solutionẽ procurabant. quadamtamen etiam per se prouidebat mulier, & magnũ mercede cõductorum militũ alebat numerũ, viresq; suas ita augebat, vt terrori esset circũuicinis tyrannis, et obsides ab eis acciperet. Et quod ad reliqua attinet, quieta erat eius ditio, soli Pharisæi turbas excitabant, incitantes Reginã, vt necaret illos qui Alexandro autores fuerunt sumendi de DCCC. simul viris supplicij: moxq; vnũ ex his iugulant Diogenem, deinde alium post alium, donec potentiores conuenientes in regiam, & cum his Aristobulus præ se ferens non placere sibi quæ fierent, & si occasio daretur, non permissurus tantam licentiam matri, commemorabant ei quantis rebus gestis & quantis exhaustis periculis fidem suam domino approbauerint, quodq; hac de causa magnis præmijs eos dignatus sit: rogabantq; eam ne omninò

Hedio & Ruffinus Cap. 22.
Alexandri filij Hyrcanus & Aristobulus.

Hyrcanus Pontifex.

Pharisæi administrationis regiæ consortes, auidi sunt sanguinis.

Aristobulus eiusque assecłę Pharisæorum tyrannidem accusant.

omninò in contrarium ſpes ſuas verteret. nunc enim qui periculum ab hoſtibus euaſiſſent, domi ab inimicis mactari more pecudum, nemine opem ferente. aiebantq; ſiquidem contenti ſint iam occiſis aduerſarij, propter innatum affectum quo dominos proſequantur, patienter ſe laturos hanc calamitatem. quòd ſi illi ſæuire pergerent, petebant ſibi dari diſcedendi veniam. neque enim niſi ipſius Reginæ permiſſu quæſituros ſibi incolumitatem, alioqui laturos vt ibidem in ipſa interficiantur regia. Sed turpe eſſe tum ſibi tum Reginæ, ſi illa diſſimulante à mariti inimicis vexentur. Nihil enim libentius auditurum Aretam Arabem & reliquos tyrannos, quàm ſi ipſa ſe priuaret talibus viris, quorum illis olim vel nomen auditum terrori fuerit. quòd ſi ne hoc quidem velit concedere, & malit indulgere Phariſæorum cupiditatibus, ſaltem per caſtella ſe diſtribueret. ſe enim quandoquidem fortuna ita perſequatur Alexandri familiares, contentos eſſe in humili ſtatu vitæ reliquum exigere. Hæc & alia multa cum dicerent, & ad miſerationem tàm caſorum quàm periclitantium manes Alexandri inuocarent, omnibus circumſtantibus commotæ ſunt lacrymæ: ſed maximè Ariſtobulus mentem ſuam declarabat, multis verbis matrem corripiens. Verùm illi ſibiipſis cauſa fuerunt horum malorum, qui fœminæ ambitione imperandi præter æquum commiſerunt regni habenas, quaſi verò deeſſent poſteri. Tum illa inops melioris conſilij, cuſtodiam caſtellorum eis credidit, exceptis Hyrcania, Alexandrio & Macharunte, in quibus res ſibi chariſſimas recondiderat. Nec multo poſt Ariſtobulum filium cum exercitu miſit verſus Damaſcum, contra Ptolemæum Mennæum, qui grauis erat vrbi vicinus. Sed ille nulla re memorabili geſta domum rediit. Per idem tempus nunciatum eſt Tigranem Armeniorum Regem cum D. militum millibus inuaſiſſe Syriam, & breui in Iudæam eſſe venturum. ea fama non immeritò Reginam & totam gentem terruit: miſeruntq; ad eum legatos cum magni precij muneribus, obſidentem tunc Ptolemaidem. Regina enim Selene, alias Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & incolis eius autor erat, vt Tigranem excluderent. Ibi inuentum Regem legati rogauerunt, vt benè ſibi de Regina ſua deq; tota gente Iudæorum polliceretur. Ille verò collaudatos quòd è longinquo veniſſent ad exhibendum ſibi officium, iuſſit omnia bona ſperare. Capta verò Ptolemaide nunciatur Tigrani, Lucullum, dum perſequitur Mithridatem, illum quidem non aſſecutum qui iam in Iberiam euaſerat, ſed Armeniam ingreſſum vaſtare eam regionem: quo cognito ille ſtatim domum reuerſus eſt. Poſt hæc cum Regina in morbum difficilem incidiſſet, & viſum eſt Ariſtobulo iam adeſſe tempus aggrediendi negocium, noctu egreſſus vno comitante famulo contulit ſe ad ea caſtella, quibus paterni amici erant præpoſiti. Iam dudum enim moleſtè ferens quæ mater gerebat, tum verò longè magis timebat ne illa mortua totum ſuum genus veniret in poteſtatem Phariſæorum: & videbat quàm ineptus erat adminiſtrationi frater, ad quem ſpectabat ſucceſſio. Conſcia verò fuit eius conatus ſola vxor, quam domi reliquit cum liberis, ac primùm venit Agaba, vbi Galaſtes erat vnus è potentibus, à quo perlibenter exceptus eſt. Sequenti verò luce Regina ſenſit Ariſtobuli abſentiam: nec tamen ſtatim ſuſpicata eſt illum ad res nouandas eſſe profectum. Verùm poſteaquam venerunt nuncij alij ſuper alios, quòd iam hoc iam illud caſtellum occupaſſet: nam vno incipiente ſtatim reliqua omnia in eius poteſtatem ſe dediderunt: tum demum in magna conſternatione fuit, & ipſa Regina & vniuerſa

An. mũdi 3890 Ante Chriſtum natum 74.

Alexandra Iudęis caſtellorum cuſtodiam credit.

Ariſtobulus Damaſcum contra Ptolemæum miſſus.

Tigranes Syriam inuadens, audito Luculli perſequentis Mithridatē aduentu domum redit.

An. mũdi 3893. Ante Chriſtum natum 71.

An. mũdi 3894 Ante Chriſtum natum 70.

Morbus Alexandræ, & Ariſtobuli conatus.

An. mũdi 3897. Ante Chriſtum natum 67.

An. mũdi 3897. Ante Christum natum 67.

uersa gens. sciebant enim non multum abesse Aristobulum, quin sibi usurparet gentis imperium: & uehementer timebant ne pœnas exigeret ab illis qui in ipsius familiares debacchati fuerant. placuit igitur ut uxor eius cum liberis custodiretur in castello quod templo erat appositum. ad Aristobulum autem magnus fiebat confluxus, ut iam nec strepitus deesset nec ornatus regius. nam intra quindecim fermè dies occupauit castella viginti duo. in quibus habens receptaculum, colligebat exercitum à monte Libano & Trachonitide & à tyrannis. homines enim semper pluribus se agglomerantes libenter obtemperabãt, sperantes etiam nonnihil utilitatis se percepturos ex eo quem ipsi ex insperato res nouas molientem euexissent ad dignitatis regiæ fastigium. Iudæorum autem seniores & Hyrcanus Reginam conuenerunt, & rogabant ut præsentibus rebus aliquod expediret consilium. Aristobulum enim iam penè totam dominationem ad se traxisse, occupatis tot locorum opportunitatibus. se autem non decere, etiamsi maximè ipsa ægrotet, ea superstite consultare absque illius conscientia. periculum autem iam esse penè proforibus. at illa iubebat eos facere quicquid putarent Reipublicæ conducere: habere eos magnam facultatem, uires gentis integras, milites, & in ærario multam pecuniam. sibi enim iam non admodum curæ esse rerum administrationem, nimirum deficiente corpusculo. his dictis non multò post extremum halitum reddidit, exacto anno regni nono, uitæ tertio supra septuagesimum, mulier supra sexum suum egregia, ut quæ mirum in modum honorum & imperandi cupida operibus declarauit suam industriam, quasi exprobrans uiris insciti am, qui parum feliciter administrant Respublicas. semper enim præsentibus magis quàm futuris intenta, & omnia posthabendo moderatæ gubernationi, neque ab honestate neque à iustitia deduci uoluit. Familia tamen eius in talc incurrit infortunium, ut potentiam quam sibi multis sudoribus & periculis parauerat, propter huius non muliebres cupiditates paulo post amiserit: quia & cum inimicis familiæ suæ sensisse uidetur, & Rempublicam orbasse præsidibus: quin & post obitum eius ex reliquijs malæ ipsius administrationis multæ turbelæ originem duxerunt in domo regia. attamen quandiu rebus præfuit, gentem in pace continuit. atque hic fuit rerum Alexandræ Reginæ exitus.

Aristobulus multa castella occupat, & magnus fit ad eum concursus.

Hyrcanus & seniores, Reginam conueniunt, & Aristobulum accusant.

Mors Alexandri.

An. mũdi 3890 Ante Christum natum 65.

Alexandri familia magnum infortunium incurrit.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XIIII.

SVMMA CAPITVM LIBRI XIIII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Post contentionem de regno inter fratres conuentum est vt Aristobulus regnaret, Hyrcanus priuatam vitam degeret.
II. Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam Regem Arabum.
III. Aristobulus prælio victus compellitur Hierosolyma.
IIII. Hyrcani & Aristobuli legationes, à Scauro petentes auxilium.
V. Quomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompeium de regno disceptauerint.
VI. Quo stratagemate Pompeius castella occupauerit.
VII. Hierosolymitani portas Romanis claudunt.
VIII. Pompeius templum cum inferiore vrbis parte vi expugnat.
IX. Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suasu cum eo ferijt.
X. Alexander à Gabinio victus, in quodam castello oppugnatur.
XI. Aristobulus Romæ vinculis elapsus, rursum in Iudæa captus, à Gabinio Romam remittitur.
XII. Crassi contra Parthos ducentis per Iudæam iter & sacrilegium.
XIII. Pompeij in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam.
XIIII. Cæsaris in Aegyptum expeditio, & quàm fideli Iudæorum opera adiutus sit.
XV. Antipatri res gestæ & cum Cæsare amicitia.
XVI. Cæsaris literæ & Senatusconsulta de Iudæorum amicitia.
XVII. Antipater ex filijs suis Herodi Galileæ, Phasaelo Hierosolymorum regimen committit, & quòd Sex: Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit.
XVIII. Cassius afflictis Iudæis insuper octingenta talenta ab eis exigit.
XIX. Malichus per insidias Antipatrum veneno tollit.
XX. Herodes iussu Cassij Malichum dolo interficit.
XXI. Antigonum Aristobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem, Herodes profligatum, è Iudæa pellit.
XXII. Herodes in Bithynia occurrens Antonio pecunijs eum sibi conciliat, quo factum est, vt ille accusatores eius non admiserit.
XXIII. Antonius in Syriam prouinciã veniens, Herodem cum Phasaelo tetrarchas constituit.
XXIIII. Parthi Antigonum Aristobuli filium in regnum reducunt.
XXV. Parthi Hyrcanum & Phasaelum captiuos abducunt.
XXVI. Herodes Romæ à Senatu Iudææ Rex declaratur.
XXVII. Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduersus Antiochum.
XXVIII. Antigonus à Sosio & Herode opprimitur.

CAP. I.

Post contentionem de regno inter fratres conuentum est, vt Aristobulus regnaret, Hyrcanus priuatam vitam degeret.

DE Alexandra Regina rebus & obitu, in præcedenti volumine diximus, nunc quæ deinceps cõsecuta sunt, dicturi sumus, nihil magis studentes, quàm ne quid vel per ignorantiam, vel per obliuionem prætermittamus. Nam qui historiam & rerum propter antiquitatem obscurarum expositionem scribere se profitentur, debent quidem non negligere orationis cultum, & elegantem compositionem, tum quicquid lectioni gratiam conciliat & adimit tædium; sed præcipua cura impendenda est veritatis studio, ne suam fidem

An. mũdi 3899. Ante Christum natum 65.

sequentes fallant, & inducant in errorem aliquem. Cum igitur pontificatum accepisset Hyrcanus, anno tertio septimæ & septuagesimæ supra cẽtesimã Olympiadis, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico Coss. statim bellum ei Aristobulus intulit: & commisso ad Hierichuntem prælio, multi ex eius militibus ad fratrem transfugerunt. quo facto Hyrcanus in arcem confugit, in quam custodiendi filij & vxor Aristobuli à matre eius depositi fuerant, vt antè diximus. reliqui etiã eius factionis homines cum victoris metu intra septum fani se recepissent, breui deditionem fecerunt. Cœptum est deinde agi inter fratres de pacis cõditionibus, in quibus obtinuit Aristobulus, vt regnaret, & fratrem sineret in ocio frui quæ illi obuenerant facultatibus, & priuatam vitam agere. Hoc fœdus ictum est in ipso templo, & data acceptaq́ fide, iunctisq́ dexteris sancitum: & post mutuos complexus in conspectu populi factos digressi sunt, alter in regiam, alter priuatus in ades Aristobuli.

Aristobulus & Hyrcanus de regno cõtendunt.

Aristobuli cum Hyrcano fœdus.

CAP. II.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam Regem Arabum.

Hedio & Ruffinus Cap. 11.

Antipater Idumæus amicus Hyrcani.

AMICVS autem quidam Hyrcani Idumæus, nomine Antipater, vir pecunioſus, natura factioſus & induſtrius, infensus erat Aristobulo eo, quòd ipse studeret Hyrcani partibus: quamuis Nicolaus Damascenus huius genus deducat à primatibus Iudæorum, qui in Judæam venerunt è Babylonia. Sed hoc dicit in gratiam Herodis eius filij, quem fortuna ad Iudæorum regnum euexit, sicut suo loco dicetur. Hic igitur Antipater primum vocabatur Antipas, eodem quo pater ipsius nomine: quem ab Alexandro Rege & eius vxore, constitutum ducem totius Idumææ ferunt amicitias Arabum & Gazæorum & Ascalonitarum coluisse, multisq́ eos sibi conciliasse muneribus. Itaque iunior Antipater suspectam habens Aristobuli potentiam, & timens eum propter mutuam simultatem, clancularijs obtrectationibus effecit, vt contra illum potentiores Iudæorum conspirarent, iniquum esse dictitans sinere Aristobulum incubare vsurpato per iniuriam imperio, ex quo eiecisset fratrem natu maiorem, eumq́ ætatis prærogatiua spoliasset. eisdem verbis etiam Hyrcanum obtundebat assiduè, addens ne vitam quidem illi esse in tuto, nisi matura fuga saluti suæ prospiceret. amicos enim Aristobuli nunquam non consultare, quomodo eo sublato de medio, dominationem alteri constabiliant. His sermonibus Hyrcanus nolebat credere, quòd esset natura bonus, & calumnias non libenter admitteret: quæ quidem animi lenitas & quietis amor parauit ei opinionem ignauiæ. at Aristobulus planè contrario fuit ingenio, induſtrius simul & magnanimus. cum igitur Antipater videret Hyrcanum nihil moueri suis monitis, non destitit tamen quotidiè nouas de fratre criminationes fingere, quasi insidiaretur vitæ illius. tandem vrgẽdo ægrè obtinuit, vt assentiret fugere ad Aretam Regem Arabum, suum quoque pollicitus auxilium: idq́ eo facilius impetrauit, quòd Iudææ confinis sit Arabia. præmittitur itaque Antipater ad Regem, accepturus ab eo fidem, quòd inimicis non deditus esset suum supplicem: quod vbi ille interposita fide promisit, Antipater ad Hyrcanum reuersus est Hierosolyma: & non multò post assumpto eo noctu vrbem egressus, magnis itineribus peruenit in vrbem quæ Petra dicitur, apud quã erat

Antipater primùm Antipas dictus.

Antipater Iudæorum potentiores in Aristobulum concitat.

erat Areta Regia: & quod esset Regi amicissimus, rogabat eum, vt Hyrcanum in Iudaam restitueret: & instando quotidiè dandoq; munera tandem persuasit. Hyrcanus quoque pollicitus est, si ope eius reductus regnum reciperet, redditurum se ei regionem cum duodecim oppidis, quæ pater ipsius Alexander de Arabibus ceperat. erant autem hæc. Medaba, Naballo, Liuias, Tharabasa, Agalla, Athone, Zoara, Orona, Marissa, Rydda, Lusa, Oryba.

An. mũdi 3900 Ante Christum natum 64. Hedio & Ruffinus Cap. 3.

CAP. III.

Aristobulus prælio victus compellitur Hierosolyma.

TALIBVS promissis permotus Aretas expeditionem suscepit contra Aristobulum, ducens quinquaginta millia pedestris simul & equestris exercitus: moxq; vicit prælio. post eam victoriam multis ad Hyrcanum transfugientibus, desolatus Aristobulus confugit Hierosolyma. Arabs autem adducto secum toto exercitu, oppugnabat eum in templo adiuuante Hyrcanum etiam populo, solis Sacerdotibus non deserentibus Aristobulum. sed Aretas admotis tam Iudæorum quàm Arabum exercitibus acriter oppugnationi instabat. Dum hæc ita geruntur instante Azymorum festo quod Pascha vocamus, optimates Iudæorum relicta sua regione fugerunt in Ægyptum. Quidam autem Onias, vir iustus, & Deo carus, qui aliquando siccitatis tempore impetrauerat pijs precibus pluuiã, tunc in latebras se abdidit, ciuile bellum præsentiens. hunc in castra adductum Iudæi rogabant, vt quemadmodũ olim sterilitati attulerat remedium, ita tunc deuoueret diris Aristobulum & quotquot eius factionem sequebantur. id cum diu recusans cogeretur à turba, stans in medio eorum sic precatus est. Deus vniuersi huius mundi Rex, quoniã & hi, qui mecum stant, tuus sunt populus, & qui oppugnantur, tui Sacerdotes sunt, precor, vt neq; hos contra illos, neq; illos cõtra

Aretas contra Aristobulũ expeditionem suscipit, eumq; Hierosolyma confugere cogit.

Aristobulum in templo Arabs oppugnat.

Iudæi in Aegyptum fugiunt.

Onias nõ acquiescẽs petitioni Iudæorum lapidatur.



hos orantes exaudias. Post hæc vota circumsteterunt eum quidã ex Iudæis, v... perditi, & obruerunt lapidibus. quam crudelitatem Deus vltus est continuò, cadisq; Onia pœnas exegit hunc in modum. Dum Aristobulus oppugnatur cum Sacer-

An. mũdi 3900 Ante Christum natum 64.

Sacerdotibus, superuenit Pascha, in quo festo nobis mos est, multis Deum honorare sacrificijs. quibus, quia carebant obsessi, rogauerunt suos tribules, vt acceptã quantam postularent pecunia victimarum copiam sibi facerent. illis verò pactis mille drachmas in singula capita, & repræsentari sibi iubentibus, Aristobulus & Sacerdotes libenter id fecerunt, & per funem è muro demiserunt precium. at illi acceptã pecunia, non reddiderunt victimas: sed eò progressi sunt impietatis, vt non seruata fide hominibus, Deum etiam fraudarent debitis honoribus. Sacerdotes autem, quibus per pactorum speciem illusum fuit, orauerunt Deum, vt pœnas de tribulibus suis sumeret: nec dilata est vindicta: sed procella vehemens immissa fecit per totam eam regionem magnã vastationem fructuũ, ita vt tritici modius veniret drachmis quindecim.

Violatio fidei, & vltio eam subsecuta.

CAP. IIII.

Hyrcani & Aristobuli legationes à Scauro petentes auxilium.

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Legati Hyrcani & Aristobuli ad Scaurũ.

INTEREA Pompeius Scaurum misit in Syriam, ipse in Armenia distentus bello quod adhuc gerebat contra Tigranem. ille verò vbi Damascum venit, recens captam à Metello & Lollio, properauit in Iudæam continuato itinere. huic legati facti sunt obuiam, tam ab Hyrcano quàm ab Aristobulo, vtriq; petentes societatem & auxilium. & cum Aristobulus polliceretur CCCC. *talenta, nec pauciora Hyrcanus, Scaurus Aristobuli promissa prætulit. is enim liberalis erat & abundans pecunijs, & rogabat officium præstari facilius. alter verò pauper erat ac tenax, & cum maiora quàm frater impetrare cuperet, tamen non satis bona fide polliceri videbatur. Nam difficilius erat expugnare vrbem, adeò munitam & validã, quàm profugos repellere & Nabathæorũ turbã, præsertim non valde ad id bellum gerendum animatam. Ob has igitur causas accepta ab hoc pecunia obsidionem soluit, denuncians Aretæ, vt recederet, ni pareat declarandus hostis Ro.po. Et Scaurus quidem Damascum reuersus est: Aristobulus verò cum magno exercitu contra Aretam & Hyrcanũ profectus est: & cõgressus cum eis apud locum quem Papyronem nominant, prælio vicit cæsis circiter septem millibus hostium, inter quos etiam Cephalio frater Antipatri cecidit.*

Dona Scauro data.

Aristobulus contra Aretam & Hyrcanũ proficiscitur.

CAP. V.

Quomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompeium de regno disceptauerunt.

Pompeius in Syriam venit, eique Aristobulus insigne donum mittit.

NON multò autem post, cum Pompeius Damascum venisset, & obiret Cœlesyriam: præsto fuerunt ei legati ex vniuersa Syria & Ægypto atque Iudæa. misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, vitem auream D. *talentorum. meminit autem huius muneris etiam Strabo Cappadox his verbis: Venit & ex Ægypto legatio, cum corona facta ex aureorum quatuor millibus: & ex Iudæa siue vitis, siue hortus, quod opus* Τερπωλὴν *id est delectamentum vocabatur. hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Iouis Capitolini templo, cum inscriptione Alexandri Regis Iudæorum: æstimabaturq; quingentis talentis. fertur autem missum à dynasta Iudæorum Aristobulo. Paulò post iterum venerunt ad eum legati, Antipater pro Hyrcano, Nicodemus pro Aristobulo: qui etiam accusabat eos, qui acceperant pecuniam, primum Gabinius, deinde Scaurus, ille* CCC. *hic quadringenta talenta, hos quoque inimicos ei faciens. qui cum iussisset eis ad se*

Antipater Hyrcani, Nicodemus Aristobuli legati ad Pompeiũ. Hedio & Ruffinus Cap. 5.

adſe diſceptatorem venire,ineunte vere copijs ex hybernis reuocatis in Damaſcenum agrum profectus eſt:obiterq́ arcem in Apamia diruit,quam Antiochus Cyzicenus munierat:& Ptolemæi Mennæi ditionem cõſiderauit, viri noxij non minus quàm fuerat Dionyſius Tripolitanus qui ſecuri percuſſus eſt, affinitate etiam ei coniunctus. mille tamen talentis iſte redemit ſe à ſupplicio, quæ Pompeius erogauit in ſtipendia militum.excidit etiã caſtellum Lyſiada,cuius tyrannus erat Silas Iudæus.trãſiens deinde per Heliopolim & Chalcidem, ſuperatoq́ medio monte in Cœleſyriam veniens,à Pella Damaſcum ſe contulit.ibi & Iudæos audiuit & eorum principes,qui inter ſe diſſidebant Hyrcanus & Ariſtobulus, ſicut gens ipſa ab vtroq́.Aiebant enim ſe nolle eſſe ſub Regibus, quòd patrium inſtitutum habeant,vt ſui Dei pareant ſacerdotibus. hos autem duos eſſe quidem è Sacerdotum genere,ſed velle principatum gentis in aliam formam traducere, vt eam in ſeruitutem ſubigant. Hyrcanus autẽ querebatur,quod cũ maior natu eſſet,priuaretur prærogatiua ab Ariſtobulo: & minimã portionem regionis ſibi relictam,cætera à fratre vſurpata per vim omnia. hunc etiam & terra incurſare finitimos,& in mari habere piratarum receptacula.nec enim impulſurã fuiſſe gentem ad defectionem,niſi turbarum concitator eſſet,atq́ natus ad violentiam.Atteſtabanturq́ illi hæc dicenti plus quàm mille ex Iudæorum optimatibus,quos Antipater ad hoc induxerat. Alter contra excidiſſe eum è principatu aiebat ob propriam ignauiã,quòd natura ad nihil eſſet minus idoneus quàm ad obeunda negocia,& ideo veniſſe eum in publicum contemptum apud ſuæ gentis homines. Se verò neceſſario principatum aſſumpſiſſe,metuentem ne is migraret in aliam familiam. appellatione verò vti, qua & pater ipſius Alexander vſus ſit. & in teſtimonium citabat quoſdam iuuenes faſtuoſos, exoſos omnibus propter purpureas veſtes, capillitij curam, & phaleras ornamentaq́ cætera: qui hoc cultu tanquam ad pompam,& non ad iudicium venerant. Pompeius verò his cognitis, & improbata Ariſtobuli violentia dimiſit eos placide:promittens ſe venturum in eorum ditionem quàm primum inſpexiſſet res Nabathæorum. interim iuſſit eos quietos eſſe, comiter habens Ariſtobulum,ne is alienatus intercluderet ei tranſitus. nec tamen vllam apud eum iniuit gratiam. non expectatis enim Pompeij promiſſis profectus eſt ad oppidum Delium, & inde in Iudæam ſe contulit.

An.mũdi 3902. Ante Chriſtum natum 62.

Arx in Apamia diruta.

Ptolemæus Mennæus pecunia mulctatus.

Ariſtobulus & Hyrcanus à Iudæis apud Pompeium accuſati.

Ariſtobuli corã Pompeio apologia.

Hedio & Ruffinus Cap. 6.

CAP. VI.

Quo ſtratagemate Pompeius caſtella occupauerit.

QVA re offenſus Pompeius, aſſumpto exercitu quem in Nabathæos parauerat,& excitis à Damaſco cæteraq́ Syria copijs auxiliaribus,alijsq́ Romanis legionibus quæ ductum eius ſequebãtur,contra Ariſtobulum mouit.Vt verò præterita Pella & Scythopoli peruenit Coreas,vbi Iudææ mediterranea verſus eſt initium,inuenit elegantem arcem in montis vertice ſitam Alexandrium. eò quia refugiſſe Ariſtobulum intellexerat, accerſiuit illum ad ſe per nuncios. ille verò multis ſuadentibus,vt cæueret bellum à Romanis,deſcendit:& cum de iure principatus cum fratre diſceptaſſet, permiſſu Pompeij rurſum in arcem ſe recepit. idq́ iterum & tertio fecit,ſimul ſpe regni Pompeio obſecundans, & omnia eius imperata ſe facturum ſimulans,ſimul redeundo in arcem ſe muniens, & apparatus bellicos faciens,metu ne ad Hyrcanum transferretur dominium.Iubente

Pompeius in Ariſtobulum mouet.

Ariſtobulus ex arce ad Pompeium deſcendit.

An. mũdi 3903. Ante Christum natum 61.

autem Pompeio, vt traderet sibi castella, & præfectis de ea re propria manu scriberet, non traditurus alioquin: paruit quidem, sed agrè ferens secessit Hierosolyma quasi ad certum bellum se præparaturus. nec multo post Pompeio ducenti contra eum exercitum in itinere venit nuncius è Ponte, Mithridatem à filio suo Pharnace occisum esse significans.

Aristobulus castella Pompeio tradit.

Hedio & Ruffinus Cap. 7.

Mithridates Rex Põti à Pharnace filio occisus.

CAP. VII.

Hierosolymitani portas Romanis claudunt.

ET cum prima castra habuisset apud Hierichuntem, vbi palmeta sunt præstantissima, & opobalsamum prouenit inter vnguenta præcipuum, incisis acuto scrupo fruticibus succi in modũ scatens, mane sequenti mouit inde versus Hierosolyma. Tum verò Aristobulus ante actorum pœnitens obuiam ei venit: & oblatis pecunys etiam intra Hierosolyma eum admittens, rogabat vt omisso bello quicquid vellet pacatè ageret. Pompeius verò data petenti venia, mittit Gabiniũ cum militibus in vrbem ad accipiendam pecuniam: qui tamen re infecta redijt, excluſus & vacuis manibus, militibus Aristobuli pactum irritum facientibus. Ea res vehementer Pompeio mouit stomachum, & additis Aristobulo custodibus ipse ad vrbem properat, cætera quidem probè munitam, tantum à septentrionali latere iniurijs expositam. Circuit enim ea parte vallis lata & profunda templum ambiens, quod muro valido è saxo structo cingitur.

Gabinio pecuniam Pompeio ab Aristobulo promissam exacturo portæ claudũtur.

Hedio & Ruffinus Cap. 8.

Pompeius Hierosolyma oppugnat.

CAP. VIII.

Pompeius templum cum inferiore vrbis parte vi expugnat.

INTVS autem erat diſsidium, vrbanis quid opus esset facto non consentientibus. nam quidam censebant vrbem Pompeio dedendam: Aristobuli verò factio excludi eum iubebat & bellum parari, eo quòd illum haberet in vinculis. hi prauenientes altercos templum occupant, & præciso ponte qui in vrbem ferebat, ad bellum se expediunt. at illi intromisso exercitu tradiderunt Pompeio vrbem & regiã. ille Pisoni legato suo misso eò cum parte exercitus & vrbis & regia commisit custodiam: ipse vicinas templo domos aliaq; propinqua ædificia muniebat. & primum conditiones pacis eis obtulit: quas cum non admitterent, omnia quæ circũ erant oppugnationi parauit, Hyrcano alacriter suppeditante quicquid vsus poscceret. Pompeius verò à Septentrionali templi latere, quod maximè erat oppugnationi obnoxium, admouit milites. erant autem hac quoque parte turres altæ, & fossa manufacta, præter profundam vallem quæ templum cingebat. nam etiam versus vrbem abrupta erant omnia, sublato ponte, qua parte Pompeius erat cum suo contubernio. erigebantq; quotidiè magno labore aggerem Romani, cædentes circumquaq; arbores, quod opus vbi perfectum est, agrè completa fossa propter immensam altitudinem, admotis machinis à Tyro aduectis quatiebat templũ saxis missilibus. sed nisi patrius nobis mos esset per ocium septimum quenq; diem exigere, nõ potuissent absoluere aggerem vetãtibus aduersarijs. prohibere enim vim inferentes lex permittit, sed opus facientem, hostem impedire nos non sinit. quod vbi animaduerterunt Romani, Sabbatis neq; eminus incessebant telis Iudæos, neq; manus cum eis conserebãt: tantum erigebant aggerem & turres, machinasq; admouebant, vt eis postridiè aduersus nos vti possent. Facile est autẽ vel hinc discere, quãta pietate Deũ colamus, & quàm obseruãtes legum simus,

Hierosolyma Pompeio partim tradita, partim obsessa.

Pompeius templum oppugnare parat.

simus, quãdoquidem oppugnationis terror nihil obfuit, quominus solennia per- An. mundi 3990. Ante Christum natum 61.
agerentur sacrificia, bis per singulos dies mane & circa nonam horam super al-
tari immolantibus nostris Sacerdotibus, ac ne in extremo quidem discrimine sa-
cra intermittentibus. etenim capto templo tertio demum mense, die ieiunij, Iudæi solennia sacrificia expeditionis tempore peragunt.
CLXXIX. *Olympiade, C. Antonio, M. Tullio Cicerone Coss. hostis quidem irrum-* Templum captum.
pens iugulabat omnes obuios: illi verò nihilominus sacris operabãtur, neq; metu
mortis, neque iam casorum multitudine absterriti, passuri quicquid liberet vi-
ctori potius quàm deserturi altaria, aut aliquid omissuri præscriptum patrijs
legibus. quòd autem hæc non fabula sit in pietatis laudem conficta, sed rei veri-
tas, attestantur omnes qui res à Pompeio gestas conscripserunt, & in his Strabo
ac Nicolaus, Romanaq; conditor historiæ T. Liuius. Nam concussa turri maxi-
ma crebris arietis ictibus, collapsaq; & secum ruinam trahente muri proximi,
certatim infuderunt se hostium agmina. sed primus euasit per ruinas Cornelius
Faustus Syllæ filius, sequente cohorte militum. mox alia parte Furius centurio
cum suis manipularibus: & inter vtrunque Fabius & ipse centurio cum manu
suorum valida. Omnia autem erant plena cadibus, & Iudæorum alij à Roma-
nis confossi cadebant, alij mutuis vulneribus. nonnulli per abrupta semetipsos ia-
ctabant, aut subiectis in ædes ignibus concremabantur, non sustinentes spectare
quæ patrabantur ab hostibus. ceciderunt è Iudæis duodecim millia, Romano- E Iudæis duodecim millia cadunt.
rum perpauci desiderati sunt. Captus est Absalomus, patruus simul & socer Ari-
stobuli. Læsa etiam est non mediocriter templi religio, humanis antehac nec ve-
stigijs penetrati nec oculis. Introgressus est enim in illud Pompeius, & vnà cum Pompeius templum ingressus nihil attingit
eo non pauci alij, & inspexerunt quæ nefas est videre, nisi solis Sacerdotibus. Aliàs cap. 9.
cumq; intus essent ex auro mensa & candelabrum & pocula, & odoramento-
rum magna copia, præterea in thesauris sacra pecunia circiter talentorũ duo
millia, nihil horum præ pietate attigit, sed hic quoque sui similis fuit, & nihil
commisit indignum cæteris virtutibus. Sequenti verò die iussis purgare tem-
plum adituis, & instauratis legitimis sacrificijs pontificatum Hyrcano reddi- Pompeius Hyrcano Pontificatum reddit.
dit, tum propter alia ipsius officia, tum quia tota regione habitantibus Iudæis au-
tor fuit, ne arma pro Aristobulo sumerent. deinde belli concitatores securi per-
cussit: Faustoq; & alijs qui primum conscenderunt, digna præmia persoluit. Et
Hierosolyma quidem Pop. Rom. fecit stipendiaria, vrbes verò quas eorum ci- Hierosolyma Ro. po. stipendiaria.
ues sibi subiugauerant in Cœlesyria, ademptas illis iussit proprio parere præsidi:
& totam gentem prius elatam rebus prosperis, contraxit intra veteres termi-
nos. Gadara deinde paulo antè diruta instaurauit in gratiam liberti sui Gada- Gadara instaurata.
rensis Demetrij. reliquas verò, Hippon, Scythopolim, Pellam, Dion, Samariam, Vrbes Iudæis ademptæ.
Marissam, Azotum, Iamniam, Arethusam suis restituit habitatoribus: easq;
in mediterraneis, præter varijs bellis dirutas. Maritimas verò Gazan, Jop-
pen, Dora, Stratonis turrim, quæ ab Herode magnificè condita, & portubus at-
que templis exornata, Cæsarea mutato nomine appellata est: has omnes Pom-
peius liberas esse iussas prouincia contribuit. Quorum omnium malorum causa
fuere Hierosolymitanis Hyrcanus & Aristobulus inter se dissidentes inuicem.
nam tum primum libertatem amisimus, subiecti Romanorum imperio: & regio-
nem de Syris bello captam reddere ipsis coacti sumus: & insuper plus quàm de-
cem millia talentorum breui tempore à nobis Romani exegerunt: & regnum quo
prius pontificale genus honestabatur, ad plebeios translatum est homines. Sed de

An. mũdi 3903. Ante Christum natum 61. Scaurus Cœlesyriæ Præfectus.

his suo loco dicemus. Caterum Pompeius Cœlesyria vsq; ad Euphratem amnem & Ægypti terminos Scauro tradita cum duabus Romanis *legionibus, ipse in Ciliciam abijt Romam properans: abduxitq; secum Aristobulum vinctum cum duabus filiabus & totidem filijs.*

CAP. IX.

Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suasu cum eo ferijt.

Hedio & Ruffinus Cap. 9.

CAVRO autem ad Arabia Petram profecto cum exercitu, & quia difficilis ad eam aditus esset, circumuicinos agros populante, militibusq; fame laborantibus, Antipater iussu Hyrcani frumentum ex Iudæa & alia necessaria eis prabebat: missusq; ad Aretam legatus à Scauro, eo quòd hospes esset, persuasit etiam illi pecunia numerata vastationem agrorum redimere sponsor factus pro trecentis talentis. atq; his conditionibus hoc bellum finitum est, non minus è Scauri quàm ex Aretæ sententia.

CAP. X.

Alexander à Gabinio victus, in quodam castello oppugnatur.

An. mũdi 3904 Ante Christum natum 60. Hedio & Ruffinus Cap. 10. Alias 11.

ALIQVANTO autem post Alexandro Aristobuli filio Judæam incursionibus vexante, imperator Gabinius è Roma venit in Syriam. is & alia multa memoratu digna gessit, & contra Alexandrum expeditionem suscepit, Hyrcano iam non valente ei resistere, & de muris Hierosolymorum reficiendis cogitãte, quos Pompeius deiecerat. sed ab hoc conatu per Romanos cohibitus est. At Alexander peruagando regionem multos Judæos armauit: collectisq; propere decem armatorum millibus, & mille quingentis equitibus, munitionibus firmauit Alexandrium castellum, iuxta Coreas situm, & Macharuntem in finibus Arabum. contra eum venit Gabinius, præmisso M. Antonio cum alijs ducibus. atq; ita Romani *coniuncti cum Iudæis in officio manentibus, quorum duces erant Pitholaus & Malichus, assumptis etiam Antipatri auxilijs, occurrerũt Alexandro, sequente cum reliquo exercitu Gabinio. tum ille recepit se propius Hierosolyma, vbi conserto prælio* Romani *occiderunt hostiũ circiter tria millia: nec pauciores capti sunt. tum Gabinius veniens ad Alexandrium, inuitabat conclusos ad pacem, veniam præteritorum pollicendo. & cum multi hostium extra castellum stationem haberent, Romani eos adorti sunt, vbi multis cæsis egregiam operam nauauit M. Antonius. Itaq; Gabinius relicta ad oppugnationem parte exercitus, ipse reliquam Iudæam perlustrabat: & quotquot inueniebat vrbes diruta, ædificari iubebat. atq; hoc pacto instauratæ sunt, Samaria, Azotus, Scythopolis, Anthedon, Raphia, Dora, Marissa, Gaza, & aliæ non paucæ: idq; mandante Gabinio, quarũ posthac habitatio tuta permãsit, cum antè longo tempore desertæ fuissent. His ita per regionem dispositis, reuertitur ad Alexandriũ: & cũ intenderetur oppugnatio, per legatos veniã petijt Alexander, offerens castella Hyrcaniã & Macharuntem, & postremo Alexandrium: quæ Gabinius diruit. Cumq; Alexãdri mater ad eũ venisset, quæ Romanis fauebat, marito eius & reliquis liberis* Romæ *asseruatis, impetrauit ab eo quicquid petijt. moxq; dispositis eius rebus, deduxit Hyrcanũ Hierosolyma, curaturũ templũ & suũ Sacerdotiũ. deinde cõstitutis quinq; iuridicis cõuentibus, in totidem æquales partes totã prouinciam*

Castella muuiũtur.

Gabinius aliquot vrbes diruta, in Iudæa ædificari iubet.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. Alias 12.

Alexandrium & alia castella diruta.

Alexandri mater.

Quinque conuentus Iuridici in Iudæa.

uinciã distribuit: ita vt alij iura peterent Hierosolyma, alij Gadara, Amathuntem alij: quarti verò Hierichuntem, quinti Saphoram, quod est Galilææ oppidum: sicq; liberati dominis sub optimatum gubernatione degebant.

An. mũdi 3904 Ante Christum natum 60.

CAP. XI.

Aristobulus Romæ vinculis elapsus, rursum in Iudæa captus à Gabinio Romam remittitur.

ÆTERVM cum Aristobulus Roma profugus reuersus esset in Judæam, & conaretur Alexandrium recens dirutum denuò munire, Gabinius misit eò milites ducibus Sisenna, Antonio, & Seruilio, qui eum locum occupari nõ sinerent, & darent operam vt ipsum comprehenderent. nam multi Judæorum ad eum propter nominis celebritatem confluebant, nouarũ rerum auidi: siquidem & Pitholaus Hierosolymorum præfectus cum mille armatis ad eum transfugit. alioqui in eo confluxu multi fuere non satis armis instructi. Aristobulus verò volens occupare Macharũtem, tales dimisit vt inutiles ad moliendum aliquid, assumptisq; tantum armatorũ octo millibus, illuc contendit. quos assecuti Romani vicerunt egregiè. quãuis enim repugnantes aliquantisper impressione facta coëgerunt terga vertere, occisis eorũ circiter quinq; millib. reliqui verò dissipati, vt quisq; potuit salutẽ sibi quæsiuerunt. Aristobulus tamen plus mille secũ trahens perfugit Macharuntẽ: muniebatq; id castrũ, &, quãuis rebus afflictis, benè sperare nõ destitit. Sed nõ vltra biduum sustinere potuit oppugnationẽ, et multis acceptis vulneribus captiuus cum Antigono filio, qui ei fugæ comes fuerat, ad Gabinium adductus est. atq; ita reflãte fortuna rursum remissus Romã in vinculis est habitus, postquãregno & Pontificatu potitus est annis tribus cum dimidio, vir in ea dignitate magnificus & magnanimus. Liberos tamen eius dimisit senatus, cum ex Gabinij literis cognouisset, promissum hoc eorum matri, dum castella traderet: qui mox in Judæam reuersi sunt. Porrò Gabinio paranti expeditionem in Parthos, & iam Euphratem traijcienti, mutata sententia visum est Ptolemæum in Ægyptum reducere, sicut aliàs indicatũ est. In hac quoq; expeditione ab Antipatro adiutus est frumento, armis & pecunijs: & illius consilio Iudæi qui Pelusium accolunt, ceu custodes Ægypti aditus, in societatem pertracti sunt. Cæterùm reuersus ex Ægypto deprehendit Syriam labore dissidijs & tumultibus. Aristobuli enim filius Alexander, denuo inuaso per vim Principatu multos Judæorum ad defectionem impulit: collectoq; magno exercitu regionem obeundo, interficiebat Romanos quotquot adipisci potuit, reliquos in montem Garizim compulsos obsedit. Gabinius verò hoc in statu Syriam offendens, Antipatrum propter notam viri prudentiam præmittit ad tumultuatores, si fortè posset ad saniorem mentem reductis persuadere, vt meliora sequantur consilia: quod ille sedulò fecit, & multos reduxit ad officium. Alexandro verò potiri non potuit. is enim habens secum triginta Judæorum millia, ausus est occurrere Gabinio, & collatis signis decernere ad montem Itabyrium: quo prælio desiderata sunt ex acie Judaica decem millia. Tum victor constitutis Hierosolymitanis rebus ex Antipatri sententia, contra Nabathæos profectus, hos quoque profligat vno prælio. nobiles etiam Parthos Mithridatem & Orsanem ad se profugos remisit, sparso rumore quòd aufugissent in patriam: tantisq; rebus gestis Romam reuertens Crasso prouinciam tradidit. De his autem Pompeij &

Hedio & Ruffinus Cap. 12. Aliàs 13.

Aristobulus Roma reuersus Alexandriũ denuò munire conatur.

Aristobulus à Romanis vincitur in prælio.

Aristobul⁹ captiuus cum Antigono filio Romam remittitur.

Aristobuli liberi dimissi.

Antipater Gabinium Ptolemæum in Aegyptũ reducentem adiuuat.

Alexander Aristobuli filius Principatum inuadit.

Alexander à Gabinio victus.

Nabathæi profligati.

Mithridates, Orsanes.

An. mũdi 3911. Ante Christum natum 53. *Gabinij contra Iudæos expeditionibus scribit Nicolaus Damascenus & Strabo Cappadox, nihil ab altero discrepans.*

CAP. XII.

Crassi contra Parthos ducentis per Iudæam iter, & sacrilegium.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. al. 14. Marcus Crassus in Parthos mouet, pecuniam Hierosolymis ex templo aufert.

CRASSVS autem expeditionem contra Parthos parans in Iudæam peruenit, & pecuniam sacram quam Pompeius non attigerat, duo millia talentorum abstulit, totoq; reliquo auro, cuius summa accedebat ad octo talentorum millia templum spoliauit. Tulit etiam trabem ex auro solidam, trecentas minas pendentem. Mina autem apud nos constat duabus libris cum dimidia. Hanc trabem ei tradidit sacerdos sacri thesauri custos Eleazarus, non pra malicia: nam erat vir bonus & iustus: sed cum concreditam haberet aularum templi custodiam, ex hac trabe pendentium, quorum admiranda pulchritudo erat & apparatus pretiosissimus: videret q; Crassum totum esse in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit: cum prius eum iureiurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipse traderet, æstimatum plurimis aureorum millibus. Hæc trabs inserta erat trabi caua lignea, quòd cæteris omnibus ignotum solus sciebat Eleazarus: Crassus tamen & hanc pro reliquo templi auro accepit, & mox violato iureiurando totum quantum intus erat egessit. Nec est mirandum tantas diuitias in nostro templo fuisse, cuius Deum cum omnes vbiq; terrarum Iudæi venerentur ac colant, tàm ex Europa quàm ex Asia longo tempore huc eas contulerant. Nec ad iactationem conficta est predicta summa, nec caret testibus: sed cum alij multi, tum Strabo Cappadox attestatur nobis his verbis: Mithridates autem misit in Coum insulam qui afferrent sibi inde pecuniam quàm Cleopatra Regina ibi deposuerat, & Iudæorum octingenta talenta. Nobis autem nulla est publica pecunia, præter hanc Deo sacram: & satis apparet quòd hanc Iudæi ex Asia in Coum deportauerunt metu belli Mithridatici. Non est enim verisimile eos qui Iudæam habitabant, habentes vrbem adeò munitam & templum, pecunias in Coum misisse. Sed nec Alexãdrinos Iudæos hoc fecisse est credibile, quibus nihil erat à Mithridate periculi. Idem Strabo alibi testatur Syllam quo tempore in Græciam traiecit gesturus bellum contra Mithridatem & Lucullum, misisse Cyrenem agitatam seditionibus gentis nostræ, quæ orbem terrarum repleuerit. sic enim scribit. quatuor erant genera in Cyrenensium vrbe, ciues, agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi. hoc iam in omnes vrbes subrepsit, nec est facilè inuenire locum in vrbe habitabili, quem recepta semel non obtineat. nam & Ægyptus & Cyrene, vt pote eisdem solitæ parere dominis, aliaq; multæ regiones horum ritus admiserunt: aluntq; congregationes Iudæorum maximas, tempore coalitas, & vtentes institutis domesticis. Per Ægyptum sanè etiam coloniæ sunt eius gentis, absq; eo quòd Alexandrinæ vrbis magna pars eis assignata est. habet etiam proprium magistratum qui suæ gentis res administret, & controuersias ex iure dirimat, & contractus atq; pacta rata habeat, non aliter quàm fit in absoluta Republica. Inualuit itaq; hæc gens in Ægypto eò quòd antiquitus originem inde habeat, & facilè migretur eò propter vicinitatem. In Cyrenaicam verò regionem inde transiit vt conterminam, quemadmodum etiam Iudæa est, vel potius partem olim regni Ægyptij. Hæc Strabo. Cæterùm Crassus rebus arbitratu

Crassus iuramenti dati violator.

Templi Hierosolymitani diuitiæ vnde.

Strabo Cappadox.

tratu ſuo compoſitis, Parthorum ditionem inuaſit: vbi cum omnibus copijs periit: ſicut aliàs narratum eſt. Caſſius autem in Syriam refugiens occupata ea reſiſtebat Parthis, propter recentem victoriam excurſantibus: & cum veniſſet Tyrum, inuiſit etiam Iudæam. Vbi Tarichæas primo impetu cepit, & fermè xxx. millia captiuorum abduxit. Pitholaum quoq; qui Ariſtobuli partes fouebat, interfecit hortante Antipatro, qui plurimum apud eum poterat, & maximam inter Idumæos autoritatem habuit. apud quos duxit vxorem illuſtri inter Arabas loco natam, Cypron nomine, ex qua quatuor ei nati ſunt filii, Phaſaelus & Herodes qui poſtea regnauit, & Ioſephus atque Pheroras, & filia Salome. Hic Antipater etiam alios dynaſtas hoſpitio ſibi coniunxit & amicitia, ſed maximè Arabem, apud quem & liberos depoſuit, dum bellum contra Ariſtobulum gereret. At Caſſius reparatis copiis ad Euphratem ſe contulit, ibique Parthis ſe oppoſuit, quemadmodum & ab aliis ſcriptoribus eſt memoriæ proditum.

An. mũdi 3911. Ante Chriſtum natum 53.
Craſſus in Parthia perit.
Caſſius Parthis reſiſtit.
Antipatri vxor & filij.
An. mũdi 3917. Ante Chriſtum natum 47.

CAP. XIII.

Pompeij fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam.

ALIQVANTO autem poſt Cæſar occupata Roma, & Pompeio vnà cum ſenatu vltra mare Ionium fugato, ſolutum vinculis Ariſtobulum decreuit in Syriã mittere, additis ei duabus legionibus, quò facilius ordinaret prouinciam. ſed is breui fruſtratus eſt ſua ſpe quam ex accepta à Cæſare poteſtate conceperat, à Pompeianis veneno ſublatus, & à Cæſarianis funeratus. Corpus autem eius diu melle curatum iacuit, donec Antonius id in Iudæam remiſſum mandauit reponi in Regum conditoriis. Scipio verò iuſſu Pompeii ſecuri percuſſit Alexandrum Ariſtobuli filium, eo quòd aliquando contra Romanos rebellauerat. & hic quidem apud Antiochiam affectus eſt ſupplicio. fratres verò eius ad ſe recepit Ptolemæus Mennæus dynaſta Chalcidis quæ ſita eſt in monte Lybano. nam miſſo Philippione filio Aſcalonem ad vxorem Ariſtobuli, iuſſit eam cum eo mittere ad ſe Antigonum filium & filias, quarum alterius Alexandræ amore captus Philippio duxit eam coniugem. deinde verò occiſo prius eo Ptolemæus ipſe duxit Alexandram, & germanorum eius curam habere non deſtitit.

Hedio & Ruffinus Cap. 14. al 15.
Ariſtobulus vinculis ſolutus, veneno tollitur.
Hedio & Ruffinus Cap. 15. al. 16.
Cædes filij Ariſtobuli.

CAP. XIIII.

Cæſaris in Aegyptum expeditio, & quàm fideli Iudæorum opera adiutus ſit.

POST Pompeij autem obitum & victoriam Cæſaris, bellum ei gerenti in Ægypto multis in rebus vſui fuit Antipater Iudæorum gubernator, idq; mandato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducente auxilia, nec valente tranſire per Peluſium, & circa Aſcalonem hærente, Antipater ei ſe adiunxit cum armatis Iudæorũ tribus millibus, egitq; cum Arabum primatibus vt & ipſi venirent auxilio: eiusq; potiſſimum opera è tota Syria auxilia contracta ſunt. nam certatim opem tulerunt Cæſari Iamblichus dynaſta & Ptolemæus eius filius, & Tholomæus Sohemi filius Libanum montem incolens, & vrbes penè vniuerſæ. Mithridates verò motis è Syria caſtris peruenit Peluſium, & non receptus ab eius loci hominibus vrbem oppugnauit. Vbi præcipuam operam nauauit Antipater, primusq; deiecta quadam muri parte aditum Cæteris irrumpentibus in vrbem

Hedio & Ruffinus Cap. 16. al. 17.
Antipater Cæſari ex Syria milites cõſcribit.
Antipater Mithridati in capiendo Peluſio operam nauat.

An. mũdi 3917. Ante Christum natum 47.

in vrbem aperuit. & Pelusium quidem sic captum est. Antipatrum autem & Mithridatem properantes ad Cæsarem transitu arcebant Iudæi Ægyptij, qui regionem quæ Oniæ dicitur incolunt. Hos Antipater vt tribules in partes suas traduxit, maximè cum ostendisset Hyrcani Pontificis literas, in quibus rogabantur, vt amicos se præberent Cæsari, eumq; commeatibus iuuarent & rebus exercitui necessarijs. Qui moti autoritate Antipatri ac Pontificis libenter paruerunt. quod vbi audiuerunt qui Memphim accolunt, & ipsi Mithridatem accersiuerunt, & ille eò profectus hos quoq; adiunxit suis partibus.

Iudæi Aegyptij in Oniæ regione ab Antipatro Cæsari consociati.

Memphis in Aegypto.

CAP. XV.

Antipatri res gestæ, & cum Cæsare amicitia.

Cõflictus Aegyptiorum & Mithridatis ad Delta.

POSTQVAM autem ventum est ad Delta quod vocant, conflixit cum hoste circa locum qui castra Iudæorum dicitur. Curabat autem dextrum cornu Mithridates, sinistrum Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu inclinatum est, videbaturq; cladem accepturum, nisi maturè prater fluminis ripam accurrens cum suis Antipater, qui iam aduersarios profligauerat, exemptis socijs periculo, Ægyptios iam vincentes coëgisset terga vertere: qui adeò fugientibus institit, vt castra quoq; hostium caperet: aduocato etiã in prædæ partem Mithridate, quem insectando hostem longè à tergo reliquerat. Is ex suis octingentos de-



Alias Cap. 18. Mithridates Antipatrum apud Cæsarem laudat.

siderauit, Antipater non plus quinquaginta. Mithridates verò de his Cæsarem per literas certiorem reddidit, ingenuè fassus Antipatrum & salutis sibi causam fuisse & victoriæ: ita vt Cæsar & tunc eum collaudauerit, & posteà toto eo bello in rebus periculosissimis eius forti opera vsus sit: in quibus certaminibus etiam vulnera accepit. Quamobrem finito tandem bello classe deuectus in Syriam Cæsar magnos honores contulit, tam in Hyrcanum quem confirmauit in Pontificatu, tam in Antipatrum quem ciuitate Romana & immunitate donauit. Nonnulli verò aiunt Hyrcanum ipsum huic expeditioni interfuisse, & in Ægyptum venisse. Attestatur mihi Strabo Cappadox, ex autoritate Asinij sic scribens:

Hyrcanum Cæsar in Pontificatu confirmat, Antipatrũ ciuitate Romana donat

ſcribens: Poſtquam Mithridates in Ægyptum inuaſit, & cum eo Hyrcanus Judæorum Pontifex. Idem Strabo alibi ex autoritate Hypſicratis ſic ſcribit: Mithridatem primò ſolum veniſſe. accitum deinde ab eo Aſcalonem gubernatorem Judæa Antipatrum tria millia militum ei adiunxiſſe, & eiuſdem hortatu cæteros dynaſtas ſocia arma contuliſſe, in hisq; Hyrcanum Pontificem. Hac Strabo. Eodem tempore etiam Antigonus Ariſtobuli filius ad Cæſarem veniens, queſtus eſt de patris infortunio, quod propter ipſum veneno extinctus eſſet Ariſtobulus, & frater ſuus à Scipione ſecuri percuſſus. rogabatq; vt ſui miſereretur, paterno principatu eiecti. Praterea Hyrcanum accuſabat & Antipatrum, quòd per vim principatum gentis gererent, nec abſtinerent ab ipſius iniurijs. Antipater verò cauſam ſuam egit diluens obiecta crimina: Antigonumq; ſeditionis & nouarum rerum ſtudioſum eſſe coarguit. commemorabat etiam quantum proximo bello laboraſſet pro Cæſare, ipſum verborum ſuorum teſtem adducens. Ariſtobulum autem meritò Romam vinctum pertractum, perpetuum hoſtem & inimicum populi Romani. Fratrem verò huius conuictum latrocinij debitas pœnas Scipioni dediſſe, & non per iniuriam oppreſſum. Tum Cæſar oratione Antipatri motus Hyrcanum Pontificem declarauit, Antipatro dynaſtiam quamcunque ipſe optaret obtulit, & procuratorem inſuper Judæa declarauit.

An. mũdi 3919. Ante Chriſtum natum 45.
Strabo. Aſinius. Hypſicrates.

Antigonus Ariſtobuli filius apud Cæſarem Hyrcanũ & Antipatrum accuſat.

Antipater obiecta crimina diluit.

Antipater Iudææ Procurator declaratus.

CAP. XVI.

Cæſaris literæ & Senatuſconſulta de Iudæorum amicitia.

HYRCANO verò etiam patriæ mœnia reſtituere permiſit, roganti hanc gratiam. iacebant enim vſq; ad id tempus, ex quo à Pompeio fuerant diruta. deditq; hac de re in vrbem literas ad conſules, vt decretum hoc ſcriberetur in Capitolio: cuius ſenatuſconſulti exemplum ſic habet. L. Valerius L. F. Pr. retulit ad ſenatum Idib. Decembribus in æde Concordiæ, præſente L. Coponio L. F. & C. Papirio Quirino, de his quæ Alexander Jaſonis, Numenius Antiochi, Alexander Dorothei, legati Judæorum viri optimi & ſocij noſtri petierunt, renouantes veterem erga populum Rom. beneuolentiam: qui phialam & clypeum ex auro argumẽtum ſocietatis attulerunt, æſtimationis aureorum quinquaginta millium. & literas petierunt ad liberas ciuitates ac Reges, vt per regiones eorum atq; portus ſecurè poſſint iter facere. Placuit igitur ſenatui eos in amicitiam & ſocietatem recipere, & omnia quæ petierunt concedere, et allatum clypeum accipere. Hæc acta ſunt Hyrcani Pontificatus & principatus anno nono, menſe panemo. Quin & ab Athenienſibus honor habitus eſt Hyrcano, quæſitis beneficiis: miſeruntq; ad eum decretum ſcriptum in hanc ſententiam. Sub Iudice & ſacerdote Dionyſio Aſclepiadis, Panemi menſis luna vigeſima, oblatũ eſt ducib. decretum Athenienſium, Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimuſius ſcriba retulit Munychionis vndecima, concilio Iudicum facto in theatro: ſuffragia collegit Dorotheus ſummus ſacerdos & aſſeſſores ex populo. Dionyſius Dionyſii dixit: Quoniam Hyrcanus Alexandri Pontifex Judæorum ac ethnarcha perpetua tàm publicè quàm priuatim ciues noſtros beneuolentia proſequitur, nullam benè merendi occaſionem prætermittens: & quotquot Athenienſium vel propter legationes, vel propter priuata negotia illuc deueniunt, acceptos comiter, deducendos etiam curat in reditu, idq; multorum conſtat teſtimoniis:

Hedio & Ruffinus Cap. 17. al. 18.

Hyrcanus Hieroſolymis Cæſare permittente, mœnia reſtituit.

Senatus conſultum Romanorũ de renouando fœdere cum Iudæis.

An. mũdi 3911. Ante Chriſtum natum 53.
Ab Athenienſibus honor Hyrcano habitus.

An. mũdi 3911. AnteChriſtum natum 53.

viſum eſt nunc Theodoſio Theodori referente, & populum de huius viri virtute commonefaciente, quàm propenſus ſit ad benè merendum de noſtris ciuibus, honorare hunc virum virtutis ergò corona aurea iuxta legem, ponere ei effigiem auream in templo Demi & Charitum: & præconis voce promulgari eam coronam in theatro Liberalibus dum noua tragœdia aguntur, & Panathenais & Eleuſinijs, & in gymnicis certaminibus: curaq́; eſſe noſtris ducibus, vt dum ille in amicitia noſtra perſeuerat, vt quicquid in honorem eius & gratiam pro fauore & meritis excogitauerimus, exſequantur ſedulò: quò perſpicua ſit omnibus populi noſtri erga bonos viros gratitudo ac beneuolentia, & huiuſmodi honoribus plures ad benè merendum de nobis inuitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Athenienſium numero qui ad illum decretum hoc perferant, hortenturque vt acceptis his honoribus certet nobiſcum beneficijs. & hactenus de collatis à populo Romano & Athenienſi in Hyrcanum honoribus.

Hedio & Ruffinus Cap. 18.

Cæſar è Syria proficiſcitur.

Antipater in Iudæa nouarum rerum cupidos compeſcit.

Porrò Cæſar ordinatis rebus Syriæ cum claſſe profectus eſt. Antipater autem deducto Cæſare in Syriam reuerſus ante omnia diſiecta per Pompeium mœnia reſtituit, & obeundo prouinciam nouarum rerum cupidos compeſcuit, tum minis agens tum conſilijs. Fore enim vt ſi Hyrcano contenti ſint Principe, feliciter degant fruendo ſuis quiſque poſſeſſionibus: ſin nouas ſibi ſpes polliceantur, & lucra ex rebus turbatis captent, ſe quidem pro Præſide habituros dominum, Hyrcanum verò pro Rege tyrannum, tum Romanos atque Cæſarem acerbos hoſtes pro Principibus. Hos enim nequaquam laturos mutari aliquid ex his quæ ipſi conſtituerint. atque his monitis ille regionem totam compoſuit.

CAP. XVII.

Antipater ex filijs ſuis Herodi Galilææ, Phaſaelo Hieroſolymorum regimen committit, & quòd Sex. Cæſar Herodem magnum ac illuſtrem reddidit.

Aliàs Cap. 20. Antipater Phaſaelo Hieroſolymorum, Herodi Galilææ regimen committit.

An. mũdi 3922. AnteChriſtum natum 42.

ÆTERVM cum Hyrcanum ſtupidum ac ſegnem animaduerteret, Phaſaelum è liberis ſuis natu maximum Hieroſolymis & circumuicinæ regioni ducem conſtituit, Herodi ſecundo Galilæam curandam commiſit, etiam tum admodum adoleſcenti, nec excedenti annum quintumdecimum. quod tamen illi nihil obfuit, ſed quia fuit generoſo ingenio præditus, confeſtim occaſionẽ inuenit quomodo poſſet virtutem ſuam oſtendere. Comprehenſum enim Ezeciam primarium latronem, & cæterorum ducem Syriæ fines incurſare ac prædare ſolitum, affecit ſupplicio cum multis latrocinij ſocijs: quod eius factum magnam ei apud Syros conciliauit gratiam, nihil magis cupientes quàm repurgari tandem regionem à prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per vicos & oppida, vt autorem pacis & fruendi ſecurè poſſeſſionibus. Quin & Sex. Cæſari per hoc factum innotuit: cognato magni Cæſaris & tum adminiſtranti Syriam. quapropter etiam Phaſaelus excitatus eſt ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolens virtutis laude haberi inferior: nihilq́; magis ſtuduit, quàm gratioſus eſſe apud Hieroſolymitanum populum, omnia negocia publica per ſe obeundo, & in eis cum magna gratia verſando, nec abutendo poteſtate ad cuiuſquam iniuriam. quo factum eſt, vt Antipater haud ſecus quàm ſi Rex eſſet à tota

Ezechiã primarium latronem cum ſocijs Herodes ſupplicio afficit.

Sex. Cæſar adminiſtrator Syriæ.

Phaſaeli Reipublicæ forma.

gente

gente coleretur, & in tali haberetur honore, qualis non dedeceret dominũ. Nec tamen rebus tàm ſecundis more cæterorum hominum deprauatus eſt, quòminus Hyrcano fidem ſeruaret atq; amicitiam. Cæterùm optimates Iudæorum videntes eum cum filijs tantopere creſcere, tàm fauore gentis, quàm Hyrcani pecunijs & percipiendis ex Iudæa reditibus, malignè erga eum affecti erant. iam enim amicitiam contraxerat cum Romanis imperatoribus, & perſuaſo Hyrcano vt pecuniam eis mitteret, ipſe huius muneris ſibi vſurpauit gratiam. Miſit enim tanquam de proprio, & non quaſi ab Hyrcano acceptam. Hæc Hyrcanus audiens adeò nihil curabat, vt gaudere etiam facto videretur. Sed maximè terrebat Iudæorum primates violentum ac audax Herodis ingenium & tyrãnidis cupidum, adeuntesq; Hyrcanum apertè iam incuſabant Antipatrum. Quouſq; tandem diſſimulabis quæ geruntur quotidie? an non vides Antipatrum cum filijs ſuccinctos principatus opib. tibi verò præter inane regni nomen nihil fieri reliquum? Sed caue iſta neſcias, néue te ſecurum putes, incolumitatis tuæ atq; regni iuxta negligens. neque enim procuratores tuos amplius agunt: noli falli hac opinione: ſed iam ex profeſſo dominationem exercent. nam Herodes Ezeciam cum pleriſque alijs interfecit, contemptis noſtris legibus, quæ hominem quantumuis ſceleſtum non ſinunt affici ſupplicio, niſi prius damnatum ex ſententia iudicum. iſte verò hoc auſus eſt, prius quàm à te poteſtatẽ hanc acciperet. Tandem Hyrcanus his auditis motus eſt. accenderunt autem eius iram matres etiam eorum quos Herodes necauerat. nã hæ per ſingulos dies in templo non deſinebant precibus ſuis tum Regem tum populum obtundere, rogantes vt Herodes coram conſeſſu Iudicum facti ſui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad iudicium & dicendam cauſam euocat. at ille præſtò fuit præmonitus tamen à patre, vt nõ priuati more, ſed cum comitatu ad ſe tuendum idoneo veniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, quemadmodum exiſtimabat ſibi conducere, mediocrẽ ſed tamẽ ſufficientem ſibi manum adiunxit in itinere, ne vel Hyrcanum terreret ſi plures adduceret, vel ipſe ſine tutela ſubiret iudicij periculum. Quin et Sex. Cæſar præſes Syriæ ſcripſit ad Hyrcanum vt eum abſolueret, minis, ſi contrà feciſſet, additis. Quod quidem facilè ab illo impetratum eſt, ne qua triſtiore iudicum ſententia feriretur, quandoquidẽ amabat eum nõ ſecus atq; filium. Cumq; conſtitiſſet antè iudicium vnà cum ſuis, omnes ſunt attoniti, nec quiſquam eorum qui abſentem accuſauerant, auſus eſt hiſcere: ſed hærebant inopes conſilij. Tum vnus quiſpiam Sameas nomine, vir iuſtus, & ob hoc inuictus terroribus, aſſurgens ſic exorſus eſt: Equidẽ iudices, tuq; Rex, nec ipſe vnquã vidi quenquã qui ad cauſam apud nos dicendã vocatus ad hunc modum cõparuerit, nec vos puto poſſe proferre huiuſmodi quempiam: ſed quiſquis hactenus apud hunc conſeſſum iudicandum ſe præbuit, humilis venit & habitu timentis periculum, ac captantis miſericordiam, atratus & promiſſo capillitio. at bonus iſte Herodes cædis reus & tam graui obnoxius crimini, adſtat hic purpuratus & crine bello compoſito, cum armatis ſtipatoribus: vt ſi capitalem iuxta leges ſententiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipſe euadat illata vi legibus. Verùm iſti non ſuccenſeo quòd maiorem incolumitatis ſuæ quàm legum rationem habeat, ſed vobis magis & Regi qui hanc ei conceſſiſtis licentiam. Scitote tamen potentem eſſe Deum, & quod iſte quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquando & Regem ipſum puniet. Nec vanus fuit vates. nam Herodes

An. mũdi 3922. Ante Chriſtum natum 42.

Antipater etſi in magno honore habitus, Hyrcano tamen fidem ſeruat atque amicitiam.

Antipater Hyrcani pecunijs Romanos ſibi deuinctos, Iudæos verò inuiſos reddit.

Antipatrum & Herodem apud Hyrcanum Iudæi accuſant.

Herodes in Ius vocatus cum comitatu comparet.

Sext. Cæſar ad Hyrcanum vt Herodem abſolueret, ſcribit.

Sameas è Iudicibus vnus, Hyrcano reliquisq; Iudicib. cædẽ ab Herode imminentẽ prædicit, cuius rei veritatem poſtea euentus comprobauit.

An. mũdi 3922. Ante Christum natum 42.

regnum adeptus omnes illos Iudices & Regem quoq; sustulit, excepto vno Sa-
Sameam Herodes in honore habet.
mea, hunc enim in honore habuit propter iustitiam, & quia pòst obsessa vrbe ab
Herode ac Sosio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter pecca-
ta eos posse dominationem illius effugere: sicut suo loco dicetur. Porrò Hyrcanus
animaduertens Iudices propensiores ad damnandum Herodem, rem in sequen-
Herodes ab Hyrcano admonitus fuga sibi consulit, & in iudicio amplius non comparet.
tem diem distulit, & clam eum admonuit, vt fuga sibi consuleret. non enim esse
remedium aliud. atq; ita ille secessit Damascum, quasi Regem fugiens: cumq;
conuenisset Sex. Cæsarem, & res suas in tuto collocasset, palam præ se tulit quòd
non esset compariturus si denuò citaretur ad Iudices. Illi verò indignabantur, &
conabantur Hyrcanum docere, quòd in ipsius perniciem hæc omnia tenderent:
qui non ignorabat quidem eos vera monere, sed nihil expedire poterat per igna-
Aliàs Cap. 21. Sex. Cæsari Herodes pecuniam numerat, Cœlesyrię præfectus Hierosolyma inuadit, sed Antigoni patris, & Phasaeli fratris hortatu obsidionem soluit.
uiam & amentiam. Caterùm cum Sex. Cæsar accepta pecunia Herodem præfe-
cisset Cœlesyriæ, vehementer timuit ne ille contra se duceret. nec eum sua fefellit
opinio. Iratus enim quòd iussus sit causam dicere, veniebat cum exercitu: sed pa-
tris ac fratris occursu & precibus cohibitus est quò minus inuaderet Hieroso-
lyma, placantium eum & rogantium, vt terruisse contentus, re ipsa læderet nemi-
nem, néue vlterius aduersus autorem suæ dignitatis procederet. Debere etiam
eum non tam meminisse quòd citatus sit, quàm quòd absolutus etiã, & gratiam
habere quòd nihil triste passus abierit incolumis. Cogitãdum quoq; quam peri-
culosa sit belli alea, & quòd Deus arbitratu suo his vel illis annuat victoriam:
atq; eo minus tum eam esse sperandã, quando non solùm contra Regẽ suum &
altorem bellũ moueat, verùm etiã benè meritum, ipse nulla affectus iniuria. nam si
quid illi nunc obijciat, nõ ipsius esse culpã sed consultorũ non bonorũ, qui ei opini-
onem crudelitatis concilient. Paruit his monitis Herodes, ratus sufficere sibi ad
futuras spes quòd potentiã genti declarauerit. atq; eo tũ in statu res fuerunt Iu-
Hedio & Ruffinus Cap 19.
daicæ. Caterùm Cæsar Romã reuersus expeditionem parabat in Africã contra
Hyrcani ad Cæsarem legati Iudæis à Romanis, Asiæ & Europæ Regibus magnus honos habitus.
Scipionem & Catonem. tum Hyrcanus per legatos eum rogauit, vt confirmaret
cœptam societatem & amicitiam. Nunc videtur mihi operæprecium percensere
omnes honores genti nostræ à Romanis imperatoribus habitos, & inita cum eis
fœdera, vt vniuersis notum sit, quòd tàm ab Europæ quàm ab Asiæ Regibus ob-
seruati fuerimus propter fidem ac fortitudinem. Quoniam autem multi nos
odio habentes non credunt de nobis Persicarum vel Macedonicarum rerum
scriptoribus, quòd ea monumenta non ita peruulgata sint, apud nostrates seruа-
ta & alios quosdam barbaros, certè Romanorum decretis contradicere non po-
Iul. Cæsar. apud Alexand. inscriptione columnę æreę, quòd Iudæi Alexandrinæ ciuitatis ius habeãt, atteſtatur.
terunt. nam hæc & publicè dedicata sunt in vrbibus, atq; etiam in Capitolio, &
columnis insculpta sunt æreis. Quin & Iul. Cæsar apud Alexandriã atteſtatus
est Iudæis inscriptione columnæ æreæ, quòd Alexandrinæ ciuitatis ius habeant.
quare his argumentis vsurus sum. apponam etiam senatusconsulta & decreta
Senatusconsulta & decreta Iulij Cæsaris de honoribus, priuilegijs, præeminentijs, libertatibus, & immunitatibus Iudæorum.
Iulij Cæsaris, quæ ad Hyrcanum & nostram gentẽ attinent. C. Iulius Cæsar imp.
& Pont. max. dictator iterũ. Sidoniorum magistratibus, senatui & populo sa-
lutem. Si valetis benè est, ego quidem & exercitus valemus. Mitto vobis exem-
plum tabulæ, quæ ad Hyrcanum Alexandri filium, Iudæorum ethnarcham ac
Pontificem attinet, vt in publicis vestris monumentis reponatur, inscriptũ gra-
cis & latinis literis in ærea tabula. Est aũt hoc. Iulius Cæsar imp. iterum & Pont.
max. de consilij sententia decreui. Quoniam Hyrcanus Alexandri filius Iu-
dæus & nunc & præteritis temporibus tàm pace quàm bello bonam ac fidelem

operam

operam in nostris negotijs praestitit, sicut ei multi imperatores attestati sunt, & in proximo Alexandrino bello in auxilium venit cum M.D. militibus, & ad Mithridatem à me missus virtute cessit nemini: has ob causas Hyrcanum filium Alexandri & eius liberos ethnarchas Iudaeorum esse iubeo, & pontificatum Iudaeorũ perpetuo retinere more patrio, esseqũ ipsum & filios eius nostros socios, & re in amicorũ nostrorum recipi numerũ. Iura quoq; omnia pontificalia habere ipsum & filios decerno. & si qua controuersia exorta fuerit de Iudaica disciplina, iudicium penes ipsum esse. ad hac nec hyberna militi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Caesaris consulis, placita, concessa, decreta, sic habent: vt filij principatum gentis Iudaeorum, & donata sibi loca possideant: vt pontifex ipse ac ethnarcha Iudaeorum iniuriam passis adsit: vtq; ad Hyrcanum Alexandri filiũ Iudaeorum pontificem mittantur legati acturi de societate & amicitia. dedicariq; aream tabulam hac continentem in Capitolio, & apud Tyrum, Sidonem, Ascalonem, in templis, inscriptam Romanis atq; Gracis literis: vtq; hoc decretum apud omnes omnium vrbiũ quaestores ac magistratus publicetur, quò pro amicis habeantur, & legatis eorum hospitia praebeantur, & decreta hac ad omnia loca mittantur. C. Caesar, imperator, dictator, consul, honoris, virtutis, & benignitatis causa, concessit in commodum S.P.Q. Romani, Hyrcanum Alexandri filium, eiusq; filios Pontifices ac Sacerdotes esse Hierosolymorum totiusq; gentis, iure quo & maiores eorum hoc Sacerdotium gesserunt. C. Caesar quintum Coss. decreuit habere & munire Hierosolymorum vrbem, & gubernare eam Hyrcanum filium Alexandri pontificem Iudaeorum ac ethnarcham secundum suam voluntatem, et vt Iudaeis secundo locationis anno de reditibus eorum subducant, immunesq; sint ab angarijs & vectigalibus. C. Caesar imp. iterum, statuit vt singulis annis tributa pendant Hierosolymitani pro sua ciuitate, Ioppe excepta, absque anno septimo, quem Sabbaticum nominant, quoniam in eo, neq; fructus arborum colligunt, neq; seminant: vtq; in Sidone secundo quoque anno tributum reddant quartam partem satorum: & ad hac Hyrcano eiusq; filijs decimas persoluant, sicut hactenus eorum maioribus. Vtq; nullus vel praeses, vel dux, vel legatus in finibus Iudaeorum auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab his exigere, vel hybernorum vel quocunque alio nomine: sed sint immunes ab omnibus molestationibus. Quaecunque etiam postea parauerunt vel emerunt, his omnibus fruantur. Ioppen praterea quam ab initio habuerunt Iudaei, dum in populi Romani amicitiam reciperentur, placere ipsorum esse quemadmodum antea. Tributa quoque eius oppidi habere Hyrcanum Alexandri filium cum suis filijs, tam ab eius agri aratoribus, quam vectigalium portus nomine, & eorum qua Sidonem exportantur, annua modiorum XXMDCLXXV. excepto anno septimo, quem vocant Sabbaticum, in quo neque arant, neque de arboribus fructus colligunt. Vicos item quos in Magno campo Hyrcanus & sui maiores ante eum possederunt, placet Senatui eundem Hyrcanum & Iudaeos etiam nunc habere, iure quo & antea habuerunt. Manere etiam iura qua ab initio inter Iudaeos & eorum pontifices fuerant, & quacunque beneficia à S.P.Q.R. concessa. Praterea eodem iure licere illis vti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia Reges Syria ac Phœnices per donationem populi Romani possederant, placere senatui, vt Hyrcanus Iudaeorum ethnarha habeat. esseqũ ius Hyrcano eiusq; filijs,

An. mũdi 3922. Ante Christum natum. 42.

An. mũdi 3903. Ante Christum natum 61. Scaurus Cœlesyriæ Præfectus.

his suo loco dicemus. Caterum Pompeius Cœlesyria vsq; ad Euphratem amnem & Ægypti terminos Scauro tradita cum duabus Romanis legionibus, ipse in Ciliciam abyit Romam properans: abduxitq; secum Aristobulum vinctum cum duabus filiabus & totidem filijs.

CAP. IX.

Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suasu cum eo ferijt.

Hedio & Ruffinus Cap. 9.

SCAVRO autem ad Arabia Petram profecto cum exercitu, & quia difficilis ad eam aditus esset, circumuicinos agros populante, militibusq; fame laborantibus, Antipater iussu Hyrcani frumentum ex Iudæa & alia necessaria eis præbebat: missusq; ad Aretam legatus à Scauro, eo quòd hospes esset, persuasit etiam illi pecunia numerata vastationem agrorum redimere sponsor factus pro trecentis talentis. atq; his conditionibus hoc bellum finitum est, non minus è Scauri quàm ex Aretæ sententia.

CAP. X.

Alexander à Gabinio victus, in quodam castello oppugnatur.

An. mũdi 3904 Ante Christum natum 60. Hedio & Ruffinus Cap. 10. Alias 11.

ALIQVANTO autem post Alexandro Aristobuli filio Iudæam incursionibus vexante, imperator Gabinius è Roma venit in Syriam. is & alia multa memoratu digna gessit, & contra Alexandrum expeditionem suscepit, Hyrcano iam non valente ei resistere, & de muris Hierosolymorum reficiendis cogitãte, quos Pompeius deiecerat. sed ab hoc conatu per Romanos cohibitus est. At Alexander peruagando regionem multos Iudæos armauit: collectisq; propere decem armatorum millibus, & mille quingentis equitibus, munitionibus firmauit Alexandrium castellum, iuxta Coreas situm, & Macharuntem in finibus Arabum. contra eum venit Gabinius, præmisso M. Antonio cum alijs ducibus. atq; ita Romani coniuncti cum Iudæis in officio manentibus, quorum duces erant Pitholaus & Malichus, assumptis etiam Antipatri auxilijs, occurrerũt Alexandro, sequente cum reliquo exercitu Gabinio. tum ille recepit se propius Hierosolyma, vbi conserto prælio Romani occiderunt hostiũ circiter tria millia: nec pauciores capti sunt. tum Gabinius veniens ad Alexandrium, inuitabat conclusos ad pacem, veniam præteritorum pollicendo. & cum multi hostium extra castellum stationem haberent, Romani eos adorti sunt, vbi multis casis egregiam operam nauauit M. Antonius. Itaq; Gabinius relicta ad oppugnationem parte exercitus, ipse reliquam Iudæam perlustrabat: & quotquot inueniebat vrbes diruta's, ædificari iubebat. atq; hoc pacto instaurata sunt, Samaria, Azotus, Scythopolis, Anthedon, Raphia, Dora, Marissa, Gaza, & alia non pauca: idq; mandante Gabinio, quarũ posthac habitatio tuta permãsit, cum antè longo tempore deserta fuissent. His ita per regionem dispositis, reuertitur ad Alexandriũ: & cũ intenderetur oppugnatio, per legatos veniã petijt Alexander, offerens castella Hyrcaniã & Macharuntem, & postremo Alexandrium: quæ Gabinius diruit. Cumq; Alexãdri mater ad eũ venisset, qua Romanis fauebat, marito eius & reliquis liberis Romæ asseruatis, impetrauit ab eo quicquid petijt. moxq; dispositis eius rebus, deduxit Hyrcanũ Hierosolyma, curaturũ templũ & suũ Sacerdotiũ. deinde cõstitutis quinq; iuridicis cõuentibus, in totidem æquales partes totã prouinciam

Castella muuiũtur.

Gabinius aliquot vrbes diruras, in Iudæa ædificari iubet.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. Alias 12.

Alexandrium & alia castella diruta,

Alexandri mater.

Quinque conuentus Iuridici in Iudæa.

uinciã distribuit: ita vt alij iura peterent Hierosolyma, alij Gadara, Amathuntem alij: quarti verò Hierichuntem, quinti Saphoram, quod est Galilææ oppidum: sicq; liberati dominis sub optimatum gubernatione degebant.

An. mũdi 3904 Ante Christum natum 60.

CAP. XI.

Aristobulus Romæ vinculis elapsus, rursum in Iudæa captus à Gabinio Romam remittitur.

ÆTERVM cum Aristobulus Roma profugus reuersus esset in Iudæam, & conaretur Alexandrium recens dirutum denuò munire, Gabinius misit eò milites ducibus Sisenna, Antonio, & Seruilio, qui eum locum occupari nõ sinerent, & darent operam vt ipsum comprehenderent. nam multi Iudæorum ad eum propter nominis celebritatem confluebant, nouarũ rerum auidi: siquidem & Pitholaus Hierosolymorum præfectus cum mille armatis ad eum transfugit. alioqui in eo confluxu multi fuere non satis armis instructi. Aristobulus verò volens occupare Macharũtem, tales dimisit vt inutiles ad moliendum aliquid, assumptisq; tantum armatorũ octo millibus, illuc contendit. quos assecuti Romani vicerunt egregiè. quãuis enim repugnantes aliquantisper impressione facta coëgerunt terga vertere, occisis eorũ circiter quinq; millib. reliqui verò dissipati, vt quisq; potuit salutẽ sibi quæsiuerunt. Aristobulus tamen plus mille secũ trahens perfugit Macharuntẽ: muniebatq; id castrũ, & quãuis rebus afflictis, benè sperare nõ desistit. Sed nõ vltra biduum sustinere potuit oppugnationẽ, et multis acceptis vulneribus captiuus cum Antigono filio, qui ei fugæ comes fuerat, ad Gabinium adductus est. atq; ita reflãte fortuna rursum remissus Romã in vinculis est habitus, postquã regno & Pontificatu potitus est annis tribus cum dimidio, vir in ea dignitate magnificus & magnanimus. Liberos tamen eius dimisit senatus, cum ex Gabinij literis cognouisset, promissum hoc eorum matri, dum castella traderet: qui mox in Iudæam reuersi sunt. Porrò Gabinio paranti expeditionem in Parthos, & iam Euphratem traijcienti, mutata sententia visum est Ptolemæum in Ægyptum reducere, sicut aliàs indicatũ est. In hac quoq; expeditione ab Antipatro adiutus est frumento, armis & pecunijs: & illius consilio Iudæi qui Peluſium accolunt, ceu custodes Ægypti aditus, in societatem pertracti sunt. Cæterùm reuersus ex Ægypto deprehendit Syriam labore dissidijs & tumultibus. Aristobuli enim filius Alexander, denuo inuaso per vim Principatu multos Iudæorum ad defectionem impulit: collectoq; magno exercitu regionem obeundo, interficiebat Romanos quotquot adipisci potuit, reliquos in montem Garizim compulsos obsedit. Gabinius verò hoc in statu Syriam offendens, Antipatrum propter notam viri prudentiam præmittit ad tumultuatores, si fortè posset ad saniorem mentem reductis persuadere, vt meliora sequantur consilia: quod ille sedulò fecit, & multos reduxit ad officium. Alexandro verò potiri non potuit. is enim habens secum triginta Iudæorum millia, ausus est occurrere Gabinio, & collatis signis decernere ad montem Itabyrium: quo prælio desiderata sunt ex acie Iudaica decem millia. Tum victor constitutis Hierosolymitanis rebus ex Antipatri sententia, contra Nabathæos profectus, hos quoque profligat vno prælio. nobiles etiam Parthos Mithridatem & Orsanem ad se profugos remisit, sparso rumore quod aufugissent in patriam: tantisq; rebus gestis Romam reuertens Crasso prouinciam tradidit. De his autem Pompeij &

Hegio & Ruffinus Cap. 12. Aliàs 13.

Aristobulus Roma reuersus Alexandriũ denuò munire conatur.

Aristobulus à Romanis vincitur in prælio.

Aristobul⁹ captiuus cum Antigono filio Romam remittitur.

Aristobuli liberi dimissi.

Antipater Gabinium Ptolemæum in Ægyptũ reducentem adiuuat.

Alexander Aristobuli filius Principatum inuadit.

Alexander à Gabinio victus.

Nabathæi profligati.

Mithridates, Orsanes.

An. mūdi 3911. Ante Christum natum 53. *Gabinij contra Iudæos expeditionibus scribit Nicolaus Damascenus & Strabo Cappadox, nihil ab altero discrepans.*

CAP. XII.

Crassi contra Parthos ducentis per Iudæam iter, & sacrilegium.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. al. 14. Marcus Crassus in Parthos mouet, pecuniam Hierosolymis ex templo aufert.

CRASSVS autem expeditionem contra Parthos parans in Iudæam peruenit, & pecuniam sacram quam Pompeius non attigerat, duo millia talentorum abstulit, totoq; reliquo auro, cuius summa accedebat ad octo talentorum millia templum spoliauit. Tulit etiam trabem ex auro solidam, trecentas minas pendentem. Mina autem apud nos constat duabus libris cum dimidia. Hanc trabem ei tradidit sacerdos sacri thesauri custos Eleazarus, non pra malicia: nam erat vir bonus & iustus: sed cum concreditam haberet aulæorum templi custodiam, ex hac trabe pendentium, quorum admiranda pulchritudo erat & apparatus precioßißimus: videretq; Crassum totum esse in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit: cum prius eum iureiurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipse traderet, æstimatum plurimis aureorum millibus. Hæc trabs inserta erat trabi cauæ lignea, quòd cæteris omnibus ignotum solus sciebat Eleazarus: Crassus tamen & hanc pro reliquo templi auro accepit, & mox violato iureiurando totum quantum intus erat egeßit. Nec est mirandum tantas diuitias in nostro templo fuisse, cuius Deum cum omnes vbiq; terrarum Iudæi venerentur ac colant, tàm ex Europa quàm ex Asia longo tempore huc eas contulerant. Nec ad iactationem conficta est prædicta summa, nec caret testibus: sed cum alij multi, tum Strabo Cappadox attestatur nobis his verbis: Mithridates autem misit in Coum insulam qui afferrent sibi inde pecuniam quàm Cleopatra Regina ibi deposuerat, & Iudæorum octingenta talenta. Nobis autem nulla est publica pecunia, præter hanc Deo sacram: & satis apparet quòd hanc Iudæi ex Asia in Coum deportauerunt metu belli Mithridatici. Non est enim verisimile eos qui Iudæam habitabant, habentes vrbem adeò munitam & templum, pecunias in Coum misisse. Sed nec Alexãdrinos Iudæos hoc fecisse est credibile, quibus nihil erat à Mithridate periculi. Idem Strabo alibi testatur Syllam quo tempore in Græciam traiecit gesturus bellum contra Mithridatem & Lucullum, misisse Cyrenem agitatam seditionibus gentis nostræ, quæ orbem terrarum repleuerit. sic enim scribit. quatuor erant genera in Cyrenensium vrbe, ciues, agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi. hoc iam in omnes vrbes subrepsit, nec est facilè inuenire locum in vrbe habitabili, quem recepta semel non obtineat. nam & Ægyptus & Cyrene, vtpote eisdem solitæ parere dominis, aliæq; multæ regiones horum ritus admiserunt: aluntq; congregationes Iudæorum maximas, tempore coalitas, & vtentes institutis domesticis. Per Ægyptum sanè etiam colonia sunt eius gentis, absq; eo quòd Alexandrinæ vrbis magna pars eis assignata est. habet etiam proprium magistratum qui suæ gentis res administret, & controuersias ex iure dirimat, & contractus atq; pacta rata habeat, non aliter quàm sit in absoluta Republica. Inualuit itaq; hæc gens in Ægypto eò quòd antiquitus originem inde habeat, & facilè migretur eò propter vicinitatem. In Cyrenaicam verò regionem inde transiit vt conterminam, quemadmodum etiam Iudæa est, vel potius partem olim regni Ægyptij. Hæc Strabo. Cæterùm Crassus rebus arbi-

An. mūdi 3911. Ante Christum natum 53.

Crassus iuramenti dati violator.

Templi Hierosolymitani diuitiæ vnde.

Strabo Cappadox.

tratu

tratu ſuo compoſitis, Parthorum ditionem inuaſit: vbi cum omnibus copijs periit: ſicut aliàs narratum eſt. Caſſius autem in Syriam refugiens occupata ea reſiſtebat Parthis, propter recentem victoriam excurſantibus: & cum veniſſet Tyrum, inuiſit etiam Iudæam. Vbi Tarichæas primo impetu cepit, & fermè xxx. millia captiuorum abduxit. Pitholaum quoq; qui Ariſtobuli partes fouebat, interfecit hortante Antipatro, qui plurimum apud eum poterat, & maximam inter Idumæos autoritatem habuit. apud quos duxit vxorem illuſtri inter Arabas loco natam, Cypron nomine, ex qua quatuor ei nati ſunt filii, Phaſaelus & Herodes qui poſtea regnauit, & Ioſephus atque Pheroras, & filia Salome. Hic Antipater etiam alios dynaſtas hoſpitio ſibi coniunxit & amicitia, ſed maximè Arabem, apud quem & liberos depoſuit, dum bellum contra Ariſtobulum gereret. At Caſſius reparatis copiis ad Euphratem ſe contulit, ibique Parthis ſe oppoſuit, quemadmodum & ab aliis ſcriptoribus eſt memoriæ proditum.

An. mũdi 3911. Ante Chriſtum natum 53.
Craſſus in Parthia perit.
Caſſius Parthis reſiſtit.
Antipatri vxor & filij.
An. mũdi 3917. Ante Chriſtum natum 47.

CAP. XIII.

Pompeij fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam.

ALIQVANTO autem poſt Cæſar occupata Roma, & Pompeio vnà cum ſenatu vltra mare Ionium fugato, ſolutum vinculis Ariſtobulum decreuit in Syriã mittere, additis ei duabus legionibus, quò facilius ordinaret prouinciam. ſed is breui fruſtratus eſt ſua ſpe quam ex accepta à Cæſare poteſtate conceperat, à Pompeianis veneno ſublatus, & à Cæſarianis funeratus. Corpus autem eius diu melle curatum iacuit, donec Antonius id in Iudæam remiſſum mandauit reponi in Regum conditoriis. Scipio verò iuſſu Pompeii ſecuri percuſſit Alexandrum Ariſtobuli filium, eo quòd aliquando contra Romanos rebellauerat. & hic quidem apud Antiochiam affectus eſt ſupplicio. fratres verò eius ad ſe recepit Ptolemæus Mennæus dynaſta Chalcidis quæ ſita eſt in monte Lybano. nam miſſo Philippione filio Aſcalonem ad vxorem Ariſtobuli, iuſſit eam cum eo mittere ad ſe Antigonum filium & filias, quarum alterius Alexandræ amore captus Philippio duxit eam coniugem. deinde verò occiſo prius eo Ptolemæus ipſe duxit Alexandram, & germanorum eius curam habere non deſtitit.

Hedio & Ruffinus Cap. 14. al 15.
Ariſtobulus vinculis ſolutus, veneno tollitur.
Hedio & Ruffinus Cap. 15. al. 16.
Cædes filij Ariſtobuli.

CAP. XIIII.

Cæſaris in Aegyptum expeditio, & quàm fideli Iudæorum opera adiutus ſit.

POST Pompeij autem obitum & victoriam Cæſaris, bellum ei gerenti in Ægypto multis in rebus vſui fuit Antipater Iudæorum gubernator, idq; mandato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducente auxilia, nec valente tranſire per Peluſium, & circa Aſcalonem hærente, Antipater ei ſe adiunxit cum armatis Iudæorũ tribus millibus, egitq; cum Arabum primatibus vt & ipſi venirent auxilio: eiusq; potiſſimum opera è tota Syria auxilia contracta ſunt. nam certatim opem tulerunt Cæſari Iamblichus dynaſta & Ptolemæus eius filius, & Tholomæus Sohemi filius Libanum montem incolens, & vrbes penè vniuerſæ. Mithridates verò motis è Syria caſtris peruenit Peluſium, & non receptus ab eius loci hominibus vrbem oppugnauit. Vbi præcipuam operam nauauit Antipater, primusq; deiecta quadam muri parte aditum Cæteris irrumpentibus in vrbem

Hedio & Ruffinus Cap. 16. al. 17.
Antipater Cæſari ex Syria milites cõſcribit.
Antipater Mithridati in capiendo Peluſio operam nauat.

An. mũdi 3917. AnteChristum natum 47.

in vrbem aperuit. & Pelusium quidem sic captum est. Antipatrum autem & Mithridatem properantes ad Cæsarem transitu arcebant Iudæi Ægyptij, qui regionem quæ Onia dicitur incolunt. Hos Antipater vt tribules in partes suas traduxit, maximè cum ostendisset Hyrcani Pontificis literas, in quibus rogabantur, vt amicos se præberent Cæsari, eumq; commeatibus iuuarent & rebus exercitui necessarijs. Qui moti autoritate Antipatri ac Pontificis libenter paruerunt. quod vbi audiuerunt qui Memphim accolunt, & ipsi Mithridatem accersiuerunt, & ille eò profectus hos quoq; adiunxit suis partibus.

Iudæi Aegyptij in Oniæ regione ab Antipatro Cæsari consociati.

Memphis in Aegypto.

CAP. XV.

Antipatri res gestæ, & cum Cæsare amicitia.

Cõflictus Aegyptiorum & Mithridatis ad Delta.

POSTQVAM autem ventum est ad Delta quod vocant, conflixit cum hoste circa locum qui castra Iudæorum dicitur. Curabat autem dextrum cornu Mithridates, sinistrum Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu inclinatum est, videbaturq; cladem accepturum, nisi maturè prater fluminis ripam accurrens cum suis Antipater, qui iam aduersarios profligauerat, exemptis socijs periculo, Ægyptios iam vincentes coëgisset terga vertere: qui adeo fugientibus institit, vt castra quoq; hostium caperet: aduocato etiã in prædæ partem Mithridate, quem insectando hostem longè à tergo reliquerat. Is ex suis octingentos de-



siderauit, Antipater non plus quinquaginta. Mithridates verò de his Cæsarem per literas certiorem reddidit, ingenuè fassus Antipatrum & salutis sibi causam fuisse & victoriæ: ita vt Cæsar & tunc eum collaudauerit, & posteà toto eo bello in rebus periculosissimis eius forti opera vsus sit: in quibus certaminibus etiam vulnera accepit. Quamobrem finito tandem bello classe deuectus in Syriam Cæsar magnos honores contulit, tam in Hyrcanum quem confirmauit in Pontificatu, tam in Antipatrum quem ciuitate Romana & immunitate donauit. Nonnulli verò aiunt Hyrcanum ipsum huic expeditioni interfuisse, & in Ægyptum venisse. Attestatur mihi Strabo Cappadox, ex autoritate Asinij sic scribens:

Alias Cap. 18. Mithridates Antipatrum apud Cæsarem laudat.

Hyrcanum Cæsar in Pontificatu confirmat, Antipatrũ ciuitate Romana donat

ſcribens: Poſtquam Mithridates in Ægyptum inuaſit, & cum eo Hyrcanus Iudæorum Pontifex. Idem Strabo alibi ex autoritate Hypſicratis ſic ſcribit: Mithridatem primò ſolum veniſſe accitum deinde ab eo Aſcalonem gubernatorem Iudæa Antipatrum tria millia militum ei adiunxiſſe, & eiuſdem hortatu cæteros dynaſtas ſocia arma contuliſſe, in hiſq; Hyrcanum Pontificem. Hæc Strabo. Eodem tempore etiam Antigonus Ariſtobuli filius ad Cæſarem veniens, queſtus eſt de patris infortunio, quod propter ipſum veneno extinctus eſſet Ariſtobulus, & frater ſuus à Scipione ſecuri percuſſus. rogabatq; vt ſui miſereretur, paterno principatu eiecti. Præterea Hyrcanum accuſabat & Antipatrum, quòd per vim principatum gentis gererent, nec abſtinerent ab ipſius iniurijs. Antipater verò cauſam ſuam egit diluens obiecta crimina: Antigonumq; ſeditionis & nouarum rerum ſtudioſum eſſe coarguit. commemorabat etiam quantum proximo bello laboraſſet pro Cæſare, ipſum verborum ſuorum teſtem adducens. Ariſtobulum autem meritò Romam vinctum pertractum, perpetuum hoſtem & inimicum populi Romani. Fratrem verò huius conuictum latrocinij debitas pœnas Scipioni dediſſe, & non per iniuriam oppreſſum. Tum Cæſar oratione Antipatri motus Hyrcanum Pontificem declarauit, Antipatro dynaſtiam quamcunque ipſe optaret obtulit, & procuratorem inſuper Iudæa declarauit.

An. mũdi 3919. Ante Chriſtum natum 45.
Strabo.
Aſinius.
Hypſicrates.
Antigonus Ariſtobuli filius apud Cæſarem Hyrcanũ & Antipatrum accuſat.
Antipater obiecta crimina diluit.
Antipater Iudææ Procurator declaratus.

CAP. XVI.

Cæſaris literæ & Senatuſconſulta de Iudæorum amicitia.

HYRCANO verò etiam patriæ mœnia reſtituere permiſit, roganti hanc gratiam. iacebant enim vſq; ad id tempus, ex quo à Pompeio fuerant diruta. deditq; hac de re in vrbem literas ad conſules, vt decretum hoc ſcriberetur in Capitolio: cuius ſenatuſconſulti exemplum ſic habet. L. Valerius L. F. Pr. retulit ad ſenatum Idib. Decembribus in ade Concordiæ, præſente L. Coponio L. F. & C. Papirio Quirino, de his quæ Alexander Jaſonis, Numenius Antiochi, Alexander Dorothei, legati Iudæorum viri optimi & ſocij noſtri petierunt, renouantes veterem erga populum Rom. beneuolentiam: qui phialam & clypeum ex auro argumẽtum ſocietatis attulerunt, æſtimationis aureorum quinquaginta millium. & literas petierunt ad liberas ciuitates ac Reges, vt per regiones eorum atq; portus ſecurè poſſint iter facere. Placuit igitur ſenatui eos in amicitiam & ſocietatem recipere, & omnia quæ petierunt concedere, et allatum clypeum accipere. Hæc acta ſunt Hyrcani Pontificatus & principatus anno nono, menſe panemo. Quin & ab Athenienſibus honor habitus eſt Hyrcano, quæſitis beneficiis: miſeruntq; ad eum decretum ſcriptum in hanc ſententiam. Sub Iudice & ſacerdote Dionyſio Aſclepiadis, Panemi menſis luna vigeſima, oblatũ eſt ducib. decretum Athenienſium, Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimuſius ſcriba retulit Munychionis vndecima, concilio Iudicum facto in theatro: ſuffragia collegit Dorotheus ſummus ſacerdos & aſſeſſores ex populo. Dionyſius Dionyſii dixit: Quoniam Hyrcanus Alexandri Pontifex Iudæorum ac ethnarcha perpetua tàm publicè quàm priuatim ciues noſtros beneuolentia proſequitur, nullam benè merendi occaſionem prætermittens: & quotquot Athenienſium vel propter legationes, vel propter priuata negotia illuc deueniunt, acceptos comiter, deducendos etiam curat in reditu, idq; multorum conſtat teſtimoniis:

Hedio & Ruffinus Cap. 17. al. 18.
Hyrcanus Hieroſolymis Cæſare permittente, mœnia reſtituit.
Senatus conſultum Romanorũ de renouando fœdere cum Iudæis.
An. mũdi 3911. Ante Chriſtum natum 53.
Ab Athenienſibus honor Hyrcano habitus.

An. mũdi 3911. Ante Christum natum 53.

uisum est nunc Theodosio Theodori referente, & populum de huius viri virtute commonefaciente, quàm propensus sit ad benè merendum de nostris ciuibus, honorare hunc virum virtutis ergò corona aurea iuxta legem, ponere ei effigiem auream in templo Demi & Charitum: & praconis voce promulgari eam coronam in theatro Liberalibus dum noua tragœdia aguntur, & Panathenais & Eleusinijs, & in gymnicis certaminibus: curaq; esse nostris ducibus, vt dum ille in amicitia nostra perseuerat, vt quicquid in honorem eius & gratiam pro fauore & meritis excogitauerimus, exsequantur sedulò: quò perspicua sit omnibus populi nostri erga bonos viros gratitudo ac beneuolentia, & huiusmodi honoribus plures ad benè merendum de nobis inuitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Athenienſium numero qui ad illum decretum hoc perferant, hortenturque vt acceptis his honoribus certet nobiscum beneficijs. & hactenus de collatis à populo Romano & Athenienſi in Hyrcanum honoribus.

Hedio & Ruffinus Cap. 18.

Cæsar è Syria proficiscitur.

Antipater in Iudæa nouarum rerum cupidos compescit.

Porrò Cæsar ordinatis rebus Syriæ cum classe profectus est. Antipater autem deducto Cæsare in Syriam reuersus ante omnia disiecta per Pompeium mœnia restituit, & obeundo prouinciam nouarum rerum cupidos compescuit, tum minis agens tum consilijs. Fore enim vt si Hyrcano contenti sint Principe, feliciter degant fruendo suis quisque possessionibus: sin nouas sibi spes polliceantur, & lucra ex rebus turbatis captent, se quidem pro Præside habituros dominum, Hyrcanum verò pro Rege tyrannum, tum Romanos atque Cæsarem acerbos hostes pro Principibus. Hos enim nequaquam laturos mutari aliquid ex his quæ ipsi constituerint. atque his monitis ille regionem totam composuit.

CAP. XVII.

Antipater ex filijs suis Herodi Galilææ, Phasaelo Hierosolymorum regimen committit, & quòd Sex. Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit.

Aliàs Cap. 20. Antipater Phasaelo Hierosolymorum, Herodi Galilææ regimen committit. An. mũdi 3922. Ante Christum natum 42.

CÆTERVM cum Hyrcanum stupidum ac segnem animaduerteret, Phasaelum è liberis suis natu maximum Hierosolymis & circumuicinæ regioni ducem constituit, Herodi secundo Galilæam curandam commisit, etiam tum admodum adolescenti, nec excedenti annum quintumdecimum. quod tamen illi nihil obfuit, sed quia fuit generoso ingenio præditus, confestim occasionẽ inuenit quomodo posset virtutem suam ostendere. Comprehensum enim Ezeciam primarium latronem, & caterorum ducem Syriæ fines incursare ac prædare solitum, affecit supplicio cum multis latrocinij socijs: quod eius factum magnam ei apud Syros conciliauit gratiam, nihil magis cupientes quam repurgari tandem regionem à prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per vicos & oppida, vt autorem pacis & fruendi secure possessionibus. Quin & Sex. Cæsari per hoc factum innotuit: cognato magni Cæsaris & tum administranti Syriam. quapropter etiam Phasaelus excitatus est ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolens virtutis laude haberi inferior: nihilq; magis studuit, quàm gratiosus esse apud Hierosolymitanum populum, omnia negocia publica per se obeundo, & in eis cum magna gratia versando, nec abutendo potestate ad cuiusquam iniuriam. quo factum est, vt Antipater haud secus quàm si Rex esset à tota

Ezechiã primarium latronem cum socijs Herodes supplicio afficit.

Sex. Cæsar administrator Syriæ.

Phasaeli Reipublicæ forma.

gente

gente coleretur, & in tali haberetur honore, qualis non dedeceret dominũ. Nec tamen rebus tàm ſecundis more caterorum hominum deprauatus eſt, quòminus Hyrcano fidem ſeruaret atq; amicitiam. Cæterùm optimates Iudæorum videntes eum cum filijs tantopere creſcere, tàm fauore gentis, quàm Hyrcani pecunijs & percipiendis ex Iudæa reditibus, malignè erga eum affecti erant. iam enim amicitiam contraxerat cum Romanis imperatoribus, & perſuaſo Hyrcano vt pecuniam eis mitteret, ipſe huius muneris ſibi vſurpauit gratiam. Miſit enim tanquam de proprio, & non quaſi ab Hyrcano acceptam. Hæc Hyrcanus audiens adeò nihil curabat, vt gaudere etiam facto videretur. Sed maximè terrebat Iudæorum primates violentum ac audax Herodis ingenium & tyrãnidis cupidum, adeuntesq; Hyrcanum apertè iam incuſabant Antipatrum. Quouſq; tandem diſſimulabis quæ geruntur quotidie? an non vides Antipatrum cum filijs ſuccinctos principatus opib. tibi verò præter inane regni nomen nihil fieri reliquum? Sed caue iſta neſcias, néue te ſecurum putes, incolumitatis tuæ atq; regni iuxta negligens. neque enim procuratores tuos amplius agunt: noli falli hac opinione: ſed iam ex profeſſo dominationem exercent. nam Herodes Ezeciam cum pleriſque alijs interfecit, contemptis noſtris legibus, quæ hominem quantumuis ſceleſtum non ſinunt affici ſupplicio, niſi prius damnatum ex ſententia iudicum. iſte verò hoc auſus eſt, prius quàm à te poteſtatẽ hanc acciperet. Tandem Hyrcanus his auditis motus eſt. accenderunt autem eius iram matres etiam eorum quos Herodes necauerat. nã hæ per ſingulos dies in templo non deſinebant precibus ſuis tum Regem tum populum obtundere, rogantes vt Herodes coram conſeſſu Iudicum facti ſui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad iudicium & dicendam cauſam euocat. at ille præſtò fuit præmonitus tamen à patre, vt nõ priuati more, ſed cum comitatu ad ſe tuendum idoneo veniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, quemadmodum exiſtimabat ſibi conducere, mediocrẽ ſed tamẽ ſufficientem ſibi manum adiunxit in itinere, ne vel Hyrcanum terreret ſi plures adduceret, vel ipſe ſine tutela ſubiret iudicij periculum. Quin et Sex. Cæſar præſes Syriæ ſcripſit ad Hyrcanum vt eum abſolueret, minis, ſi contrà feciſſet, additis. Quod quidem facilè ab illo impetratum eſt, ne qua triſtiore iudicum ſententia feriretur, quandoquidẽ amabat eum nõ ſecus atq; filium. Cumq; conſtitiſſet antè iudicium vnà cum ſuis, omnes ſunt attoniti, nec quiſquam eorum qui abſentem accuſauerant, auſus eſt hiſcere: ſed hærebant inopes conſilij. Tum vnus quiſpiam Sameas nomine, vir iuſtus, & ob hoc inuictus terroribus, aſſurgens ſic exorſus eſt: Equidẽ iudices, tuq; Rex, nec ipſe vnquã vidi quenquã qui ad cauſam apud nos dicendã vocatus ad hunc modum cõparuerit, nec vos puto poſſe proferre huiuſmodi quempiam: ſed quiſquis hactenus apud hunc conſeſſum iudicandum ſe præbuit, humilis venit & habitu timentis periculum, ac captantis miſericordiam, atratus & promiſſo capillitio. at bonus iſte Herodes cadis reus & tam graui obnoxius crimini, adſtat hic purpuratus & crine bello compoſito, cum armatis ſtipatoribus: vt ſi capitalem iuxta leges ſententiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipſe euadat illata vi legibus. Verùm iſti non ſuccenſeo quòd maiorem incolumitatis ſuæ quàm legum rationem habeat, ſed vobis magis & Regi qui hanc ei conceſſiſtis licentiam. Scitote tamen potentem eſſe Deum, & quod iſte quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquando & Regem ipſum puniet. Nec vanus fuit vates. nam Herodes

An. mũdi 3922. Ante Chriſtum natum 42.

Antipater etſi in magno honore habitus, Hyrcano tamen fidem ſeruat atque amicitiam.

Antipater Hyrcani pecunijs Romanos ſibi deuinctos, Iudæos verò inuiſos reddit.

Antipatrum & Herodem apud Hyrcanum Iudæi accuſant.

Herodes in Ius vocatus cum comitatu comparet.

Sext. Cæſar ad Hyrcanum vt Herodem abſolueret, ſcribit.

Sameas è Iudicibus vnus, Hyrcano reliquisq; Iudicib. cædẽ ab Herode imminentẽ prædicit, cuius rei veritatem poſtea euentus comprobauit.

An. mũdi 3922. Ante Christum natum 42.

Sameam Herodes in honore habet.

regnum adeptus omnes illos Iudices & Regem quoq; sustulit, excepto vno Samea, hunc enim in honore habuit propter iustitiam, & quia pòst obsessa vrbe ab Herode ac Sosio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter peccata eos posse dominationem illius effugere: sicut suo loco dicetur. Porrò Hyrcanus animaduertens Iudices propensiores ad damnandum Herodem, rem in sequentem diem distulit, & clam eum admonuit, vt fuga sibi consuleret. non enim esse remedium aliud. atq; ita ille secessit Damascum, quasi Regem fugiens: cumq; conuenisset Sex. Cæsarem, & res suas in tuto collocasset, palam præ se tulit quod non esset compariturus si denuò citaretur ad Iudices. Illi verò indignabantur, & conabantur Hyrcanum docere, quòd in ipsius perniciem hæc omnia tenderent: qui non ignorabat quidem eos vera monere, sed nihil expedire poterat per ignauiam & amentiam. Caterùm cum Sex. Cæsar accepta pecunia Herodem præfecisset Cœlesyriæ, vehementer timuit ne ille contra se duceret. nec eum sua fefellit opinio. Iratus enim quòd iussus sit causam dicere, veniebat cum exercitu: sed patris ac fratris occursu & precibus cohibitus est quominus inuaderet Hierosolyma, placantium eum & rogantium, vt terruisse contentus, re ipsa læderet neminem, néue vlterius aduersus autorem suæ dignitatis procederet. Debere etiam eum non tam meminisse quòd citatus sit, quàm quòd absolutus etiã, & gratiam habere quòd nihil triste passus abierit incolumis. Cogitãdum quoq; quàm periculosa sit belli alea, & quòd Deus arbitratu suo his vel illis annuat victoriam: atq; eo minus tum eam esse sperandã, quando non solùm contra Regẽ suum & autorem bellũ moueat, verùm etiã benè meritum, ipse nulla affectus iniuria. nam si quid illi nunc obijciat, nõ ipsius esse culpã sed consultorũ non bonorũ, qui ei opinionem crudelitatis concilient. Paruit his monitis Herodes, ratus sufficere sibi ad futuras spes quòd potentiã genti declarauerit. atq; eo tũ in statu res fuerunt Iudaicæ. Caterùm Cæsar Romã reuersus expeditionem parabat in Africã contra Scipionem & Catonem. tum Hyrcanus per legatos eum rogauit, vt confirmaret cœptam societatem & amicitiam. Nunc videtur mihi operæprecium percensere omnes honores genti nostræ à Romanis imperatoribus habitos, & inita cum eis fœdera, vt vniuersis notum sit, quòd tàm ab Europæ quàm ab Asiæ Regibus obseruati fuerimus propter fidem ac fortitudinem. Quoniam autem multi nos odio habentes non credunt de nobis Persicarum vel Macedonicarum rerum scriptoribus, quòd ea monumenta non ita peruulgata sint, apud nostrates seruata & alios quosdam barbaros, certè Romanorum decretis contradicere non poterunt. nam hæc & publicè dedicata sunt in vrbibus, atq; etiam in Capitolio, & columnis insculpta sunt æreis. Quin & Iul. Cæsar apud Alexandriã atte-stat est Iudæis inscriptione columnæ æreæ, quòd Alexandrinæ ciuitatis ius habeant. quare his argumentis vsurus sum. apponam etiam senatusconsulta & decreta Iulij Cæsaris, quæ ad Hyrcanum & nostram gentẽ attinent. C. Iulius Cæsar imp. & Pont. max. dictator iterũ. Sidoniorum magistratibus, senatui & populo salutem. Si valetis benè est, ego quidem & exercitus valemus. Mitto vobis exemplum tabulæ, quæ ad Hyrcanum Alexandri filium, Iudæorum ethnarcham ac Pontificem attinet, vt in publicis vestris monumentis reponatur, inscriptũ græcis & latinis literis in ærea tabula. Est aũt hoc. Iulius Cæsar imp. iterum & Pont. max. de consilij sententia decreui. Quoniam Hyrcanus Alexandri filius Iudæus & nunc & præteritis temporibus tàm pace quàm bello bonam ac fidelem operam

Herodes ab Hyrcano admonitus fuga sibi consulit, & in iudicio amplius non comparet.

Aliàs Cap. 21. Sex. Cæsari Herodes pecuniam numerat, Cœlesyrię præfectus Hierosolyma inuadit, sed Antigoni patris, & Phasaeli fratris hortatu obsidionem soluit.

Hedio & Ruffinus Cap 19.

Hyrcani ad Cæsarem legati

Iudæis à Romanis, Asiæ & Europæ Regibus magnus honos habitus.

Iul. Cæsar. apud Alexand. inscriptione columnę æreę, quòd Iudæi Alexandrinæ ciuitatis ius habeãt, attestatur.

Senatusconsulta & decreta Iulij Cæsaris de honoribus, priuilegijs, præeminentijs, libertatibus, & immunitatibus Iudæorum.

operam in nostris negotijs praestitit, sicut ei multi imperatores attestati sunt, & in proximo Alexandrino bello in auxilium venit cum M.D. militibus, & ad Mithridatem à me missus virtute cessit nemini: has ob causas Hyrcanum filium Alexandri & eius liberos ethnarchas Iudaeorum esse iubeo, & pontificatum Iudaeorũ perpetuo retinere more patrio, esseq; ipsum & filios eius nostros socios, & re in amicorũ nostrorum recipi numerũ. Iura quoq; omnia pontificalia habere ipsum & filios decerno. & si qua controuersia exorta fuerit de Iudaica disciplina, iudicium penes ipsum esse. ad hæc nec hyberna militi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæsaris consulis, placita, concessa, decreta, sic habent: vt filij principatum gentis Iudaeorum, & donata sibi loca possideant: vt pontifex ipse ac ethnarcha Iudaeorum iniuriam passis adsit: vtq; ad Hyrcanum Alexandri filiũ Iudaeorum pontificem mittantur legati acturi de societate & amicitia. dedicariq; aream tabulam hæc continentem in Capitolio, & apud Tyrum, Sidonem, Ascalonem, in templis, inscriptam Romanis atq; Græcis literis: vtq; hoc decretum apud omnes omnium vrbiũ quæstores ac magistratus publicetur, quò pro amicis habeantur, & legatis eorum hospitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæsar, imperator, dictator, consul, honoris, virtutis, & benignitatis causa, concessit in commodum S.P.Q.Romani, Hyrcanum Alexandri filium, eiusq; filios Pontifices ac Sacerdotes esse Hierosolymorum totiusq; gentis, iure quo & maiores eorum hoc Sacerdotium gesserunt. C. Cæsar quintum Coss. decreuit habere & munire Hierosolymorum vrbem, & gubernare eam Hyrcanum filium Alexandri pontificem Iudaeorum ac ethnarcham secundum suam voluntatem, et vt Iudæis secundo locationis anno de reditibus eorum subducant, immunesq; sint ab angarijs & vectigalibus. C. Cæsar imp. iterum, statuit vt singulis annis tributa pendant Hierosolymitani pro sua ciuitate, Ioppe excepta, absque anno septimo, quem Sabbaticum nominant, quoniam in eo, neq; fructus arborum colligunt, neq; seminant: vtq; in Sidone secundo quoque anno tributum reddant quartam partem satorum: & ad hæc Hyrcano eiusq; filijs decimas persoluant, sicut hactenus eorum maioribus. Vtq; nullus vel præses, vel dux, vel legatus in finibus Iudaeorum auxilia colligat: néve militibus liceat pecunias ab his exigere, vel hybernorum vel quocunque alio nomine: sed sint immunes ab omnibus molestationibus. Quæcunque etiam postea parauerunt vel emerunt, his omnibus fruantur. Ioppen præterea quam ab initio habuerunt Iudæi, dum in populi Romani amicitiam reciperentur, placere ipsorum esse quemadmodum antea. Tributa quoque eius oppidi habere Hyrcanum Alexandri filium cum suis filijs, tam ab eius agri aratoribus, quàm vectigalium portus nomine, & eorum quæ Sidonem exportantur, annua modiorum XXMDCLXXV. excepto anno septimo, quem vocant Sabbaticum, in quo neque arant, neque de arboribus fructus colligunt. Vicos item quos in Magno campo Hyrcanus & sui maiores ante eum possederunt, placet Senatui eundem Hyrcanum & Iudæos etiam nunc habere, iure quo & antea habuerunt. Manere etiam iura quæ ab initio inter Iudæos & eorum pontifices fuerant, & quæcunque beneficia à S.P.Q.R. concessa. Præterea eodem iure licere illis vti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia Reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Romani possederant, placere senatui, vt Hyrcanus Iudæorum ethnarcha habeat. esseq; ius Hyrcano eiusq; filijs,

An. mũdi 3922. Ante Christum natum 42.

An.mũdi 3922. Ante Christum natum 42.

& legatis ab eo missis ludos & gladiatores spectandi inter senatores sedentibus. Vtq; quotiescunque postulauerint à Dictatore aut Magistro equitum in Senatum introducantur, & responsum eis omnibus intra decem dies reddatur, si quid à senatu decretum fuerit. C. Cæsar Imp. IIII. Cos. V. perpetuus dictator, huiusmodi verba fecit de iure Hyrcani Alexandri filij Pontificis Iudæorum ac ethnarchæ. Quandoquidem mei antecessores imperatores testimonium reddiderunt Hyrcano Iudæorum pontifici Iudaisq; tàm in prouincijs quàm apud S.P.Q.R. & hoc nomine S.P.Q.R. ei gratias egit, æquum est nos quoque horum meminisse, & dare operam, vt Hyrcano ac Iudæorum genti filijsq; Hyrcani à S.P.Q.R. pro suo erga nos fauore gratia referãtur. C. Iul. Cos. Patrianorũ magistratibus S.P.Q.R. Accesserũt me in Delo Iudæi & quidã de colonijs Iudæorũ, præsentibus etiam vestris legatis, & indicauerũt mihi decretũ, quo vetatis eos vti patrijs sacrificijs & ritibus. mihi verò non placet talia decreta aduersus amicos nostros & socios fieri, vetariq; eos viuere suis moribus, & conferre pecunias in epulas ac sacrificia, quandoquidem nec Romæ hæc facere vetantur. Nam C. Cæsar Cos. in edicto quo interdixit in vrbe sodalitia, hos solos neque pecunias conferre, neque conuiuia parare vetuit. Ego quoque cum alia sodalitia interdixerim, hos solos sino iuxta patrios mores ac leges conuenire. Quapropter æquum est etiam vos, si quod decretum feciſtis contra amicos nostros & socios, id abrogare propter eorum virtutem & erga nos beneuolentiam. Post mortem autem Cæsaris M. Antonius, P. Dolobella Cos. aduocato senatu & introductis Hyrcani legatis, retulerunt de eorum postulatis, & amicitiam cum eis renouauerunt, & quicquid petierunt senatus consulto eis decretum est. Dolobella etiam acceptis ab Hyrcano literis scripsit per vniuersam Asiam, & primæ eius prouinciæ ciuitati Ephesiorum, in hunc modum. Dolobella Imperator Ephesiorum magistratibus S.P.Q.S. Alexander filius Theodori, legatus Hyrcani pontificis ac ethnarchæ Iudæorum mihi retulit de ciuibus suis quòd militare non possint, eo quòd neque arma gestare, neque iter facere eis fas sit diebus Sabbatis, neque victum more patrio possent sibi quærere. Quamobrem ego quoque quemadmodũ alij ante me imperatores immunes eos volo à militia, permittoq; vt patrijs vtãtur moribus, conuenientes sacrorum causa, sicut leges eorum postulant, & conferentes in offerenda templo sacrificia. voloq; vt hæc ipsa scribatis per vrbes prouincias singulas. Atque Dolobella Hyrcano per literas roganti gratificatus est. L. autem Lentulus Coss. pro sententia dixit: Iudæos ciues Romanos templa Iudaica habentes & facientes, Ephesi pro tribunali religionis ergò esse immunes à militia pronunciaui duodecimo calendas octobreis. Multa itaque exstant & alia huiusmodi senatus consulta & imperatorum decreta ad Hyrcanum & gentem nostram aliasq; vrbes, & rescripta de iure nostro ad prouinciarum præsides, de quibus propter hæc, quæ hoc loco inseruimus, credere facilè est his, qui nostra scripta candidè lecturi sunt. Quando enim tam manifesta argumenta exhibuimus nostræ cum populo Romano amicitiæ, ostensis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc vsque durantibus, duraturisq; in posterum, omnia hic apponere superuacaneum ac molestum duximus, existimantes neminem fore tam difficilem, vt de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris cõiecturam faciat nos vera dicere. Satis ergo iam declarata sit quæ per ea tempora nobis cum populo Romano intercesserit amicitia & societas. Incidit autem

Hyrcani legatos M. Antonius & P. Dolobella in Senatum introducunt.

Dolobella Ephesiorum ciuitati scribit.

L. Lentulus Consul pro Iudæis sententiã dicit.

Conclusio Iosephi de Decretis.

tem eisdem temporibus tumultus in Syria ex causa huiusmodi. Cecilius Bassus vnus è Pompeianis per insidias interfecto Sex. Cæsare ipse occupauit prouinciam cũ legionibus. Quo facto magnũ bellũ exortũ est circa Apamiam, Cæsarianis ducibus contra eum venientibus cum equestribus ac pedestribus copijs: ad quos & Antipater misit auxilia cum filijs, memor beneficiorum acceptorum à Cæsare, ideoq; repetendas pœnas ab eius interfectore iustũ existimans. Id bellũ dum trahitur, Marcus venit Sexti successor, & interim Cæsar ab his qui cum Cassio & Bruto coniurauerant in Senatu occiditur, exactis in principatu suo tribus annis cum dimidio, sicut & ab alijs scriptoribus memoriæ proditum est.

An. mũdi 3922. Ante Christum natum 42.

Cecilius Bassus Sex. Cæsarem interficit.

Marcus Sexti successor in Syria.

Cæsar à Cassio & Bruto occisus.

CAP. XVIII.

Cassius afflictis Iudæis insuper octingenta talenta ab eis exigit.

BELLO deinde ciuili post cædem Cæsaris exorto, consularibus alijs alio discurrentibus ad parandos exercitus, Cassius in Syriam venit, occupaturus eum, qui circa Apamiam erat, exercitum: solutaq; obsidione tam Marcum quam Bassum in suas partes pertraxit: obeundoq; ciuitates comparabat arma & milites, tributa etiam exigendo grauia. sed maximè Iudæam afflixit, plus quàm septingentis argenti talẽtis imperatis. Tum Antipater res vbiq; turbatas videns, partem eius pecuniæ duobus filijs exigendã committit, partem Malicho sibi parum amico, partem quibusdam alijs: & primus Herodes ex Galilæa quantum imperatum erat afferens, maximam apud Cassium gratiam iniit. prudens enim illi videbatur consilium, iam tum Romanorum alieno sumptu captare beneuolentiam. Sub alijs autem procuratoribus ipsæ ciuitates venum dabantur vnà cum suis habitatoribus: quarum quatuor erant præcipuæ, Gophna, Emaus, Lydda, Thamna. nam earũ plebes Cassius hastæ subiecit. adeò autem exacerbatus erat, vt etiam Malichum interfecturus fuerit, nisi Hyrcanus per Antipatrum centum talentis de suo missis, furorem eius leniisset. At ille post Cassij discessum maximè insidiatus est Antipatro, per huius mortem Hyrcani dominationi securitatem se paraturum existimans. nec tamen latuerunt Antipatrum eius consilia. nam cum hoc sensisset vltra Iordanem profectus copias colligebat tum ex indigenis, tum ex Arabibus. Verum Malichus vir callidus inficiabatur insidias, dejerans apud Antipatrum & filios, quòd, Phasaelo Hierosolymorum præsidium tenente, Herode verò habente armorum custodiam, ne in mentem quidem sibi vnquam tale aliquid venerit. & videns non succedere quod proposuerat, reconciliatus est Antipatro, Marco Syriæ præsidente. qui postquam intellexit res nouas in Iudæa molitum Malichum, minimum abfuit quin eum interficeret, quem tamen Antipatri precibus donauit incolumem.

Hedio & Ruffinus Cap. 20.

Cassius in Syriam venit, & plus quàm septingenta argenti talenta à Iudæis exigit.

Herodes Cassium ex Galilææ pecunia sibi deuincit.

Malichus Antipatro insidiatur, deierat & eidem reconciliatur.

An. mũdi 2923. Ante Christum natum 41.

CAP. XIX.

Malichus per insidias Antipatrum veneno tollit.

SED Antipater imprudens seruauit Malichum, vt se perderet. nam Cassius & Marcus coacto exercitu Herodem totius Cœlesyriæ ducem fecerunt, attributis ei naualibus, equestribus, & pedestribus copijs, regnum etiam polliciti post finitum bellum quod tum gerebant contra Antonium & iuniorem Cæsarem. Malichus vero tum maximè timens Antipatrum, decreuit è medio tollere corruptoq; pincerna Hyrcani, apud quem ambo epulabantur, veneno necauit hominem,

Cassius & Marc. Herodem Cœlesyriæ ducem faciunt.

Malichus Antipatrũ veneno necari procurat.

An. mũdi 3923. Ante Christum natum 41.

nem, & assumpta armatorum manu suscepit ciuitatis gubernacula. Caterum postquàm Herodi ac Phasaelo innotuerunt structa in parentem insidiæ, indignantibus illis Malichus strenuè pernegauit omnia. atque hic fuit finis Antipatri, viri iusti ac pij, & patriæ amantissimi. Ex filijs autem alter Herodes confestim volebat patris mortem vlcisci, & cum exercitu aggredi Malichum: sed Phasaelo grandiori magis placuit dolo circumuenire hominem, ne videretur ciuile bellum incipere. itaque accepta Malichi satisfactione simulauit se credere, non esse illum paternæ necis conscium: seq; vertit ad excolendum monumentum quod patri struxerat. Interim Herodes veniens Samariam, eamq; nimis afflictam offendens, refouere eam cœpit, & iura reddendo controuersias ciuium dirimere. non multò autem pòst instante Hierosolymis festo, & ipse venit in vrbem cum militibus: quem Malichus metuens Hyrcano suasit ne eum intrare permitteret: id quod Hyrcanus fecit, prætexens nefas esse sanctis populi cæremonijs profanam turbam superinducere. at Herodes contempta obnunciatione noctu vrbem ingressus est, & Malichum vehementer perterruit. at ille solitarum artium non immemor palàm lacrymabundus conquerebatur de Antipatri tanquam amici interitu, clàm verò parabat sibi satellitium. quare visum est Herodis amicis simulationem hanc non coarguere, sed ad vitandam suspicionem vicissim comiter tractare Malichum.

CAP. XX.

Herodes iussu Cassij Malichum dolo interficit.

ATTAMEN Cassio de patris obitu significauit per literis: & ille qui non ignorabat mores Malichi, rescripsit vt vlcisceretur parentis iniuriam: clam etiam mandauit tribunis apud Tyrũ agentibus, vt adessent Herodis iustis conatibus. Cumq; capta à Cassio Laodicia, simul ad eum iter facerent afferentes coronas & pecuniam, Herodes expectabat daturum esse illic pœnas Malichum. at ille circa Tyrum Phœnices suspicione concepta, maiora moliri cogitauit: & quia filius eius obses in ea vrbe seruabatur, decreuit eam ingredi, & furtim illum in Iudæam abducere: & occupato contra Antonium Cassio, gente ad defectionem concitata, sibijpsi principatum eius acquirere. Sed consilijs eius fortuna aspirare noluit, & Herodes homo callidus intellecto eius proposito, præmisso famulo quasi ad parandã cœnam, quia comites omnes inuitauerat, re autem vera ad tribunos, iussit eos Malicho cum pugionibus occurrere. illi verò egressi, & nacti eum prope vrbem in littore, confoderũt hominem. quo facto Hyrcanus adeò est attonitus, vt obmutuerit. tandem agrè ad se reuersus percontabatur Herodem, quid hoc rei esset, & quis interfecisset Malichum. & audito factum esse iussu Cassij, laudauit facinus. malum enim virum fuisse, & insidiatorem patriæ. atque ita Malichus pro oppresso Antipatro pœnam persoluit debitam. Porrò Cassio profecto è Syria, apud Iudæam tumultus exoritur. Felix enim relictus cum militibus Hierosolymis, in Phasaelum fecit impetum, & populus arma corripuit. Herodes verò ad Fabium profectus est Damasci præsidem, & volens fratri succurrere, morbo præpeditus est: donec Phasaelus per se superato Felice, in turrim primum compulsum, incolumitatem deinde pactum abire passus est. quamobrem mox cum Hycano expostulauit grauiter, quòd post accepta à se multa beneficia, inimicis

An. mũdi 3924. Ante Christum natum 40.
Felix Hierosolymis Phasaelum adoritur, à quo tamen superatur.

inimicis ſuis fauorem impenderet. nam frater Malichi tunc nõ pauca caſtella occupauerat, & inter catera Maſadam longè munitiſſimum. Vt igitur conualuit Herodes contra hunc profectus, receptis omnibus caſtellis pactum incolumitatem dimiſit. An. mũdi 3924. Ante Chriſtum natum 40.

CAP. XXI.

Antigonum Ariſtobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem, Herodes profligatum, è Iudæa pellit.

ARISTOBVLI autem filium Antigonum, qui conciliato ſibi pecunijs Fabio exercitum comparauerat, Ptolemaus Mennaus adoptat propter affinitatem. hunc etiam Marion adiuuabat, apud Tyrios ope Caſſij tyrannidem adeptus, per Syriam quoque tyrannidem exercens, diſpoſitis in ea præſidijs, atque etiã in Galilæa contermina occupatis tribus arcibus. Sed has omnes Herodes illò profectus recepit, & præſidiarios Tyrios clementer dimiſit, donatis ex his nonnullis propter beneuolentiam qua ciuitatem eorum proſequebatur. His peractis occurrit Antigono, eumq; prælio ſuperat, & vix extremos Iudææ fines ingreſſum inde profligat. Quamobrem reuertentem Hieroſolyma coronis tàm Hyrcanus honorauit quàm populus. Iam enim gener per ſponſionem aſcitus erat in Hyrcani familiã, quò libentius eius tutelam ſuſcepit, ducturus Alexandri Ariſtobulo geniti filiam, Hyrcani verò ex filia neptem, ex qua poſtea pater factus eſt filiorum trium & duarum filiarum. Duxerat autem etiam antè vxorem è ſuis popularibus Dorem nomine, ex qua ſuſcepit Antipatrum filiorum natu maximum.

Antigonũ Ariſtobuli filiũ Ptolemæ⁹ Mennæus adoptat.

Herodes Antigonum ex Iudæa expellit.

Herodes Mariammen Hyrcani ex filia neptem ducit.

Doris, Herodis vxor.

CAP. XXII.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio pecunijs eum ſibi conciliat, quo factum eſt, vt ille accuſatores eius non admiſerit.

ÆTERVM Caſſio apud Philippos ab Antonio & Cæſare deuicto, Cæſar inde in Gallias, Antonius in Aſiam, proficiſcitur. qui vbi peruenit in Bithyniam, omnium gentium legationes habuit obuiam. Aderant & Iudæorum primates, Phaſaelum & Herodem accuſaturi: quaſi in ſpeciem ſolum regnaret Hyrcanus, re autem vera tota poteſtas eſſet penes hos fratres. Herodem verò Antonius in magno honore habuit, qui ad obiecta diluenda venerat, quo factum eſt, vt ne ad colloquium quidem aduerſarios eius admiſerit. id enim data pecunia Herodes impetrauerat. Progreſſo autem Epheſum præſto fuit legatio miſſa Hyrcani pontificis & gentis noſtræ publico nomine, afferens coronam auream, & rogans, vt quos Iudæos Caſſius præter belli ius captiuos abduxerat, ſcriptis per prouincias literis in libertatem vindicaret: & agros per Caſſiũ ademptos genti reſtitueret. Quorũ poſtulata Antonius æqua exiſtimans, confeſtim ſcripſit Hyrcano & Iudæis, ſimulq; ad Tyrios miſit decretum hanc ſententiam continens. M. Antonius Imp. Hyrcano pontifici ac ethnarchæ Iudæorum ſalutem. Si valetis benè eſt, ego & exercitus valemus. Lyſimachus Pauſaniæ, Ioſephus Mennæi, Alexander Theodori, legati apud Epheſum me conuenientes, eandem quam prius Romæ legationem mihi expoſuerunt, & noua hac tuo ac gentis nomine diligenter perfuncti ſunt, declarantes quanta nos proſequaris beneuolentia. quare cognitam non tàm ex verbis quàm operibus veſtram amicitiam, & mores compoſitos ac pios, non complecti non poſſum. Ergo quoniam totam Aſiam aduerſarij noſtri ac

Pecunia corruptus iudex.

Hyrcani & Iudæorũ legatio Antonio coronam auream offerens, vt Iudæos à Caſſio captos in libertatem vindicaret, rogat.

Antoni⁹ Hyrcano de Caſſij & Bruti rebus & morte ſcribit.

An. mūdi 3924. Ante Christum natum 40.

populi Rom. incurſauerunt, nec ſacratis locis, nec ciuitatibus parcentes, neque iuſiurandum præſtitum ſeruantes: nos non tam priuatum noſtrum negotium agentes, quàm ſuſcepta defenſione Reipub. in diuini ſimul ac humani iuris violatores vindicauimus. Eorum enim facinus ſol ipſe auerſatus videtur, & inuitis oculis ſpectaſſe perpetratum ſcelus in Cæſarem. Sed poſtquam impios eorum conatus excepit Macedonia, renouantes in eis locis priſcam gigantium audaciam, & agitatam furoribus maleficentiam quam circa Philippos exercuerunt, occupatis opportunis locis & vſque ad mare montium vallo permunitis, vt per vnicam ceu portam pateret aditus, dijs ipſis eorum iniuſta molimina damnantibus vicimus. & Brutus compulſus intra mœnia Philippenſium, obſeſſusq; à nobis, addidit ſe Caſſio ſocium exitij. qui poſtquam meritas pœnas dederunt, pace nos in poſterum fruituros ſperamus, & Aſiam conquieturam à bellorum tumultibus. Iam enim noſtra opera vniuerſum Aſiæ corpus velut è graui morbo recolligere ſe incipit. Cum igitur etiam de te cum tua gente augendo ornandoq; cogitem, curæ mihi erit, quicquid in rem veſtram fuerit. edictum etiam oppidatim propoſui, vt quotquot vel liberi, vel ſerui ſub haſta à C. Caſſio Caſſianiſve venundati ſunt, liberè dimittantur. Voloq; vt quæ mea & Dolobellæ benignitate vobis conceſſa ſunt, ea perpetuo rata ſint. Tyrios quoque iubeo, vt iniuriam à vobis abſtineant, & quicquid de Iudæorum finibus occupant, id totum reſtituant. Coronam autem quam miſiſti accepimus. M. Antonius Imp. Tyriorum magiſtratibus S. P. Q. S. Renunciatum eſt mihi Epheſi ab Hyrcani pontificis ac ethnarchæ legatis, agros ipſorum ditionis vos occupaſſe, idq; factum quo tempore noſtri aduerſarij tenuerunt eam prouinciam. Quoniam igitur pro imperio bello ſuſcepto, iuſtitiæ pietatiq; proſpicientes vindicauimus in ingratos ac perfidos, volo etiam vobis pacem eſſe cum noſtris ſocijs: & quicquid ab aduerſarijs noſtris accepiſtis, habere vos non permittimus, ſed iubemus vos prioribus dominis reddere. nemo enim eorum neque prouinciam à Senatu accepit neque exercitum, ſed quæ per vim corripuerunt, largiti ſunt miniſtris ſuæ violentiæ. quando igitur illi meritas pœnas dederunt, æquum cenſemus, vt ſocij noſtri ea quæ antè habuerunt, nemine vetante retineant: vosq; ſiquos Hyrcani Iudæorum ethnarchæ agros, poſtquam C. Caſſius bellum illicitum in noſtra prouincia mouit, occupaſtis, eos reddatis: néve vllã vim interponatis, quò minus ad priſtinos dominos redeãt. quòd ſi aliquid iuris in eos prætenditis, quàm primum ad ea loca venero integrum vobis erit ius veſtrum repetere, id quod etiam ſocijs noſtris peraquè integrum ſeruabimus. M. Antonius Imp. Tyriorum magiſtratibus S.P. Q.S. Edictum meum ad vos miſi, quod volo curetis referri in publicas tabulas literis Græcis & Latinis: & in loco aliquo conſpicuo proponi, vt legi poſſit ab omnibus. M. Antonius Imperator ac triumuir dixit: Quoniam C. Caſſius hoc perturbato rerum ſtatu alienam prouinciam & militem præſidiarium inuaſit, & ſociorum noſtrorum facultates diripuit, & vaſtauit Iudæorum gentem amicam popu. Roma. inſolentia eius armis noſtris perdomita, iudicijs atque edictis quæ ille perpetrauit corrigimus, vt ablata reſtituantur noſtris ſociis. & ſiue corpora Iudæorum, ſiue bona diuendita ſint, illa in libertatem, hæc ad priſtinos reuertantur dominos. Qui verò contra edictum hoc noſtrum fecerit, pœnas daturus eſt: & qui inobedientiæ conuicti fuerint, in eos pro rei dignitate animaduertere curabimus. Eodem ferè

M. Antonius Tyriorum Magiſtratibus ſcribit, & vt Hyrcano ac Iudæis regionem, bona, & libertatẽ ademptam reſtituerent iubet, ſaluis tamen ſaluandis.

exemplo

exemplo Sidonijs, Antiochenſibus, & Aradijs ſcripſit: viſumq; eſt hoc loco etiam hæc inſerere, argumento futura quanta prouidentia nos dignatus ſit Romanus populus.

An. mũdi 3924. Ante Chriſtum natum 40.

CAP. XXIII.

Antonius in Syriam prouinciam veniens, Herodem cum Phaſaelo tetrarchas conſtituit.

POST hæc autem in Syriam aduentante Antonio, Cleopatra in Cilicia facta illi obuiam, amoribus ſuis eum implicuit: quo tempore rurſum centum è Iudæorum gente potentiſſimi venerunt ad eum, vt accuſarent Herodem vnà cum ſuis, electo ad hoc eloquentiſſimo quoque è ſuo numero. Iuuenum autem cauſam defendendã Meſſala ſuſcepit, aſſiſtente ſibi etiã Hyrcano, qui iam ſocer factus fuerat. Antonius verò audita vtraq; parte apud Daphnen, ſciſcitatus eſt ex Hyrcano, vtra pars melius adminiſtraret rempublicã. Qui cum reſpondiſſet Herodem in hoc præſtantiorem eſſe, Antonius qui iam antè familiariter diligebat iuuenes propter paternum hoſpitiũ, quo tempore cum Gabinio agens patris eorum contraxerat amicitiam, hos ambos tetrarchas conſtituit, & Iudæorum eis committit gubernacula. Literas quoq; in hoc ſcripſit, & ex eorum aduerſarijs quindecim coniecit in vincula, occiſurus etiã niſi interceſſiſſet Herodis deprecatio: quamuis ne ſic quidem ceſſauerunt à legatione reuerſi. Sed rurſum mille venerunt Tyrum, Antonium ibi præſtolaturi, qui magna pecunia iam corruptus à fratribus, imperauit eius loci magiſtratui, vt in Iudæorũ legatos nouatores rerum animaduerteret, & Herodi adiutor eſſet ad principatum parandũ. Herodes verò ante vrbem diuerſantes in littore accedens, hortatus eſt eos, vt ſe ſubducerent: nam & Hyrcanus cum eis aderat: admonens quantum inſtaret periculum, ſi contendere pergerent: quod illi contempſerũt. moxq; erumpentes in eos Iudæi cum indigenis, partim trucidauerunt eos, partim ſauciauerunt: reliqui verò domum refugientes poſthac quieuerunt. Populo verò clamoribus agente contra Herodem, commotus ad iram Antonius iuſſit quos vinxerat interfici. Altero deinde anno Syriam occupauerunt Pacorus Regis filius & Barzapharnes Parthorum ſatrapa: quo tempore Ptolemæus Mennæi defunctus eſt. cuius in principatu ſucceſſor filius Lyſanias amicus factus eſt Antigono Ariſtobuli filio, conciliante ſatrapa qui multum apud eum poterat.

Hedio & Ruffinus Cap. 21. Cleopatra in Ciliciã ad Antonium venit. Herodes à centũ Iudæis apud Antonium accuſatus.

Antonius Phaſaelum & Herodem Tetrarchas conſtituit.

Mille Iudæi Herodẽ accuſaturi Tyrũ conueniunt, qui partim trucidantur, partim vulnerãtur & fugantur.

An. mũdi 3925. Ante Chriſtum natum 39.

CAP. XXIIII.

Parthi Antigonum Ariſtobuli filium in regnum reducunt.

DEINDE mille talenta & quingentas mulieres Antigonus daturum ſe Parthis pollicitus eſt, ſi ab Hyrcano in illum regnũ transferrent, & Herodem vnà cum ſuis interficerent. qua tamen non dedit, ſed Parthi nihilominus aſſerturi regnum Antigono, duxerunt verſus Iudæam exercitum, Pacorus per maritima, ſatrapa per mediterranea. Pacorum excluſerunt Tyrij, ſed Sidonij ac Ptolemaidenſes intromiſerunt. Ille alam equitum in Iudæam ſpeculatum præmiſit, iuſſam etiam adiutare Antigonum. eos ducebat pincerna Regius, & ipſe Pacorus nomine. Adiungentibus autem ſe Antigono Iudæis Carmelum montem incolentibus, & paratis cum eo in hoſticum inuadere, ille ſpem concepit poſſe ſe horum opera partem quandam regionis in poteſtatem redigere, qua Drymæ vocabatur:

Hedio & Ruffinus Cap. 22. Antigonus Parthis, ſi ab Hyrcano in illũ regnum trãsferrent, pecuniã pollicetur.

Pacorus equites Antigono in Iudæã mittit.

Iudæi Carmelũ montem incolentes, Antigono ſeſe adiungũt.

An. mũdi 3925. Ante Christum natum 39.

& quibusdam eis occurrentibus persuaserunt vsque Hierosolyma. Vbi adiungentibus se aliis iam multum aucti numero, aggressi sunt oppugnare regiam. moxq; ferentibus opem his qui fratrum partes sequebantur, & pugna in foro conserta, repulerunt hostem iuuenes: eoq; in templum compulso, miserunt armatos quosdam in propinquas ædes, vt eis essent præsidio. in quos coortus populus, destitutos auxilio cum ipsis concremauit ædibus. quam iniuriam paulo post Herodes vltus est, aduersarios adortus prælio, & multis interfectis ex illorum numero. Cumq; quotidianæ velitationes inter eos fierent, hostes expectabant conuenturas è tota regione turbas ad Pentecosten, quam vocant, festiuitatem. Qua die postquam illuxit, multa hominum millia circa templum congregata sunt, tam armatorum quàm inermium: qui & templum & vrbem occupauerunt, excepta regia. hanc enim Herodes seruabat cum paucis militibus. eius murum Phasaelus custodiebat: Herodes verò cum suorum cohortibus erupit in hostem agentem in suburbio: & egregia pugna edita coegit multa millia terga vertere, fugientia partim in vrbem, partim in templum, partim etiam intra vallum quoddam in propinquo positum. in ea pugna & Phasaelus adiuuit nonnihil. Pacorus autem Parthorum dux cum paucis equitibus, rogante Antigono, in vrbem ingressus est, prætextu quidem quasi seditionis compescendæ gratia, sed re vera principatum illi astruere cupiens. quin postquam à Phasaelo occurrente exceptus est hospitio, suasit ei, vt legatus iret ad Barzapharnem, insidias hoc pacto instruens. ille nihil suspicatus paruit, non probante hoc factum Herode propter barbarorum perfidiam, hortanteq; vt potius Pacorum & alios ad se venientes opprimeret. Itaque profecti sunt in eam legationem Hyrcanus atque Phasaelus: & Pacorus relictis apud Herodem ducentis equitibus, ac decem liberis quos vocant, legatos deduxit. Vt verò in Galilæam ventum est, armati eis occurrunt, qui illis oppidis præerant: & Barzapharnes primùm alacriter eos excipit donatq; muneribus: deinde struere insidias incipit. Phasaelus verò cum suo comitatu deductus est in propinquum iuxta mare diuersorium. Vbi audito quòd Antigonus mille talenta & quingentas mulieres Parthis esset pollicitus, suspectos iam habuerunt barbaros. quidam etiam nunciauit, noctu illis parari insidias, & clam adhiberi custodiam. Et certè cepissent eos, nisi expectassent donec relicti Hierosolymis Parthi Herodem caperent, ne his sublatis ille præsentiens effugeret. id quod verum esse mox apparuit, conspectis custodibus. quare non defuerunt qui hortarentur Phasaelum, vt nihil amplius expectans conscenso equo se inde proriperet, præcipuè Ofilius, qui id secretum cognouerat è Saramalla Syrorum tunc ditissimo, & naues ad fugam offerebat. nam non longè mare aberat. at ille Hyrcanum & fratrem Herodem nolebat in periculo relinquere: sed accedens Barzapharnem negabat eum rectè facere, qui agitaret eiusmodi consilia. Si enim pecunijs opus habeat, plures accepturum à se quàm ab Antigono: & alioquin turpe esse legatos suam fidem secutos insontes interficere. At barbarus hæc audiens, deierabat non esse vera, & inanibus eum turbari suspicionibus: moxq; ad Pacorum abijt.

Pentecoste.

Herodes cum hostibus pugnat in suburbio.

Pacorus Parthorum dux vrbem ingressus Phasaelo vt legatus iret ad Barzapharnem suadet.

Parthi Hyrcano & Phasaelo insidias struunt.

Parthi

CAP. XXV.

An. mũdi 3925. Ante Christum natum 39.

Parthi Hyrcanum & Phasaelum captiuos abducunt.

Hyrcanus & Phasaelus à Parthis capti.

QVo profecto statim Parthorum quidam iniecerunt vincula Hyrcano & Phasaëlo, multum detestanti eorum periurium. ad Herodem autem missus eunuchus mandatum habebat, vt productum extra muros comprehenderet. Phasaëlus verò miserat nuncios. qui indicarent Parthorum perfidiam, quos quoniam hostes interceperant, Herodes re cognita Pacorum adijt & Parthorum potentissimos, quasi aliorum dominos. qui cum scirent omnia, dolose dissimulabant: aiebantq; oportere eum cum ipsis progressum extra regiam occurrere literarum latoribus: nondum enim eos esse comprehensos ab aduersarijs, sed aduentare significaturos quàm benè Phasaelo successerit. id Herodes non credidit, vt qui ex alijs de fratre capto audierat. quam eius suspicionem augebat Hyrcani filia, cuius filia ipsi desponsa erat: huius monitis, licet alijs contemnentibus libenter parebat, vtpote mulieris cordatissimæ. Interim dum Parthi quid faciendum sit consultant, quòd non placeret apertè tantum virum aggredi, & rem in sequentem diem differunt, Herodes animaduersa eorum trepidatione, & magis etiam permotus nuncio de intercepto à Parthis fratre, vtcunq; negarent alij, appetente vespera decreuit ad fugam vti hac opportunitate temporis, neque diutius inter hostes cunctari in rebus tam dubijs. Assumpto igitur armatorum quos circa se habebat subsidio, & impositis in iumenta mulieribus, matre & sorore, & sponsa sua Alexandri filia nepte Aristobuli, matreq; sponsæ Hyrcani filia, & fratre natu minimo, famulitioq; ac reliqua turba comitum, properabat versus Idumæam inscijs hostibus: ex quibus nemo erat tam ferreus, qui non tali rerum facie commotus fuisset ad misericordiam, fœminis infantulos suos trahentibus, & cum lacrymis ac eiulatu relinquentibus patriam, & vinctos amicos, nec de se meliora sperantibus. Verùm Herodes obdurato contra sæuientem fortunam pectore, & ipse præsenti erat animo, & comites inter eundum singillatim accedens hortabatur ne mœrori succumberent. hunc enim fugæ officere, in qua sola salutis spes sit reposita. quibus verbis accensi, conabantur calamitati resistere. interim minimum abfuit quin ipse sibi manus inferret, euerso vehiculo & matre adducta in mortis periculum: adeò & casus hic eum terruit, & metus ne inter has moras superueniret hostis insequens. iamq; gladium strinxerat volens se percutere, cum interuentu proximorum est prohibitus, obtestantium ne suos inimicorum iniurijs relinqueret. neque enim esse viri fortis, se vno in libertatem asserto amicos contemnere, partim igitur vi, partim pudore coactus desistere ab incepto facinore, refota matre, & pro tempore adhibitis remedijs, pergebat institutum cursum petens castellum Massadam quàm maximis compendijs. in quo itinere non semel impugnatus à Parthis persecutoribus, semper victor discessit. Imò ne Judæi quidem eo fugiente quieuerunt, sed sexagesimo ab vrbe stadio illum aggressi in pugnam pertraxerunt. quibus victis & profligatis, quasi non ex necessitate, sed multo antè præparatus conflixisset, in eo loco vbi Judæos vicit, postquam regno potitus est regiam condidit cum primis memorabilem, adiuncto etiam oppido, quod Herodium vocari voluit. Postea verò quam ad Ressam vicum Idumææ peruenit, occurrit ei frater Josephus: vbi consultatum est inter eos quid facto opus esset, cùm

Parthi Herodẽ quoque comprehendere cogitant, ipse verò re cognita, ipsorum manibus effugit.

Herodes suos in fuga consolatur.

Herodes vehiculo, in quo mater erat, euerso sibi ipsi violentas manus inferre cogitat.

Herodes Massadam petens, in itinere à Parthis impugnatur.

An.mũdi 3925. AnteChriſtum natum 39.

tantam turbam ſecum traherent, etiam abſq; milite conductitio, Maſſada verò, ad quod caſtellum decretum erat confugere, tantam multitudinem non caperet. Maiorem igitur partem dimiſit, numero ſupra nouem millia, iußis alijs aliàs per Idumæam ſalutem ſibi quærere, additoq; viatico: expeditioribus autem quibuſq; & ſuis intimis neceßitudinibus aſſumptis in caſtellum ingreſſus eſt: depoſitisq; ibi cum ſuo comitatu mulieribus, quorum omnium numerus ad octingentos pertingebat. quòd ibi & frumentum & aqua & reliqua omnia neceſſaria ſuppeterent, ipſe properauit ad petram Arabia. Caterùm vbi dies illuxit, reliqua quidem omnia Hieroſolymitanorum bona direpta ſunt per Parthos vna cum ipſa regia, ſola Hyrcani pecunia, circiter trecenta talenta, intacta remanſit. Herodis etiam facultatum magna pars euaſit, præſertim quas ille maturè prouidens in Idumæam deportandas curauerat. Nec contenti Parthi vrbis direptione, egreßi agrum quoq; latè populati ſunt, & Mariſam vrbem opulentam euerterunt. atq; ita Antigonus in Iudæam à Rege Parthorum reductus, Hyrcanum & Phaſaëlum vinctos accepit. Vehemẽter autem triſtatus eſt quòd mulieres effugiſſent, quas Parthis tradere conſtituerat, & vnà cum pecunia daturum ſe promiſerat. Veritus deinde ne populi fauore Hyrcanus in regnum reſtitueretur, qui à Parthis aſſeruabatur, amputauit ei auriculas, hoc agens ne ille propter hoc vitium ad recipiendum Pontificatum eſſet idoneus, quãdo lex hunc honorem non concedit niſi ei qui integro ſit corpore. Sed maximè mirandæ eſt Phaſaëli generoſitas, qui vbi ſe neci deſtinatum cognouit, non tàm mortem indignè ferens, quàm miſerabile ac turpe ducens inimici arbitratu cadere, cum manus ſibi inferre non poſſet propter vincula, alliſo ad ſaxum capite vitam abrupit, quod illi tum in tali neceßitate conſtituto, viſum eſt honeſtißimum, adempta inimico poteſtate ſeuiendi in ſe pro libidine. Fertur autem quòd ſauciato vehementer capite, Antigonus ſubmißis Medicis, pro remedio venenum in vulnus indiderit, ante tamen quàm exhalaret animam, audito ex quadam muliercula quòd Herodes frater hoſtem euaſiſſet, valde tranquillo animo mortem tulit, vltorem ſuæ necis poſt ſe relinquens, qui poßit ab inimicis pœnas exigere. At Herodes non fractus malorum ſe circumſtantium magnitudine, expediebat conſilium ad moliendas res arduas. ad Arabum enim Regem Malchum, multis ſuis beneficijs iam antè obligatum proficiſcitur, cum maximè opus haberet, mutuam operam poſtulaturus, & accepturus pecuniam vel munere vel fœnore ab homine ſibi obnoxio. nondum enim certior factus de fratris interitu, dabat operam vt eum quamprimùm ab hoſte redimeret, vel trecenta talenta paratus expendere. qua de cauſa etiam Phaſaëli filium ſeptennem ſecum ducebat, oppignoraturus eum apud Arabes. Sed cum occurriſſent ei miſsi à Malcho qui denunciarent vt finibus eius regni excederet, ſic Parthis iubentibus (prætexebat autem hoc ſuaſu optimatum ſuorum ne debitam pecuniam redderet, vtq; ille fraudaretur rebus quas Antipater penes eos depoſuerat) reſpondit ſe non veniſſe vt moleſtus eſſet cuiquam, ſed vt colloqueretur cum Rege de rebus neceſſarijs. deinde cùm conſultius videretur diſcedere, valde moleſtè abijt Ægyptum verſus iter ingreſſus. & tunc quidem in quoddã templum diuertit, vbi multos ex comitatu reliquerat. Sequenti verò die cum veniſſet Rhinocura, ibi cognouit de fratris obitu. Malchus autem pœnitentia motus, & curſim inſecutus Herodem, nihil profecit. iam enim ille procul aberat verſus Peluſium properans. quò poſtquam peruenit,

Parthi Hieroſolymitanorum bona diripiunt, & Mariſam vrbem euertunt.

Antigonus à Parthis in Iudæam reductus, Hyrcano, ne in regnum reſtitueretur, auriculas amputat.

Phaſaelus alliſo ad ſaxum capite vitam abrumpit.

Phaſaelo Antigonus pro remedio venenũ mittit.

Herodes ad Malchũ Arabum Regem pecuniam accepturus, proficiſcitur.

Herodes regno excedere iuſſus, in Aegyptum abit, dehinc in mari diu iactatus, tandem Romam peruenit, vbi Antonio quæ ipſi cõtigerant, recenſet.

peruenit, non recipientibus eum nautis qui nauigaturi erant Alexandriam, magistratus eius loci conuenit, à quibus ob pristina fortuna reuerentiam honorificè in eam vrbem deductus, à Cleopatra detinebatur. qua tamen efficere non potuit ne Romam properaret, licet hyberno tempore, & parum tranquillis, vt nunciabatur, rebus Italiæ. Soluens igitur inde versus Pamphyliam, & cum graui tempestate conflictatus, agrè in Rhodum euasit, iactura etiam sarcinarum facta. Vbi duo ex amicorum cohorte ei prestò fuerunt, Sappinas & Ptolemæus. Et cum inuenisset eam ciuitatem grauiter afflictam bello quod contra Cassium gestum est, ne presenti quidem inopia cohiberi potuit, quò minus vel supra vires eam refoueret: instructaq; triremi & cum amicis conscensa, in Italiam Brunduſium appulit. Inde Romam profectus, ante omnes Antonio denarrauit ea quæ sibi in Iudæa contigerant: & quòd frater Phasaelus à Parthis captus occisus sit, & Hyrcanus apud eosdem captiuus detineatur. quodq; Antigonum Regem constituissent, pollicitum eis mille talenta, & quingentas mulieres, quas ex ipsius familia seligere destinauerat. & quòd eas noctu absportasset non sine labore, & agrè manus hostium euasisset. & post hæc omnia familiam in extremo periculo relictam oppugnari, ipso per medias tempestates contemptis omnibus difficultatibus properante ad vnicum subsidium quod in illo haberet repositum.

An. mũdi 3925. Ante Christum natum 39.

CAP. XXVI.

Herodes Romæ à Senatu Iudææ Rex declaratur.

ANTONIVM verò mutata Herodis fortuna cõmiseratio subijt. Hedio & Ruffinus Cap 23 al. 25, Herodem Antonius amore, Antigonum verò odio prosequitur.

reputantem quòd etiam ab illo fastigio deuoluantur homines, non mediocriter mouente eum cùm paterni hospitij memoria, tum pecunia quam Herodes pollicebatur, si eius ope Rex fieret, quemadmodum ante potestatem tetrarchæ consecutus fuerat. sed præcipuè huc impellebat odium Antigoni, quem quòd pro turbulento haberet ac Romanis infestissimo, ad iuuandum Herodem erat propensior. Cæsar quoque Cæsar Augustus Herodis studiosus.

partim propter Antipatri militiam in Ægypto cum patre ipsius toleratam, & hospitij ius ac reliquam beneuolẽtiam, partim vt Antonio gratificaretur, quem valde studiosum Herodis sciebat, ad dignitatem ipsius tuendam & conatus promouendos erat paratissimus, conuocatoq; senatu Messala ac deinde Atratinus, commendarunt productum Herodem, tàm patris quàm ipsius beneficia & studium Romani nominis commemorantes: simulq; accusauerunt & hostem declarauerunt Antigonum, non solum ob vetera crimina, verùm etiam quòd contemptis Romanis à Parthis accepisset imperium. quibus rebus cum senatus esset offensus, tum Antonius eum docuit quòd etiam ad Parthicum bellum plurimum conduceret regnare Herodem: idq; mox omnium suffragijs approbatũ est. Quæ insignius fuit Antonij erga illum studium, non solùm quia præter ipsius spem regnum ei parauit: nunquam enim putabat Romanos hoc sibi concessuros, solitos hunc honorem regio seruare generi: & ideo coniugis suæ fratri id petiturus erat Herodes Romę in senatum introductus, Rex declaratur.

Alexandro nepoti ex patre Aristobuli, ex matre Hyrcani: sed etiam quia intra septem dies ir sperata felicitate ornatum dimisit ex Italia. Hunc adolescentem postea Herodes interfecit, vt suo loco indicabimus. Caterùm dimisso senatu, Antonius & Cæsar medium habentes Herodem exiuerunt, consulibus Herodes Alexandro, coniugis, suæ fratri regnum petiturus ipsemet eo potitur.

cæterisq; magistratibus deducentibus, ascenderuntq; in Capitolium, sacra ibi Antonius & Cæsar cum Herode in Capitolium ascendunt.

facturi

An. mũdi 3925. Ante Christum natum 39.

facturi & senatusconsulta deposituri: & nouus Rex primo regni sui die conuiuio acceptus est ab Antonio. atque hoc pacto ille regium fastigium adeptus est CLXXXIIII. *Olympiade, C. Domitio Caluino iterum, C. Asinio* Pollione Coss. *Toto autem eius absentia tempore* Antigonus *familiam eius oppugnabat in Masada, abundantem quidem catero commeatu, sed laborantem aquarum inopia,*

Herodis familia ab Antigono in Masada oppugnata.

An. mũdi 3926 Ante Christum natum 38.

ita vt hac de causa Iosephus frater cum ducentis familiaribus ad Arabas inde fugere decreuerit. Audierat enim Malchum iam pœnitere, quòd parum officiosus in Herodem fuisset. id consilium mutauit imbre noctu de cœlo dimisso. cisternis enim aqua repletis, non amplius fuga opus habuit: sed haud secus quàm diuina ope hac difficultate leuati magno animo excurrebant, & conserentes manus cum Antigonianis, *modò aperte modò clàm multos trucidabant. Interea*

Ventidius prætextu quasi Iosepho laturus auxilium, sed reuera vt pecuniã extorqueret Antigono, in Iudæam venit.

Ventidius Romanorum *dux, missus vt* Parthos *è Syria pelleret, post illorum abscessum in Iudæam venit, eo prætextu, quasi Iosepho laturus auxilium: sed reuera hoc consilio, vt pecuniam extorqueret ab* Antigono. *Positis igitur castris propè Hierosolyma, satis magnam pecuniæ vim exegit ab eo. Quo facto ipse quidem cum maiore copiarum parte recessit: ne tamen fraus deprehenderetur, Silonem cum quadam militum parte ibi reliquit: quem & ipsum placandum habuit* Antigonus *ne quid interim molestus esset, dum* Parthi *vt ipse sperabat, succurrerent.*

CAP. XXVII.

Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduersus Antigonum.

Hedio & Ruffinus Cap. 24. al. 26 Herodes ex Italia domum reuersus contra Antigonum copias ducit.

INTERIM Herodes ex Italia reuersus Ptolemaidem, *collectis non mediocribus copijs tum ex cõductitio tum ex sua gentis milite, properabat per Galilæam contra* Antigonum, *adiutus à Silone ac Ventidio, ad quos Gellius ab* Antonio *missus fuerat cum mandatis vt Herodem in suum regnum deducerent, quamuis Ventidius tum fortè destinabatur componendis ciuitatum tumultibus, quos irruptio* Parthorum *excitauerat. Silo verò in Judæa erat, sed pecunia corruptus ab Antigono. At tamen Herodis vlterius procedentis copiæ augebantur indies, & tota Galilæa paucis exceptis stabat ab eius partibus. ducenti autem ei versus versus Masadam, quòd necesse esset seruare cognationem in eo castello obsessam, impedimento fuit Ioppe: quam occupatam ab hoste opus erat primum capere, ne quam hostilem munitionem à tergo relinqueret petiturus Hierosolyma. qua occasione arrepta Silo mouit exercitum: quem cum Iudæi persequerentur, Herodes cum modica manu eis occurrit, & Judæis profligatis Silonem ægrè repugnantem seruauit. Capta deinde Ioppe properauit Masadam ad liberandos obsidione domesticos. Ex indigenis autem alij propter paternam amicitiam illi se adiungebant, alij propter ipsius gloriã, nonnulli quòd amborum deuincti essent beneficijs: sed maxima pars ob spes quas de confirmato iam rege conceperant. Augebatur autem valde exercitus, cui Antigonus in transitu locis opportunis struebat insidias, & tamen nihil aut parum hostem ladebat his artibus. nam Herodes receptis è Masada domesticis, & capto Ressa castello, petebat Hierosolyma, sequentib. Silonis militibus, & multis* Hierosolymitanis *eius potentia perterritis. Cumq; ad occidentalem vrbis tractum castra posuisset, qui hac parte dispositi erant custodes sagittis eum impetebant & missilibus, deinde quibusdam cateruatim excurrentibus, & stationes hostium infestantibus, Herodes*

Herodes Ioppẽ oppugnat & capit.

Multi Herodi sese adiungunt.

Herodes Ressa capto & è Masada domesticis receptis, Hierosolyma petit.

rodes caduceatorem clarigare iußit circa mœnia, ſe bono publico veniſſe, & ad ſalutem vrbis, ne apertorum quidem inimicorum retaliaturum iniurias, ſed etiam inimiciſſimorũ in ſe peccata obliuioni traditurũ. ad hæc Antig onusita reſpondebat, verſo ſermone ad Silonẽ ac Rom. milites, iniquũ eos facere qui Herodi regnũ aſtruant, homini priuato & Idumæo, hoc eſt, ſemiJudæo, cum id more gentis debeatur ſucceßioni generis. nam ſi offenſi, quòd ipſe à Parthis regnum accepiſſet, ideò velint hoc auferre, non deeſſe multos ex regio genere, qui legitimè poßint id accipere, nihil de pop. Rom. malè meriti, & ſacerdotes inſuper, quos iniquum ſit priuari debitis honoribus. ad hunc modum ambobus inter ſe contendentibus, & vſq; conuicia prorumpentibus, Antigonus permiſit ſuis vt arcerent hoſtes à mœnibus: qui cum ſtrenuè iacularentur è turribus, facile eos fugauerunt. Tum verò Silonem largitione corruptum eſſe patuit. ſubornatis enim aliquot militibus è ſuis familiaribus, qui clamoribus largiores commeatus & pecuniam in alimenta flagitarent, abduciq; ſe in hyberna ad commodiora loca poſtularent, vaſtis circa vrbem omnibus, quòd Antigoniani amoliti eſſent vita neceſſaria: turbari cœpit exercitus & parare abitum. contrà Herodes rogabat Silonis tam duces quàm milites ne ſe deſererent, miſſum tum à Cæſare & Antonio, tum à ſenatu reliquo: ſibi curæ futurum ne quid exercitus deſideret, atq; etiã vt abundè adſint quæcunq; requirerent. poſt quas preces continuò dimißis ſuis per agros, nullam Siloni diſcedendi anſam reliquam fecit: maior enim quàm quiſquã ſperaret rerum neceſſariarum allata eſt copia: familiaribus etiam ſuis apud Samariam agentibus imperauit, vt frumentum, vinum, oleum, pecora, & reliqua neceſſaria Hierichuntem comportarent, vt & in poſterum inde ſuggeri poſſent militibus. Ea res non fefellit Antigonum, ſed continuò dimiſit per agros qui per inſidias frumentatores interciperent. qui ſicut iußi ſunt comparata circa Hierichuntem armatorum multitudine, inſeßisq; montibus, intenti obſeruabant eos qui commeatus conueherent. Nec Herodes interim ſegnis erat: ſed aſſumptis x. *cohortibus, quarum* v. *è Romanis totidem è Iudæis conſtabant, adiunctisq; mixti generis conductitijs & equitatu modico, Hierichuntem petijt: offendensq; vrbem relictam ab habitatoribus, &* d. *ex his ad montium vertices confugiſſe cum familijs, hos quidem captos dimiſit. Romani verò inuadentes vrbem diripuerunt, repertis intra ædes omne genus rebus precioſiſſimis. Rex igitur relicto in ea præſidio reuerſus eſt, & Rom. exercitum hybernatum in recens deditas regiones dimiſit, Idumæam, Galilæam, & Samariam. Antigonus quoque pro largitione obtinuit à Silone vt partem Rom. exercitus intra Lyddam acciperet, captans Antonij gratiam. atque ita Romani degebant in magna rerum copia, ab armis tantiſper vacantes. Herodi verò otiari non libuit, ſed miſſo in Idumæam Ioſepho fratre cum* m. *peditibus &* cccc. *equitibus, ipſe in Samariam profectus, & depoſita ibi matre cognatisq; alijs quos è Maſada eduxerat, in Galilæam duxit, expugnaturus quædam loca ab Antigono inſeſſa præſidijs. cumq; Sephorim cœlo ningente peruenißet, Antigonianis inde refugientibus, magnam nactus eſt rerum neceſſariarum copiam. Inde in latrones quoſdam ſpeluncarum receſſus habitantes equitum alam immiſit, cum peditum tribus cohortibus, vt eos cohiberet à maleficiis. aberant autem non longè à vico qui Arbela dicitur. quadrageſimo deinde die ipſe venit cum toto exercitu, & magna audacia hoſte occurrente, in ſiniſtro aciei cornu laborari cœptum eſt,*

An. mũdi 3926 Ante Chriſtum natum 38.

Herodes circa Hieroſolymorum mœnia, ſe bono publico & ad ſalutem vrbis veniſſe, clarigare iubet.

Antigonus Herodi, quod non ex ſtirpe Regia prognatus, ſed ſemiIudæus ſit, exprobrat.

Herodis copias hoſtes à mœnibus arcent.

Silo quoſdã qui Hieroſolyma diſcedendi anſam arriperent, ſubornat.

Herodes cibaria exercitui procurat.

Antigonus quoſdam qui Herodianos frumentatores per inſidias interciperent, mittit.

Hierichuntem ab habitatoribus relictam Romani diripiunt, inque ea Herodes præſidiũ reliquit.

Romanus exercitus hybernatum dimiſſus.

Herodes fratrem Ioſephum in Idumæã mittit, ipſe copias in Galilæam ducit, vrbemq; Sephorim capit.


An. mũdi 3927. Ante Chriſtum natum 37.

Latrones.

An. mũdi 3927. Ante Christum natum 37.

Herodes in Galilæa cum hostib. pugnat, eos vincit, ac vniuersam Galilæam in suas partes traducit.

donec ipse armatorum manu stipatus succurrit, & hostes iam vincentes coëgit terga vertere, suos verò fugientes gradum sistere. nec hoc contentus profligatos & palantes vsq; Iordanem persecutus est. atq; ita vniuersam Galilæam in partes suas traduxit, praeter eos qui erant in speluncarum receptaculis. numeratisq; viritim CL. *drachmis, & proportione centurionibus, suos in hyberna dimisit. Interea Silo ad eum venit cum suis ducibus, qui apud Antigonum in hy-*



Antigonus Romanum exercitum alere reculat.

bernis fuerant, illo nolente eos post vnum mensem exactum amplius alere. nam & ad circumuicinos miserat, qui iuberent eos sublatis omnibus rebus ad victum necessarijs in montes refugere, vt Romani præ inopia fame perirent. at Herodes Pheroræ fratrum minimo commeatuum curam commisit, iusso instaurare Alexandrium. Ille verò breui & militibus magnam necessariarum rerum abundantiam præbuit, & castellum illud prius desertum denuò condidit. Eodem

Ventidius Silonem contra Parthos accersit.

tempore Antonius morabatur Athenis. In Syria verò Ventidius Silonem accersens contra Parthos, iussit primùm Herodi nauare operam, deinde ad proprium bellum excire prouinciales auxiliarios. At ille Silone ad eum misso, ipse

Hedio & Ruffinus Cap. 25. Herodes contra latrones in speluncis degentes militem ducit.


contra latrones in speluncis degentes duxit militem. Erant autem hæ speluncæ sitæ in præruptis montibus, angustis tramitibus accessibiles, & acutis cinctæ rupibus. in harum cauernis illi cum totis habitabant familijs. Rex autem arcas

Herodes milites in arcis de vertice montis demittit.

in hunc vsum compactas de vertice montis per machinas demittebat catenis ferreis: eo quòd nec infernè propter asperitatem montis ascendere daretur, nec supernè contra eos derepere. hæ arcæ completæ erãt militibus hastas falcatas gestantibus, ad attrahendos repugnantes & deturbandos per præceps. hæc tamen arcarum demissio periculosa erat propter immensam altitudinem: & in speluncis non deerant victui necessaria. vt verò demissæ sunt arcæ ad earum ostia, & nemo præ metu audebat progredi, quidam scutatus accinctus gladio, manu vtraque apprehensa catena qua arca sustinebatur, demisit se intra fauces mora impatiens, illis exire cunctantibus: & ad quandam cauernam accedens, primùm iaculis multos intus confecit: deinde resistere conatos falcata

hasta

haſta attractos dabat in præceps, deinde penitius reconditos inuadens iugulauit multos, ac tum demum in arcam ſe recepit. cæteros verò eiulatum audientes pauor corripuit, & ſalutis deſperatio. eos tamen conatus impediuit nox interueni- An. mūdi 3927. Ante Chriſtum natum 37.



ens, multiq́, Regem per præconem pollicẽte veniam, deditionem fecerunt. Sequenti verò luce eodem vſi ſunt oppugnationis genere, magis etiam ex arcis exeundo & pugnando in foribus, & ſubiecto igne antra incendendo. inerat enim intus multa materies. Senex autem quidam deprehenſus intus cum vxore ac ſeptem filijs, rogatus ab eis vt ſe fugere hoſtem permitteret, ſtans ante hoſtium, primum quenque exeuntem iugulabat, donec ad vnum omnes confecit, & vxorem vltimam. deinde præcipitatis cadaueribus, poſtremò ſeipſum ſuperiecit, mortem ſeruituti præferens. primò tamen in obſcuritatem Herodis multa iecit conuicia, licet Rex è ſpecula quadam dextram porrigeret, & polliceretur veniam. Speluncæ igitur omnes hoc modo expugnatæ ſunt. Rex autem Ptolemæo præpoſito ei regioni, in Samariam profectus eſt cum ſexcentis equitibus & tribus millibus peditum, vt armis cum Antigono rem decerneret. Sed Ptolemæo ſua præfectura non benè ceſſit: nam inuaſus ab his qui & antè Galilæam turbauerant, interfectus eſt. quo facto receperunt ſe in paludes & loca inacceſsibilia, totum eum tractum rapinis infeſtantes & excurſionibus. Herodes autem reuerſus pœnas ab eis exegit latrocinij: & ex defectoribus alios mox interfecit, alios refugientes in loca munita expugnatos ſupplicio tradidit, & arces ipſas diruit: atque ita ſublatis rerum nouarum autoribus, ciuitates centum talentis mulctauit. Interea cæſo in pugna Pacaro, & Parthis profligatis Ventidius Herodi in auxilium mittit Macheram cum duabus legionibus & mille equitibus, iubente hoc Antonio. Ille vocatus ab Antigono, & pecunijs corruptus, inuito Herode ad eum ſe contulit, tanquam inſpecturus eius negotia. At Antigonus ſuſpectum habens eius aduentum non admiſit hominem, ſed per funditores glandibus impetitum arcuit, ſatis declarans ſuum animum. ille tum demum Herodem benè monuiſſe, & ſe obtemperantem erraſſe intelligens, in Emauntem vrbem ſe recepit: & in eo itinere quotquot Iudæorum ad manus ei venerunt, interfecit, nullo amici aut

Senex quidam vxorem ſuã cum ſeptem liberis iugulat, poſtremò ſeipſum quoq; præcipitat.

Herodes cum Antigono rem decernere in Samariam proficiſcitur.

Herodes à defectoribus in Galilæa pœnas exigit.

Vẽtidius cæſo in pugna Pacaro Parthos profligat.

Machæra multos Iudæos interficit.

An. mūdi 3927. Ante Christum natum 37.

hoſtis diſcrimine, iratus ob ea quæ ſibi acciderãt. quo facto Rex exacerbatus petebat Samariam. nam decreuerat ea de cauſa adire Antonium, aliỳs ſibi opus dictitans, quàm his qui ſe magis quàm hoſtem laderent. alioqui ſufficere vel ſeipſum ad opprimendum Antigonum. Machæra verò conſecutus eum rogabat vt maneret: aut ſi certum eſſet pergere, ſaltem Joſephum fratrem ſibi attribueret, gerenti bellum contra Antigonum. Itaque reconciliatus Machæra multum roganti, relicto ibi Ioſepho cum exercitu, præcepit ei ne rem totam in diſcrimen adduceret, néue cum Machæra contenderet. Ipſe verò properauit ad Antonium oppugnantem Samoſatam ſitam ad Euphratem fluuium, ducens auxiliares tàm pedites quàm equites. poſtquam autem peruenit Antiochiam, repertis ibi multis collectis qui cupientes adire Antonium, non audebant ſe committere itineri propter obſidentes vias barbaros & ſæuientes cædibus. bono animo eſſe iußis ducem ſe præbuit. ſtatione autem altera procul à Samoſata inſidiabatur barbarorum turma commeantibus ad Antonium: vbi quà exitus erat in campeſtria occultauerant ſe non pauci equites, non moturi ſe loco donec viatorum agmen perueniret in planiciem. Cumq; iam primi pertranſiuiſſent, Herodes qui præſidio erat extremo agmini, inuaditur fermè à quingentis equitibus. qui cùm primos ſibi occurrentes in fugam vertiſſent, Rex cum ſuis ſtipatoribus magno impetu in eos illatus hoſtem repulit, & excitatis ſuorum animis pugnam redintegrauit, reuertentibus qui paulo antè fugerant, ita vt vbique caderentur barbari. Rex autem ſæuire ferro non deſtitit, nec niſi receptis iumentis quæ non pauca gerebant ſarcinas, ſimulq; mancipijs, cœptum iter proſecutus eſt. Et cum plures alij in propinquo campis ſaltu inſidiantes in illos coorirentur, hos quoque cum valida ſuorum manu aggreſſus in fugam compulit: multisq; ex eorum numero cæſis ſecurum ſequentibus ſe iter præſtitit. illi verò ſeruatorem eum & protectorem ſuum appellabant. Poſtquam autem propè Samoſatã ventum eſt, exercitum inſtructum & ornatum ei honoris cauſa miſit obuiàm Antonius, propter adducta auxilia, & quia profligatos ab eo barbaros audierat: multúmque gauiſus eius aduentu, & cognitis quæ obiter geſſerat, collaudata viri virtute, complexus eſt eum, & ſalutauit comiter, in ſummoq; honore habuit, vt Regem recens à ſe declaratum. Antiocho autem paulo poſt id caſtrum dedente, & hoc pacto finito bello, Soſio prouinciam Antonius cum exercitu tradidit: commendatoq; ei Herodis negotio, in Ægyptum ipſe profectus eſt. Tum Soſius duas legiones cum Rege præmiſit in Judæam, ipſe cum reliquo exercitu ſequebatur. Interim abſente fratre Joſephus in Iudæa perierat hoc modo. Immemor mandatorum fratris quæ illi Antonium aditurus dederat, aſſumptis & à Machæra quinq; cohortibus verſus Hierichuntem profectus ad demetendas eius agri fruges, in montibus caſtris locum cepit: & quia Rom. cohortes conſtabant è tyronibus non admodũ rei militaris peritis, quòd pleriq; è Syria delecti eſſent, circumuentus ab hoſte inter locorum difficultates, amiſſo exercitu & ipſe fortiter pugnans occubuit. ſex enim cohortes deſideratæ ſunt. Antigonus verò potitus cadaueribus, Ioſepho præcidit caput, L. talentis à Pharora fratre redimendum. quo facto Galilæi à ſuis præfectis deficientes, factionem Herodis in lacum demerſam necauerunt: & apud Iudæam multa nouata ſunt. Machæra autem Gittham caſtellum muniebat. Regi verò apud Daphnen Antiochiæ ſuburbium fratris caſus renunciatus eſt, iam antè tale aliquid expectanti propter

Antonium adire Machæram accuſaturus cogitat, eidem reconciliatur & Ioſephum fratrem attribuit.

Herodes ad Antoniũ Samoſatam oppugnantem properat, in itinere multos barbaros trucidat.

Herodes ab Antonio & exercitu honorificè exceptus.

Soſio Antiochus Prouinciam cum exercitu tradit, ipſeq; in Aegyptũ proficiſcitur.

An. mũdi 3928 Ante Christum natum 36.

Ioſephus Herodis frater ab Antonio cæſus.

Galilæi ab Herode deficiunt.

Gittham Machæra munit.

Herodes ex Daphne Antiochiæ ſuburbio in Galilæam proficiſcitur.

propter quædam insomnia, quibus non obscurè de fratris morte præmonitus fuerat. Accelerato igitur itinere postquam ad Libanum montem peruenit, assumptis octingentis eius loci hominibus, ducens etiam vnam Romanam legionem, Ptolemaidem petijt: vnde noctu profectus cum exercitu, per Galilæam progrediebatur. cui occurrentes hostes, prælio victi compulsi sunt in castellis vnde exiuerant pridiè. quod primo mane oppugnare adortus, vi repentinæ tempestatis coactus est, infecta re, inde exercitũ in proximos vicos abducere. Superueniente autem ab Antonio legione altera, qui castellum tenebant territi noctu id deseruerunt. Rex quoque properauit Hierichuntem, volens vlcisci fratris interitum. quò postquam venit, honoratissimum quemq; adhibuit ad conuiuium: peractaq; cœna dimissis conuiuis recepit se in cubiculum. Hic videre licuit res Regis à Deo non negligi. Triclinium enim illud in quo cœnatum fuerat, iam vacuum sine cuiusquam noxa concidit: quo factum est, vt omnes Herodem Deo carum crederent, vt qui miraculosè seruatus videretur è tanto periculo. Sequenti verò die cum hostium sex millia ad pugnam descendissent à montium verticibus, Romanos terruerunt: eorumq; velites procursando iaculis & saxis feriebant regios, adeò vt ipsi quoque Regi quidam vulnus in latus inflixerit. Porrò Antigonus misit Samariam ducem quendam nomine Pappum, volens videri ita abundare copijs, vt foris quoque posset bellum gerere. Sed ille Macharæ se opposuit. Herodes verò occupatis quinq; oppidis, præsidiariorum circiter MM. *in eis interfecit, & incensis oppidis contra Pappum reuersus est, qui castra habebat ad vicum Isanas nomine: & confluentibus ad se multis à Hierichunte ac Iudæa, vbi animaduertit hostem præ audacia venire ad pugnam, collatis cum eo signis vicit egregiè, & accensus vlciscendi fratris cupidine, sæuiendo instabat in vicũ fugientibus. Repletis autẽ ædibus milite, & quibusdã in tecta confugientibus, his superatis & tectis dirutis vidit omnia referta & cõstipata militibus. hos igitur saxis supernè impetentes aceruatim conficiebant: nec fuit toto hoc bello spectaculum miserabilius, quàm videre innumera cadauera cumulata intra*

An. mũdi 3928. Ante Christum natum 36.

Herodes cũ Galilæis pugnat, eosq; victos in castellũ compellit.

Triclinium in quo Herodes cum conuiuas cœnatus fuerat, vacuum sine cuiusque noxa concidit.



Herodes ab hostibus vulneratur.

Antigonus Pappum ducem Samariã mittit.

Herodes quinq; oppida occupat, cũ Pappo pugnat, eumq; in vicũ Isanas cõpellit.

Pugna in ædibus

An. mũdi 3929. Ante Christum natum 36.

parietes. & hoc facinus maximè fregit hostium audaciam, ita vt non amplius sperarent aliquid latius. Videre enim erat eos agminatim diffugere, & nisi repente valida tempestas interuenisset, Regij victores petijssent confestim Hierosolyma, & bello finem imposuissent. Iam enim Antigonus de fuga dispiciebat, cogitans vrbem deserere. At Rex iam vespere iussis parare cœnam militibus, ipse pugna lassatus in quoddam cubiculum lauatum abijt: vbi maximũ discrimen adijt, quod tamen euasit Dei prouidentia. Cùm enim esset nudus, & vnius tantum pueri ministerio lauaret, intus in eisdem ædibus latebant quidam hostium armati, quos metus eò compulerat. dumq́ ille se abluit, primus prodiens stricto gladio per fores se proripit, deinde alter & tertius, armati similiter, adeò attoniti vt illæso Rege contenti essent sibijpsis fuga salutem quærere. Sequenti verò die præciso Pappi inter reliquos occisi capite, misit illud Pherorę in vltionem fratris: nam is eum sua manu interfecerat. Post hæc vbi tempestas desæuijt, moto inde exercitu venit Hierosolyma, & castra prope vrbem metatus est, anno tertio postquam Romæ declaratus Rex fuerat: quibus mox propius admotis quà maximè oppugnationi obnoxia putabat mœnia. ante templũ fixit tentoria, volens sic ea quemadmodũ olim Pompeius aggredi. & tribus aggeribus ei loco circumdatis, turres erexit adiutus operarum multitudine: & cæsa circumquaque materie, præpositisq́ huic operi viris idoneis, durante etiam tum obsidione Samariam ad nuptias profectus est, ducturus filiam Alexandri, neptem Aristobuli, quam ei desponsam fuisse iam diximus.

Herodes in cubiculo solus multis armatis stipatus illæsus euadit.

Herodes Pappi caput Phærorę fratri mittit.

Herodes Hierosolyma oppugnat.

Herodes ducturus Alexandri filiam Samariã proficiscitur.

CAP. XXVIII.

Antigonus à Sosio & Herode opprimitur.

Hedio & Ruffinus Cap. 26. Alias 27.

ERACTIS verò nuptijs venit per Phœnicen Sosius, præmissisq́ per mediterranea copijs, mox & ipse affuit habens secum multos tam pedites quàm equites. venit etiam Rex à Samaria, ad veterem exercitum non mediocrem accessionem adducens. erãt enim circiter xxx. *millia. omnes autem confluebant ad Hierosolymorum mœnia, & assidebant septentrionali vrbis lateri, ad vndecim legiones peditum, & sex equitum millia, præter auxiliares Syrorum copias. Præerant autem duo cum imperio, Sosius ab Antonio missus in auxilium, & Herodes pro seipso bellum gerens, vt deiecto Antigono hoste pop. Rom. ipse pro eo ex senatusconsulto regnum acciperet. Intus autem certatim resistebant Iudæi ex tota ea regione collecti & conclusi intra mœnia, templũ domini iactantes, & fausta populo ominantes, non deserturum Deum suos in periculo: direptisq́ extra vrbem tam hominum quàm equorum alimentis, per clancularia etiam latrocinia difficultatem annonæ augebant obsessoribus. Cui rei Herodes ita prospexit, vt contra latrocinantes opportuna loca præoccuparet insidijs, & commeatus additis præsidijs etiam è longinquo conueheret, vt breui necessaria victui abundarent in exercitu. ad hæc operarũ frequentia facile absoluti sunt tres illi aggeres. æstas enim erat, & opus feruebat, nulla interturbatum aëris intemperie. machinis etiam murum quatiebant, & nihil intentatum relinquebant. at obsessi intrepidè repugnabant, conatus eorum eludentes varijs artibus. excurrentes enim crebro, modo incepta, modo iam perfecta opera incendebant: & conferentes pugnã cum Romanis nihilo erant inferiores audacia, peritia tantum rei militaris cedebãt. tum pro disiecto machinis muro intus recentem exstruebant, & cuniculis obuios agebant*

Sosius & Herodes ingentes, copias contra Hierosolyma ducũt.

Herodes annonæ prospicit.

Iudæi obsessi intrepidè repugnant.

bant alios cuniculos, vt nonnunquam ſub terra manus conſererent. vtentesq́ deſperatione profortitudine adextremum perdurabant, idq́ obſeſſi à tam numeroſo exercitu, ipſi fame ſimul laborantes & inopia. nam in Sabbaticum annum inciderat oppugnatio. Tandem euaſerunt in mœnia primum lectiſſimi viginti milites, deinde Soſij centurio. captus eſt enim primus murus die quadrageſima, ſecundus verò quinta decima: & quædam porticus circa templum exuſtæ ſunt, quas Herodes Antigonum incendiſſe calumniabatur, volens in eum concitare inuidiam populi. Capta verò exteriore templi parte & ima vrbe, Iudæi ad interiora templi & ſuperiorem vrbem refugerunt: timentesq́ ne à Romanis impedirentur mactare Deo quotidianas victimas, per legatos petierunt, vt has tantum ſinerentur introducere. Rex verò annuit, ſperans remiſſa tandem obſtinatione ceſſuros. Vt verò ſpem ſuam fruſtratam vidit, pertina-

An. mũdi 3929. Ante Chriſtum natum 35.

Templi pars exterior & ima vrbs capta. Iudæi ad interiora templi, & ſuperiorem vrbem refugiunt.



citer pro Antigoni regno contendentibus, totis viribus adortus vrbem expugnauit: moxq́ omnia repleta ſunt cadibus, Romanis longa oppugnatione exacerbatis, Herodianis Iudæis conantibus aduerſam factionem exſtirpare funditus: eratq́ continua cædes per angiportus & domos, ne religione quidem templi tuente ſupplices. non ætati vlli parcebatur, non ſexui, ne imbelli quidem: & quamuis obſtante Rege & precibus intercedente, nemo tamen temperabat à manibus: ſed veluti furore perciti ſæuiebant nullo ætatis diſcrimine. Antigonus quoque neq́ veteris neq́ recentis ſuæ fortunæ ratione ſatis habita deſcendit è turri, Soſioq́ ad genua procidit. & ille nihil miſeratus mutatam eius fortunam, inſultauit homini Antigonam appellans. non tamen incuſtoditum reliquit tanquam fœminam, ſed vincto cuſtodes addidit. Cæterum Herodes deuictis hoſtibus, non minus negotij habuit in compeſcendis alienigenarum auxilijs. ruebat enim multitudo conductitiorum ad viſendum non fanum ſolum, ſed intimum etiam adytum. Rex verò alios precibus, alios minis, nonnullos & armis reprimebat, moleſtiorem clade victoriam exiſtimans, ſi quid eorum quæ videri fas non eſt, veniret in conſpectum profanæ multitudinis. Prohibebat etiam rapinas

Hieroſolyma expugnata.

Antigonus Soſio ſeſe dedit.

Herodes in cõpeſcendis alienigenarũ auxiliis multum negocij habet.

Direptio vrbis impedita.

An. mũdi 3929. Ante Christum natum 35.

rapinas per vrbem fieri, identidem Sosium rogitans, solitudinisne se Regem Romani facturi essent, exhausta vrbe rapinis simul ac cadibus: exiguumq; dicens sibi videri tanta ciuium cadis precium, etiam si totius orbis dominium contingeret. Illo verò referente pro expugnatione vrbis direptionem merito permitti militi, promisit se de suo mercedem numeraturum singulis. atque ita redempta ciuitate ab vlteriore vexatione, promissa persoluit. Liberaliter enim militibus, & proportione ducibus, Sosio verò etiam regia dedit munera, ita vt omnes benè nummati discederent. Ea clades Hierosolymorum incidit in consulatum M. Agrippæ & Canidij Galli, CLXXXV Olympiade, mense tertio, feriis quibus solenne sit ieiunium, tanquam recurrente in idem temporis momentum illata Iudæis à Pompeio calamitate. Nam & ab illo eadem die vrbs capta fuerat ante annos viginti septem. Sosius autem consecrata Deo corona aurea profectus est Hierosolymis, Antigonum vinctum ducens ad Antonium. Herodes autem veritus ne asseruatus Antigonus, & Romam perductus ab Antonio, apud Senatum iure secum contenderet, docens se regio natum sanguine, Herodem verò plebeium, & quòd si ipse propter offensum Roma. popu. indignus esset qui regnet, certè filijs eius insontibus regnum debeatur: hac inquam timens multis pecuniis induxit Antonium, vt Antigonum tolleret. quo facto tum demum Herodes metu liberatus est. atq; ita Assamonæi principatus desiit post annum centesimum vigesimum sextum: quæ domus illustris fuit & celebrata propter cõtinuatum in ea gente honorem Sacerdotij, facinoraq; maiorum egregia, quibus propugnauerunt Iudæorum rempublicam. Verum hæc familia intestinis seditionibus agitata amisit imperium. Administratio autem rerum peruenit ad Herodem Antipatri filium, plebeio natum genere & subiecto Regibus. Atque hunc Assamonæorum exitum à maioribus traditum accepimus.

Direptio vrbis impedita.

Quando Hierosolyma expugnata.

Herodes multis pecunijs Antonium vt Antigonum tolleret, inducit.

Assamonæi Principatus & Pontificatus finis.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XV.

SVMMA CAPITVM LIBRI XV. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Expugnatis à Sosio & Herode Hierosolymis, Antigonus ab Antonio securi percutitur, Herodes verò præcipuum quemque ex amicorum eius cohorte interimit.
II. Quomodo Hyrcanus à Parthis dimissus ad Herodem reuersus est.
III. Herodes Aristobulum coniugis suæ Mariammes fratrem Pontificem declaratum non multò post necandum curauit.
IIII. Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians, partem eorum ab Antonio impetrare conatur.
V. Cleopatræ Reginæ in Iudæam aduentus.
VI. Herodes bellũ Aretæ infert, quo tempore Antonius à Cæs. Actiaco prælio victus est.
VII. De terræ motu, qui Iudæam concussit.
VIII. Herodis concio ad exercitum.
IX. Herodes ad Cæsarem profecturus necessario Hyrcanum interficit.
X. Quomodo Herodes regnum etiam à Cæsare obtinuit.
XI. Herodes Mariammen calumnijs oppressam interficit.
XII. De fame quæ in Iudæam terram incubuit.
XIII. Cæsarea conditur.
XIIII. Herodes nouum templum Hierosolymis ædificat.

Expugna-

CAP. I.

Expugnatis à Sosio & Herode Hierosolymis, Antigonus ab Antonio securi percutitur, Herodes verò præcipuum quemq; ex amicorum eius cohorte interimit.

An. mūdi 3930. Ante Christum natum 34.

HIEROSOLYMORVM expugnationem Sosij ductu atq; Herodis, & captiuitatem Antigoni, superiore volumine diximus: nunc quæ deinceps consecuta sunt dicemus. Postquam tota Iudæa potitus est Herodes, quantum vrbana plebis etiam nondum regnum adepto fauerat, eos vicissim promouebat: aduersæ autem factionis homines quotidianis absumebat suppliciis. in præcipuo honore apud eum erat Pollio Pharisæus, & Sameas huius discipulus. dum enim obsiderentur Hierosolyma hi consulebant ciuibus, vt Herodem in vrbem reciperent, eamq; ob rem gratiam illis habuit. Pollio verò hic olim, capitis reo Herode, Hyrcano cæterisq; iudicibus prædixit opprobrans, quòd absolutus eorum sententijs ab omnibus illis pœnas exiget, quam prædictionem procedente tempore Deus euentu comprobauit. Tunc verò captis Hierosolymis, omnem regiam supellectilem in vnum congessit: à diuitibus quoq; ablata & collecta magna vi auri ac argenti, totum id Antonio eiusq; amicis donauit. Interfecit etiam quadraginta quinque primates ex factione Antigoni, appositis ad portas custodibus, qui etiam cadauera scrutabantur, ne quis eorum efferretur pro mortuo. Et quicquid auri aut argenti inueniebatur, id totum ad Regem referebatur. nec vllus finis malorum aderat. nam bona eorū auaritia domini egentis absumebat: & agri inculti manebant propter tempus anni Sabbatici, quo nobis non est fas serere. Cæterum Antonius, accepto Antigono, volebat eum vinctum seruare ad triumphum: sed vbi audiuit gentem ad res nouas spectare, & odio Herodis fauere Antigono, magis placuit apud Antiochiam eum securi percutere. vix enim Iudæi contineri poterant in officio. Testis est Strabo sic scribens. Antonius Antigonum Iudæum perductum Antiochiam securi subiecit: Romanorumq; primus affecit Regem hoc supplicio, ratus non aliter posse adduci Iudæos, vt Herodem pro illo Regem constitutum admitterent. nam ne tormentis quidem adigi poterant, vt appellatione Regis eum dignarentur: tanta apud eos fuit prioris Regis existimatio. quare visum est ignominiosa morte obscurare eius memoriam, & lenire publicum Herodis odium. Hæc Strabo.

Herodes fautores promouet, inimicos tollit.

Pharisæi in honore habiti.

Pollio Herodis tyrannidem prædicit.

Cædes factionis Antigonianæ.

Antigonus securi percutitur.

Strabo de Antigono.

Hyrcanus autem Pontifex captiuus apud Parthos cognito quòd Herodes regnum assecutus sit, reuersus est ad eum, in hunc modum dimissus. Barzapharnes & Pacorus Parthorum duces, Hyrcanum qui primo pontifex, deinde Rex fuit, & fratrem Herodis Phasaelum, captiuos abduxerant: quorum Phasaelus non ferens captiuitatis dedecus, & turpi vita honestam mortem præferens, seipse interfecit, sicut suprà diximus.

Hecdo & Ruffinus Cap. 2.

Hyrcanus cognito q Herodes regnum assecutus sit, ad eum reuertitur.

CAP. II.

Quomodo Hyrcanus à Parthis dimissus ad Herodem reuersus est.

HYRCANVM autem ad se perductum Phraates Parthorum Rex propter claritatem generis comiter habuit: & vinculis solutum permisit Babylone degere, vbi magna erat Iudæorum frequentia. hi non aliter quàm pontifici ac Regi Hyrcano honorem habebant, nec hi solum, sed quantum Iudæorum vltra Euphratem

Hyrcano Babylone à Iudæis ingens honor habetur.

An. mũdi 3930. Ante Christum natum 34.

habitat: ita vt non admodum præsentis fortunæ pœniteret hominem. Sed postquã resciuit Herodem ad Regiam dignitatem euectum, ad nouas se spes transtulit, natura suorum amans, & gratiam ab eis expectans, quòd aliquando de capite periclitantem seruasset in iudicio. Cœpit igitur de profectione consultare cum Iudæis, officij causa inuisere illum solitis: qui tamen, vt maneret, ei suadebant, commemorantes obsequia sua & honores quos exhiberent non aliter quàm vel Regi vel pontifici: imò ne in patria quidem talem dignitatem eum obtinere posse, propter corpus mutilatum ab Antigono. nec Reges solere meminisse accepti in priuata vita beneficij, quandoquidem mores cum fortuna sint mutabiles. nec tamen his monitis Hyrcano potuerunt eximere patriæ desiderium. Herodes quoq; ei scripsit, rogaret Phraatem & eius regni Iudæos, ne sibi inuiderent communem cum genero futuram potestatem. nunc enim adesse tempus referendæ suo quondam & altori & seruatori gratiæ: simulq; etiam ad ipsum Phraatem legatum misit Saramallam cum multis muneribus, eblanditurum ne obstaret cupienti referre gratiam homini de se optimè merito. Nec tamen re vera hoc agebat: sed quia ipse grauis esset princeps, cauens mutationis occasiones, quærebat Hyrcanum in potestatem suam redigere, aut etiam omnino tollere: id quod postea fecit. Tunc autem dimissum à Partho, & ab illis Iudæis honorificè adiutum viatico cum excepisset, in summo honore habuit: primumq; in conuentibus locum ei tribuendo, & in cõuiuijs semper honoratiorem cedendo, patremq; appellitando, lactabat hominem, quò minus suspicaretur insidias. quin & alijs artibus procurabat quicquid putaret sibi ad stabiliendum principatum conducibile, vnde tamen domestica seditionis enata est occasio. Cauens enim ne quis illustrium crearetur pontifex, accito Babylone non obscuri generis Sacerdote Ananelo, huic summum Sacerdotium dedit. Mox igitur Alexandra non tulit hanc contumeliam, Hyrcani filia, vxor Alexandri Aristobuli Regis filij, ex quo liberos habebat, alterum formosissimum, nomine Aristobulum, alteram Mariammen Herodis coniugem, insigni pulchritudine fœminam. Hæc iniquissimè ferebat contemptum filium, quòd eo superstite aliunde vocatus pontificatum vsurparet. Scribit igitur Cleopatræ per quendam fidicinem, vt pontificatum filio suo petat ab Antonio. Sed Antonio rem negligente, amicus eius Gellius ob quædam negocia in Iudæam profectus, vt vidit Aristobulum delectatus est eius forma, admiratus staturam adolescentis simul & pulchritudinem, nec minus Mariammen Regiam coniugem, felicemq; prole Alexandram prædicans: cum qua colloquutus persuasit, vt depictas amborum effigies ad Antonium mitteret. fore enim vt his conspectis ille nihil non à se impetrari patiatur. his verbis excitata mulier eas effigies ad illum transmisit. Gellius quoque rem exaggerabat, affirmans eos sibi visos non mortali, sed planè diuino natos genere, volens Antonium in amores pellicere. qui indecorum sibi ratus puellam Herodi nuptam accersere, atque etiam Cleopatræ suspiciones vitans, scripsit, vt aliquo honesto prætextu filium ad se mitteret, addens nisi molestum videatur. Quæ postquam relata sunt Herodi, non putauit tutum Aristobulum in ipso flore ætatis, videlicet decimum sextum agentem annũ, ad hac genere nobilissimum mittere ad Antonium, primum Romanorum nemini cedentem, deinde procliuem ad libidines, & huiusmodi voluptates vndecunq; venantem impunè propter potentiã. Rescripsit igitur, si vel pedem è regno suo moueat adolescens,

Hyrcanus patriæ amans gratiam ab Herode expectat.

Saramalla Herodis legatus ad Phraatem Parthorum Regem.

Hyrcanum Herodes in summo honore habet.

Ananelo Herodes dat summum sacerdotium.

Alexandra per Cleopatram filio Pontificatum ab Antonio petit.

Antonius ab Herode Aristobulum petit.

Causæ non missi Aristobuli.

adoleſcens, fore vt cuncta compleantur bellicis tumultibus, Iudais nouationem rerum ſub alio Rege ſperantibus. hoc pacto cum ſatisfeciſſet Antonio, decreuit non omninò adoleſcentem & Alexandram ſpernere, vxore etiam Mariamme aſſiduis precibus obtundente, vt fratri debitum pontificatum redderet, dicentéq; ipſi quoque id fore commodum, adempta per honorem adoleſcenti peregrinandi facultate. Aduocato igitur amicorum concilio, multis verbis in Alexãdram inuectus eſt: eam & clam regno ſuo inſidiatam, & per Cleopatrã id agere vt ope Antonij à ſe regimen transferatur in puerum. idq; tanto iniuſtius eam moliri, quòd & filiam ſuam interim honore parto priuare conetur, & regnum perturbatione reipublicæ alijs parare, quod ipſe quaſiſſet multis ſudoribus ac periculis ſe tamen præteritorum libenter obliuiſci, nec deſinere pietatem erga eam cæteraſq; neceſſitudines colere: & nunc eius filio pontificatum reddere, cui Ananelus hactenus propter ætatem immaturam præfuit. Hac poſtquam elocutus eſt verbis meditatis quò magis fucum faceret mulieribus & amicorũ conſiſtorio, Alexandra vix ſui compos, tum præ gaudio, tum quòd ſe ſuſpectam intelligeret, cœpit cum lacrymis pro ſe verba facere, faſſa ſe pro Sacerdotio nihil non tentaſſe indignitatis & contemptus impatientia: regnum autem negãs ſe vel ambiſſe vnquam, vel etiam ſi vltro offerretur, admiſſuram fuiſſe. Satis honoris ſibi videri quòd filium cum ipſo regnare videat, ſatisq; ita conſultum ſecuritati totius familiæ. Victam igitur beneficiorum magnitudine accipere ſe honorem filij, futuramq; poſthac Regi obſequentiſſimam: veniamq; præteritorum petere ſi quid fiduciæ generis & neceſſitudinis propter indignitatem rei egiſſet immodeſtius. Poſt hoc colloquium ad reconciliationis fidem datis viciſſim dexteris diſceſſerunt, omni, vt tum videbatur, ſuſpicione ſublata.

An. mũdi 3930. Ante Chriſtum natum 34.

Herodes in Alexandram, vt clàm regno ſuo inſidiatam inuehitur.

Alexandra ſeſe excuſat, & Herodi reconciliatur, dum Pontificatũ filio permittit.

CAP. III.

Herodes Ariſtobulum coniugis ſuæ Mariammes fratrem pontificem declaratum non multò poſt necandum curauit.

TVM Rex confeſtim Pontificatum abrogat Ananelo, viro peregrini generis, vtpote nato ex Iudais olim vltra Euphratem traductis per Aſſyrios, vt antè diximus. Multa enim millia huius gentis Babyloniam incolunt, vnde & hic erat, à pontificibus alioquin oriundus, & Herodi iamdudum notus familiariter. Eum adeptus regnum cum autoritate ſua pontificem feciſſet, ipſe poſtea depoſuit quò familiam ſuam componeret perturbatam, propter neglectas leges patrias. alioquin honor hic ſemel aſſumptus ſolet eſſe perpetuus. primus Antiochus Epiphanes eam legem violauit, pro Jeſu ſubrogato in hoc Sacerdotium fratre ipſius Onia. Secundò Ariſtobulus ab Hyrcano fratre in eum honorẽ in ſe transtulit. Tertius Herodes Ariſtobolum adoleſcentem viuo adhuc pontifici ſucceſſorem dedit. atque ita tum viſus eſt diſcordiæ domeſticæ attuliſſe remediũ. nec tamen vt decebat poſt reconciliationem vacauit ſuſpicionibus, veritus Alexandram ne in poſterum quidem quietura am, ſi daretur rerum nouandarum occaſio. Iuſſit igitur eam continere ſe intra regiam, & nihil propoteſtate agere. ad hac obſeruabatur aſſiduè, ita vt nihil Regem lateret, ne eorum quidem quæ ad quotidianam viuendi rationem attinent: quæ omnia exaſperabant eam, & incitabant ad odium. plena enim muliebri ſuperbia ſuſpectam ſe obſeruari indigniſſimè ferebat, malens quiduis potius pati, quàm amiſſa licentia, honoris ſpecie in

Hedio & Ruffinus Cap. 3. Ananelo Herodes Pontificatum abrogat.

Pontificatus trib' abrogatus.

Alexandra Herodi ſuſpecta obſeruatur.

An. mũdi 3931. Ante Christum natum 33.

seruitute & timore vitam degere. misit igitur ad Cleopatram literas, præsentem rerum suarum statum deplorans, & rogans, vt opem aliquam sibi afferat.

Alexandra in Aegyptum fugere cogitãs à seruo proditur.

Illa iussit eam vnà cum filio clam in Ægyptum ad se confugere. quod consilium placuit, moxq; tale quiddam comminiscitur. Paratis duabus sandapilis in has se & filium inclusit, iussis famulis conscijs, vt noctu has efferrent. erat autem mare petendum, vbi paratum stabat nauigium quod eos in Ægyptum deueheret. hæc apud Sabbionem apicum mulieris Æsopus ipsius seruus effutiuit, putãs eum non inscium eius consilij. quo cognito Sabbion, qui hactenus inimicus Herodis erat, suspectus quasi socius insidiarum, quibus Antipater veneno sublatus est, arripuit occasionem concilianda sibi per hoc indicium regiæ beneuolentiæ: & ad eum insidias Alexãdræ detulit. at ille passus eam tentare negotium, in ipsa fuga deprehensam retraxit. Veniam tamen erroris dedit, nõ ausus ei mali quicquam facere. Verebatur enim non cessaturam Cleopatram, odij tali ansa præbita. quare simulata magnanimitate, volebat per clementiam videri indulgentior. statuit tamen modis omnibus adolescentem tollere. sed interponenda erat mora, quò magis laterent insidiæ. Jamq; instabat Scenopegia, festum apud nos cumprimis celebre, cuius solennitatis dies decreuerat cum reliquo populo per hilaritatem exigere. at tamen hinc quoque data est occasio per inuidiam, quò magis acceleraret, quod semel statuerat. Postquam enim adolescens annũ tum egressus decimum septimum, sacris iuxta legem operaturus ad altare ascendit ornatu pontificali, ceremoniasq; decenter tractabat ipse eximia forma & statura quàm pro ætate procerior, tota facie generis dignitatẽ præ se ferens, conuertit in se multitudinis oculos simul & studia, reputantis secum etiam aui Aristobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu paulatim se aperiebant, confusi nimio gaudio, nec continentes faustas voces ac cõprecationes, licentius quàm sub tali Rege decebat proferentes debitam familiæ beneficiorum tum memoriam tum gratiam. Hæc omnia perpulerunt Herodem, vt, quod de adolescente decreuerat, perficeret. Itaque peracta festiuitate dum apud Alexandram accipitur conuiuio, comitate pertracto in opportunum locum adolescente, ostendebat se

Aristobulo Herodes insidiatur.

Aristobulus Herodis ductu submergitur, & ad Ananelũ Pontificatus redit.

paratum in eius gratiã iuueniliter colludere: cumq; loci eius natura esset æstuosior, citò defessi relicto lusu, magnis piscinis quæ ibi circa aulam erant, imminentes frigus captabant meridiano tempore. ac primum spectabant natantes quosdam è socijs & famulis: deinde postquam prouocante Herode adolescens quoque eis se miscuit, amicorum quibus hoc datum erat negocium, deprimentes eum natantem, & quasi per lusum ac petulantiam mergentes non prius destiterunt quam omninò aqua præfocatus sit. Hic fuit Aristobuli exitus anno ætatis decimo octauo, pontificatus primo, qui mox ad Ananelum rediit. hic casus vbi mulieribus renunciatus est, versa repente rerum facie lamentatio exoritur. supra cadauer iuuenis & luctus inconsolabilis: totamq; vrbem rumore sparso mœror occupat, nulla non domo calamitatem deflente tanquam propriam. sed præcipuus fuit dolor Alexandræ, quam etsi dolus non fefellit, perpeti tamen metu maioris mali necesse habuit: & sæpè ad inferendam sibi manum pronior, impetũ tamen hunc animi repressit, si fortè superesse posset extincto per summum nefas filio, & retenta diutius vita nullam significationem dare quod data opera necatum sensisset, donec aliquando se offerret vltionis facultas. quapropter dissimulanter hoc tulit, nullam suspicionem præ se ferens. At Herodes modis omnibus

Luctus ob mortem Aristobuli.

curabat

curabat fidem facere, se insçio casum hunc contigisse, non luctum solum fingens sed & lacrymas & mœstitiam veræ similimam. ac fortasse veræ etiam miserationis nonnihil sentiebat ad conspectum extincti in ipso flore ætatis ac pulcritudinis, tametsi mortem eius plurimum ad securitatem suam existimaret conducere: sed potissimùm hoc agebat vt alienus videretur ab hoc crimine. Cæterùm quod ad magnificentissimum funeris apparatum attinet, nihil sibi ad summam liberalitatem fecit reliquum, tàm in exornando conditorio, quàm in congerendis eò aromatibus & alijs rebus preciosissimis, quò maius miseris mulieribus hoc pacto afferret solatium.

An. mũdi 3932. Ante Christum natum 32.

Animus Herodis hypocritus.

CAP. IIII.

Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians, partem eorum ab Antonio impetrare conatur.

ALEXANDRA tamen nullo modo emoliri potuit, sed indies magis ac magis exacerbante mœstitia, per luctum accendebatur ad vindictæ desiderium. Per literas igitur insidias Herodis Cleopatra indicat, simulq; filij sui miserabilem interitum. Illa verò iamdudum adiuuandi eam cupida, & tum etiam miserata mulieris infortunium, non secus quàm proprium curauit hoc negocium: nec vnquam destitit incitare Antonium ad vlciscendam necem iuuenis: indignum facinus dictitans, Herodem ope eius alieni iuris regno potitum, in legitimam Regum stirpem tam insolenter debacchari. His permotus Antonius postquam Laodiceam peruenit, accersiuit ad se Herodem, dicturum causam de obiecto necis Aristobuli crimine. factũ enim improbabat, si quidẽ ipse Herodes autor eius fuisset. At ille nec causæ suæ satis fidens, & Cleopatræ odia metuens, indesinenter Antonium contra se irritantis, decreuit quidem parere: neq; enim aliter facere poterat: sed commissa regni cura Josepho patruo, clàm ei mandauit, vt si Antonius in se grauius aliquid statuisset, confestim Mariammen interficeret. sic enim se affectum erga vxorem, vt etiamsi post ipsius mortem aliquem potiri contingat illius pulchritudine, ad suam id iniuriam pertinere existimet. aiebatq; totum hoc negociũ exhiberi sibi propter eius fœminæ formam, in quam ille iam pridem fama cognitam accensus sit. atq; his mandatis, non admodum lata sperans de rerum suarum exitu, proficiscitur ad Antonium. Porrò Josephus creditum sibi regni regimen administrans, & sapissimè Mariammen conueniens, partim propter negocia, partim honoris causa, dum crebra mentio fit coniugalis amoris quo eam Herodes prosequeretur: irridentibus hanc eius asseverationem mulieribus, præsertim Alexandra, ille nimio studio approbandi eius affectum Regis eò prouectus est, vt mandatum illud proderet, ratus id certissimum amoris argumentum, quòd neq; sine ea viuere sustineret, neq; vel morte ipsa ab ea disiungi. quæ Josephi verba mulieres non tam vt indubitatum Herodis amoris signum interpretatæ sunt, quàm exhorruerunt illius tyrannicum animum, si vel mortuus sæuiret in earum capita. Interea per ciuitatem rumor ab inimicis Regis sparsus est, excruciatum eum ab Antonio neci traditum: qui cum reliquam regiam turbauit, tum mulieres maximè. Alexãdra verò etiam Iosephum hortata est, vt assumens eas ad signa legionis Romanæ confugeret, quæ tum ad regni custodiã circa vrbem tendebat sub tribuno Iulio. sic enim primùm si quid turbarũ in aulã incideret, ipsas in tuto fore propter Romanorũ beneuolentiam.

Alexandra Cleopatrę Herodis insidias, & filij miserabilem interitum, indicat.

Herodes ad Antonium profecturus Iosepho, cui regnum interim commendarat, coniugis necem mandat.

Rumor vanus de Herodis morte sparsus.

An. mũdi 3932. Ante Christum natum 32.

Deinde sperandum esse consequuturam quiduis Mariammen si in Antonij conspectum venerit, atq; etiam regnum recepturam & quicquid debetur regio generi. Tenente adhuc ea consultatione litera ab Herode superuenerunt rumori contraria. quamprimùm enim venit ad Antonium, muneribus eum placauit,

Antonium Herodes muneribus placat, & amicis res suas saluas esse scribit.

qua in hoc Hierosolymis attulerat: & crebris colloquijs indignationem viri lenijt, vt minus posthac ponderis apud eum haberet Cleopatra instigatio. negabat enim Antonius oportere Regem facti sui rationem reddere, alioquin Regem quidem futurum. sed dato illi semel honore, etiam liberam potestatem permittendam esse. idq; ipsum etiam Cleopatra aiebat conducibile, si non multum se misceret alienis imperijs. Hac significabant Herodis *litera, reliquumq; honorem quo se dignaretur Antonius, ad consessum adhibens & ad quotidiana conuiuia, idq; non cessante à criminationibus Cleopatra: qua capta eius regionis cupidine, quò regnum id sibi vsurparet, omnibus modis quarebat illum perdere. Sed quia iustum se praberet Antonius, nihil posthac expectandum grauius, venturumq; breui constabilito tàm regno quàm amicitia. nec relictam Cleopatra cupiditati vllam spem, quando Antonius pro eius postulatis Cœlesyriam ei concessisset, hac conditione, ne posthac Judaam peteret, & vt molesta esse desineret. His literis redditis voluntas confugiendi ad Romanos euanuit. non tamen latuit id consilium, sed quamprimum deducto aliquantisper Antonio contra Parthos eunte* Herodes *in Judaam reuersus est, statim soror Salome & eius mater indicauerunt quid Alexandra cum suis voluerit. nec hoc contenta Salome etiam maritum suum criminata est, Mariammes consuetudinem obiiciens. hoc autem fecit propter simultatem veterem, quòd Regina elati animi fœmina inter muliebres contentiones exprobraret ei obscuritatem generis. Porrò Herodes qui semper ardenter amauit Mariammen coniugem, statim perturbatus est, non ferens zelotypia stimulos agrè tamen se continens ne à recta ratione transuersum raperetur insanis affectibus, seorsim Mariammen percunctatus est, ecquid haberet cum Josepho commercii. illa verò pernegante factum cum deierationibus, & quicquid insons fœmina posset in defensionem adducente, Rex paulatim assentiendo placari se sinebat victus amore vxorio, ita vt postremò veniam peteret, quòd temerè fidem habuisset rumoribus: agebatq; ei gratias pro seruata pudicitia, suum vicissim amorem commemorans. tandem vt mos est amantium prorumpentibus lacrymis ruunt in complexus mutuos. cum tamen nondum vxori amoris sui fidem faceret, tantoq; magis conaretur id efficere: tum illa, Non est, inquit, amantis mandare si quid ipsi humanitus accidat, vxorem innoxiam addi fati comitem. Hoc verbo Rex velut ictus pra dolore confestim eam è complexu dimisit: vociferaturq; capillos sibi lacerans, tenere se manifestò deprehensam constupratam à Josepho coniugem. nunquam enim proditurum fuisse data sibi priuatim ac secreto mandata, nisi obstricta mutuum fide per stupri consuetudinem. atque ita parum abfuit quin eam interficeret. Sed amore victus, licet agrè, cohibuit se tamen. Veruntamen Josephum ne in conspectum quidem admissum iussit interimi, & Alexandram vt malorum omnium causam, vinctam coniecit in custodiam.*

Iosephus & Mariamme apud Herodem accusantur.

Mariamme apud Herodem sese excusat, eiq; reconciliatur.

Iosephum Herodes interfici, & Alexandram in carcerem conijci iubet.

Hedio & Ruffinus Cap. 4.

Interea turbabantur res Syria, Cleopatra non desinente in omnes incitare Antonium, quem hortabatur vt auferens cuiq; suam dynastiam, ipsi contribueret: multumq; apud eum poterat irretitum suis amoribus. cumq; natura esset

Cleopatra Regina alieni appetens.

alieni

alieni appetens, nihil sibi putabat illicitum. primò fratrem, cui debebatur regni successio, veneno sustulit, agentem annum quintumdecimum. deinde Arsinoen sororem suam Ephesi in templo Dianæ supplicem interfecit per Antonium. Pecuniarum etiam vbicunq; spes affulgeret, neq; templum neq; sepulchrum, neq; asylum vllum vnquam violare dubitauit, modo ad illam redirent spolia quæsita vel sacrilegio: miscebatq; sacra, profana, fas nefas, vt augeretur lucris vel iniquissimis, ad summam nihil satis erat mulieri sumptuosæ & voluptatibus deditæ, cuius cupiditates vix totius orbis expleri possent opibus. quamobrem & Antonium continuò solicitabat, vt alijs ablata ipsi largiretur: & ingressa cum illo Syriam, statim cogitauit quomodo eam possessionem suam faceret. Nam Lysaniam Ptolemæi filium interfecit, causata eum studere rebus Parthicis. flagitabat etiam ab Antonio Iudæam simul & Arabiam sibi dari, ademptas suis Regibus. Verùm ille erat quidem adeò deditus ei mulieri, vt non illecebris solùm, sed etiam veneficijs eius captus videretur: puduit tamen eum tam insignis iniustitiæ, ne videretur ad procacis fœminæ nutum libenter peccare etiam in rebus maximis. ne igitur vel pernegando eam contristaret, vel imperata illius omnia faciens videretur mortalium omnium nequissimus, partes de vtriusque regione ablatas ei largitus est: adhæc vrbes quotquot sunt intra fluuium Eleutherum vsque Ægyptum, præter Tyrum & Sidonem, quas iam inde à maiorum ætate sciebat liberas, quamuis has quoque illa multis precibus impetrare conata fuerat.

An. mũdi 3932. Ante Christum natum 32.

Cleopatra fratrem & sororem interficit.

Lysaniam Cleopatra interficit.

Cleopatræ Antonius partes de Iudæa & Arabia ablatas largitur.

CAP. V.

Cleopatræ Reginæ in Iudæam aduentus.

HÆc assecuta Cleopatra, & Antonium in Armeniam cum exercitu profectum vsque Euphratem prosecuta, reuertitur: obiterq; adita Apamia & Damasco, etiam Iudæam ei libuit inuisere: vbi excepta ab Herode, concessam sibi Arabiæ partem & Hierichuntini agri reditus ei locauit. Is & balsamum fert, quod vnguentorum longè precio sissimum ibi tantum prouenit, & eximiarum palmularum vim maximam. per hæc negocia contracta maiore cum Rege familiaritate concubitum eius appetijt, mulier natura intemperans & dedita libidini, ac fortè etiam amore tacta nonnihil: quamuis verisimile sit per stuprum quæsitam occasionem struendis insidijs. Sed illa amorem prætexebat. Herodes autem iam antè ei parũ amicus, quòd nosset infestam ex æquo omnibus: tum verò etiam abhorrens tam prostratam impudentiam, & reiecturus si petulantius pergeret, renuit. deinde cum amicis consultauit, num habens eam in sua potestate deberet occidere. sic enim multis molestijs leuari posse eos quibus vel hactenus infensa fuerit, vel in posterum futura sit. quin & ipsi Antonio id fore vtile, quandoquidem nec illi fida futura sit, si in quam temporum difficultatẽ delapsus opera eius opus habeat. Huc procliuiorem cohibuerunt amici, indignum censentes, hominem in magnis versantem negocijs, in manifestum se periculum conijcere, & obsecrantes ne quid ageret temerè. Non enim hoc laturũ Antonium, quantumuis ei hoc approbetur vtile. quin hoc ipso augendum eius desiderium, quòd per vim atq; insidias amississe eam videbitur. nec superesse vel mediocrem excusationem, quando mulier sit omniũ eius ætatis longè honoratissima, & si quid vtilitatis ex eius nece possit existere, coniunctũ sit cum Antonij iniuria. vnde facilè apparere

Cleopatra ad Antonium peruenit, qui Arabiæ partẽ & Hierichuntini agri reditus ei locat.

Mulier intemperans & libidini dedita.

Cleopatrã Herodes interficere cõtatur, quod eius amici auertunt.

quàm

An. mũdi 3932. Ante Christum natum 32.

quàm magna & immedicabilia mala exoritura sint in regno & familia Regis ipsius, cum nihil vetet recusata illius illicita postulatione, res pro praesenti statu rectè disponere. his deterrentes, & periculũ probabilibus rationib. ostendentes, cohibuerunt eum à tanto facinore. Ille placata muneribus Regina, versus Ægyptum eam deduxit. Caterùm Antonius subiugata Armenia Artabazem Tigranis filium cum filijs suis satrapis vinctum in Ægyptum misit, munus Cleopatrae, & quicquid precioſum de eo regno ceperat. Regno autem Armeniae potitus est Artaxias filiorum illius natu maximus, qui in eo tumultu effugerat: cui post Archelaus & Nero Caesar per vim à se pulso iuniorem ipsius fratrem successorem dederunt. Quod autem attinet ad tributa regionum quas Regina ab Antonio dono acceperat, Herodes ea iustè reddebat, parum tutum putans praebere Cleopatrae occasionem maleuolentiae.

Cleopatram Antonius versus Aegyptũ deducit.

An. mũdi 3933. Ante Christum natum 31.

Antonius Armeniae regno potitur.

Hedio & Ruffinus Cap. 5.

Arabs verò postquam eorum exactio ad Herodem spectare cœpit, aliquandiu soluebat ei ducenta talenta annua: deinde malignior factus, & ad dandum segnior vix partes quasdam reddebat, ac ne eas quidem integras.

CAP. VI.

Herodes bellum Aretæ infert, quo tempore Antonius à Cæsare Actiaco prælio victus est.

Herodes Antonio contra Augustum auxilia pollicetur.

An. mũdi 3934 Ante Christum natum 30.

QUAM eius iniquitatem & iuris contemptum non ferens Herodes illaturus erat bellum, ni remoratus esset Romanorum contentionibus. cum enim expectaretur pugna Actiaca, qua in CLXXXVII. *Olympiadem incidit, Caesar de imperij summa decertaturus erat cum Antonio. Herodes verò multorum iam annorum possessor regionis pacatae & refertae pascuis ac pecoribus, nouis quoque abundans reditibus & opibus, delectus habendo magno apparatu expediebat auxilium Antonio. Sed ille hanc operam ei remisit, negans sibi opus esse. verùm quia tàm ex ipso quàm ex Cleopatra audierat de Arabis perfidia, iussit in illum bellum vertere. nam & Regina hoc in rem suam fore existimabat, si alter ab altero mutuis attererentur cladibus. Igitur Antony iussu reuersus Herodes domi continuit exercitum, cum quo mox inuasit Arabiam equitatu simul & pedestribus copijs instructissimus, Diospolim petens quò occursuri erant Arabes. non enim eos latuit hac expeditio. Post acerrimum igitur conflictum penes Judaos fuit victoria. Post hac rursum magnus Arabum exercitus confluxit ad Cana, qui locus est in Coelesyria: quod praesentiens Herodes duxit contra eos maximam exercitus sui partem. cumq; vellet munitis vallo castris per occasionem deinde praelium committere, imperanti hac reclamabat multitudo, mitteret moras & confestim in Arabas duceret. Faciebat autem eus animos, tum quòd pulchrè instructam aciem habere se crederent, tum recens memoria prioris pugnae in qua egregiè vicerant. cum igitur ardor eorum vix cohiberi posse videretur, decreuit Rex vti alacritate militum, & professus se non cessurum illis virtute, armatus ante agmen ibat in hostem, subsequente instructa acie. qua res attonitos reddidit Arabas. paulisper enim repugnare cognati, vt viderunt non posse ferri eorum audaciam, maiore ex parte in fugam versi sunt. actumq; de eis fuisset, ni Athenio Herodem inuasisset eiusq; exercitum. Hic Cleopatrae dux erat in ea regione: & quia Herodem oderat, non imparatus pugnae euentum expectabat, quieturus si Arabes vincerent. Vbi vero vinci eos animaduertit, cum collectitia*

Herodes ad bellum Arabicum incitatur.

Pugnae & victoriae Herodis.

Cleopatrae dux fuit Herodem.

lectitia manu indigenarum fessos iam, & victoriam suam putantes ex improuiso adortus magnam stragem edebat. Nam Iudæi viribus in professos hostes absumptis, tum verò etiam ob victoriam dissolutiores, facilè hosti cedebant, multaq; vulnera accipiebant in locis asperis & inæqualibus, quorum peritiores erant aduersarij. His igitur vehementer laborantibus Arabes resumptis animis reuersi in prælium trucidabant iam fugientes. Nec vna erat exitij facies, pauciq; in castra euaserunt. Rex verò videns eos viribus impares, citato equo profectus est ad euocandos qui illis succurrerent. nec tamen licet festinus, affuit in tempore, sed Iudæorum castra capta sunt. Arabibus autem non mediocris felicitas ex insperato contigit, dum & victoria potiuntur, à qua plurimum aberant, & hostium validum exercitum opprimunt. Ex illo tempore Herodes latrocinijs cœpit agere & excursionibus in Arabiam, castra ponendo in montibus: & cauebat quidem totum exercitum prælio committere, sed interim non mediocriter proficiebat suos labori assuefaciens, & continuis exercitijs præparans ad abolendam tandem ignominiam.

An. mũdi 3934 Ante Christum natum 30.

Arabes in prælium reuersi, fugientes trucidant, & castra capiunt.

CAP. VII.

De terræ motu, qui Iudæam concussit.

QVo tempore dum maximè apud Actium Antonius conflictatur cum Cæsare, septimo regni Herodis anno, Iudæa terra quali nunquam antè motu concussa, magnam per totam eam regionem iacturam fecit pecudum: quin & hominum oppressa sunt ruinis adium circiter decem millia. militaris tamen multitudo nihil detrimenti accepit, vtpote sub diuo agitans. Hæc clades in maius etiam aucta rumoribus, quos nuncij gentilium odiorum non ignari dabant auribus Arabum, immane quantum extulit hostium animos, quasi subuersis Iudæorum vrbibus, & extinctis hominibus, nulli iam supereſſent aduersarij. legatos itaque gentis, qui rebus afflictis pacem petituri venerant, comprehensos necauerunt, moxq; magna alacritate properauerunt ad hostilem exercitum. at illi non ausi aduentum eorum præstolari, vtpote deiecti animis ob calamitatem, Rempub. negligere, nec multum à desperatione abesse videbantur. quos ita affectos Rex excitabat, duces eorum appellando, & quantum in se erat conando animum illis addere. cumq; generosiores quosdam in meliorem spem restituisset, tum demum ausus est etiam exercitum alloqui, quem prius viderat in recentibus cladibus nullam orationem admittere. eos igitur his verbis consolatus simul & cohortatus est.

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29. Hedio & Ruffinus Cap. 6.

Terræmotus in Iudæa, qui circiter decem millia hominũ opprimit.

Arabes Iudæorum legatos necant.

Iudæos propter damnum passum mœstos, Herodes consolatur.

CAP. VIII.

Herodis concio ad exercitum.

NOn ignoramus viri fortissimi, multa hoc tempore nostros conatus remorata infortunia, quibus quantumuis audaces perterreri nil mirum fuerit. Sed quoniam bellum est pro foribus, & quæ hactenus acciderunt, talia sunt, vt vestra virtute possint corrigi, cohortandi mihi estis, & monẽdi quo pacto retinere possitis pristinum robur animi, ac primùm de bello verba faciam, declaraboq; nos id iustissimis de causis gerere, coactos inimicorum iniurijs: id quod vel præcipuè debet acuere vestram fortitudinẽ. deinde ostendam, nec hæc, quæ nos contristant, esse tàm grauia quàm videntur, & magnã nobis supereſſe spem victoriæ. ac primùm

Herodes consolatur & cohortatur milites.

An.mũdi 3935. AnteChristum natum 29.

Causa belli contra Arabes.

mùm de eo differam quod prius proposui, vosq; ipsos testes eorum quæ dicturus sum faciam. Nostis enim ipsi Arabum iniustitiam, & quàm sint erga alios quoque omnes perfidi, nimirum genus hominum impium ac barbarum: sed nos præcipuè semper infestauerunt, ob auaritiam & inuidiam perpetuis iniurijs nos lacessentes. Et tamen ne alia beneficia nostra in eam gentem collata commemorem, quis eos imminente Cleopatra de libertate periclitantes eripuit nisi nos? Mea enim cũ Antonio coniunctio, & illius erga me beneuolentia in causa fuit ne quid isti grauius paterentur, dum ille cauet cõmittere quod & nobis suspectum esse posset: deinde postquam precib. illa euicit vt de vtraq; regione portiones quædam ei deciderentur, in his quoq; dispensandis non cessauit mea industria: & datis de meo magnis munerib. securitatem ambobus acquisiui meo vnius sumptu, dum ducenta talenta expendo, & pro alijs ducentis fideiubeo, pro reditibus eius ipsius terræ quam isti olim nostram occupant. atqui æquum erat nos Iudæos & à tributis immunes esse, nec cuiquã vllum agrorũ partem decidere. certè in Arabum gratiam, qui nobis salutẽ suam debent, indignum erat quicquã expendere. Sed multo iniquius est, eos qui negare non possunt suam libertatẽ nostrum esse beneficiũ, & eam ob rem gratias nobis egerũt, fraudare nos debitis, præsertim amicos & pacis tempore: quandoquidẽ fides etiam hosti seruanda, multo magis inter amicos locum habeat necesse est. at non inter tales quales isti sunt, qui nihil honestum putant nisi cum lucro coniunctum, & iniuriam impunitam esse debere quæ lucri gratia committitur. Dubium ne igitur est, nostri officij esse iniustos iusto bello persequi, quod Deus ipse fieri vult, iubetq; nos semper vlcisci vim & iniuriam, maximè in bello non solùm iusto, verùm etiã necessario? quod enim confessione omnium tàm græcorum quàm barbarorum est crudelissimum, hoc casis

Legati inuiolabiles.

nostris legatis perpetrauerunt. Nam & Græci caduceatores sacros atq; inuiolabiles esse volunt, & nostri honestissima, sanctissimaq; legis præcepta per angelos, hoc est, nuncios à Deo acceperũt. hoc enim nomen & Deum in hominum noticiam adducere, & hostes hostibus conciliare potest. Quid igitur magis nefarium, quàm legatos de iure agentes interficere? aut quæ illis post hoc facinus expectanda vel in bello prosperitas, vel in reliqua vita felicitas? ego sanè non video. Dixerit fortè aliquis: ius quidem & fas penes nos est, sed penes illos vires & maiores copiæ. verùm ista hæc oratio indigna est nostris hominibus. cum quibus enim iustitia est, cum illis etiam Deus. vbi autem Deus est, ibi nec multitudo nec fortitudo deesse potest. Sed age etiam per se vires nostras expẽdamus. Prima pugna vicimus, in secunda primo cõgressu eos profligauimus nõ ferentes nostrã impressionem. victores deinde nos Athenio nõ indicto bello sed ex insidijs aggressus est. verùm hæc fortitudo eorum dicenda est, an insidiæ potius & secunda iniquitas? Cur igitur nobis minus sit animi, quibus oportebat esse plus spei? aut cur nobis timendi sint, qui quoties absque dolo certandum est semper succumbunt, quando verò vincere videntur per iniustitiam hoc faciunt? Quid quòd etiamsi fortes quis eos existimet, hoc ipso magis ad virtutem excitari debet? non est enim generosi laus infirmissimum quemque aggredi, sed posse etiam fortes deuincere. Quòd si quem domestica clades terrent, & terræmotus proximus, primùm cogitet hoc ipsum esse quod Arabas decipit, putantes grauiorem quàm re vera fuit: deinde non decere vt illis audacia, nobis timiditatis, eadem causa sit. Illi enim nunc audent non quòd alicuius boni sibi sint conscij, sed quia nos afflictos credunt

Cum quib. Iustitia, cum illis etiam Deus est.

credunt calamitatibus. vbi autem nos viderint occurrere, collabetur eorum fiducia, & nobis hoc ipso crescent animi, quòd iam cum non ita ferocientibus pugnabimus. nam neq; admodum afflicti sumus, neq;, vt quidam putant, irato Deo nobis hoc accidit, sed casus hi sunt fortuiti. Quòd si Dei voluntate hoc factum est, mirum ni eiusdem voluntate cessauit calamitas, & hac castigatione contentus est. Quòd verò præsens bellum ei probetur vt iustum, ipse euidenter declarauit. Nonnullis enim per totam regionem terræmotu oppressis, vestrum qui arma gestatis nemini quicquam mali contigit, sed omnis estis incolumes, manifesto diuinæ voluntatis indicio, quòd si populariter militassetis vnà cum liberis & vxoribus, neminem vestrûm desideraretis. Hæc cogitantes, & quod maius est, habere vos Deum protectorem omni tempore, persequimini iusto bello gentem impiam, nec amicitiæ iura, nec fœderum fidem seruantem, in occidendis legatis fortem, cùm virtute res gerenda est, semper fugacem. His verbis Iudæorum animi non mediocriter accensi sunt ad prælium. Herodes autem sacris de more peractis, properè duxit eos vltra Iordanem contra Arabas: metatusq; castra non procul hostibus, decreuit castellum inter vtrosq; situm occupare: commodum sibi id ratus, siue pugnandum esset, siue castra in tutiorem locum transferenda. cumq; idem esset Arabum quoq; consilium, circa eum locum certamen contractum est. ac primùm telis velitati eminus, deinde manus conserũt, vtrinq; nonnullis cadentibus, donec Arabes victi discesserunt. Ea pugna Iudæis tantum momentum ad benè sperandum fuit, vt quia hostes certamen detrectabant, ausi sint vallum eorum diuellere ipsa castra expugnaturi. atq; ita coacti processerunt non satis benè structa acie, ne tantillum quidem alacritatis aut spei ad pugnam afferentes: conseruerunt tamen manus vel quia plures numero, vel quia necesse erat lacessenti hosti resistere. post diutinum igitur conflictum non paucis vtrinq; cæsis, tandem Arabes in fugam versi sunt. Tanta autem strages impulsis semel edebatur, vt non solum hostium gladijs conficerentur, sed præ impetu fugientis inconditæ multitudinis alij proculcarentur, alij suis ipsorum telis se inuerent. itaq; quinq; millia desiderata sunt. catera turba refugit quidem intra castra, sed nulla certa salutis spe, non tàm commeatus quàm aquæ penuria. Porrò Iudæi quia non potuerunt vnà cum fugientibus irrumpere, obsidione eos cinxerunt, & auxilijs aditus, & fugam obsessis intercludendo. In hac rerum difficultate Arabes legatos ad Herodem miserunt, primùm pacem petentes, deinde quia sitis vrgebat, præsenti necessitati remedium. At ille non legatos, non pecuniam pro captiuis, nihil deniq; æquum admittebat, enixè cupiens facinorum in suos patratorum pœnas ab eis exigere. Itaq; coacti siti inter alia mala prægrauante, progressi præbuerunt se vinciendos & in captiuitatem abigendos, ita vt intra quintam diem capti sint ad quatuor millia. Sexta verò omnes reliqui decreuerunt prodire, & hostem aggredi, vel certam cladem malentes, quàm ita paulatim ignominiosè opprimi. Quæ sententia postquam placuit, eruperunt è castris, sed parum idonei ad prælium, fractis tàm viribus, quàm animis, propter extremum infortunium mortem in lucro reputantes. Quare primo conflictu circiter septem millia ceciderunt: domitaq; per hanc cladem gentis ferocia, in Herodis, quem suo malo bellatorem egregium experti sunt, clientelam se dederunt.

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29.

Arabes ab Herode deuicti.

Arabes siti compulsi, ab Herode pacem petunt.

CAP. XI.

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29.

Herodes ad Cæsarem profecturus necessario Hyrcanum interficit.



VA felicitate ille multum elatus domum reuertitur, aucta ob rem benè gestam existimatione. Sed dum maximè res suas constabilisse videtur, summũ discrimen adijt, Antonio apud Actium deuicto armis Cæsaris. Tum enim actum de se putauit, non ipse solus, sed & amici eius omnes & inimici. nemo enim credebat impunè ei fore tantam Antonij amicitiam. quo factum est vt amici quidem nihil dissimularent desperationem, inimici verò condolere se fingentes, clàm gauderent, pollicentes sibi in futurum meliorem statum Reipublicæ. Ibi Herodes videns præter Hyrcanum neminem superesse regij generis, statuit eum è medio tollere: siue euasurus esset periculum, tutius ratus neminem extare digniorem imperio: siue opprimendus esset à Cæsare, successionem illi inuidens. Hæc secum volutanti, ab ipsius Hyrcani familia præbita est occasio, qui quòd esset miti ingenio toto vitæ suæ tempore nullis se admiscuit negocijs, omnia fortunæ permittens, & quamcunq; illa conditionem attulisset, ea benè contentus. Verùm Alexandra ambitiosa fœmina, & mutationis spem modestè ferre nesciens, solicitauit patrem ne vlterius ferret Herodem afflictorem suæ familiæ, sed potius sibi quoque caueret, seq; sperata fortuna seruaret. consuluit deinde vt Malcho Arabiam ditione tenenti scriberet, peteretq; ab eo tutelam & hospitium. Si enim contingat Herodem malè mulctari ab offenso Cæsare, dubio procul ad ipsum rediturum imperium, propter nobilitatem generis & fauorem populi. Talia suadentem Hyrcanus primo repulit: deinde victus importunitate mulieris, interdiu noctuq; eandem cantilenam de futurorum spe, deq; Herodis insidijs occinentis, ad Arabem literas dat amico cuidam Dositheo: in quibus scriptum erat, vt equites mitteret, qui eum ad Asphaltidem lacum deducerent. Distat is à Hierosolymitanis finibus per trecenta stadia. Hæ literæ ideò Dositheo potissimùm creditæ sunt, quòd & Hyrcani cliens erat & filia: & exosum ei Herodem non vna de causa videbatur verisimile. nam Iosephi ab eo necati cognatus erat, & aliquanto ante fratres eius apud Tyrum inter alios ab Antonio interfecti fuerant. nihilo tamen magis ob hæc Hyrcano fides seruata est. Pluris enim ille faciens præsentis Regis gratiam, ostendit ei epistolam. qui actis primùm gratijs, vnum etiam ab eo postulauit ministerium: vt complicata epistola & obsignata Malicho eam redderet, & responsum ab illo reciperet. multum enim sua referre, si etiam illius mentem intelligat. Quod vbi Dositheus sedulò exsecutus est, Arabs rescripsit, paratum se & ipsum & familiam recipere, atque etiam omnes illius factionis Iudæos: missurumq; instructam manum quæ eos tuto deducere valeat, & voluntati eius obsecuturum per omnia. Postquam autem etiam hanc epistolam Herodes accepit, accito Hyrcano, rogauit eum, ecquid haberet cum Malicho fœderis. quo inficiante, prolatis in consistorio literis, occidi eum imperauit. Atq; hæc ita in ipsius Herodis commentarijs scripta habentur: nam ab alijs traduntur aliter, videlicet non ob hoc crimen, sed quasi Regi insidiatum, necatum esse. Scribunt enim sic. In quodam conuiuio dissimulata suspicione quæsiuisse ex Hyrcano, num quas literas à Malicho accepisset. respondisse illum, accepisse quidem, sed nihil præter officiosam salutationem continentes. Alterum amplius interrogasse, num quod etiam munus accepisset, cumq; respondisset,

Hedio & Ruffinus Cap. 7.

Herodes Antonio deuicto subtristis.

Hyrcanum Herodes è medio tollere statuit.

Alexãdra Hyrcanum patrem solicitat, & vt à Malcho tutelam peteret, monet.

Trecenta stadia, nouem milliaria Germanica.

Hyrcanum Herodes occidi imperat.

respondisset, nihil praeter quatuor iumenta quibus vectaretur: Regem traxisse hoc in crimen corruptelae ac proditionis, moxq; hominem duci iussisse. Insontem autem perisse argumentum afferunt mitissimum ipsius ingenium, vt qui ne iuuenis quidem vnquam vllam temeritatis aut audaciae significationem dederit, ac ne tum quidem cum ipse principatu potiretur: sed tum quoque pleraq; omnia ex Antipatri administrauerit sententia. Tunc verò iam octuagesimum annum excesserat, sciebatq; opes Herodis in tuto esse: Euphrate etiam traiecto, relictisq; qui trans eum amnem in summo honore habuerant, in patriam postliminio redyt, vt sub illius potestate viueret, quò minus verisimile est eum molitum facinus à sua natura alienissimum, conflictaq; videntur haec ab Herode omnia. Hic finis fuit Hyrcani post variam fortunam, qua tota vita circumactus est. nam viuente etiamtum matre Alexandra pontifex Iudaeorum creatus, per nouem annos eum honorem obtinuit: cui defunctae cum in regnum successisset, elapsis tribus mensibus ab Aristobulo fratre pulsus est, ac deinde Pompeij ope restitutus. receptisq; omnibus honoribus quadraginta annos in eis exegit. deinde iterum ab Antigono pulsus, & mutilato corpore, captiuus apud Parthos vixit. vnde aliquanto post domum reuersus, quamuis multa sibi de Herode polliceretur, nihil tamen eorum consecutus est post tantam fortunae varietatẽ: & quod omnium est maximè miserabile, vt modo diximus, in extrema senectute indigno fine absumptus est. Fuit enim aequi amantissimus & perpetua modestia, imperiumq; maxima ex parte per alios administrabat, amore otij, & imperitiae sibi conscius. Antipater certè atque Herodes huius bonitate ad tantas opes prouecti sunt: pro quibus meritis contra ius ac fas occisus est. Caterum Herodes, Hyrcano sublato, ad Caesarem properans, & nihil boni de se sperans propter amicitiam Antonij, suspectam habebat Alexandram, ne vsa hac temporis opportunitate ad defectionem concitaret populum, & intestinis seditionibus regnum perturbaret. quare mandata regni cura Pherorae suo fratri, & matrem Cypron, & sororem, totam denique cognationem in Masada deposuit: iussitq; fratrem, si quid sibi accidisset durius, habenas regni retinere. Mariammen verò vxorem, quia propter simultatem cum matre eius & sorore degere non poterat, in Alexandrio cum Alexandra matre collocauit, commissa quaestori suo Josepho & Sohemo Ituraeo castelli custodia, viris & antè semper fidissimis, & tunc honoris causa his mulieribus Regijs adhibitis. Verum his quoq; mandatum dederat, vt si quid quod nollet accidisse sibi cognoscerent, confestim ambas interficerent, regnumq; pro viribus liberis eius ac Pherorae fratri conseruarent.

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29.

Hyrcanus insons perit.

Hyrcani vita.

Herodis ad Caesarem properãtis mandata.

CAP. X.

Quomodo Herodes regnum etiam à Caesare obtinuit.

Is mandatis properauit Rhodum, vt illic Caesari occurreret. Quò postquam appulit, posito tantum diademate, de caetero paratu regio nihil mutauit: admissusq; ad colloquium, tum maximè ostendit animi sui magnitudinem, neq; ad supplicationes (vt in tali fortuna mos est) versus, neque preces adhibens quasi rogando veniam, sed facti sui rationem reddens intrepidè. Fatebatur enim apud Caesarem & amicitiam sibi interceßisse maximam cum Antonio, & totis viribus se conatum, vt penes illum esset rerum imperium: non armis quidem

Herodes ad Cęsarem venit, eique beneficia in Antonium collata prædicat, similia in eum collaturus, si in amicitiam cum reciperet.

An. mũdi 3930. Ante Christum natum 34.

habitat: ita vt non admodum præsentis fortunæ pœniteret hominem. Sed postquã resciuit Herodem ad Regiam dignitatem euectum, ad nouas se spes transtulit, natura suorum amans, & gratiam ab eis expectans, quòd aliquando de capite periclitantem seruasset in iudicio. Cœpit igitur de profectione consultare cum Iudæis, officij causa inuisere illum solitis: qui tamen, vt maneret, ei suadebant, commemorantes obsequia sua & honores quos exhiberent non aliter quàm vel Regi vel pontifici: imò ne in patria quidem talem dignitatem eum obtinere posse, propter corpus mutilatum ab Antigono. nec Reges solere meminisse accepti in priuata vita beneficij, quandoquidem mores cum fortuna sint mutabiles. nec tamen his monitis Hyrcano potuerunt eximere patriæ desiderium. Herodes quoq; ei scripsit, rogaret Phraatem & eius regni Iudæos, ne sibi inuiderent communem cum genero futuram potestatem. nunc enim adesse tempus referendæ suo quondam & altori & seruatori gratiæ: simulq; etiam ad ipsum Phraatem legatum misit Saramallam cum multis muneribus, eblanditurum ne obstaret cupienti referre gratiam homini de se optimè merito. Nec tamen re vera hoc agebat: sed quia ipse grauis esset princeps, cauens mutationis occasiones, quærebat Hyrcanum in potestatem suam redigere, aut etiam omnino tollere: id quod postea fecit. Tunc autem dimissum à Partho, & ab illis Iudæis honorificè adiutum viatico cum excepisset, in summo honore habuit: primumq; in conuentibus locum ei tribuendo, & in cõuiuijs semper honoratiorem cedendo, patremq; appellitando, lactabat hominem, quò minus suspicaretur insidias. quin & alijs artibus procurabat quicquid putaret sibi ad stabiliendum principatum conducibile, vnde tamen domesticæ seditionis enata est occasio. Cauens enim ne quis illustrium crearetur pontifex, accito Babylone non obscuri generis Sacerdote Ananelo, huic summum Sacerdotium dedit. Mox igitur Alexandra non tulit hanc contumeliam, Hyrcani filia, vxor Alexandri Aristobuli Regis filij, ex quo liberos habebat, alterum formosissimum, nomine Aristobulum, alteram Mariammen Herodis coniugem, insigni pulchritudine fœminam. Hæc iniquissimè ferebat contemptum filium, quòd eo superstite aliunde vocatus pontificatum vsurparet. Scribit igitur Cleopatræ per quendam fidicinem, vt pontificatum filio suo petat ab Antonio. Sed Antonio rem negligente, amicus eius Gellius ob quædam negocia in Iudæam profectus, vt vidit Aristobulum delectatus est eius forma, admiratus staturam adolescentis simul & pulchritudinem, nec minus Mariammen Regiam coniugem, felicemq; prole Alexandram prædicans: cum qua colloquutus persuasit, vt depictas amborum effigies ad Antonium mitteret. fore enim vt his conspectis ille nihil non à se impetrari patiatur. his verbis excitata mulier eas effigies ad illum transmisit. Gellius quoque rem exaggerabat, affirmans eos sibi visos non mortali, sed planè diuino natos genere, volens Antonium in amores pellicere. qui indecorum sibi ratus puellam Herodi nuptam accersere, atque etiam Cleopatræ suspiciones vitans, scripsit, vt aliquo honesto prætextu filium ad se mitteret, addens nisi molestum videatur. Quæ postquam relata sunt Herodi, non putauit tutum Aristobulum in ipso flore ætatis, videlicet decimum sextum agentem annũ, ad hæc genere nobilissimum mittere ad Antonium, primum Romanorum nemini cedentem, deinde procliuem ad libidines, & huiusmodi voluptates vndecunq; venantem impunè propter potentiã. Rescripsit igitur, si vel pedem è regno suo moueat adolescens,

Saramalla Herodis legatus ad Phraatem Parthorum Regem.

Hyrcanum Herodes in summo honore habet.

Ananelo Herodes dat summum sacerdotium.

Alexandra per Cleopatram filio Pontificatum ab Antonio petit.

Antonius ab Herode Aristobulum petit.

Causæ non missi Aristobuli.

adoleſcens, fore vt cuncta compleantur bellicis tumultibus, Iudæis nouationem rerum ſub alio Rege ſperantibus. hoc pacto cum ſatis feciſſet Antonio, decreuit non omninò adoleſcentem & Alexandram ſpernere, vxore etiam Mariamme aßiduis precibus obtundente, vt fratri debitum pontificatum redderet, dicenteq; ipſi quoque id fore commodum, adempta per honorem adoleſcenti peregrinandi facultate. Aduocato igitur amicorum concilio, multis verbis in Alexãdram inuectus eſt: eam & clam regno ſuo inſidiatam, & per Cleopatrã id agere vt ope Antonij à ſe regimen transferatur in puerum. idq; tanto iniuſtius eam moliri, quòd & filiam ſuam interim honore parto priuare conetur, & regnum perturbatione reipublicæ alijs parare, quod ipſe quæſiſſet multis ſudoribus ac periculis ſe tamen præteritorum libenter obliuiſci, nec deſinere pietatem erga eam cæteraſq; neceſſitudines colere: & nunc eius filio pontificatum reddere, cui Ananelus hactenus propter ætatem immaturam prælatus ſit. Hæc poſtquam elocutus eſt verbis meditatis quò magis fucum faceret mulieribus & amicorũ conſiſtorio, Alexandra vix ſui compos, tum præ gaudio, tum quòd ſe ſuſpectam intelligeret, cœpit cum lacrymis pro ſe verba facere, faſſa ſe pro Sacerdotio nihil non tentaſſe indignitatis & contemptus impatientia: regnum autem negãs ſe vel ambiſſe vnquam, vel etiam ſi vltro offerretur, admiſſuram fuiſſe. Satis honoris ſibi videri quòd filium cum ipſo regnare videat, ſatisq; ita conſultum ſecuritati totius familiæ. Victam igitur beneficiorum magnitudine accipere ſe honorem filij, futuramq; poſthac Regi obſequentiſſimam: veniamq; præteritorum petere ſi quid fiduciæ generis & neceſſitudinis propter indignitatem rei egiſſet immodeſtius. Poſt hoc colloquium ad reconciliationis fidem datis viciſſim dexteris diſceſſerunt, omni, vt tum videbatur, ſuſpicione ſublata.

An. mũdi 3930. Ante Chriſtum natum 34.

Herodes in Alexandram, vt clàm regno ſuo inſidiatam inuehitur.

Alexandra ſeſe excuſat, & Herodi reconciliatur, dum Pontificatũ filio ꝓmittit.

CAP. III.

Herodes Ariſtobulum coniugis ſuæ Mariammes fratrem pontificem declaratum non multò poſt necandum curauit.

IVM Rex confeſtim Pontificatum abrogat Ananelo, viro peregrini generis, vtpote nato ex Judæis olim vltra Euphratem traductis per Aſſyrios, vt antè diximus. Multa enim millia huius gentis Babyloniam incolunt, vnde & hic erat, à pontificibus alioquin oriundus, & Herodi iamdudum notus familiariter. Eum adeptus regnum cum autoritate ſua pontificem feciſſet, ipſe poſtea depoſuit quò familiam ſuam componeret perturbatam, propter neglectas leges patrias. alioquin honor hic ſemel aſſumptus ſolet eſſe perpetuus. primus Antiochus Epiphanes eam legem violauit, pro Jeſu ſubrogato in hoc Sacerdotium fratre ipſius Onia. Secundò Ariſtobulus ab Hyrcano fratre in eum honorẽ in ſe transtulit. Tertius Herodes Ariſtobolum adoleſcentem viuo adhuc pontifici ſucceſſorem dedit. atque ita tum viſus eſt diſcordiæ domeſticæ attuliſſe remediũ. nec tamen vt decebat poſt reconciliationem vacauit ſuſpicionibus, veritus Alexandram ne in poſterum quidem quieturam, ſi daretur rerum nouandarum occaſio. Iußit igitur eam continere ſe intra regiam, & nihil pro poteſtate agere. ad hæc obſeruabatur aßiduè, ita vt nihil Regem lateret, ne eorum quidem quæ ad quotidianam viuendi rationem attinent: quæ omnia exaſperabant eam, & incitabant ad odium. plena enim muliebri ſuperbia ſuſpectam ſe obſeruari indigniſſimè ferebat, malens quiduis potius pati, quàm amiſſa licentia, honoris ſpecie in

Hedio & Ruffinus Cap. 3. Ananelo Herodes Pontificatum abrogat.

Pontificatus trib' abrogatus.

Alexandra Herodi ſuſpecta obſeruatur.

An. mũdi 3931. Ante Christum natum 33.

Alexandra in Aegyptum fugere cogitãs à seruo proditur.

seruitute & timore vitam degere. misit igitur ad Cleopatram literas, præsentem rerum suarum statum deplorans, & rogans, vt opem aliquam sibi afferat. Illa iussit eam vnà cum filio clam in Ægyptum ad se confugere. quod consilium placuit, moxq; tale quiddam comminiscitur. Paratis duabus sandapilis in has se & filium incluſit, iussis famulis conscijs, vt noctu has efferrent. erat autem mare petendum, vbi paratum stabat nauigium quod eos in Ægyptum deueheret. hæc apud Sabbionem amicum mulieris Æsopus ipsius seruus effutiuit, putãs eum non inscium eius consilij. quo cognito Sabbion, qui hactenus inimicus Herodis erat, suspectus quasi socius insidiarum, quibus Antipater veneno sublatus est, arripuit occasionem concilianda sibi per hoc indicium regiæ beneuolentiæ: & ad eum insidias Alexãdræ detulit. at ille passus eam tentare negotium, in ipsa fuga deprehensam retraxit. Veniam tamen erroris dedit, nõ ausus ei mali quicquam facere. Verebatur enim non cessaturam Cleopatram, odij tali ansa præbita. quare simulata magnanimitate, volebat per clementiam videri indulgentior. statuit tamen modis omnibus adolescentem tollere. sed interponenda erat mora, quò magis laterent insidiæ. Jamq; instabat Scenopegia, festum apud nos cumprimis celebre, cuius solennitatis dies decreuerat cum reliquo populo per hilaritatem exigere. at tamen hinc quoque data est occasio per inuidiam, quò magis acceleraret, quod semel statuerat. Postquam enim adolescens annũ tum egressus decimum septimum, sacris iuxta legem operaturus ad altare ascendit ornatu pontificali, ceremoniasq; decenter tractabat ipse eximia forma & statura quàm pro ætate procerior, tota facie generis dignitatẽ præ se ferens, conuertit in se multitudinis oculos simul & studia, reputantis secum etiam aui Aristobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu paulatim se aperiebant, confusi nimio gaudio, nec continentes faustas voces ac cõprecationes, licentius quàm sub tali Rege decebat proferentes debitam familiæ beneficiorum tum memoriam tum gratiam. Hæc omnia perpulerunt Herodem, vt, quod de adolescente decreuerat, perficeret. Itaque peracta festiuitate dum apud Alexandram accipitur conuiuio, comitate pertracto in opportunum locum adolescente, ostendebat se

Aristobulo Herodes insidiatur.

Aristobulus Herodis ductu submergitur, & ad Ananelũ Pontificatus redit.

paratum in eius gratiã iuueniliter colludere: cumq; loci eius natura esset æstuosior, citò defessi relicto lusu, magnis piscinis quæ ibi circa aulam erant, imminentes frigus captabant meridiano tempore. ac primum spectabant natantes quosdam è socijs & famulis: deinde postquam prouocante Herode adolescens quoque eis se miscuit, amicorum quibus hoc datum erat negocium, deprimentes eum natantem, & quasi per lusum ac petulantiam mergentes non prius destiterunt quam omninò aqua præfocatus sit. Hic fuit Aristobuli exitus anno ætatis decimo octauo, pontificatus primo, qui mox ad Ananelum rediit. hic casus vbi mulieribus renunciatus est, versa repente rerum facie lamentatio exoritur supra cadauer iuuenis & luctus inconsolabilis: totamq; vrbem rumore sparso mœror occupat, nulla non domo calamitatem deflente tanquam propriam. sed præcipuus fuit dolor Alexandræ, quam etsi dolus non fefellit, perpeti tamen metu maioris mali necesse habuit: & sæpè ad inferendam sibi manum pronior, impetũ tamen hunc animi repressit, si fortè superesse posset extincto per summum nefas filio, & retenta diutius vita nullam significationem dare quod data opera necatum sensisset, donec aliquando se offerret vltionis facultas. quapropter dissimulanter hoc tulit, nullam suspicionem præ se ferens. At Herodes modis omnibus

Luctus ob mortem Aristobuli.

curabat

curabat fidem facere, se inscio casum hunc contigisse, non luctum solum fingens sed & lacrymas & mœstitiam veræ similimam. ac fortasse veræ etiam miserationis nonnihil sentiebat ad conspectum extincti in ipso flore ætatis ac pulcritudinis, tametsi mortem eius plurimum ad securitatem suam existimaret conducere: sed potissimùm hoc agebat vt alienus videretur ab hoc crimine. Caterùm quod ad magnificentissimum funeris apparatum attinet, nihil sibi ad summam liberalitatem fecit reliquum, tàm in exornando conditorio, quàm in congerendis eò aromatibus & alijs rebus preciosissimis, quò maius miseris mulieribus hoc pacto afferret solatium.

An. mũdi 3932. Ante Christum natum 32.

Animus Herodis hypocritus.

CAP. IIII.

Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians, partem eorum ab Antonio impetrare conatur.

ALEXANDRA tamen nullo modo emoliri potuit, sed indies magis ac magis exacerbante mœstitia, per luctum accendebatur ad vindictæ desiderium. Per literas igitur insidias Herodis Cleopatræ indicat, simulq; filij sui miserabilem interitum. Illa verò iamdudum adiuuandi eam cupida, & tum etiam miseratæ mulieris infortunium, non secus quàm proprium curauit hoc negocium: nec vnquam destitit incitare Antonium ad vlciscendam necem iuuenis: indignum facinus dictitans, Herodem ope eius alieni iuris regno potitum, in legitimam Regum stirpem tam insolenter debacchari. His permotus Antonius postquam Laodiceam peruenit, accersiuit ad se Herodem, dicturum causam de obiecto necis Aristobuli crimine. factũ enim improbabat, si quidẽ ipse Herodes autor eius fuisset. At ille nec causæ suæ satis fidens, & Cleopatræ odia metuens, indesinenter Antonium contra se irritantis, decreuit quidem parere: neq; enim aliter facere poterat: sed commissa regni cura Josepho patruo, clàm ei mandauit, vt si Antonius in se grauius aliquid statuisset, confestim Mariammen interficeret. sic enim se affectum erga vxorem, vt etiamsi post ipsius mortem aliquem potiri contingat illius pulchritudine, ad suam id iniuriam pertinere existimet. aiebatq; totum hoc negociũ exhiberi sibi propter eius fœminæ formam, in quam ille iam pridem fama cognitam accensus sit. atq; his mandatis, non admodum lata sperans de rerum suarum exitu, proficiscitur ad Antonium. Porrò Josephus creditum sibi regni regimen administrans, & sapissimè Mariammen conueniens, partim propter negocia, partim honoris causa, dum crebra mentio fit coniugalis amoris quo eam Herodes prosequeretur: irridentibus hanc eius asseverationem mulieribus, præsertim Alexandra, ille nimio studio approbandi eius affectum Regis eò prouectus est, vt mandatum illud proderet, ratus id certissimum amoris argumentum, quòd neq; sine ea viuere sustineret, neq; vel morte ipsa ab ea disiungi. quæ Josephi verba mulieres non tam vt indubitatum Herodis amoris signum interpretatæ sunt, quàm exhorruerunt illius tyrannicum animum, si vel mortuus sæuiret in earum capita. Interea per ciuitatem rumor ab inimicis Regis sparsus est, excruciatum eum ab Antonio neci traditum: qui cum reliquam regiam turbauit, tum mulieres maximè. Alexãdra verò etiam Iosephum hortata est, vt assumens eas ad signa legionis Romanæ confugeret, quæ tum ad regni custodiã circa vrbem tendebat sub tribuno Iulio. sic enim primùm si quid turbarũ in aulã incideret, ipsas in tuto fore propter Romanorũ beneuolentiam.

Alexandra Cleopatræ Herodis insidias, & filij miserabilem interitum, indicat.

Herodes ad Antonium profecturus Iosepho, cui regnum interim commendarat, coniugis necem mandat.

Rumor vanus de Herodis morte sparsus.

An. mũdi 3932. Ante Christum natum 32.

Deinde ſperandum eſſe conſequuturam quiduis Mariammen ſi in Antonÿ conſpectum venerit, atq; etiam regnum recepturam & quicquid debetur regio generi. Tenente adhuc ea conſultatione litera ab Herode ſuperuenerunt rumori contraria. quamprimùm enim venit ad Antonium, muneribus eum placauit, qua in hoc Hieroſolymis attulerat: & crebris colloquijs indignationem viri lenÿit, vt minus poſthac ponderis apud eum haberet Cleopatra inſtigatio. negabat enim Antonius oportere Regem facti ſui rationem reddere, alioqui ne Regem quidem futurum. ſed dato illi ſemel honore, etiam liberam poteſtatem permittendam eſſe. idq; ipſum etiam Cleopatra aiebat conducibile, ſi non multum ſe miſceret alienis imperijs. Hac ſignificabant Herodis litera, reliquumq; honorem quo ſe dignaretur Antonius, ad conſeſſum adhibens & ad quotidiana conuiuia, idq; non ceſſante à criminationibus Cleopatra: qua capta eius regionis cupidine, quò regnum id ſibi vſurparet, omnibus modis quarebat illum perdere. Sed quia iuſtum ſe praberet Antonius, nihil poſthac expectandum grauius, venturumq; breui conſtabilito tàm regno quàm amicitia. nec relictam Cleopatra cupiditati vllam ſpem, quando Antonius pro eius poſtulatis Cœleſyriam ei conceſſiſſet, hac conditione, ne poſthac Iudaam peteret, & vt moleſta eſſe deſineret. His literis redditis voluntas confugiendi ad Romanos euanuit. non tamen latuit id conſilium, ſed quamprimum deducto aliquantiſper Antonio contra Parthos eunte Herodes in Iudaam reuerſus eſt, ſtatim ſoror Salome & eius mater indicauerunt quid Alexandra cum ſuis voluerit. nec hoc contenta Salome etiam maritum ſuum criminata eſt, Mariammes conſuetudinem obiiciens. hoc autem fecit propter ſimultatem veterem, quòd Regina elati animi fœmina inter muliebres contentiones exprobraret ei obſcuritatem generis. Porrò Herodes qui ſemper ardenter amauit Mariammen coniugem, ſtatim perturbatus eſt, non ferens zelotypia ſtimulos agrè tamen ſe continens ne à recta ratione tranſuerſum raperetur inſanis affectibus, ſeorſim Mariammen percunctatus eſt, ecquid haberet cum Joſepho commercii. illa verò pernegante factum cum deierationibus, & quicquid inſons fœmina poſſet in defenſionem adducente, Rex paulatim aſſentiendo placari ſe ſinebat victus amore vxorio, ita vt poſtremò veniam peteret, quòd temerè fidem habuiſſet rumoribus: agebatq; ei gratias pro ſeruata pudicitia, ſuum viciſſim amorem commemorans. tandem vt mos eſt amantium prorumpentibus lacrymis ruunt in complexus mutuos. cum tamen nondum vxori amoris ſui fidem faceret, tantoq; magis conaretur id efficere: tum illa, Non eſt, inquit, amantis mandare ſi quid ipſi humanitus accidat, vxorem innoxiam addi fati comitem. Hoc verbo Rex velut ictus pra dolore confeſtim eam è complexu dimiſit: vociferabaturq; capillos ſibi lacerans, tenere ſe manifeſtò deprehenſam conſtupratam à Joſepho coniugem. nunquam enim proditurum fuiſſe data ſibi priuatim ac ſecreto mandata, niſi obſtricta mutuum fide per ſtupri conſuetudinem. atque ita parum abfuit quin eam interficeret. Sed amore victus, licet agrè, cohibuit ſe tamen. Veruntamen Joſephum ne in conſpectum quidem admiſſum iuſſit interimi, & Alexandram vt malorum omnium cauſam, vinctam coniecit in cuſtodiam.

Antonium Herodes muneribus placat, & amicis res ſuas ſaluas eſſe ſcribit.

Ioſephus & Mariamme apud Herodem accuſantur.

Mariamme apud Herodem ſeſe excuſat, eiq; reconciliatur.

Ioſephum Herodes interfici, & Alexandram in carcerem conijci iubet.

Hedio & Ruffinus Cap. 4.

Interea turbabantur res Syria, Cleopatra non deſinente in omnes incitare Antonium, quem hortabatur vt auferens cuiq; ſuam dynaſtiam, ipſi contribueret: multumq; apud eum poterat irretitum ſuis amoribus. cumq; natura eſſet

Cleopatra Regina alieni appetens.

alieni

alieni appetens, nihil ſibi putabat illicitum. primò fratrem, cui debebatur regni ſucceſsio, veneno ſuſtulit, agentem annum quintumdecimum. deinde Arſinoen ſororem ſuam Epheſi in templo Dianæ ſupplicem interfecit per Antonium. Pecuniarum etiam vbicunq; ſpes affulgeret, neq; templum neq; ſepulchrum, neq; aſylum vllum vnquam violare dubitauit, modo ad illam redirent ſpolia quæſita vel ſacrilegio: miſcebatq; ſacra, profana, fas nefas, vt augeretur lucris vel iniquiſsimis, ad ſummam nihil ſatis erat mulieri ſumptuoſæ & voluptatibus deditæ, cuius cupiditates vix totius orbis expleri poſſent opibus. quamobrem & Antonium continuò ſolicitabat, vt alijs ablata ipſi largiretur: & ingreſſa cum illo Syriam, ſtatim cogitauit quomodo eam poſſeſsionem ſuam faceret. Nam Lyſaniam Ptolemæi filium interfecit, cauſata eum ſtudere rebus Parthicis. flagitabat etiam ab Antonio Judæam ſimul & Arabiam ſibi dari, ademptas ſuis Regibus. Verùm ille erat quidem adeò deditus ei mulieri, vt non illecebris ſolùm, ſed etiam veneficijs eius captus videretur: puduit tamen eum tam inſignis iniuſtitiæ, ne videretur ad procacis fœminæ nutum libenter peccare etiam in rebus maximis. ne igitur vel pernegando eam contriſtaret, vel imperata illius omnia faciens videretur mortalium omnium nequiſsimus, partes de vtriuſque regione ablatas ei largitus eſt: adhæc vrbes quotquot ſunt intra fluuium Eleutherum vſque Ægyptum, præter Tyrum & Sidonem, quas iam inde à maiorum ætate ſciebat liberas, quamuis has quoque illa multis precibus impetrare conata fuerat.

An. mũdi 3932. Ante Chriſtum natum 32.

Cleopatra fratrem & ſororem interficit.

Lyſaniam Cleopatra interficit.

Cleopatrę Antonius partes de Iudæa & Arabia ablatas largitur.

CAP. V.

Cleopatræ Reginæ in Iudæam aduentus.

HÆc aſſecuta Cleopatra, & Antonium in Armeniam cum exercitu profectum vſque Euphratem proſecuta, reuertitur: obiterq; adita Apamia & Damaſco, etiam Judæam ei libuit inuiſere: vbi excepta ab Herode, conceſſam ſibi Arabiæ partem & Hierichuntini agri reditus ei locauit. Is & balſamum fert, quod vnguentorum longè precioſiſsimum ibi tantum prouenit, & eximiarum palmularum vim maximam. per hæc negocia contracta maiore cum Rege familiaritate concubitum eius appetijt, mulier natura intemperans & dedita libidini, ac fortè etiam amore tacta nonnihil: quamuis veriſimile ſit per ſtuprum quæſitam occaſionem ſtruendis inſidijs. Sed illa amorem prætexebat. Herodes autem iam antè ei parũ amicus, quòd noſſet infeſtam ex æquo omnibus: tum verò etiam abhorrens tam proſtratam impudentiam, & reiecturus ſi petulantius pergeret, renuit. deinde cum amicis conſultauit, num habens eam in ſua poteſtate deberet occidere. ſic enim multis moleſtijs leuari poſſe eos quibus vel hactenus infenſa fuerit, vel in poſterum futura ſit. quin & ipſi Antonio id fore vtile, quandoquidem nec illi fida futura ſit, ſi in quam temporum difficultatẽ delapſus opera eius opus habeat. Huc procliuiorem cohibuerunt amici, indignum cenſentes, hominem in magnis verſantem negocijs, in manifeſtum ſe periculum conijcere, & obſecrantes ne quid ageret temerè. Non enim hoc laturũ Antonium, quantumuis ei hoc approbetur vtile. quin hoc ipſo augendum eius deſiderium, quòd per vim atq; inſidias amiſiſſe eam videbitur. nec ſupereſſe vel mediocrem excuſationem, quando mulier ſit omniũ eius ætatis longè honoratiſsima, & ſi quid vtilitatis ex eius nece poſsit exiſtere, coniunctũ ſit cum Antonij iniuria. vnde facilè apparere quàm

Cleopatra ad Antonium peruenit, qui Arabiæ partẽ & Hierichuntini agri reditus ei locat.

Mulier intemperans & libidini dedita.

Cleopatrã Herodes interficere conatur, quod eius amici auertunt.

An. mũdi 3932. Ante Christum natum 32.

quàm magna & immedicabilia mala exoritura ſint in regno & familia Regis ipſius, cum nihil vetet recuſata illius illicita poſtulatione, res pro præſenti ſtatu rectè diſponere. his deterrentes, & periculũ probabilibus rationib. oſtendentes, cohibuerunt eum à tanto facinore. Ille placata muneribus Regina, verſus Ægyptum eam deduxit. Cæterùm Antonius ſubiugata Armenia Artabazem Tigranis filium cum filijs ſuis ſatrapis vinctum in Ægyptum miſit, munus Cleopatræ, & quicquid precioſum de eo regno ceperat. Regno autem Armeniæ potitus eſt Artaxias filiorum illius natu maximus, qui in eo tumultu effugerat: cui poſt Archelaus & Nero Cæſar per vim à ſe pulſo iuniorem ipſius fratrem ſucceſſorem dederunt. Quod autem attinet ad tributa regionum quas Regina ab Antonio dono acceperat, Herodes ea iuſtè reddebat, parum tutum putans præbere Cleopatræ occaſionem maleuolentiæ.

Cleopatram Antonius verſus Ægyptũ deducit.

An. mũdi 3933. Ante Christum natum 31.

Antonius Armeniæ regno potitur.

Hedio & Ruffinus Cap. 5.

Arabs verò poſtquam eorum exactio ad Herodem ſpectare cœpit, aliquandiu ſoluebat ei ducenta talenta annua: deinde malignior factus, & ad dandum ſegnior vix partes quaſdam reddebat, ac ne eas quidem integras.

CAP. VI.

Herodes bellum Aretæ infert, quo tempore Antonius à Cæſare Actiaco prælio victus eſt.

Herodes Antonio contra Auguſtum auxilia pollicetur.

An. mũdi 3934 Ante Christum natum 30.

QUAM eius iniquitatem & iuris contemptum non ferens Herodes illaturus erat bellum, ni remoratus eſſet Romanorum contentionibus. cum enim expectaretur pugna Actiaca, quæ in CLXXXVII. *Olympiadem incidit, Cæſar de imperij ſumma decertaturus erat cum Antonio. Herodes verò multorum iam annorum poſſeſſor regionis pacatæ & refertæ paſcuis ac pecoribus, nouis quoque abundans reditibus & opibus, delectus habendo magno apparatu expediebat auxilium Antonio. Sed ille hanc operam ei remiſit, negans ſibi opus eſſe. verùm quia tàm ex ipſo quàm ex Cleopatra audierat de Arabis perfidia, iuſſit in illum bellum vertere. nam & Regina hoc in rem ſuam fore exiſtimabat, ſi alter ab altero mutuis atterentur cladibus. Igitur Antony iuſſu reuerſus Herodes domi continuit exercitum, cum quo mox inuaſit Arabiam equitatu ſimul & pedeſtribus copijs inſtructiſſimus, Dioſpolim petens quò occurſuri erant Arabes. non enim eos latuit hæc expeditio. Poſt acerrimum igitur conflictum penes Judæos fuit victoria. Poſt hæc rurſum magnus Arabum exercitus confluxit ad Cana, qui locus eſt in Cœleſyria: quod præſentiens Herodes duxit contra eos maximam exercitus ſui partem. cumq; vellet munitis vallo caſtris per occaſionem deinde prælium committere, imperanti hæc reclamabat multitudo, mitteret moras & confeſtim in Arabas duceret. Faciebat autem eis animos, tum quòd pulchrè inſtructam aciem habere ſe crederent, tum recens memoria prioris pugnæ in qua egregiè vicerant. cum igitur ardor eorum vix cohiberi poſſe videretur, decreuit Rex vti alacritate militum, & profeſſus ſe non ceſſurum illis virtute, armatus ante agmen ibat in hoſtem, ſubſequente inſtructa acie. quæ res attonitos reddidit Arabas. pauliſper enim repugnare cognati, vt viderunt non poſſe ferri eorum audaciam, maiore ex parte in fugam verſi ſunt. actumq; de eis fuiſſet, ni Athenio Herodem inuaſiſſet eiusq; exercitum. Hic Cleopatræ dux erat in ea regione: & quia Herodem oderat, non imparatus pugnæ euentum expectabat, quieturus ſi Arabes vincerent. Vbi vero vinci eos animaduertit, cum collectitia*

Herodes ad bellum Arabicum incitatur.

Pugnæ & victoriæ Herodis.

Cleopatræ dux fuit dit Herodem.

lectitia manu indigenarum fessos iam, & victoriam suam putantes ex improuiso adortus magnam stragem edebat. Nam Judæi viribus in professos hostes absumptis, tum verò etiam ob victoriam dissolutiores, facilè hosti cedebant, multaq; vulnera accipiebant in locis asperis & inæqualibus, quorum peritiores erant aduersarij. His igitur vehementer laborantibus Arabes resumptis animis reuersi in praliũ trucidabant iam fugientes. Nec vna erat exitij facies, pauciq; in castra euaserunt. Rex verò videns eos viribus impares, citato equo profectus est ad euocandos qui illis succurrerent. nec tamen licet festinus, affuit in tempore, sed Judæorum castra capta sunt. Arabibus autem non mediocris felicitas ex insperato contigit, dum & victoria potiuntur, à qua plurimum aberant, & hostium validum exercitum opprimunt. Ex illo tempore Herodes latrocinijs cœpit agere & excursionibus in Arabiam, castra ponendo in montibus: & cauebat quidem totum exercitum prælio committere, sed interim non mediocriter proficiebat suos labori assuefaciens, & continuis exercitijs præparans ad abolendam tandem ignominiam.

An. mũdi 3934 Ante Christum natum 30.

Arabes in prælium reuersi, fugientes trucidant, & castra capiunt.

CAP. VII.

De terræ motu, qui Iudæam concussit.

QVo tempore dum maximè apud Actium Antonius conflictatur cum Cæsare, septimo regni Herodis anno, Judæa terra quali nunquam antè motu concussa, magnam per totam eam regionem iacturam fecit pecudum: quin & hominum oppressa sunt ruinis adium circiter decem millia. militaris tamen multitudo nihil detrimenti accepit, vtpote sub diuo agitans. Hæc clades in maius etiam aucta rumoribus, quos nuncij gentilium odiorum non ignari dabant auribus Arabum, immane quantum extulit hostium animos, quasi subuersis Judæorum vrbibus, & extinctis hominibus, nulli iam supereſſent aduersarij. legatos itaque gentis, qui rebus afflictis pacem petituri venerant, comprehensos necauerunt, moxq; magna alacritate properauerunt ad hostilem exercitum. at illi non ausi aduentum eorum præstolari, vtpote deiecti animis ob calamitatem, Rempub. negligere, nec multum à desperatione abesse videbantur. quos ita affectos Rex excitabat, duces eorum appellando, & quantum in se erat conando animum illis addere. cumq; generosiores quosdam in meliorem spem restituisset, tum demum ausus est etiam exercitum alloqui, quem prius viderat in recentibus cladibus nullam orationem admittere. eos igitur his verbis consolatus simul & cohortatus est.

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29. Hedio & Ruffinus Cap. 6. Terræmotus in Iudæa, qui circiter decem millia hominũ opprimit.

Arabes Iudæorum legatos necant.

Iudæos propter damnum passum mœstos, Herodes consolatur.

CAP. VIII.

Herodis concio ad exercitum.

NOn ignoramus viri fortissimi, multa hoc tempore nostros conatus remorata infortunia, quibus quantumuis audaces perterreri nil mirum fuerit. Sed quoniam bellum est pro foribus, & quæ hactenus acciderunt, talia sunt, vt vestra virtute possint corrigi, cohortandi mihi estis, & monẽdi quo pacto retinere possitis pristinum robur animi, ac primùm de bello verba faciam, declaraboq; nos id iustissimis de causis gerere, coactos inimicorum iniurijs: id quod vel præcipuè debet acuere vestram fortitudinẽ. deinde ostendam, nec hæc, quæ nos contristant, esse tàm grauia quàm videntur, & magnã nobis superesse spem victoriæ. ac pri-

Herodes consolatur & cohortatur milites.

An. mūdi 3935. Ante Christum natum 29.

Causa belli contra Arabes.

mùm de eo dissseram quod prius proposui, vosq; ipsos testes eorum quæ dicturus sum faciam. Nostis enim ipsi Arabum iniustitiam, & quàm sint erga alios quoque omnes perfidi, nimirum genus hominum impium ac barbarum: sed nos præcipuè semper infestauerunt, ob auaritiam & inuidiam perpetuis iniurijs nos lacessentes. Et tamen ne alia beneficia nostra in eam gentem collata commemorem, quis eos imminente Cleopatra de libertate periclitantes eripuit nisi nos? Mea enim cũ Antonio coniunctio, & illius erga me beneuolentia in causa fuit ne quid isti grauius paterentur, dum ille cauet cõmittere quod & nobis suspectum esse posset: deinde postquam precib. illa euicit vt de vtraq; regione portiones quædam ei deciderentur, in his quoq; dispensandis non cessauit mea industria: & datis de meo magnis munerib. securitatem ambobus acquisiui meo vnius sumptu, dum ducenta talenta expendo, & pro alijs ducentis fideiubeo, pro reditibus eius ipsius terræ quam isti olim nostram occupant. atqui æquum erat nos Iudæos & à tributis immunes esse, nec cuiquã vllum agrorũ partem decidere. certè in Arabum gratiam, qui nobis salutẽ suam debent, indignum erat quicquã expendere. Sed multo iniquius est, eos qui negare non possunt suam libertatẽ nostrum esse beneficiũ, & eam ob rem gratias nobis egerũt, fraudare nos debitis, præsertim amicos & pacis tempore: quandoquidẽ fides etiam hosti seruanda, multo magis inter amicos locum habeat necesse est. at non inter tales quales isti sunt, qui nihil honestum putant nisi cum lucro coniunctum, & iniuriam impunitam esse debere quæ lucri gratia committitur. Dubiúm ne igitur est, nostri officij esse iniustos iusto bello persequi, quod Deus ipse fieri vult, iubetq; nos semper vlcisci vim & iniuriam, maximè in bello non solùm iusto, verùm etiã necessario? quod enim confessione omnium tàm græcorum quàm barbarorum est crudelissimum, hoc cæsis nostris legatis perpetrauerunt. Nam & Græci caduceatores sacros atq; inuiolabiles esse volunt, & nostri honestissima, sanctissimaq; legis præcepta per angelos, hoc est, nuncios à Deo acceperũt. hoc enim nomen & Deum in hominum noticiam adducere, & hostes hostibus conciliare potest. Quid igitur magis nefarium, quàm legatos de iure agentes interficere? aut quæ illis post hoc facinus expectanda vel in bello prosperitas, vel in reliqua vita felicitas? ego sanè non video. Dixerit fortè aliquis: ius quidem & fas penes nos est, sed penes illos vires & maiores copiæ. verùm ista hæc oratio indigna est nostris hominibus. cum quibus enim iustitia est, cum illis etiam Deus. vbi autem Deus est, ibi nec multitudo nec fortitudo deesse potest. Sed age etiam per se vires nostras expẽdamus. Prima pugna vicimus, in secunda primo cõgressu eos profligauimus nõ ferentes nostrã impressionem. victores deinde nos Athenio nõ indicto bello sed ex insidijs aggressus est. verùm hæc fortitudo eorum dicenda est, an insidiæ potius & secunda iniquitas? Cur igitur nobis minus sit animi, quibus oportebat esse plus spei? aut cur nobis timendi sint, qui quoties absque dolo certandum est semper succumbunt, quando verò vincere videntur per iniustitiam hoc faciunt? Quid quòd etiam si fortes quis eos existimet, hoc ipso magis ad virtutem excitari debet? non est enim generosi laus infirmissimum quemque aggredi, sed posse etiam fortes deuincere. Quòd si quem domestica clades terrent, & terræmotus proximus, primùm cogitet hoc ipsum esse quod Arabas decipit, putantes grauiorem quàm re vera fuit: deinde non decere vt illis audacia, nobis timiditatis, eadem causa sit. Illi enim nunc audent non quòd alicuius boni sibi sint conscij, sed quia nos afflictos credunt

Legati inuiolabiles.

Cum quib. Iustitia, cum illis etiam Deus est.

credunt calamitatibus. vbi autem nos viderint occurrere, collabetur eorum fiducia, & nobis hoc ipso crescent animi, quòd iam cum non ita ferocientibus pugnabimus. nam neq; admodum afflicti sumus, neq;, vt quidam putant, irato Deo nobis hoc accidit, sed casus hi sunt fortuiti. Quòd si Dei voluntate hoc factum est, mirum ni eiusdem voluntate cessauit calamitas, & hac castigatione contentus est. Quòd verò præsens bellum ei probetur vt iustum, ipse euidenter declarauit. Nonnullis enim per totam regionem terræmotu oppressis, vestrum qui arma gestatis nemini quicquam mali contigit, sed omnis estis incolumes, manifesto diuinæ voluntatis indicio, quòd si populariter militassetis vnà cum liberis & vxoribus, neminem vestrûm desideraretis. Hæc cogitantes, & quod maius est, habere vos Deum protectorem omni tempore, persequimini iusto bello gentem impiam, nec amicitiæ iura, nec fœderum fidem seruantem, in occidendis legatis fortem, cùm virtute res gerenda est, semper fugacem. His verbis Iudæorum animi non mediocriter accensi sunt ad prælium. Herodes autem sacris de more peractis, properè duxit eos vltra Iordanem contra Arabas: metatusq; castra non procul hostibus, decreuit castellum inter vtrosq; situm occupare: commodum sibi id ratus, siue pugnandum esset, siue castra in tutiorem locum transferenda. cumq; idem esset Arabum quoq; consilium, circa eum locum certamen contractum est. ac primùm telis velitati eminus, deinde manus conserũt, vtringq; nonnullis cadentibus, donec Arabes victi discesserunt. Ea pugna Iudæis tantum momentum ad benè sperandum fuit, vt quia hostes certamen detrectabant, ausi sint vallum eorum diuellere ipsa castra expugnaturi. atq; ita coacti processerunt non satis benè structa acie, ne tantillum quidem alacritatis aut spei ad pugnam afferentes: conseruerunt tamen manus vel quia plures numero, vel quia necesse erat lacessenti hosti resistere. post diutinum igitur conflictum non paucis vtringq; cæsis, tandem Arabes in fugam versi sunt. Tanta autem strages impulsis semel edebatur, vt non solum hostium gladijs conficerentur, sed præ impetu fugientis incondita multitudinis alij proculcarentur, alij suis ipsorum telis se inducrent. itaq; quingq; millia desiderata sunt. cætera turba refugit quidem intra castra, sed nulla certa salutis spe, non tàm commeatus quàm aquæ penuria. Porrò Iudæi quia non potuerunt vnà cum fugientibus irrumpere, obsidione eos cinxerunt, & auxilijs aditus, & fugam obsessis intercludendo. In hac rerum difficultate Arabes legatos ad Herodem miserunt, primùm pacem petentes, deinde quia sitis vrgebat, præsenti necessitati remedium. At ille non legatos, non pecuniam pro captiuis, nihil deniq; æquum admittebat, enixè cupiens facinorum in suos patratorum pœnas ab eis exigere. Itaq; coacti siti inter alia mala prægrauante, progressi præbuerunt se vinciendos & in captiuitatem abigendos, ita vt intra quintam diem capti sint ad quatuor millia. Sexta verò omnes reliqui decreuerunt prodire, & hostem aggredi, vel certam cladem malentes, quàm ita paulatim ignominiosè opprimi. Quæ sententia postquam placuit, eruperunt è castris, sed parum idonei ad prælium, fractis tàm viribus, quàm animis, propter extremum infortunium mortem in lucro reputantes. Quare primo conflictu circiter septem millia ceciderunt: domitaq; per hanc cladem gentis ferocia, in Herodis, quem suo malo bellatorem egregium experti sunt, clientelam se dederunt.

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29.

Arabes ab Herode deuicti.

Arabes siti compulsi, ab Herode pacem petunt.

CAP. XI.

Herodes ad Cæsarem profecturus necessario Hyrcanum interficit.

An. mūdi 3935. Ante Christum natum 29.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. Herodes Antonio deuicto subtristis.

QVA felicitate ille multum elatus domum reuertitur, aucta ob rem benè gestam existimatione. Sed dum maximè res suas constabilisse videtur, summū discrimen adijt, Antonio apud Actium deuicto armis Cæsaris. Tum enim actum de se putauit, non ipse solus, sed & amici eius omnes & inimici. nemo enim credebat impunè ei fore tantam Antonij amicitiam. quo factum est vt amici quidem nihil dissimularent desperationem, inimici verò condolere se fingentes, clàm gauderent, pollicentes sibi in futurum meliorem statum Reipublicæ. Ibi Herodes

Hyrcanum Herodes è medio tollere statuit.

videns præter Hyrcanum neminem superesse regij generis, statuit eum è medio tollere: siue euasurus esset periculum, tutius ratus neminem extare digniorem imperio: siue opprimendus esset à Cæsare, successionem illi inuidens. Hæc secum volutanti, ab ipsius Hyrcani familia præbita est occasio, qui quòd esset miti ingenio toto vitæ suæ tempore nullis se admiscuit negocijs, omnia fortunæ permittens, & quamcunq; illa conditionem attulisset, ea benè contentus. Verùm

Alexãdra Hyrcanum patrem solicitat, & vt à Malcho tutelam peteret, monet.

Alexandra ambitiosa fœmina, & mutationis spem modestè ferre nesciens, solicitauit patrem ne vlterius ferret Herodem afflictorem suæ familiæ, sed potius sibi quoque caueret, seq; sperata fortunæ seruaret. consuluit deinde vt Malcho Arabiam ditione tenenti scriberet, peteretq; ab eo tutelam & hospitium. Si enim contingat Herodem malè mulctari ab offenso Cæsare, dubio procul ad ipsum rediturum imperium, propter nobilitatem generis & fauorem populi. Talia suadentem Hyrcanus primo repulit: deinde victus importunitate mulieris, interdiu noctuq; eandem cantilenam de futurorum spe, deq; Herodis insidijs occinentis, ad Arabem literas dat amico cuidam Dositheo: in quibus scriptum erat, vt

Trecenta stadia, nouem milliaria Germanica.

equites mitteret, qui eum ad Asphaltidem lacum deducerent. Distat is à Hierosolymitanis finibus per trecenta stadia. Hæ literæ ideò Dositheo potissimùm creditæ sunt, quòd & Hyrcani cliens erat & filiæ: & exosum ei Herodem non vna de causa videbatur verisimile. nam Josephi ab eo necati cognatus erat, & aliquanto ante fratres eius apud Tyrum inter alios ab Antonio interfecti fuerant. nihilo tamen magis ob hæc Hyrcano fides seruata est. Pluris enim ille faciens præsentis Regis gratiam, ostendit ei epistolam. qui actis primùm gratijs, vnum etiam ab eo postulauit ministerium: vt complicata epistola & obsignata Malicho eam redderet, & responsum ab illo reciperet. multum enim sua referre, si etiam illius mentem intelligat. Quod vbi Dositheus sedulò exsecutus est, Arabs rescripsit, paratum se & ipsum & familiam recipere, atque etiam omnes illius factionis Judæos: missurumq; instructam manum quæ eos tuto deducere valeat, & voluntati eius obsecuturum per omnia. Postquam autem etiam hanc epistolam Herodes accepit, accito Hyrcano, rogauit eum, ecquid haberet cum Malicho fœderis. quo inficiante, prolatis in consistorio literis, occidi

Hyrcanum Herodes occidi imperat.

eum imperauit. Atq; hæc ita in ipsius Herodis commentarijs scripta habentur: nam ab alijs traduntur aliter, videlicet non ob hoc crimen, sed quasi Regi insidiatum, necatum esse. Scribunt enim sic. In quodam conuiuio dissimulata suspicione quæsiuisse ex Hyrcano, num quas literas à Malicho accepisset. respondisse illum, accepisse quidem, sed nihil præter officiosam salutationem continentes. Alterum amplius interrogasse, num quod etiam munus accepisset, cumq; respondisset,

respondisset, nihil prater quatuor iumenta quibus vectaretur: Regem traxisse hoc in crimen corruptelæ ac proditionis, moxq; hominem duci iussisse. Insontem autem perisse argumentum afferunt mitissimum ipsius ingenium, vt qui ne iuuenis quidem vnquam vllam temeritatis aut audaciæ significationem dederit, ac ne tum quidem cum ipse principatu potiretur: sed tum quoque pleraq; omnia ex Antipatri administrauerit sententia. Tunc verò iam octuagesimum annum excesserat, sciebatq; opes Herodis in tuto esse: Euphrate etiam traiecto, relictisq; qui trans eum amnem in summo honore habuerant, in patriam postliminio rediit, vt sub illius potestate viueret, quò minus verisimile est eum molitum facinus a sua natura alienissimum, confictaq; videntur hæc ab Herode omnia. Hic finis fuit Hyrcani post variam fortunam, qua tota vita circumactus est. nam viuente etiamtum matre Alexandra pontifex Iudæorum creatus, per nouem annos eum honorem obtinuit: cui defunctæ cum in regnum successisset, elapsis tribus mensibus ab Aristobulo fratre pulsus est, ac deinde Pompeij ope restitutus. receptisq; omnibus honoribus quadraginta annos in eis exegit. deinde iterum ab Antigono pulsus, & mutilato corpore, captiuus apud Parthos vixit. vnde aliquanto post domum reuersus, quamuis multa sibi de Herode polliceretur, nihil tamen eorum consecutus est post tantam fortunæ varietatē: & quod omnium est maximè miserabile, vt modo diximus, in extrema senectute indigno fine absumptus est. Fuit enim æqui amantissimus & perpetua modestia, imperiumq; maxima ex parte per alios administrabat, amore otij, & imperitiæ sibi conscius. Antipater certè atque Herodes huius bonitate ad tantas opes prouecti sunt: pro quibus meritis contra ius ac fas occisus est. Cæterum Herodes, Hyrcano sublato, ad Cæsarem properans, & nihil boni de se sperans propter amicitiam Antonij, suspectam habebat Alexandram, ne vsa hac temporis opportunitate ad defectionem concitaret populum, & intestinis seditionibus regnum perturbaret. quare mandata regni cura Pheroræ suo fratri, & matrem Cypron, & sororem, totam denique cognationem in Masada deposuit: iussitq; fratrem, si quid sibi accidisset durius, habenas regni retinere. Mariammen verò vxorem, quia propter simultatem cum matre eius & sorore degere non poterat, in Alexandrio cum Alexandra matre collocauit, commissa quæstori suo Josepho & Sohemo Ituræo castelli custodia, viris & antè semper fidissimis, & tunc honoris causa his mulieribus Regijs adhibitis. Verum his quoq; mandatum dederat, vt si quid quod nollet accidisse sibi cognoscerent, confestim ambas interficerent, regnumq; pro viribus liberis eius ac Pheroræ fratri conseruarent.

An. mūdi 3935. Ante Christum natum 29.

Hyrcanus insons perit.

Hyrcani vita.

Herodis ad Cæsarem properātis mandata.

CAP. X.

Quomodo Herodes regnum etiam à Cæsare obtinuit.

His mandatis properauit Rhodum, vt illic Cæsari occurreret. Quo postquam appulit, posito tantum diademate, de cætero paratu regio nihil mutauit: admissusq; ad colloquium, tum maximè ostendit animi sui magnitudinem, neq; ad supplicationes (vt in tali fortuna mos est) versus, neque preces adhibens quasi rogando veniam, sed facti sui rationem reddens intrepidè. Fatebatur enim apud Cæsarem & amicitiam sibi interceßisse maximam cum Antonio, & totis viribus se conatum, vt penes illum esset rerum imperium: non armis quidem

Herodes ad Cæsarem venit, eique beneficia in Antonium collata prædicat, similia in eum collaturus, si in amicitiam eum reciperet.

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29.

coniunctis quòd tum distineretur bello Arabico, sed misso ad illum frumento simul atq; pecunijs. nec tamen se hac parte sibijpsi satisfeciſſe. professum enim amicum pro bene de se merito non opus solum, sed caput etiam & salutem debere obiectare periculis. Id quia non licuerit, certè hanc laudem suam esse, quòd ne post Actiacam quidem cladem illum deseruerit, neque fortuna iam apertè mutata ad nouas spes se transtulerit. quo tempore si non auxilio, at consilio à se adiutum hominem, commonstrando quo vno modo seruari posset, nec omninò in ordinem redigi, videlicet si Cleopatrã interficeret. hoc enim maturè perpetrato, licebat illi in eius opes succedere, atque ita faciliores à te pacis conditiones impetrare. ille verò per incogitantiam cõsilium meum aspernatus est: atque hoc pacto tibi magis quàm sibi consuluit. Nunc igitur si odio Antonij meum quoque studium damnas, non negauerim ea quæ feci, neque vereor ingenuè fateri quanto illum amore prosecutus sim. quod si, amoto personarum respectu, hoc tantum in disquisitionem vocas, qualis sim amicus & quàm memor beneficiorum, licet tibi quoque hoc experiri. mutato enim nomine nihilominus manebit amicitia, & laudem suam merebitur.

Hedio & Ruffinus Cap. 8.

Cæsar Herodis Principatum confirmat.

His verbis cum magnam generositatem præ se ferret, non mediocriter allexit Cæsarem, virum liberalem ac magnificum: vt occasione dicendæ causæ paulatim insinuaret se in illius amicitiam. Quare diademate restituto hortatus eum, vt non minus suam quàm quondam Antonij amicitiam coleret, in summo honore habuit, addens scripsisse Capidium, quantum apud monarchas fauore Herodis adiutus sit. Ergo vbi prater spem acceptum se vidit Cæsari, & ope eius denuò confirmatum in regno, senatusconsulto quoq; per illum impetrato, deduxit eum in Ægyptum, donatum plurimis muneribus, quibus etiam amicos eius sibi conciliauit, & animi declarauit magnitudinem. Conatus est etiam Alexandro Antonij amico impetrare veniam, quod tamen non potuit, quia Cæsar animaduersurum se in illum iurauerat. Reuersus deinde in Iudæam auctus honore ac potestate, omnes qui contrà expectauerant attonitos reddidit, quasi Dei benignitate semper illustrior è periculis euaderet. Mox igitur parauit se ad excipiendum redeuntem ex Ægypto Cæsarem. qui postquã venit, omni regia magnificentia eum accepit apud Ptolemaidem: exercitui quoque omnem hospitalitatem exhibuit, & rerum ad victum accommodarum copiam. quo factum est, vt in intimam familiaritatem reciperetur, vnâ obequitare solitus dum traducuntur copiæ, tractansq; tum ipsum tum amicos ministerio virorum CL. *ditissimo & sumptuosissimo cultu insignium. quin & squalida ac inaquosa loca transeuntibus nihil deesse passus est, non vinum, non aquam, quæ miles tum magis etiam delectabatur. Ipsum quidem Cæsarem talentis* DCCC. *donauit: adeoq; satisfactum est omnibus, vt luculentius etiam quàm pro eius regni facultatibus tractatos se faterentur. quo magis amicitiæ promptęq; ad bene merendum voluntatis fidem fecit, & vsus opportunitate temporis egregiam opinionem magnanimitatis sibi parauit. rursumq; ab Ægypto redeuntes alios Romanorum primates tot officijs prosecutus est, vt nemini mortalium hac parte cederet.*

Herodes Cæsarẽ pluribus muneribus donatum in Aegyptum deducit.

Herodes Cæsarem & exercitum honorifitè excipit.

Cæsarem Hyrcanus 800 talentis donat.

Hero-

CAP. XI.

Herodes Mariammen calumnijs oppreſſam interficit.

An. mũdi 3935. Ante Chriſtum natum 29.

SED *cùm primùm in regnum reuerſus eſt, perturbatam familiam inuenit, infenſamq; ſibi vxorem Mariammen & ſocrum Alexandram. ratæ enim, id quod non immeritò ſuſpicabantur, non ſecuritatis cauſa ſe in id caſtellum concluſas, ſed quaſi in carcerem, ita, vt nec ſuis, nec alienis bonis frui poſſent, agerrimè ferebant. Mariamme quoq; maritum ſimulare amorem credebat, quod id ei bonum eſſet atq; commodũ. ſed nihil moleſtius ferebat, quàm quòd ne illo quidem defuncto ſpes relinquebatur ipſam fore ſuperſtitem: nec vnquã excidebant mandata olim Ioſepho data, ita vt omnibus modis demereri conaretur cuſtodes, præcipuè Sohemum, non ignara incolumitatem ſuam ſitam in eius manibus. ille verò principiò fidus erat, non diſcedens ab Herodis præſcripto: deinde munuſculis ac blanditijs muliebribus paulatim mollitus eſt: poſtremo effutijt omnia mandata Regia, præſertim quod non ſperaret eum cum eadem poteſtate reuerſurũ. eam ob rem ſic exiſtimabat, nec ab illo ſibi eſſe periculum, & à mulieribus paratam gratiam, præſentem dignitatem, & in poſterum facilè retenturis. Quòd ſi Herodem rebus ex ſententia confectis redire contingeret, nihil eum niſi vxoris arbitratu acturum. ſciebat enim quàm impotenter eam* Rex *amaret. His ille de cauſis à mandatis diſceſſit. Mariamme verò iniquiſſimo animo tulit noua ſibi ſemper alia ex alijs ab Herode naſci pericula: votaq; faciebat, ne ille vnquam ſaluus reuerteretur, cogitãs vitam ſibi cum eo fore intolerabilem: id quod poſtea nec diſſimulauit, apertè faſſa quid ſe vereret. Ille enim cùm præter ſpem magna ornatus fortuna appuliſſet, prima, vt par erat, vxori lætum de hac re attulit nuncium: eamq; ſolam præ alijs vxoribus ob amorem ac iucundiſſimam conſuetudinem ſalutauit & complexus eſt. Mulier verò narrante eo ſuos ſucceſſus, ſuſq; deq; ferre videbatur, nec bellè ſuum affectum occultabat: ſed vt erat ingenuus minimeq; fucatis moribus, ad illius blãdas appellationes ingemiſcebat: narrationeq; eius contriſtari magis quàm gaudere videbatur: vt iam Herodes non tam ſuſpicionibus quàm manifeſtis ſignis turbaretur. angebatur enim videns inexpectatam & apertam vxoris auerſationem: quã moleſtiam præ amore ferre non valens, nec in ira, nec in reconciliatione perdurare poterat, & ſibi ipſe nõ conſtans iam hoc iam illo affectu diſtrahebatur. adeò animus inter amorem & odium ambigebat, vt cum ſæpè cuperet punire mulieris ſuperbiam, intercedente amore vetaretur. Nihil autem magis timebat quàm ne ſumpto de ea ſupplicio, ſeipſum hoc pacto grauius laderet ob defuncta deſiderium. Talibus curis æſtuãtem & ſic erga Mariammen affectum, vt vidêre ſoror eius & mater, opportuniſſimum tempus ſe nactas putauerunt: moxq; aſſiduis calumnijs concitabant hominem accendentes eius odium ac Zelotypiam: quas ille nec reijciebat, nec tamen libebat credere, & ſæuire in dilectã coniugem. peius tamen indies erga eam afficiebatur, magisq; ac magis exaſperabatur, dum nec illa curas ſuas occultat, & ipſe amorem vertit in odium. Ac fortaſſe iam tum ſæuius in eam aliquid ſtatuiſſet, ni commodùm nunciatum eſſet, extinctis Antonio & Cleopatra, Cæſarem Ægypto potiri: cui obuiam properans familiam ſic vt erat reliquit. Diſcedenti Mariãmme commendauit Sohemum, plurimum ei ſe debere propter habitam ſui curam profitens, & cuiuſdam Iudææ partis ei dominium impetrauit.*

Mariamme & Alexãdra Herodi inſidiæ.

Sohemus mandata Regia effutit.

Herodes à Mariamme vxore non blandè exceptus.

Herodes inexpectatã & apertam vxoris auerſationem videns, contriſtatur.

Herodis mater ac ſoror Mariammen calumnijs inſectantur.

Antonius & Cleopatra extincti.

Cæſar Ægypto potitur.

Sohemus ab Herode beneficijs ornatus.

Caterum

An. mũdi 3935. Ante Christum natum 29.

Caterum Herodes in Ægypto cum Cæsare congressus, liberius iam cum illo egit amicitia fretus, & magnis ab eo beneficijs ornatus est. quadringentorum enim Gallorum Cleopatræ satellitium ei donauit, & regionis partem reddidit; quam illa prius occupauerat. attribuit etiam eius regno Gadara, Hippon, & Samariam, & in maritimis Gazam, Anthedonem, Joppen, Stratonisq; turrim: quæ illi non mediocris fuit ad Regium splendorem accessio. Deducto deinde vsque Antiochiam Cæsare in regnum reuersus sensit fortunã quàm foris propitiam, tam domi aduersam, maximè quod ad coniugium attinet, qua parte sibi antè videbatur felicissimus. Flagrabat enim legitimo coniugis Mariammes amore quàm qui ardentissimè, ne illis quidem exceptis, de quibus à scriptoribus proditur. ea fœmina cætera pudica & inuiolatæ fidei, innatam habebat muliebrem quandam morositatem, ĩprobius illudens obnoxij mariti patientia, ita vt non habita Regiæ potentiæ ratione, non rarò contumelioſius eum tractaret: quam tamen ille dissimulanter & moderatè ferebat, licet solitam apertè & sorori eius & matri exprobrare humilitatem generis. quæ causa fuit implacabilis inter eas mulieres odij, atque etiam calumniarum quoties daretur occasio: eaq; suspitiones paulatim crescentes durauerunt integrum annum post Herodis à Cæsare reditum. tandem diu præmeditatum odium in hunc modum erupit. cum meridiano tempore quietis causa in cubiculum se Rex contulisset, pro coniugali affectu Mariammen accersijt. hæc autem introgressa quidem est, sed vnà cubare noluit, rogantem contemnens, & insuper patris ac fratris sui necem opprobrans. quo indignè ferente, & vix ab inferendis mulieri manibus temperante, postquam ex strepitu commotiorem eum sensit soror, submittit iamdudũ subornatum pincernam, qui indicaret solicitatum se à Mariamme, vt ei operam commodaret in propinando Regi amatorio poculo: & si amplius scisciaretur quale nam id esset, diceret pharmacũ penes ipsam esse, à se requisitũ tantum ministerium. quòd si Rex mentione amatorij nihil moueretur, tum & ipse sileret. nihil enim illi fore periculi. hæc prædoctum illo ipso temporis articulo intromittit ad eum alloquendum. atque is composito vultu ingreditur, & quasi rem valde seriam afferens, ait se largitione à Mariamme solicitatum, vt armatorium Regi misceret. quo audito cum ille perturbaretur, ait pharmacum quoddam sibi oblatam, cuius ipse vim ignoret: ideoq; id renunciare, quod hoc & Regi & sibi tutius existimet. ad hæc verba Herodes, iam antè satis cõmotus, cùm magis etiam exasperatus esset, eunuchum Mariammes fidissimum tormentis examinauit, sciens quòd sine illo nihil nec magnum nec paruum tentatum sit. qui cruciatus non ferens ad interrogata quidem nihil respondit, hoc tantum prodidit, offensam esse mulierem propter ea quæ Sohemus indicauerat. adhuc eo loquẽte exclamat Rex, Sohemum & sibi antehac & regno fidissimum non fuisse hæc proditurum, nisi aliquid commercij secretioris inter ipsos interceſsisset. moxq; Sohemum comprehensum imperat interfici, vxorem verò causam suam iubet agere aduocato intimorum amicorum consilio, accusationem accuratam exorsus, & confictum veneficij crimen intentans. erat autem verbis immodicus, & iratior quàm decorum iudicij postulat: quo factum est, vt, cùm eum ita velle viderent, omnium qui aderant suffragijs damnata sit. qua sententia prolata, visum tamen est tam ipsi quam alijs quibusdam præsentibus, non esse eius supplicij præcipitandum, sed includendam in aliquem regiæ carcerem. at Salome cum sua factione

Hedio & Ruffinus Cap. 9.

Cæsar Herodis ditionem ampliorem reddit.

Mariamme morosa fœmina.

Sohemus, ppter Mariãmem Herodi suspectus interficitur.

Mariamme ab Herode accusata, omnium suffragijs damnata in carcerem conijcitur.

factione modis omnibus dedit operam, vt mulier sine mora necaretur: quo tanto facilius Regem *perpulerunt, quòd dicerent timendũ esse aliquem motũ in populo, si sciretur viuam asseruari in carcere. atq; ita Mariamme ducta est ad supplicium. Id conspicata Alexandra, & intelligens similem exitum sibi expectandum ab Herode, omissa pristina ferocia valde indecorè mutata est. Volens enim ostendere se non esse conscium eius criminis, cœpit filia conuicium facere omnibus audientibus sceleſtißimam & ingratam erga virum clamitans, dignamq; tali exitio quæ ausa sit tam immane facinus. non enim pro merito tractatum maritũ amantißimum. Hæc illa turpiter fingente, & inuolatura vt videbatur capillos misera, etiam alij merito damnabant ineptam eius simulationem. sed in nemine hoc magis apparuit, quàm in ipsa quæ ducebatur ad interitum. nam neq; verbo vllo eam dignata est, neq; vel tantillum intemperijs eius perturbata, excelso animo improbare se illius turpem dementiam vultu significabat. ipsa intrepida specie, ac ne colore quidem metu mortis mutato ibat, generosam indolem extremo quoque suo tempore præferens. Ad hunc modum perijt mulier & temperans, & magnanima, sed non satis modesta, & paulo contentiosior. Cæterum formæ venustate, & comitate cum maiestate coniuncta dici non potest quantum omnes ætatis suæ fœminas superauerit, quæ potißima causa fuit quò minus iucundè cum Rege vitam degeret. Obsequijs enim ob amorem ab eo culta, & nihil molestum expectans, licentiosius aquo se gerebat. molestè etiam ferèbat suorum casus, idq; apud ipsum quoq; fatebatur. Tandem effecit, vt exosa esset Regis & matri & sorori, atq; etiam illi ipsi, à quo solo nihil timebat. Ea peremptæ impotentius etiam flagrare cœpit Rex, iam antè miserè affectus, sicut diximus. neq; enim vulgari coniugum more amabat, sed cùm penè ad insaniam vsque indulgeret huic cupidini, ne licentioribus quidem vxoris moribus effici potuit, ne indies magis ac magis eam diligeret. Tum verò maximè sibi visus est irato Deo necasse Mariammen. sæpè inuocabat eius nomen, sæpè etiam indecore lamentabatur. excogitabat autem oblectamenta quæcunque poterat, apparandis conuiuijs ac compotationibus, nihil tamen proficiebat: quare & regni curam reliquit. adeoq; dolori succubuit, vt sæpè ministros iuberet vocare Mariammen, quasi illa adhuc viueret. Sic affecto superuenit pestilentia, quæ & plebis & purpuratorum maiorem partem abstulit, omnibus irato Deo hanc immissam interpretantibus propter iniustum Reginæ supplicium. ita aucta Regis ægritudine postremo in solitudines se abdidit prætextu venationis, vbi afflictans se intra paucos dies grauem morbum contraxit. Is erat inflammatio & dolor ceruicis, mente etiam mota nonnihil. nec remedia quicquam proderãt, sed cùm exacerbare potius malum viderentur, res minimum à desperatione abfuit. itaque medici partim propter morbi contumaciam, partim quia in tanta difficultate non erat libera diæta electio, permittebant ei quicquid appeteret, in incertum euentum salutem fortunæ committentes. Quo sic apud Samariam, nunc Sebasten, decumbente, Alexandra habitans tum Hierosolymis re cognita conata est vrbis arces in suam potestatem redigere, alteram templo contiguam, alteram in ipsa vrbe sitam. nam qui has obtinent, totam gentem habent obnoxiam: quia nec sine his sacrificia quotidiana possunt peragi, neque Iudai sine sacrificijs degere, quibus vita citius contemnatur quàm religio. præfectos igitur tentat, vt sibi & genitis ex Herode ac filia pueris eas traderent,*

An. mũdi 3936. Ante Christum natum 28.

Mariamme Salomæ instinctu ad supplicium ducitur.

Alexandra indecorè se filiæ criminis non conscium vult ostendere.

Herodes propter vxoris necem miserè affectus.

Pestilentia Hierosolymis grassatur.

Herodes grauẽ morbum contrahit.

Alexandra, Herode absente, vrbis arces in suam potestatem redigere conatur.

An. mũdi 3936. Ante Christum natum 28.

ne fortè illo defuncto occuparentur ab alijs. quod si contingat eum sanitatem recipere, interim à nemine tutius eas seruari quàm à domesticis. Hæc solicitatio non est æquis auribus accepta, sed cum essent alioquin etiã fidi, tum eo magis manebant in officio, quod & Alexandrã oderant, nec fas putabant desperare de salute principis. amici enim erant veteres, vnus etiã nepos Regis, Achiabus nomine. quare cõtinuò per nuncios de Alexandra significauerũt. ille sine mora eam iussit interfici: superatoq; tandem morbo affectis & corporis viribus & animi sic efferatus est, vt quauis ex causa ad sæuiendũ esset propensissimus. quamobrẽ ne ab intimis quidem amicis sanguinarias manus abstinuit, Costobaro videlicet, Lysimacho, Antipatro cognomine Gadia, & Dositheo, occasione arrepta huiusmodi. Erat Costobarus vnus inter primates Idumæorũ, penes cuius maiores olim fuerat sacerdotiũ Coze numinis, quod tum religiosè ab ea gente colebatur, priusquàm sub Hyrcani principatu Iudaicos ritus acciperet. hunc Herodes quàmprimũ regnũ adeptus est, Idumææ ac Gazæ præposuit, data in matrimoniũ Salome sua sorore, cuius maritum Iosephum ipse interfecerat, vt iam dictum est. ea felicitate præter spem oblata inflatus ille paulatim ad tantam insolentiam progressus est, vt Regis imperata detrectaret, indignũ ratus Idumæos seruire hominibus quorum sacra & religionem acceperãt: misitq; legationem ad Cleopatrã, docens Idumæam semper maioribus eius Reginæ paruisse, proinde nunc quoque impetrandam esse regionem ab Antonio. Se enim paratũ illi potius obsequi. Hæc autem moliebatur, non quòd Cleopatram mallet habere dominam, sed vt accisis Herodis opibus, eo facilius ipse Idumæorum dominationem inuaderet. nam spem ei faciebat tam generis claritas, quàm pecuniarum copia, quibus parandis ille nunquam non intentus ne à turpibus quidem lucris abstinebat, nimirũ nihil mediocre volutans in animo. Sed Cleopatra frustra tentato precibus Antonio, nihil impetrare potuit: & Herodes re cognita interfecturus erat hominem, nisi interceßissent pro eo tàm mater quàm soror: ita tamen eum donauit illarum precibus, vt nunquã posthac illi fideret. orto deinde inter coniuges dißidio, Salome libellũ repudij marito mittit, præter legitimũ morem patriæ. Lex enim nostra solis maritis hoc ius permittit, mulieribus autem ne dimißis quidem fas est nubere, nisi prioris viri permissu. Verũ illa magis ex propria licentia quàm communi iure fecit diuortiũ, & ad fratrem se conferens, ait se prætulisse fraternã beneuolentiã coniugali fœderi. conspirasse enim eum ad res nouas moliendas cum Lysimacho, Antipatro, & Dositheo: suisq; rebus fidem astruebat per Babæ liberos, quos ille iam per XII. *annos seruasset incolumes. erat autem hoc verum, & tum præter omnem opinionẽ à Rege auditũ vehementer eius animum perculit. Quod enim ad Babæ liberos attinet, decreuerat eos aliquando tollere, aduersatos semper suis conatibus, sed procedente tempore per obliuionem hoc omiserat. causa verò odiorum hæc fuit. Regnante Antigono dum Herodes obsideret Hierosolyma, in tantis rerum difficultatibus maior populi pars fessa propensa erat ad accipiendum Herodem intra mœnia: sed obsistebant Babæ liberi pollentes autoritate ac opibus & fidi Antigono, quod putarent eum Regem magis esse è republica. Tandem capta vrbe per Herodem, Costobarus destinatus ad obseruandos vrbis exitus, ne quis aduersæ factionis elaberetur, sciens magnam esse Babæ filiorum apud vulgus autoritatem, & cogitans illos mutato rerum statu magnum momentum afferre posse suis conatibus, subtractos clam in suis agris habuit.*

Herodis consiliarij Alexandræ institutũ ei per nuncios significat.

Alexãdra interfecta.

Costobarus, cui Herodes in matrimonium Salomen sororem dederat, Idumeę principatũ inuadit.

Costobarus intercessione seruatus.

Costobarus, Lysimachus, Antipater & Dositheus apud Herodẽ accusati.

Babæ liberi à Costobaro seruati.

Ac

Ac tunc quidem licet ſuſpectus Herodem periurio fefellit, negans ſe quicquam ſcire quò illi deuenerint. Rege deinde per edicta præmium promittente indici, & modis omnibus eos perquirente, ne tum quidem fateri voluit. Veritus enim non impunè ſibi hoc fore poſt primam negationem, pergebat eos occultare, tam neceſſitate etiam non modo beneuolentia. Hoc poſtquam ſororis indicio Rex comperit, miſſis quibuſdam ad loca latebrarum, & illos interfecit, & quotquot in eodem hærebant crimine: vt nihil iam reliquum eſſet ex Hyrcani cognatione, ſed ſublatis omnibus, quorum excellebat dignitas, arbitratu ſuo poſſet quicquid vellet agere, nemine amplius reſiſtente. Quo factum eſt, vt magis ac magis diſcederet à patrijs ritibus, & peregrinis ſtudijs veterum inſtituta corrumpere inuiolabilia: quorum tempore permagna facta eſt bonorum morum in deterius inclinatio, labante diſciplina, qua antehac populus ſolebat cõtineri in officio. Ac primum athletica certamina quinto quoque anno in honorem Cæſaris inſtituit, theatro Hieroſolymis exſtructo: deinde in campo amphitheatrum, vtrumque ſumptuoſo opere conſpicuum, ſed alienum à Iudaicis moribus, apud quos nullus eſt horum vſus, nulla ſpectaculorum oſtentatio. Ille tamen celebritatem hanc nobiliſſimam eſſe voluit, denunciatam circumuicinis atq; etiã longinquis gentibus: propoſitisq; præmijs magnis vndiq; athletarũ caterorumq; certatorũ cõcurſus factus eſt, confluxeruntq; exercitatiſſimi quiq; in hoc genere. euocabantur enim magnis præmijs non hi tantum qui gymnicis certaminibus dant operam, ſed muſici etiã præſtantes, & qui vocantur thymelici: nec nõ quadrigarij ac trigarij, & qui ſingulis equis celetizontes curſum peragunt: magna contentione Regis, ne quid deſideraretur, quod vſquam in hoc genere ſit ſpectabile. Theatrũ ipſum per circuitum titulis erat ornatum Cæſaris, & tropæis deuictarum ab illo gentium, auro atque argento collucentibus. quod verò ad inſtrumentum & apparatum attinet, non veſtes precioſiſſimæ, non gemmæ raritate inſignes deerãt in his ſpectaculis: conquiſitus etiam feris plurimis, leonibus caterisq; vel robore ſpectandis, vel aliquo naturæ miraculo. hæ modo inter ſe, modo cum damnatis hominibus committebantur: quæ peregrinis quidem ſpectatoribus plurimũ admirationis ſimul atq; delectationis afferebant, indigenis verò prorſus ad diſſolutionem patriæ diſciplinæ tendere videbantur. nihil enim magis impium exiſtimabant, quàm ex ſpectandis hominibus cum beſtijs comparatis voluptatẽ crudelem captare homines: abſurdum æquè peregrinis artibus mutare inſtituta domeſtica. Sed nihil tàm moleſtum fuit quàm tropæa: quæ cum putarent armis contectas imagines, quarum vſus interdictus eſt noſtris legibus, indigniſſimè eas ferebant. à quibus cum eos ſic abhorrere Herodes animaduerteret, per vim nihil agere voluit, ſed blandis alloquiis conabatur hanc ſuperſtitionem eximere. nihil tamen mouebãtur, ſed credentes eum grauiter peccare, vno ore exclamãt: etiamſi reliqua omnia ferre oporteat, non laturos ſe intra vrbem hominũ imagines: ſic tropæa vocabant: hoc enim nefas eſſe. Herodes verò videns eos turbatos, & ſine ſatisfactione non facilè ceſſuros, accitis ad ſe præcipuis ex illo numero, & in theatrum adductis, rogabat eos, oſtenſis tropæis, quidnam hoc eſſe putarẽt. cumq; reclamaſſent, hominum eſſe imagines, iubet detrahi ornatum appoſiticiũ, & oſtendit nudos ſtipites. quo facto in riſum vertit indignatio concepta ex ſuſpicione imaginum. atq; ita ſedato multitudinis tumultu, pleriq; iam mutati æquo animo ferebant omnia. quidam tamen ne ſic quidem deſtiterunt externos mores

An. mũdi 3936. Ante Chriſtum natum 28.

Bauæ liberi aliiq; accuſati ab Herode interfecti.

Hedio & Ruffinus Cap 10.

Herodes plurima peregrina inſtituta introducit.

An. mũdi 3939. Ante Chriſtum natum 25.

Theatrum & Athletica certamina, aliaq; ſpectacula ab Herode inſtituta.

Herodes ex ſpectaculis non magna gratiã reportat.

Tropæa armis contectas imagines Iudæi putant.

An. mũdi 3939. Ante Christum natum 25.

abominari, veriti ne ex hac mutatione sequeretur magnum aliquod reipub. incommodum: putauerunt q; sui officij labanti disciplinæ publicæ vel capitis periculo succurrere, nec pati Herodem quicquam contra receptos mores inducere, & pro Rege hostem agere. ex his decem ciues coniurauerunt contempto periculo, sicas q; vestibus texerunt: & in his vnius cæcus, ob indignitatem eorum quæ audierat non tam paratus ad agendum aliquid, quàm ad patiendũ si quid adfertoribus patrij moris accideret, cuius exemplo non mediocriter confirmati sunt cæteri. Hi communicatis consilijs in theatrum vadunt, sperantes nec ipsum Regem improuisum impetum suum euasurum, aut certè multos ex amicis eius stipatoribus opprimendos: & vel hoc sibi fore mortis solatium, si illum violatæ religionis ergo in populi inuidiã adducerent. Et illi quidem quasi duces se cæteris præbentes hæc facere statuerant. quidã verò ex his quos Herodes ad perscrutanda & indicanda facta dispositerat, rem totam expiscatus, Regi theatrum ingressuro aperuit non ingratus quantũ odiorum sibi quotidie cõciaret, recepit se in Regiã, & nominatim coniuratos accersit: qui comprehensi in ipso facinore, & scientes nullam esse effugiendi, decreuerũt præsentem necessitatem ferre forti animo. nihil enim infelicitati interrito vultu sicas protulerunt, profitentes se rectè ac piè coniurasse, non propter priuatos affectus, aut sui cõmodi gratia, sed pro disciplina publica, quam nemo bonus violare ne morte quidem sibi intentata sustineat. hæc illi cùm magna confidentia pro se attulissent, à Regis abductis per omnes cruciatus necati sunt. nec multò post delator eorum iniussu omnibus à quibusdam interfectus fraustatim cõcisus est, & obiectus canibus, idq; multis inspectantibus: nemo tamen hoc factum prodidit, donec post longas ac multiplices Herodis inquisitiones à consciis quibusdã mulierculis per tormenta expressa est confessio. tum verò autores eius facinoris cum totis familijs plectebantur, plebe nihilominus interrita, & parata leges defendere, ni maiore cohiberetur potentia. quod animaduertens Rex omni ope obuiam iuit eorum conatibus, ne forte hac rerum nouitate ad apertam defectionem adducerentur. cum igitur duas arces munitas in vrbe haberet, vnam in qua ipsius erat Regia, alteram verò iuxta templum Antoniam à se communitam, visum est tertiam quoq; munire Samariam, mutato nomine Sebasten, quæ foris totam gentem contineret in officio: abest à Hierosolymis itinere vnius diei, ad vrbanos etiam tumultus compescendos opportuna. Aliam etiam toti genti ceu arcem imposuit, olim Stratonis turrim dictam: ipse Cæsaream appellari maluit. In magno etiam quem vocant campo sorte lectis equitibus castellum condidit, & in Galilæa Gabalam, Esbonitim in Perea. His arcibus ad tutelam regni per totam regionem opportunè dispositis, adempta est cuiq; lasciuiæ quibuscunq; causis nobilitati inuidendi materia, parato ad quoscunque clandestinos conatus remedio: diu in propinquo semper sunt qui vel præcauere, vel recens ortos compescant. In primis autem Samariam cincturus mœnibus dedit operam, vt tam è mediterraneis, quàm è finitimis gentibus plurimos in eam ciuitatis corpus congregaret, partim propter templum quod ibi dedicare statuerat, partim quo illustriorem eam faceret, sed maximè quia præsentissimam agrestium securitatem rebus suis hoc pacto præcursabat. Vrbi, abrogatis veteribus institutis, nomen Sebastes imposuit, eos natura feraces habitatoribus dans, qui ex maximis ab initijs essent locupletes, tum & deinde murum circa ipsam ducens, ita vt arcis ambitus ab imis, & præter veterem ambitum tantum

Decem viri contra Herodem coniurant.

Herodes coniuratos omnes capit atque interficit.

Decem coniurati necati, delator eorũ interfectus tractatim concisus est.

Herodis Hierosolymis duæ arces maximæ.

Antonia.

Samaria vel Sebaste.

Stratonis turris Cæsarea.

Gabala Esbonitis.

Herodes arcibus locis conuenientibus positis omnia sibi tuta reddit.

An. mũdi 3940. Ante Christum natum 24.

tantum ſpacij complexus, vt nulli celebrium vrbium cederet. erat enim viginti ſtadiorum circuitus. in eius medio tullio fanum ſeſquiſtadij amplitudine eſſe voluit, modis omnibus ornatiſſimum, in quo templum exſtruxit cum quouis alio pulchritudine & magnitudine conferendū, reliquas etiam vrbis partes procedente tempore magis ac magis excolere ſtuduit, ſecuritatem captans ex firmitate loci quo pro arce vti voluit, pulchritudine verò loci ſuæ liberalitatis ac magnificentiæ monumentum relicturus ad poſteros.

An. mūdi 3942. Ante Chriſtum natum 22.

CAP. XII.

De fame quæ in Iudæam terram incubuit.

EODEM anno qui fuit regni Herodis decimustertius, maximæ calamitates in eam regionem ingruerunt, ſiue ea fuit vindicta irati numinis, ſiue ita ferebant ſtatæ temporum viciſſitudines. Primùm ſiccitas diuturna obtinuit, inde inſecuta eſt ſterilitas, ne illis quidem fructibus prouenientibus quos ſponte ſua terra ſolet edere. Poſtea per inopiam mutata victus ratione, morbi iam inualuerunt & peſtilentia, ſuccedentibus alijs poſt alias calamitatibus. Nam hoc ipſum peſtem exacerbabat, quòd ægroti in tanta penuria nec curam ſibi conuenientem nec alimentum congruum habere poterant: & quotidiè multis morientibus, etiam ſuperſtites per deſperationem curam ſuorum relinquebant, non profuturam in tantis rerum difficultatibus. itaq; abſumptis veteribus frugibus, & nullis in earum vicem ſubnaſcentibus, nihil ſpei reliquum erat, malo præter opinionem indies creſcente, dum non vno anno etiam ſemina ipſa pereunt, terra non reddente debitum. quapropter neceſſitas multa ad præſentem vſum excogitare cogebat: ac ne Herodi quidem ample facultates ſuppetebant, dum fraudatur agrorum reditibus, abſumpta in ædificationem vrbium vetere pecunia: adeoq; omnia varijs malis vaſtabantur, vt vix eſſet cui ſuccurri poſſet. ad hæc accedebat populare in Regem odium, quod ferè ſoleat calamitatum culpa in eos reijci, penes quos eſt regimen Reipub. Cogitabat tamen aliquam medelam afferre tam difficili tempori, ſed modū vix expediebat, quòd nec finitimi res ad victū neceſſarias venderent, eadem preſſi inopia, nec pecuniarum tantum ſupereſſet, quantum poſſet omnibus ſufficere. attamen videns opus eſſe vt omnes ad ferendam opem conſilia conferrent, quicquid erat in regia ſuppellectilis tàm aureæ quàm argēteæ, id totum concidit, nec laudatorum artificū parcens operibus, nec vaſis ad vſum neceſſarijs. inde cōfectam pecuniam mittebat in Ægyptum, quam tum Petronius obtinebat pro Cæſare. Is licet obrutus multitudine ob talem neceſſitatem ad ſe confugientium, tamen quia priuatim amicus erat Herodi, & ſeruatos cupiebat eius ſubditos, pro alijs eis conceſſit frumenti exportationem, tàm in emendo quàm in euehendo adiuuans, ita vt maximum momentum ad gentis ſalutem in eo fuerit. Porrò Herodes aduecto frumento, & approbata populo ſua diligentia, non ſolùm mutauit auerſorum à ſe animos, verùm etiam eximiam laudem beneficentiæ & prouidentiæ retulit. Nam primùm his qui ſibijpſis frumentum quærere non poterant, diuiſit omnibus accuratiſſimè diſpenſans. Deinde quia multi erant qui propter ſenium vel aliam debilitatem cibos parare non valebant, his quoque prouidit adhibitis piſtoribus, vt in promptu alimenta haberent. Quin & aduerſus hyemis aſperitatem prouidit, ne qui periclitarentur inopia veſtium abſumptis pecoribus, & lanis alijsq; tegmentis deficientibus.

Hedio & Ruffino Cap. 11. alias 10.

Siccitas diuturna ſterilitas in Iudæa.

Annonæ caritas in hos quoq; inducit.

Herodes ex aurea & argentea ſuppellectile pecuniam conficiens, frumentum pro ea comparat.

Herodes aduectum frumentum populo diſtribuit.

An. mũdi 3942 Ante Christum natum 22.

entibus. Vbi verò etiam huic necessitati prospectum est, propinquis quoq; Syrorum vrbibus solicitudinem impendit, distributis ad sementem faciendam frugibus. quod sanè & ipsi fuit commodum, terra mox vberem referente gratiam, vt omnibus alimenta suppeterent. & quam primùm segetes messi matura facta sunt ad LM. *hominum quos ipse aluerat dimisit per agros: atq; ita res penè perditas restituit sua diligentia, non mediocriter subleuatis etiã finitimis qui eisdem laborabant difficultatibus. nemo enim eius opem implorauit, quem nõ pro ipsius dignitate adiuuerit: sed & castella & vrbes, & ex plebe qui grauabantur numerosiore familia, ad illum confugientes necessitati inueniebant remedium: ita vt reuocatis ad rationem quæ in exteros tantum insumpserat, reperta sint frumenti cororum decem millia. corus autem capit decem medimnos Atticos. intra regni verò sui promœria* LXXX. *millia cororum expensa sunt, quæ quidem eius cura & tam opportunè collata gratia tãtum apud Iudæos valuit omnium sermone celebrata, vt positis odijs quicquid hactenus vel administrando regno, vel transgrediẽdis patrijs ritibus peccauerat libenter obliuiscerẽtur, benè compensatum putantes eius liberalitate, qua vsi sunt hoc difficilimo tempore. nec minor vel gratia vel gloria parta est apud exteros, vt per hæc mala non mediocriter nomen Regis illustratum sit, & quantum damni domi acceptum est, tantum foris ad celebritatem nominis accreuerit. Cùm enim in alienis necessitatibus tantam ostendisset magnanimitatem, omnes non qualis antè fuisset reputabant, sed qualem tum recens experti fuerint. Eodem tempore & auxilia misit Cæsari, quingentos selectos è suo satellitio, quos Ælius Gallus duxit in expeditionem Arabicam, eorumq; sæpè forti opera vsus est. Rebus igitur in pristinam felicitatem restitutis, regiã in superiori vrbis parte ædificauit, exstructis ædibus amplissimis, exornatisq; auro & marmoribus & subsellijs, vt magnum virorum numerum possent capere: domibus etiam pro cuiusq; dignitate appellatione indita, vt vna diceretur Cæsaris, Agrippæ altera. Coniugem deinde duxit amore correptus, ne distraheretur vagis voluptatibus. occasio autem nouarum nuptiarum fuit hæc. Erat inter Hierosolymitanos ciues Simon Boethi Alexandrini filius, sacerdos cum primis nobilis, habebatq; filiam omnium eius ætatis pulcherrimam: cuius forma cùm vulgi sermonibus celebraretur, primùm fama illius Herodes permotus est. deinde conspecta amore captus, noluit vti sua potentia, ne tyrannicè videretur agere, maluitq; in legitimum thorum puellam introducere. Cumq; Simon nec affinitate tali, nec tamen contemptu dignus videretur, quò cupiditati suæ satisfaceret, id quod æquius visum est elegit, vt videlicet honoris accessione eum ornaret. mox igitur Iesu Phabetis filio Pontificatum abrogat, & successorem ei dat Simonem, atq; ita affinitatem cum illo contrahit. Peractis deinde nuptijs nouum castellum condit, quo loco Iudæos olim profligauit, dum pelleretur armis Antigoni. distat autem à Hierosolymis circiter* LX. *stadijs, natura firmum, & ad excolendum idoneum. collis enim est leniter accliuis, attollens se in manufactam altitudinem, habens mammæ specie circumferentiam: estq; distinctus teretibus turribus, ascensu arduo, qui per* CC. *gradus lapideos scanditur. intus autem diuersoria sunt regia, magnis impensis structa, tàm ad firmitatem, quàm ad pulchritudinem: & in pede collis habitationes spectatu dignissimæ, tum propter alia, tum propter aquæ ductus egregios, magno sumptu è longinquo perductos. circumiacens planicies ædificijs referta est ad iustæ vrbis*

Iudæi Herodi propter beneficia fauent.

Cæsari Herodes quingentos ex suo satellitio mittit.

Regia Hierosolymis ædificata.

Hedio & Ruffinus Cap. 12.

Herodes, Iesu à Pontificatu remoto, Simonem cuius etiam filiã duxit, subrogat.

ſta vrbis magnitudinem, cui collis ille vice arcis imminet. Ita omnibus ordinatis ex ſententia, nullos amplius in regno ſuo motus timuit, duobus potiſſimùm modis ſubditos in officio continens: timore ſuppliciorum quæ neminiremittebat, & liberalitate qua prouidebat publicis neceſsitatibus: communiebatq; ſe accuratiſſimè, quaſi incolumitas ſua pertineret etiam ad Rempublicam. Ciuitatibus ſe comem & humanum præbebat, dynaſtas per occaſionem colebat, ad conciliandam ſibi eorum gratiam munificentiſſimus, quod innatam haberet magnanimitatem regiam. Ita factum eſt, vt cum apud omnes eſſet gratioſus, magnis rerum ſuarum incrementis augeretur. Hæc tamen ambitio ſtudiumq; demerendi Cæſarem cum Romanis potentioribus cauſa fuit vt multum à patrijs inſtitutis decederet, & leges diuinas violaret, dum in honorem eorum vrbes condit & templa exſtruit, licet non in ſolo Iudaico. hoc enim illi nequaquam laturi erant, quòd nefas ſit noſtris ſtatuas ac effigies more Græcorum colere. quapropter extra eorum regionem tales vrbes collocabat, excuſans ſe Iudæis, quòd non ſponte, ſed potentiorum iuſſu hæc faceret: & interim Cæſarem Romanosq; tantomagis ſibi deuinciens, quòd in eorum honorem à patrijs conſuetudinibus ſuſtineret diſcedere. Sed præcipuus ſcopus erat vtilitas propria, & ſtudium memoriæ propagandæ ad poſteros, ita vt in condendis & exornandis vrbibus nullis ſumptibus parceret.

An. mũdi 3942 Ante Chriſtum natum 22.

Herodes accuratam diligentiam & ſumptus non exiguos in ſtructuras confert.

CAP. XIII.

Cæſarea conditur.

ERGO cum animaduertiſſet in maritimis locum condendæ vrbi opportuniſſimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, & formam eius magnificè deſcripſit, & ædificijs marmoreis totam exornauit accuratiſſimè, tàm regijs palatijs quàm priuatorum ciuium ædibus. & quod fuit omnium operoſiſſimum, portum à tempeſtatibus tutum addidit, magnitudine Piræo parem, ſtationibus inſtructum & diuerſorijs, admirandũ ſtructura, eò quòd propter loci naturam omnis materia tantæ fabricæ aliunde magno ſumptu conuehenda fuerit. Sita eſt hæc vrbs in Phœnice, quà in Ægyptum præternauigatur, Dora inter & Ioppen, littorales vrbeculas, non ſatis portuoſas quòd Africo ſint oppoſitæ. hic enim procelloſis flatibus arenas in littus prouoluens, nullam ſtationem quietam eſſe patitur, ita vt plerunque naues mercibus onuſtæ in ſalo ancoras iacere neceſſe habeant. Hanc locorum incommoditatem correcturus circulum portus circumduxit, quantum putaret magnæ claſſi recipiendæ ſufficere: & in viginti vlnarum profundum prægrandia ſaxa demiſit, quorum pleraq; pedum. quinquaginta longitudinis, latitudinis verò octodecim, altitudine nouempedali fuerunt, quædam etiam maiora, minora alia. Hæc moles in mare iacta brachium ducentos pedes longum efficit, cuius ſpatij dimidium oppoſitum eſt frangendis fluctibus, inde procymation Græcè dictum: reliquum ſuſtinebat murum lapideum diſtinctum turribus, quarum maximæ & pulcherrimæ nomen Druſus à Druſo Cæſaris priuigno immaturo fato defuncto. Inerant & crebri fornices, nautarum diuerſoria. Exſcenſus deinde lato ambitu totum portum cingebat, locus ad inambulandum animi cauſa iucundiſſimus. Os autem portus patet verſus ſeptentrionem ventorũ ſereniſſimũ. crepido verò totius ambitus, à ſiniſtra quidem portum intrantibus turris eſt lato margini inſiſtens ad firmius reſiſtendũ fluctibus à dextra

Stratonis turris aliàs Cæſarea dicta, ab Herode ædificata.

Pyræus Athenienſis portus.

Dora & Ioppe non portuoſæ.

Cæſareæ portus.

An. mũdi 3942 Ante Christum natum 22.

à dextra autem duæ columnæ lapideæ coniunctæ turri ex aduerso sitæ pares celsitudine. Circum portum ædes continuata serie marmore politissimo exstructæ sunt, exstante in medio tumulo, in quo templum Cæsaris à longè conspicuum adnauigantibus, & in eo statuæ, Romæ altera, altera Cæsaris, vnde nomen Cæsareæ, vrbi tàm materia quàm artificio structuræ conspicuæ, cloacis etiam subterraneis non minus mirandæ: quæ paribus distantes interstitijs in mare exeunt, vna transuersa dirimente, vt imbrium & purgamentorum proluuies facilius in mare deferantur, & marini æstus, quoties accedunt subintrare possint, &

Theatrum & amphi theatrum.

totam vrbem subluere. Exstruxit etiam theatrum è saxo, & à meridionali portus latere amphitheatrum capacissimum, vnde late prospectus patet in maria. Atq; hæc omnia duodecim annorum spacio sunt absoluta, Rege nec labori parcente nec sumptibus. Hac iam altera vrbe post Sebasten condita, decreuit Ro-

Herodes Alexandrũ & Aristobulum Romam ad Cæsarem mittit.

mam mittere filios Alexandrũ & Aristobulum, vt salutarent Cæsarem: eratq; eis paratum hospitium apud Pollionem Herodis studiosissimum, licebat tamen etiam Cæsaris vti hospitio. Excepit enim adolescentes summa humanitate, fecitq; Herodi potestatem, vt arbitratu suo è filijs quemcunq; vellet hæredem regni de-

Cæsar Trachonitidis, Batanæę, & Auranitidis ditionem Herodi donat.

signaret, aucta prius noua accessione Trachonitidis, Batanæa, & Auranitidis, tali de causa. Zenodorus quidam conduxerat ditionem Lysaniæ, nec contentus his prouentibus in Trachone fouebat latrocinia, inde quoq; captans cõpendium. incolæ enim locorum eorum libenter rapto viuunt, assueti prædas ex Damascenis agere. eos Zenodorus adeò non vetebat, vt lucrorum etiam esset particeps. ab

Zenodorus ex raptu viuit.

his malè vexati propinquorum agrorum coloni, Varum prouinciæ præsidem querelis obtundebant, postulantes vt Zenodori iniurias per literas significaret Cæsari. Ille rescripsit expugnanda esse latronum receptacula, & regionem eam ditioni Herodis contribuendam: sic enim fore vt eius prouidentia caueretur in posterũ, ne Trachonitæ vicinis vllas exhiberent molestias. alioquin difficilè erat eos compescere iam assuetos his artibus victum quærere: vt qui nec oppida haberent nec agros, sed in speluncas ac cuniculos more ferarum refugia. habebant autem paratam aquæ & cibariorum copiam, vt externa vi petiti possent satis diu bellum in latebris trahere. Specus enim illi aditus habent angustos, nec nisi vnum post alium hominem admittentes, sed intus sunt amplissimi & supra quam credas capaces, plano solo desuper tecti. nam totus is locus constat petra aspera & non facilè meabili, nisi aliquo ducente per semitas: quæ non per directum ferun-

Herodes latrones coercet.

tur, sed multis mæandris flexuosæ sunt. incolæ quoties propinquos populari non datur, ipsi inter se exercent latrocinia, nihil sibi non permittentes. Eam regionem postquam Herodes accepit à Cæsare, adhibitis ducibus ad eos penetrans maleficia coercuit, & circumuicinis securitatem peperit. Zenodorus autem partim inuidia, partim dolore ademptæ possessionis permotus, Romam ad accusandum Herodem profectus est: nihil tamen efficere potuit.

Hedio & Ruffinus Cap. 13.

Interea in Asiam Agrippa mittitur, administraturus transmarinas prouincias pro Cæsare. eum, quòd esset amicissimus, Herodes apud Mytilenen cum

Agrippa in Asiam missus.

salutasset, in Iudæam reuersus est. Caterùm Gadarenses quidam Agrippam adeunt, Herodem accusaturi, quos ille ne auditos quidem ad Regem vinctos remisit. Arabes etiam iamdudum infensi Herodi, tum aperire cœperunt inimicitias, idq; de causa, vt tum videbatur satis probabili. Zenodorus enim desperatis rebus suis, Auranitidem ditionis suæ partem illis elocauerat L. *talentis annuis:*

Gadarẽses Herodem accusaturos, Agrippa vinctos ad Regem mittit.

Auranitidis ditio à Zenodoro Arabibus elocata & à Cæsare Herodi donata est causa belli.

quam

quam quia donatio Cæſaris complectebatur, non patiebantur auferri, modò excurſionibus ac vi eam ſibi vindicantes, modò contendentes de iure poſſeſſionis apud iudices. pelliciebant etiam ad ſe egenos milites, qui miſerorum more meliora ſperant ex rerum nouitatibus. Hæc cùm maturè Herodes cognouiſſet, maluit tamen bonis rationibus occurrere quàm hoſtiliter, ne daret occaſionem nouis motibus. Decimoſeptimo demum eius regni anno Cæſar venit in Syriam: moxq́ Gadarenſium plurimi cœperunt clamare in Herodem, grauem eum dictitantes ac tyrannicum, inſtigati huc potiſſimùm Zenodori criminationibus: qui interpoſito iureiurando pollicitus erat, non prius ſe deſtiturum quàm quouis modo efficeret, vt illi à dominatione regia liberati attribuerentur ad prouinciam Cæſaris. ab hoc perſuaſi clamitabant, idq́ aliquanto audacius, quia ne illos quidem pœnas dediſſe videbant, quos Rex deditos ab Agrippa acceperat. erat enim ſi quis alius, erga ſuos inexorabilis, ab alienis verò acceptas iniurias libenter contemnebat ac remittebat. Cum igitur de vi & rapinis eius, violatisq́ ac dirutis templis quererentur, Herodes quidem nihil territus paratus erat cauſam ſuam dicere: Cæſar verò comiter illum tractabat, nihilo alienatior propter tumultuantem multitudinem. & prima quidem die qua congreſſi ſunt, facta eſt horum mentio, deinde verò interruptum eſt hoc negotium. Gadarenſes enim videntes quorſum Cæſar & amici eius tenderent, & certis coniecturis timentes ne dederentur Herodi, ſequenti nocte alij ſe iugulauerunt, alij præcipitauerunt tormentorum metu: quidam etiam in flumen ſe iacientes necauerunt: atque ita cùm ſeipſi prædamnare viderentur, ſine mora Cæſar Herodem abſoluit. acceſſit huic & alia non mediocris felicitas. Zenodorus enim præcordijs ruptis ſanguine multo per ſeceſſum profluente apud Antiochiam Syriæ perijt. Cæſar verò & huius portionem, ſanè non contemnendam, donauit Herodi: qua ſita Galilæam inter & Trachonem, complectitur Vlatham, Paneadem, & agros finitimos. adiunxit eum deinde rectoribus Syriæ, mandauitq́ vt omnia ex eius ſententia fierent. Denique eò tum felicitatis prouectus eſt Herodes, vt cùm in in toto, quàm latè patet, Romano imperio duo eſſent omnium potentiſſimi Cæſar & Agrippa, Cæſar poſt Agrippam nemini maiorem quàm illi honorem haberet, Agrippa item poſt Cæſarem nemini. qua mutua beneuolentia fretus Pherorę ſuo fratri tetrarchiam impetrauit, de ſuo regno deciſis centum talentorum reditibus, vt etiam ſi quid fatale ſibi accideret, in tuto eſſent res illius, neque ſubijceretur Herodis filiorum imperio. Deducto inde ad mare Cæſare in regnum reuerſus, in terra Zenodori elegantiſſimum ei templum conſtruxit è marmore candido, prope Panium quod vocant. id ſpelunca eſt in monte amœniſſima, eiq́ ſubiecta in immenſum hians terræ deuexitas, plena aquis ſtagnantibus. ei mons valde magnus imminet. ſub ſpelunca autem ſcatent fontes Iordanis fluminis. hunc locum alioquin etiam celebrem ornauit templo exſtructo in honorem Cæſaris. Tunc etiam tertiam tributorum partem remiſit regni ſui ſubditis, prætextu quidem vt poſt ſterilitatem ſe reficerent, re autem vera vt placaret eorum animos, offenſos talibus Regis operibus, quæ videbantur planè ad religionis & bonorum morum perniciem tendere, vt omnium iactabatur ſermonibus. cui rei & aliud ille remedium attulit, occaſiones turbelarum auferens, & iubens ſua quenque agere negotia, vetitis per vrbem conuenticulis & frequentioribus conuiuijs, appoſitisq́ etiam ſpeculatoribus, & grauiſſimis

An. mũdi 3942 Ante Chriſtum natum 22.

Cæſar in Syriam venit, apud eum Gadarenſes Herodem accuſant, qui ſeipſos iugulant.

An. mũdi 3946 Ante Chriſtum natum 18.

Zenodorus miſerè perit.

Vlatha, Paneas aliæque regiones Herodi donatæ.

Herodes à Cæſare & Agrippa, in magno honore habitus.

Pheroræ Herodis fratri Cæſar tetrarchiam concedit.

Herodes propè Panium templum ædificat.

Herodes tertiam tributorum partem remittit.

An.mũdi 3946 Ante Christum natum 18.

pœnis qui contra facerent propositis. nam multi clàm & propalam abducebantur in castellum Hyrcaniam, ibiq; dabant supplicium: & dispositi erant tàm in vrbe quàm per itinera qui obseruarent conuenientes cuiuscunq; rei gratia. adeò enim hanc curam non negligebat, vt sæpè ipse plebeio cultu noctu misceret se vulgo, & experiretur quid de se sentiret populus: & quotcunq; pertinaciter improbarent eius studia, in omnes inclementer animaduertebat: reliquam verò

Herodes populum sacramento obstringit.

multitudinem sacramento obstringebat, iusiurandum exigens quòd non discessuri essent à fide & officio. atq; ita maior pars metu cedebat & obsecundabat: qui verò liberius stomachabantur & cogi se indignabantur, eos quocunq; pacto poterat tollebat de medio. Requisiuit etiam iusiurandum à Pollionis Pharisæi, Sameaq; sectatoribus plerisq;: quod cum non impetrasset, non tamen in eos vt in cæteros tales sæuijt, Pollionis reuerentia. remisit etiam hanc necessitatem his qui

Pharisæis propter Pollionẽ & Sameam Herodes Sacramentum remittit.

Essæi Pythagoreis non absimiles.

Essæi apud nos vocantur, genus hominum Pythagoreis Græcorum non absimile, de quibus alibi narraui prolixius. nunc prætereundum non videtur, nec alienum à proposita historia, cur religiosam de his opinionem Rex habuerit. Erat quidam Essenus Manahemus nomine, cum aliàs vitæ honestæ & probatæ hominum testimonio, tum verò diuinitus etiam concessum habens donum fatidici

Manahemus regnũ futurum prædicit.

spiritus. hic conspicatus Herodem etiam tum cum cæteris pueris ludum literarium frequentantem, Regem Judæorum salutauit. ille putans se aut rideri, aut non satis notum esse homini, correxit eius verba, vnum de plebe se profitens. Tum Manahemus subridens, & blando plausu posteriora eius permulcens verius quàm feriens, imò regnabis, inquit, & feliciter dominaberis: sic enim Deus vult: & memor esto Manahemi verborum, quæ te fortunæ mutabilis admoneant. Nihil enim te magis cogitare decet, quàm de iustitia & pietate, & æquitate erga ciues subditos. sed scio te hoc non facturum, futuri præscius. eris enim tàm diuini quàm humani iuris immemor, licet alioqui fortunatissimus, & sempiterna dignus gloria. Nec tamen Deum latebis, qui te extremo vitæ tempore graui castigatione reprehensurus est. Hæc verba non magni fecit Herodes, qui tum nihil tale sperabat: prosperis deinde successibus ad regnum & tantam felicitatem elatus, cùm maximè vigeret Manahemum accersitum rogat de diu-

Herodes Manahemũ de imperij diuturnitate rogat, & Essenos propter eum in precio habet.

turnitate imperij. Ille nihil certi respondit, sed scitante Rege num decem annos duraturum sit, & vigintiinquit, & triginta: atque ita indeterminatum fatalem finem reliquit. Herodes verò vel hoc contentus Manahemum data dextera dimisit, & ex eo semper Essenos in precio habuit. Hæc tametsi fidem excedere videntur, visum est tamen lectori indicare, quòd multi sint in eo genere quibus ob morum probitatem diuinitas aperire dignatur sua decreta & consilia.

CAP. XIIII.

Herodes nouum templum Hierosolymis ædificat.

Hegesippus & Ruffinus Cap. 14. al. 11. Herodes Dei templum denuò cõstruere animo concipit.

DECIMO OCTAVO autem sui regni anno Herodes post tot præclara facinora, post absoluta tot admiranda opera, eximium aliud concepit animo, Dei templum denuò construere, ampliore ambitu & huic conueniente celsitudine, ratus, id quod res erat, id fore omnium celeberrimum etiam ad posteritatis sempiternam memoriam. Cæterùm veritus ne populum difficultate deterritum minus ad hoc obsequentem haberet, aduocata concione sic eum allocutus est: Non habeo

An. mũdi 3947 Ante Christum natum 17.

Herodes populo se templum exstructurum, exponit.

beo necesse, viri tribules, vt vel gesta vel opera mea commemorem, qua, ex quo regnare cœpi, plus vobis vtilitatis & securitatis, quam mihi ornamenti & laudis attulerunt. scitis enim ipsi quòd in maximis vestris difficultatib. nulla priuati commodi ratione vobis prospexi: & qua opera hactenus Deo iuuante absolui, vobis potissimùm seruiunt, per qua factum est vt res Judaica nunc magis quàm vnquam antea floreant. quare, vt dicere cœpi, non opus est singulatim percensere, vel vrbes vel alia ædificia quibus tum Judæam ipsam, tum alias huic contributas regiones excoluimus: sed illud potius vobis nunc proponam, quod maximè vel ad regionis cultum vel ad regionis ornatum attinet. Templo huic, quod post liminio reuersi à captiuitate Babylonica patres nostri instaurauerunt, desunt ad priscam altitudinem LX. *cubita. tanto enim celsius erat vetus illud Solomonis ædificium. nec hoc culpa maiorum nostrorum accidit, per quos non stetit quin par illi pristina structura surgeret: sed hanc mensuram præscripserunt Cyrus & Darius Hystaspis filius: sub quorum imperio quia illi tum vixerunt, sicut postea Macedonum, non potuerunt assequi primum illud pietatis archetypum. Nunc quoniam Deo volente ego rerum potior, cui otium, pecunia prompta, magni reditus suppetunt, &, quod maximum est, Romanorum orbis dominorum amicitia, dabo operam vt quod maiores sub alieno nutu viuentes non satis accurauerunt suppleam, & quicquid deest ad honorem Dei, memor acceptorum beneficiorum, gratè ac piè persoluam. Hac tam inopinata oratione omnium animi sunt attoniti, quòd supra spem polliceri videretur: & angebantur magna solicitudine, ne fortè demolitus vetus ædificium, nouum non posset absoluere. quare periculosum videbatur consilium, & conatus perdifficilis. Quod vbi animaduertit Rex, iussit eos bono animo esse. mansurum enim vetus templum integrum, nec demoliendum tantisper dum omnis materia comparetur, qua sit ad futuram fabricam necessaria. neque eos fefellit. Mille enim plaustra parauit qua lapides conueherent: & ex omni artificum copia peritissimos selegit ad decem millia, & insuper mille sacerdotes stolis sacerdotalibus suo sumptu vestitos, partim cementaria, partim lignaria fabrica non imperitos: hosq; omnes adhibuit operi, materia iam ante conuecta. Sublatis deinde veteribus fundamentis, & nouis repositis, desuper templum exstruebat, longitudine centum cubitorum, altudine totidem & viginti amplius. qui viginti cubiti aliquanto post sidentibus fundamentis decesserunt, eosque denuò addere decreuerunt nostri Neronis temporibus. Constabat autem structura è lapidibus candidis firmissimis, mangnitudine viginti quinque cubitorum in longum, octo in altum, latitudine verò cubitorum duodecim. habebatq; basilica similitudinem, hinc & inde humilius, media sui parte excelsum, à multis stadijs conspicuum, maximè ex aduerso habitantibus aut aduentantibus. Janua verò penè ipsi templo par, & superliminare aulæis variegatis ornabatur, floribus purpureis distinctis, & habentibus columnas intextas, sub quarum capitibus vitis expandebatur aurea dependentibus botryonibus, mirandum sanè opus tàm manus quàm materia precio. Cinxit etiam totum templum amplissimis porticibus, qua responderent reliqua magnificentia, & priores illas pulchritudine vincerent. harum dua validis muris fulciebantur, opere vel in primis memorabili. Tumulus erat petricosus, arduus à vertice sensim versus orientale vrbis latus resupinus. huius verticem primus*

Iudęis veritis ne Herodes demolitus vetus ædificium nouũ absoluere non posset, Herodes vetus illæsum mansurum, donec ad nouũ materia comparetur, promittit.

Materia ad fabricam templi necessaria.

Templum ab Herode quomodo exstructum.

An.mũdi 3947 AnteChriſtum natum 17.

Solomon Rex noſter inſtinctu Dei muro circumdedit. Radices quoque eius alio muro cinxit, cui verſus auſtrum ſubiecta eſt vallis profunda. hic murus conſtat ſaxis grandibus plumbo inter ſe vinctis, complectens interius ſpatium & in profundum deſcendens, vt miranda ſit magnitudo & altitudo ſtructura formaq; quadrangulari. Saxorum enim magnitudo à fronte eſt conſpicua, interiora ferro vincta iunctura continent contra omnium temporum iniurias firmiſſimas. Hoc opus poſtquam æquatum eſt vertici, cauitas quæ intererat murum inter & tumulum expleta eſt, vt complanatis omnibus fieret area, & circùm quadriporticus quatuor ſtadiorum circuitu, ſingulis lateribus inter duos angulos per ſtadia ſingula patentibus. interius deinde ipſum verticem ambit alius murus lapideus: cuius orientale latus quàm longum eſt duplicem habet porticum, ſpectantem ianuam templi ſiti in meditullio. Eam porticum priores Reges adornauerant. Circũ templum affixa erant ſpolia barbarica, quæ omnia Herodes denuò dedicauit, additis etiam recentibus Arabicis. In ſeptentrionalis lateris angulo arx erat firma & benè munita, opus Aſamonæorum qui gentis ſacerdotium ſimul & principatum tenuerunt, & turrim id vocauerunt,

Stolæ Pontificiæ repoſitorium.

repoſitoriũ ſtolæ Pontificiæ, quæ non promebatur, niſi Pontifice ſacris operaturo. hanc Herodes in eo loco aſſeruauit, poſt cuius obitum in Romanorum poteſtate

Stola Pontificia in cuius poteſtate fuerit.

fuit, vſq; Tiberij Cæſaris tempora. Eius principatu Vitellius Syriæ præſes à Hieroſolymitis honorificentiſſimo hoſpitio receptus, quò gratiã eis referret, à Cæſare impetrauit, vt iuxta ſua poſtulata ipſi haberent ſacræ ſtolæ cuſtodiam: fueruntq; Iudæi eius cuſtodes vſq; Agrippæ Regis obitum. poſt quem Caſſius Longinus præſes Syriæ, & Cuſpius Fadus Iudææ procurator, iuſſerunt eos denuò ſtolam in

Antonia, turris.

Antoniam deponere, dictitantes debere eam in Romanorum poteſtate eſſe, quemadmodum & antea. Miſſi ſunt hac de cauſa legati ad Claudium Cæſarem, deprecaturi talem neceſſitatem: vbi inuenerunt iuniorem Agrippam, cui petenti conceſſa eſt ſtolæ cuſtodia, ſcriptis de hac re ad Vitellium literis. Olim autem fuerat ſub ſigillo Pontificis & præfectorum gazophylacio, qui pridie ſolennis feſtiuitatis adibant arcis & præſidij Romani præfectum & recognito prius ſigillo ſtolam accipiebant: ac mox peracto feſto, reportatam in eundem locum, & in conſpectu arcis præfecti obſignatã deponebant: quod quidem hoc loco propter toties variatum morem admonere viſum eſt. Sed tum Herodes hanc quoq; turrim munitiorem reddidit ad tutelam templi, & in memoriam amici ſui Romanorum imperatoris Antonij vocauit Antoniam. Occidentalis autem porticus quatuor portas habebat: harum ab vna tranſitus erat in regiam per vallem in medio interiectam: duo ferebant in ſuburbia, poſtrema in vrbem, gradibus multis vſque imam vallem diſpoſitis, & inde alijs ſurſum per accliue tendentibus. Vrbs enim ſita erat è regione templi, theatrali ſpecie, toto auſtrali tractu in profundam vallem deſinens. Quartum autem latus meridianum etiam ipſum habebat portam ab vtroq; angulo æquè diſtantem, & triplicem porticum baſilicam longitudine ab orientali valle ad occidentalem pertinentem. Nec enim vlterius poterat. Ibi ſpectaculum erat, ſi vllum aliud ſub ſole, memorabile. Nam quum vallis in immenſum dehiſceret, ita vt caligarent deſpicientium oculi, de-

Porticus prælta ſuper vallem extructa.

ſuper exſtructa erat prælta porticus: cuius tecto conſcenſo ſi quis vtramq; altitudinem coniunctam contemplaretur, abſque vertigine id non poterat, viſu deficiente ob nimiam profunditatem, priuſquam ad imum pertingeret. In eis

porticibus

porticibus ſtabant paribus interuallis quatuor columnarum ordines, quorum quartus intertextum habebat lapideum parietem. Craßitudo autem cuiuſque columnæ, quantam poſſent tres homines conſertis inter ſe complecti brachijs: longitudo viginti ſeptem pedum, ſubiecta ſpira duplici. Numerus vniuerſarũ fuit centum ſexaginta duo, capitellis ſculptis opere Corinthio pulchris vſq; ad miraculum. His quaternis ordinibus fiunt per interualla terna porticus, ita, vt in vno quoque latere duæ pariles, triginta pedum latitudinis, plus quinquaginta altitudinis, ſtadij longitudine, claudant inter ſe mediam, cuius latitudo ſeſquialtera, altitudo verò duplicata. tanto ſuperabat vtramq;. Earũ lacunaria lignea, ſculpturata figuris varijs. Media verò conuexitas altius ſurgebat, excitato ſuper epiſtylia pariete lapideo politiſſimo, columnis inſertis diſtincto, mirabili artificio commiſſuris oculos fallentibus. Atque hoc modo ſe habebat primus ambitus. Interius verò non longo interſtitio ſecundus, paucis gradibus ſcanſilis, ſeptum habebat lapideum, cum inſcriptione qua vetaret tranſgredi alienigenã, ſub interminatione pœnæ capitis. hoc interius ſeptũ tam auſtrino quàm ſeptentrionali latere patebat ternis ianuis æquidiſtantibus, ab oriente verò vna magna, per quam intrarent caſti vnà cum vxoribus. Interiora autem fani mulieribus nefas erat ingredi. Tertium verò ſpatium intimum, ſolis ſacerdotibus acceßibile. In eo templum erat & ante illud altare, in quo hoſtias immolare Deo ſoliti. Herodes autem interiora à quibus profani lege arcebantur non auſus ingredi, per Sacerdotes curabat fabricam intimarum porticuum: abſolutoq; octo annis reliquo ædificio, tandem etiam templum ipſum eorundem Sacerdotũ opera ſeſquianno perfecit. Quo facto ingens gaudium exortum eſt in populo, omnibus gratias agentibus Deo pro tam celeriter finito opere, & Regi pro accurato tam alacriter negotio fauſta ominantibus, & inſtaurationem templi magna feſtiuitate concelebrantibus. Ibi Rex trecentos boues Deo mactauit, & alij pro ſuis quiſque facultatibus tantum victimarum, quantm vix comprehendi poſſit numero, fallente veram æſtimationem earum multitudine. Incidit enim in hanc celebritatem abſolutæ templi fabricæ etiam natalis regni, quem Herodes anniuerſaria hilaritate ſolitus eſt colere, vt hoc pacto conduplicaretur laticia publica. Caterum Rex inter alia templi opera etiam cryptam fecit ſubterraneã, ab Antonia ferentem ad orientalem portam templi, cui turrim etiam impoſuit, in eum vſum, vt occultè illuc poſſet aſcendere, ſi quid per tumultum contra Regem vellet nouare populus. Fertur toto tempore quo templum ſtruebatur nunquam interdiu pluiſſe, noctu tantum imbribus deſcendentibus ne interrumperetur ædificatio: eaq; fama quaſi per manus tradita ad nos peruenit à maioribus. nec eſt veri abſimile, ſi quis diuinam prouidentiam reſpiciat. Et de templo inſtaurato hactenus.

An. mũdi 3955. Ante Chriſtum natum 9.

Interius ſeptũ quod Iudæis modò ingredi conceſſum erat.

Templum dedicatũ.

Crypta ſubterranea ab Antonia.

Tẽpli ædificatio dum durat interdiu nunquam pluit.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XVI.

SVMMA CAPITVM LIBRI XVI. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Alexander & Aristobulus ad patrem reuersi, Salomes ac Pheroræ calumnijs appetuntur.
II. Herodes dat Alexandro & Aristobulo coniuges.
III. Herodes ad Agrippam nauigat.
IIII. Ionici Iudæi gentiles apud Agrippam accusant, conatos sibi adimere Priuilegia per Romanos concessa.
V. Herodes in Iudæam reuertitur.
VI. Domesticum dissidium inter Herodem & filios.
VII. Antipatro Romæ degente Herodes Alexandrum & fratrem adductos ad Cæsarem accusat.
VIII. Alexandri defensio, & cum patre reconciliatio.
IX. Herodes quinquennale certamen ob absolutam Cæsaream celebrat.
X. Iudæorum Cyrenensium & Asiaticorum ad Cæsarem legatio.
XI. Herodes opus habens pecunia, sepulchrum Dauidis subijt.
XII. Archelaus Cappadocum Rex Alexandrum patri reconciliat.
XIII. Trachonitarum defectio.
XIIII. Expeditio Herodis in Arabiam.
XV. Syllæus Herodem accusat apud Cæsarem.
XVI. Euryclis calumniæ contra Herodis filios.
XVII. Herodis filij damnantur apud Berytum in concilio.

CAP. I.

Alexander & Aristobulus ad patrem reuersi, Salomes ac Pheroræ calumnijs appetuntur.

An. mũdi 3955. Ante Christum natum 9.

Hedio & Ruffinus Cap. 1.

Herodes nouã legem sancit, vt perfossores parietum in seruitutem extra regni terminos vẽdere liceat.

INTER *cæteras reipublicæ curas ad se pertinere existimans Rex etiam priuatas iniurias, tàm in vrbe quàm in agris compescere, nouam legem tulit prioribus dissimilem, quam ipse sancijt, vt perfossores parietum liceret vendere in seruitutem extra regni terminos: quod videbatur non tàm ad pœnam maleficorum tendere, quàm ad dissolutionem patriarum consuetudinum. Seruire enim apud exteros & diuersam viuendi rationem habentes, & cogi ad faciendum quicquid illis imperare libuerit, religionem magis ladebat, quam ipsos conuictos sceleris. Qua de re satis cautum erat in pristinis legum sanctionibus: videlicet furem quadruplum reddere: quòd si non sit soluendo, vendi, non tamen exteris, nec in seruitutem perpetuam, sed vindicandũ in libertatem anno septimo. Quamobrem sic vulgo interpretabantur, nouam illam legem iniquam pœnam statuere, & tyrannicum quiddam magis quàm Regium sapere, nõ sine contemptu inueterati iam moris publici: traducebaturq; hoc nomine Rex omnium criminationibus inuidiosissimis. Per idem tempus nauigauit in Italiam, salutatum Cæsarem, & ad inuisendos Romæ suos liberos. Ibi Cæsar humanissimè tractato filios reducendos domum reddidit, satis iam instructos disciplinis liberalibus. Qui postquam reuersi sunt in patriam, statim excepti sunt magnis studijs multitudinis, quòd essent conspicui tum statura tum multis orna-*

Pœna furti, iuxta legem Mosis. Exod. 1, 22.

Deut. 12. 15.

Herodes in Italiã nauigat, & liberos suos Romã domum reducit.

ornamentis animi, & modis omnibus Regium quiddam præ se ferrent ipsa specie. Mouerunt hæc ad inuidiam Salomen sororem Regis, cæterosq; quorum calumnijs Mariamme oppressa fuerat, metuentes suæ potentiæ, quum viderent non defore vltores materni interitus. Hinc igitur occasione arrepta, illos quoque calumnijs appetunt, dictitantes parum iucundam eis esse patris consuetudinem, memoria supplicij de genitrice sumpti, quasi auersantibus pollutum materno sanguine. Videbant enim calumniatores esse causam odij, & hac vna via expugnare se posse & abolere paternam beneuolentiam. Nec hæc ad ipsum Regem perferebant, contenti in vulgum tales rumores spargere, quibus tandem ad illum perlatis facilè diuinabant exoriturum tantum odium, vt ne naturalibus quidem vinceretur affectibus.

An.mũdi 3956. Ante Christum natum 8.

Salome & alię Herodis filios calumnijs appetunt, eosque patenti infensos reddunt.

CAP. II.

Herodes dat Alexandro & Aristobulo coniuges.

SED tum nondum frigescente paterna pietate Rex nihil mali suspicans in eo quo parerat honore illos habuit, & quòd iam essent adulti, vxores eis coniunxit, Aristobulo Salomes filiã Bernicen, Alexandro Archelai Cappadocũ Regis filiam Glaphyrã. Post hæc audito quòd Marcus Agrippa ex Italia rediisset in Asiam, profectus illò inuitauit eum in regnum suum, vt venire dignaretur ad amicum & hospitem: quo impetrato nihil prætermisit quod illi voluptatem afferre posse crederet, excipiens eum in recens conditis vrbibus, & ostendens ædificia, ad hæc omne genus deliciarum & magnificentiæ tam ipsi quàm amicis exhibens, apud Sebasten & Cæsarienſem portũ, & in exstructis à se arcibus, Alexandrio, Herodio, Hyrcania. In vrbem quoque Hierosolymitanam eum perduxit, occurrentibus populariter omnibus amictu & cultu festiuo cum faustis acclamationibus. Agrippa autem Deo hecatombe immolata populo epulum præbuit: & quamuis libenter ibi diutius fuisset commoratus, appetente tamen hyeme tempestatum metu maturius abnauigauit in Ioniam, vnà cum amicis maximis honoratus muneribus.

Bernicen Salomes filiam Aristobuli, Glaphyrã Archelai Cappadocum Regis filiã Alexandro Herodes vxores coniungit.

Hedio & Ruffinus Cap. 2. Marcus Agrippa ab Herode in regno circumuectus.

Agrippa Hierosolymis Hecatomben immolat.

CAP. III.

Herodes ad Agrippam nauigat.

REX autem exacta domi hyeme, instante vere rursum ad illũ properauit, audito quòd cum exercitu Bosporum peteret: factaq; prater Rhodum ac Coum nauigatione, Lesbum petit, ratus sibi eum inuenturum. Sed repulsus aduersis Boreæ flatibus, aliquot diebus apud Chium hæsit: vbi & priuatim multos salutatum venientes Regijs honorauit muneribus: & quum animaduertisset porticum vrbis dirutam bello Mithridatico iacentem adhuc quòd propter inopiam reparari non posset ad pristinam pulchritudinem & amplitudinem, tantum pecuniarum contulit in eius fabricam, quantum abundè ad absoluendam sufficeret, hortatus vt quamprimum veterem ornatum vrbi redderent. Mutato deinde vento primum Mitylenen, deinde Byzantium allatus, vt audiuit Agrippam iam vltra Cyaneos scopulos prouectum, quanta potuit contentione secutus, apud Sinopen Ponticã vrbem eum offendit, ex insperato visus cũ classe appellere: fuitq; gratissimus eius aduentus, & singulari affectu se inuicem complexi sunt: quod euidens esset argumentum fidei & amicitiæ, Regem inter-

Herodes in itinere ad Agrippã Chium peruenit, eiq; ingentem pecuniæ vim ad porticum vrbis reparandam, confert.

Agrippam Herodes apud Sinopen Ponticam vrbem offendit, & ab eo honorificè excipitur.

An.mũdi 3956. Ante Christum natum 8.

intermißis proprijs negocijs præsto factum Agrippæ opportunißimo tempore. Quamobrem indiuiſus ei hærebat Herodes in exercitu, laborum ſocius, & conſiliorum particeps. Nec minus aderat quum remittendus eſſet animus, ſolus adhibitus ex æquo & in difficilibus propter beneuolentiam, & in iucundis honoris gratia. Confectis deinde Ponticis negocijs, quorum cauſa illuc Agrippa venerat, placuit non reuerti nauigio: ſed per Paphlagoniam, Cappadociam ac maiorem Phrygiam terreſtri itinere peruenerũt Epheſum: & inde rurſum Samum traiecerunt nauibus. Toto autem eo itinere ferè per ſingulas ciuitates in multis Herodi gratificatus eſt, ad eius preces multorum ſubueniens neceßitatibus. Solitus eſt enim non ſolum pecunia largiter adiuuare petentes, & magnos ſumptus facere in hoſpites: verum etiam ſi cui mediatore opus erat apud Agrippam, per neminem alium facilius voti compos factus eſt. Cumq; etiam ipſe magnanimus eſſet ac facilis ad concedendum ea quæ neminem læderent, non leue erat momentum & in Rege, incitante vel ſponte currentem ad beneficentiam. Primùm enim iratum Ilienſibus reconciliauit, & pro Chijs debitam Cæſaris procuratoribus pecuniam perſoluit, immunitate impetrata: & alijs item, quacunq; in re ſingulis opus eſſet, affuit.

Herodes cum in difficilibus tùm in iucundis rebus ſolus Agrippæ proximus.

Agrippa terreſtri itinere Epheſum peruenit.

Herodes multos in itinere adiuuat pecunia, plurimorum eſt apud Agrippam mediator.

Agrippæ Ilienſes reconciliati, & Chij immunitatẽ impetrãt.

CAP. IIII.

Ionici Iudæi gentiles apud Agrippam accuſant, conatos ſibi adimere priuilegia per Romanos conceſſa.

POSTQVAM autem ventum eſt in Ioniam, præſto fuit magna multitudo Iudæorum, eius regionis vrbes incolentium: qui nacti opportunitatem queſti ſunt de indigenarum iniurijs, quòd nec legibus ſuis eos viuere ſinerent, & feſtis diebus traherent ad tribunalia, & ſacram pecuniam Hieroſolyma mittere vetarent, adigerentq; ſe ad expeditiones & munia publica conuertendamq; in eos ſumptus ſacram pecuniam, contra conceſſa per Romanos priuilegia. Has querelas, vt Agrippa audiret, Herodes dedit operam, addito eis vno ex amicorum cohorte Nicolao, qui cauſam eorum ageret: qui coram Agrippa, aßidentibus Romanorum honoratioribus, & Regibus aliquot ac dynaſtis, in hunc modum pro eis verba fecit. Omnibus quidem qui aliquam iniuriam patiuntur, Agrippa præſtantißime, confugiendi ad poteſtatem maiorum opem incumbit neceßitas: nobis verò etiam impetrandi quæ petimus adeſt fiducia. Neque enim aliud poſtulamus, quàm quod iam antè veſtra beneficentia conceſſum eſt: quodq; hi nobis adimere conantur, qui æquè ac nos veſtro ſubiecti ſunt imperio. Atqui ſi magnum eſt veſtrum beneficium, digni ſumus qui id retineamus, hoc ipſo quod nos dignos eo iudicaſtis. ſin paruum, turpe fuerit ne parua quidem vos poſſe concedere. Quamobrem ſatis apparet nobis illatam iniuriam ad vos quoq; pertinere, quorum iſti & iudicia contemnere non verentur, & gratiam irritã reddere. Quòd ſi ipſos aliquis interroget, malint ne vita carere, an patrijs inſtitutis, pompis, ſacrificijs, feſtiuitatibus, quibus honores Deorum ſuorum concelebrant: ſat ſcio quiduis potius paſſuros quàm diuelli à patrijs ritibus. Nam & bella pro religionibus vindicandis ſæpenumero ſuſcipiuntur, & huius quæ per vos fruimur tranquillitatis ac felicitatis hoc maximum habetur præmium, quod cuique licet ſuo more viuere & pietatem colere. Quod igitur ipſi nullo pacto ſuſtinuerint, hoc alijs inferre conantur: quaſi verò nõ perinde ſit, vel tuam vel alienam pietatem impedire

Ionici Iudæi apud Agrippã de indigenarũ iniurijs cõquerũtur.

Nicolaus corã Agrippa pro Iudæis verba facit.

impedire ac ladere. Quin & aliud conſideremus. Eſtné vlla gens aut ciuitas aut populus, qui nõ ſummam ſuæ felicitatis in veſtro principatu & Romana potentia collocet? eſtné qui veſtram gratiam velit eſſe irritam? Nemo ſanè, qui modo ſapiat. Nemo enim eſt, cuius id vel priuatim vel publice non referat. Atqui iſti dum veſtra nobis beneficia cõnantur auferre, ne ſibi quidem ipſis vllum ius ſaluum relinquunt, eorum quæ veſtra benignitas cõceſſit, quæ tamen ſunt inæſtimabilia. Quale enim vel illud eſt, quòd quum multæ aliæ gentes Regibus pareant, hi ſub tutela Romanorum principum in libertate feliciſſimam vitam exigunt? Noſtra autem res, etiam ſi nemo ſit moleſtus, nullam tamen merentur inuidiam. Cætera enim communi cum reliquis veſtris ſubditis felicitate fruentes, nihil nobis eximium poſcimus, niſi vt liceat patriam pietatem colere: quod nec per ſeipſum eſt inuidendum, & permittentibus etiam conducibile. Nam Deus & cultores ſuos ſemper amat, & eos qui talem cultum nõ prohibent. Quid enim eſt in noſtris ritibus quo quiſquã merito offendi debeat? imò quid nõ coniunctum cum omni pietate ac iuſtitia? Neque enim celamus præcepta vitæ quæ ſequimur, aut ſtudia quæ exercemus: ſed ſeptimo quoque die ab omnibus alijs negotijs vacantes, perdiſcendis legibus operam damus, iudicantes hanc diſciplinã plurimum conferre corrigendis moribus. Hi ritus noſtri quum per ſe quoque in diſquiſitionem vocati nihil habeant reprehenſibile, nunc vetuſtate etiam, contra quàm multi opinantur, conſecrati ſunt: vt non poſſit non eſſe religio, tot ſeculis ſancita deſerere. Hæ ſunt iniuriæ quas iſti nobis per vim inferunt, Deo dicatam pecuniam per ſacrilegium diripientes, immunibus tributa imponentes, feſtis diebus ad lites & negotia profana pertrahentes, nulla neceſſitate exigente, ſed tantum in religionis noſtræ contumeliam, quam ipſi ſciunt immeritò ſe iniuſtis atque illicitis odijs proſequi. Veſtrum enim imperium omnibus ex æquo conſulens, & beneuolentiã mutuam ſubditorum alit, & obſiſtit odijs. Has iniurias, Agrippa præſtantiſſime, rogamus, vt à nobis prohibeas, vtq; in poſterum quoque detur noſtris viuere moribus, quemadmodum antea, nec aduerſarijs plus in nos liceat, quàm nobis in illos. Id enim non ſolum iuſtum eſt, ſed conceſſum etiam veſtra clementia: & exſtant de hac re multa ſenatuſconſulta in Capitolio æreis tabulis conſecrata, quæ hodie quoq; leguntur, dubio procul propter expertam noſtram fidem atq; beneuolentiam, & alioqui ſacroſancta etiam ſi nullum noſtrum præceſſiſſet meritum: quandoquidem non ſolis nobis, ſed fermè omnibus mortalibus, adeò nihil de priſtinis beneficijs detrahitis, vt ea potius indies præter omnem ſpem reddatis cumulatiora: quæ quidem omnia percenſere præſentis temporis anguſtia non patitur. Sed ne vanè iactare videamur noſtra officia, omiſſis præteritis ſatis teſtari poteſt vel Rex noſter qui tibi aſſidet. quod enim ille beneuolentiæ aut officij genus familiæ veſtræ non exhibuit? vbi fides eius deſiderata eſt? quid non in honorem veſtrum excogitauit? ad quam neceſſitatem non primus præſto affuit? Quid igitur prohibet nos quoque nonnihil gratiæ pro huius meritis accipere? Nec prætereunda eſt patris huius Antipatri fortitudo, qui bello quod Cæſar in Ægypto geſſit tum MM. *militum auxiliariorum affuit: in quo ita ſe geſſit, vt tam terreſtribus quàm naualibus prælijs nulli virtute cederet. nec libet commemorare quantum tunc rebus eius momentum attulerit, qualibus ac quantis ab eo muneribus auctus ſit: cum potius à principio adducere debuerim literas quas ea de re imperator ſcripſit ſenatui, quibus à*

An. mũdi 3956. Ante Chriſtum natum 8.

An.mūdi 3956. Ante Christum natum 8.

pop. Roma. honores & ius ciuitatis impetrauit Antipatro. poterat enim hoc solum argumentum sufficere ad declarandum non immeritò nos dignatos tanta gratia, & à te confirmationem eius petere: à quo vel nouam sperare debuimus, videntes tantam tibi cum Rege nostro amicitiam intercedere: quandoquidem & à Iudæam habitantibus renunciatum est nobis, quantum victimarum obtuleris Deo, quibús ve votis illum honoraueris: vtq; populum epulo exceperis, & mutuis hospitalitatis officijs delectatus sis: quæ quidem omnia debent argumenta haberi amicitiæ Judæorum gentis & tanti Romanorum principis, confirmatæ coram ipsis Herodis penatibus. Per hæc te obtestamur in ipsius Regis præsentia, nihil aliud quàm, vt quæ ipsi concessistis Judæorum generi, aliorum fraude intercipi non patiamini. His Nicolai verbis nemo Græcorum se opposuit: quia non de iure contendebatur apud iudices, sed supplicatio tantum offerebatur iniuriam deprecans. Nec illi inficiabantur, sed hoc solum facto prætexebant, quòd oneroſi sibi essent inquilini Iudæi. At illi & ingenuos ciues se approbauerunt, & sine cuiusquam iniuria patrijs legibus viuere. Quamobrem Agrippa intellecto quòd vim paterentur, sic respondit: se non solum propter Herodem amicum illis gratificari paratum, sed etiam quia æquum postulare videantur. quare etiamsi plura petijssent, concessurum se fuisse quicquid saluis populi Roma. commodis concedi posset: nunc quia id tantum postulent, vt quæ prius concessa sint rata maneant, confirmaturum se populi Romani beneficium, & daturum operam ne quis illis molestus sit amplius, iuxta instituta patria viuentibus. Hæc locutus dimisit conuentum. Tum Herodes assurgens ei gratias egit omnium nomine. Deinde post mutuos complexus vale dicto à Lesbo digressi sunt.

Agrippa Iudæorum immunitatem cõfirmat.

Agrippa à Lesbo digreditur.

CAP. V.

Herodes in Iudæam reuertitur.

Aliàs cap 6. Herodes Hierosolyma redit, multitudinem in concionẽ aduocat, rationem eis suæ peregrinationis exponit, ac quartam tributorum partem remittit.

EX igitur paucis post diebus secunda nauigatione vsus Cæsaream appulit, & inde Hierosolyma petijt: ibi aduocata in concionem tam vrbana multitudine, quàm reliquis Iudæis qui tum fortè aderant, rationem eis suæ peregrinationis exposuit, & impetratam immunitatem Iudæis per Asiam degentibus. Commemorauit deinde quantum felicitatis eis suus principatus attulisset, dum ipse nihil magis curaret, quàm ne quid deesset subditis: & quò magis eos exhilararet, professus est quartam tributorum partem se remittere. Illi verò simul oratione simul munificentia Regis deliniti, cum maxima laticia discesserunt, omnia fausta Regi comprecati.

CAP. VI.

Domesticum dissidium inter Herodem & filios.

Hedio & Ruffinus Cap. 3. Aliàs cap. 7. Salome hæreditario odio Mariãmes filios prosequitur.

INTERIM domesticum dissidium indies augebatur, Salome tanquam hæreditario odio adolescentes prosequente, atq; ex præterito facinore quo matrem eorum oppresserat, audaciam assumente, & hoc agente, ne quis superesset qui posset vlcisci mortem immeritæ. Nec deerat occasio, quod adolescentes non optimè erga patrẽ affecti viderentur, partim memoria materni interitus, partim dominãdi cupidine. Rursum igitur vetera mala renouabãtur, his in Salomen ac Pherorã cõuicia iactãtibus, illis vicissim odia & insidias cõtra adolescẽtes exercẽtibus: & cum

Alexander & Aristobul⁹ à Salome ac Phrora ad conuicia illecti, apud Herodem traducuntur.

cum esset odium mutuum, non erat tamen simile: dum hi vel propter genus & mores ingenuos, vel propter ætatis imperitiam procaci lingua iram non dissimulant: illi contrà maleuolè ac astutè calumnijs viam prastruunt, prouocantes adolescentum ferociam, quam mox erant apud patrem eorum in suspicionem vocaturi: voluntatem vindicandi maternam necem vel propria manu non deesse illis hoc argumento colligentes, quòd nec puderet eos talis matris, & iniustè interfectam contenderent. Jamq; fabula erant totius ciuitatis, cunctis simplicitatem adolescentum miserantibus, nec cessante Salome occasiones verisimilis criminationis ex ipsis sumere: qui impatienter ferentes matris mortem, & iuueniliter contentiosi, non illius modo vicem, sed suam quoque sortem miserabantur, quòd necesse haberent cum infelicis parentis interfectoribus vitam degere, & se quodammodo contaminare illorum contubernio. atque huic dissidio magnum incrementum absentia Regis addidit. An. mũdi 3956. Ante Christum natum 8.

Qui postquam reuersus est, & concionem illam apud populum habuit, mox tum à Pherora tum à Salome est monitus, imminere magnum periculum ab adolescentibus, palam iactantibus non impunè laturos qui matrem interfecissent. his affinxerunt, Archelaum Cappadocem eis spem facere, quòd ope illius peruenturi sint ad Cæsarem, & patrem accusaturi. quibus auditis Herodes turbatus est, tanto magis quòd eadem & ab alijs renunciabantur: & per hac anteactorum admonebatur, quod propter domesticorum dissidia nec amicis nec dilectissima coniuge diu frui potuerit: futuraq; ex preteritis colligens, & maiorem aliquam calamitatem secuturam timens, planè confusus erat animo. Reuera enim quemadmodum foris supra spem fortuna vtebatur propitia, sic domi prater opinionem omnia malè cedebant: vt merito ambigendum sit, possitne pensari tanta felicitate externa eius calamitas domestica, an satius esset carere ex æquo vtraque, & intra priuatam fortunã consistere. Dum talibus curis intra se fluctuat, visum est alium filium, qui etiam tum priuatus erat, accersere, comprimendisq; adolescentum ferocibus animis illum opponere, & honoribus euehere: is dicebatur Antipater: non quod vellet, sicut postea victus affectu nimio fecit, omnia in illum conferre, sed ratus se filios Mariammes hoc pacto castigatiores redditurum, & minuendam eorum arrogantiam, si viderent non esse necesse, vt sibi solis seruetur tanti regni successio. quapropter hunc quasi succedaneum in domum induxit, putans se iam prospexisse adolescentibus, vt posito fastu tractabiliores se patri prabeant. sed longè aliter euenit. nam & illi factum hoc iniuriam suam interpretabantur: & Antipater tali erat ingenio, vt prater spem nactus ampliorem libertatem, in hoc omni ope incumberet, ne fratribus primo loco apud patrem cederet, & alienatum iam ab illis per calumnias, & propensum ad hoc, vt (quod iste vehementer cupiebat) infensior etiã indies fieret. Quamobrem nihil aliud cogitabat, hoc tamen cauens, ne ipse videretur fratrum delator, sed per alios consiliorum socios rem ageret, qui neque suspecti essent Regi, & fidem etiam propter amicitiã verbis suis possent abstruere. Iam enim complures ad hunc noua spe inflatum colendum se contulerant, & Herodem fucata specie beneuolentiæ captabant: cumq; per multas easq; inter se fidas personas hac ageretur fabula, adolescentes magis etiam quàm ante occasionem illis prabebant. nam & lacryma sapè eis prorumpebant, non ferentibus iniurias ac contumelias, & matrem interdum inuocabant, patremq; iam apertè vt parum æquum amicis incusabant. quæ omnia maliciosè ab Antipatri coniuratis

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Alias 8. Pherora ac Salome Alexandrum & Aristobulum apud Herodem accusant.

Herodes foris bona, domi verò aduersa fortuna vtitur.

Herodes Antipatrum ad minuendam filiorum arrogantiã honoribus euehit.

Antipater Herodem fratribus magis infensum reddit.

An. mũdi 3956. Ante Christum natum 8.

obſeruabantur, moxq; affingentes etiam nonnihil Herodi renunciabant, fouentes domeſticum diſsidium. Rex enim agrè hæc ferens, & volens humiliare Mariammes filios, maioribus ſemper Antipatrum augebat honoribus: cuius precibus poſtremo victus, matrem eius in regiam induxit. Cæſari etiam ſæpe pro eo ſcribens, priuatim hunc diligentius commendabat: & cum nauigaret ad ſalutandum Agrippam, poſt decennalem adminiſtrationem Aſia deceſſurum, ſolum ex filijs Antipatrum ſecum duxit: quem ei cum multis muneribus tradidit Romam ducendum, & recipiendum in Cæſaris amicitiã: vt iam viderentur omnia per hunc agi, protruſis à principatu adoleſcentibus.

Herodes Antipatri matrem in Regiã inducit, eumque Cæſari commendat.

Agrippæ Herodes Antipatrum Romam ducendum tradit.

CAP. VII.

Antipatro Romæ degente Herodes Alexandrum & fratrem adductos ad Cæſarem accuſat.

EA peregrinatio non mediocriter Antipatro profuit ad honorem & primatum inter regios liberos. Illuſtris enim factus eſt Romæ, paternis literis commendatus amicis omnibus. Vnum moleſtè ferebat, quòd non poterat fratres continuis vexare calumnijs, & verebatur ne patris animus mutatus, aquiorem ſe præberet erga Mariammes filios. Hæc aſſiduè cogitans non deſiſtebat à propoſito: & abſens quoq; per literas exacerbabat patrem in eos, quaſi de incolumitate ipſius ſolicitus, ſed reuera ad ſperatam regni ſucceſſionem malis artibus viam ſibi præmuniens: donec ad tantam iram Herodem perduxit, vt inimicus eſſet adoleſcentibus. Sed cum repugnaret huic affectui, timeretq; ne quid per iram ageret temerè, decreuit Romam nauigare, & ibi filios accuſare apud Cæſarem, ne propter indignationem videretur parum pius erga filios. quò poſtquam peruenit, non inuentum ibi Cæſarem Aquileiã vſq; perſecutus eſt: & cum veniſſet in colloquiũ, rogaſſetq;, vt de infortunio ſuo vellet cognoſcere, adductos coràm filios accuſauit inſolentiæ tentatiq; veneficij, conquerens eò proceſsiſſe illorum odia, vt per immane facinus paterno regno potiri cuperent: cum ſibi per Cæſarem libera poteſtas permiſſa ſit relinquendi eum ſucceſſorem qui in pietate erga patrem ſit conſtantior. illos verò etiamſi principatus non accedat, contentos eſſe patris exitio, idq; etiam cum ſuæ vitæ periculo quærere: tam immane ac ſceleſtum odium inueteratum eſſe in eorum animis. Eam calamitatem diu toleratã nunc demum ſe cogi aperire Cæſari, & aures eius talibus inquinare ſermonibus. & quo tandem ſuo merito? quáve iniuria? aut quomodo eos æquum putare, vt quem ipſe principatum longo tempore per multa pericula quæſiſſet, eius non ſinant eſſe dominum, nec liberam poteſtatem permittant relinquendi eius cuicunque per pietatem hunc honorem promerito, vt ad hoc præmium ſpectantibus maior fiat de pietatis officijs contentio: maximè cum ſaluo naturæ iure ne fas quidem ſit illis cogitare tale aliquid. neminem enim poſſe affectare parentis regnum, niſi qui eiuſdem optet interitum, quandoquidem viuo non detur ſuccedere. Se quidem nihil paſſum illis deeſſe eorum quæ Regijs liberis ab amantiſsimo patre præſtari conueniat, non ornamenta, non miniſterium, non delicias, coniugia quoque procuraſſe illuſtriſsima, alteri ſuæ ſororis, alteri Alexandro Archelai Regis filia collocata: &, quod maximum ſit, ne poſt talia quidem auſa, patria ſe poteſtate in eos vſum, ſed ad communem benefactorem Cæſarem adduxiſſe, & decedentẽ ex iure vel patris violati vel Regis per inſidias appetiti, ex æquo

Antipater Romæ illuſtris factus.

Antipater præſens calumnijs, & abſens per literas Herodem in filios exacerbat.

Herodes Romam nauigat, & Cæſarem Aquileiam vſq; perſequitur.

Herodes apud Cæſarem filios accuſat.

ex æquo se cum eis apud talem arbitrum disceptare. rogare tamen ne impunè sit illis tantum facinus, néue ipse cogatur in perpetuo metu vitam degere: quando ne illis quidem expediat post tam nefarios conatus solem inspicere, & impunitatem auferre post proculcata pietatis ac humanitatis iura omnia. Hæc crimina postquam Herodes magna vehementia filijs obiecit coram Cæsare, adolescentes, qui ne loquente quidem illo continere lacrymas poterant, tum verò perorata causa toti in fletus effusi sunt, nullius quidem tanta impietatis sibi conscij, grauem tamen accusatorem patrem sustinentes: quòd neq; decorum esset contra eum liberè dicere, neque tutum causam suam deserere. Quamobrem hærebant ancipites lacrymis ac gemitibus miserationem sibi quærentes, & hoc ipso soliciti, ne viderentur perturbante conscientia, defensionem sui expedire non posse, cum potius iuuenili imperitia & consternatione impedirentur: quod tamen Cæsaris prudentiam non latuit, adeoq; omnium quotquot aderant mouebant misericordiam, vt ne pater quidem accusator immotus hoc affectu perdurare potuerit.

An. mũdi 3956 Ante Christum natum 8.

Aliàs Cap. 9. Alexander & Aristobulus omnes lacrymis etiam parentem accusatorem ad misericordiam commouent.

CAP. VIII.

Alexandri defensio, & cum patre reconciliatiõ.

TVM iuuenes vbi obseruauerunt & illum iam flecti & Cæsarem, cæterosq; partim condolentes sibi, partim etiam non temperantes à lacrymis, alter illorum Alexander versa ad ipsum Patrem oratione, sic aggressus est obiecta diluere. Pater, quàm benevolo erga nos sis animo, satis declarat hoc ipsum iudicium. Si enim aliquid triste de nobis statuisses, nunquam ad omnium seruatorem nos adduxisses. poteras enim vel pro regia, vel pro patria potestate in sontes animaduertere. cæterùm adducere nos Romam, & hunc testem ac arbitrum facere, seruare volentis argumentum est. nemo enim ad fana ac templa adducit quem velit perdere. quòd sanè causam nostram aggrauat, qui quidem ipsi nos indignos vita censemus, si sustinenda sit læsa erga talem parentem pietatis opinio. quanto enim satius mori innoxios, quàm tanti sceleris suspectos viuere? Quare si veritati satis patrocinari poterimus, felices nos vel tuo iudicio, vel euaso discrimine: quod si vincit calumnia, superuacaneum fuerit nos solem hunc cernere. quid enim hoc non amota suspicione profuerit? Videtur quidem in nostram ætatem affectati regni crimen competere, & probabilius hoc facit infelicis matris calamitas. Sed vide obsecro an non idem crimen in quemuis nostri similem torqueri possit? Nihil enim prohibet quicunque Rex habeat liberos defuncta matri superstites, eos in suspicionem vocare, quasi patri struant insidias. Sed suspicio non sufficit in impietatis crimine. age proferat, qui potest, argumentum tentati facinoris, quod aliquam fidem calumniæ valeat astruere. Potest ne quisquam indicare venenum paratum, aut coniurationem cum æqualibus, aut corruptos precio famulos, aut scriptas contra te literas? cum tamen horum singula interdum de nihilo fingat calumnia. Grauis enim res est dissidens inter se regia: & spes Principatus, quem tu ais pietatis præmium, sæpè ad nefarios conatus praua ingenia perpulit. Nos certè nullius facinoris conuinci possumus. calumnias autem refellere apud obturatas aures quî possumus? Sed liberius quasdam voces iecimus. At non in te pater, quod nefas esset, sed in eos qui quicquid audiunt effutiunt. Matrem aliquis nostrum defleuit? at non quia mortua

Alexander suo & fratris nomine parentis accusationẽ diluit.

An. mũdi 3956 Ante Christum natum 8.

sit, sed quia etiam post mortem, à quibus minimè debuit, malè audiat. Principatum affectamus quem pariter obtinet. Quid ita? Si nobis honores regij contigerunt, sicut re vera contigerunt, an non conatus noster est superuacuus? Sin minus, certè sperare licet. An te interfecto ab his expectari posset successio, quos post tam atrox facinus nec terra latura sint nec maria? Quid subditorum pietas, & totius gentis religio, tulisset scilicet parricidas scelere parto regno potiri, & sanctissimum à te instauratum templum ingredi? Quid, si cæteros contemneremus, posse ne quisquã interfector tuus pœnam euadere incolumi Cæsare? Non tam impios genuisti neq; tam stultos, sed infortunatiores fortè quam tuis etiam rebus est conducibile. Quod si neq; quod accuses habes, neq; quicquam deprehendisti, quid tibi potest tantæ impietatis fidem facere? Quia mater perijt. Sed illius fatum cautiores nos potius quàm iritatiores debuit reddere. Potueramus plura pro nobis afferre, sed quid opus est excusare quæ nunquam facta sunt? Quare ab omnium domino Cæsare, & nũc nostro arbitro, hoc tantum petimus, vt si reuera de nobis suspiciones potes ponere mi pater, viuamus quantumuis infelices. quid enim miserius quàm temerè insimulari criminis grauissimi? Sin à nobis timere tibi pergis, tua pietate salua, nostra met sententia damnemur. nec enim vsq; adeò cara nobis est vita, vt eam cum autoris molestia retinere velimus. His verbis & Cæsar ne antè quidem ad credendum calumniæ facilis, magis etiam flexus est, quòd intentis in Herodem oculis ipsum quoq; permoueri animaduerteret: & quot quot præsentes aderant solicitudo cepit de iuuenibus, non sine Regis inuidia apud omnes aulicos. nam absurditas calumniæ, iuuenumq; in ipso flore ætatis periclitantium miseratio, ad ferendam opem concitabat animos omnium: sed multo magis postquam tam cordatè Alexander accusationi patris respondit, manentibus reis in eodem habitu, & præmœstitia humentes oculos in terram demittentibus. Tandem alluxit spei nonnihil, vt videretur Rex ipse excusationis egere, qui sine vllis certis argumentis tàm temerè criminationem aggressus sit. Postremo Cæsar aliquantisper deliberabundus, hoc ipso iuuenes alioqui insontes peccasse pronunciauit, quòd non tales se parenti præstitissent, vt nulla posset in eos hærere suspicio. Herodem autẽ rogauit vt suspicari desineret, ac reconciliaretur filijs. Per iniquum enim esse habere eum fidem talibus calumnijs: & posse illos in posterum mederi offensis prioribus, & redintegrare mutuum amorem pristinum, si ad abolendas suspiciones veteres, vtrinq; diligentius coleretur pietas. Post hanc admonitionem iuuenibus innuit. Quibus iam preces parantibus pater has non expectans prior flentes vnum post alium complectitur, compatientibus omnibus, qui aderant tàm ingenuis quàm famulis. Tum igitur post actas Cæsari gratias vnà discesserunt, & cum eis Antipater simulans se gratulari reuersis in gratiam. Sequentibus deinde diebus Herodes CCC. *talentis Cæsarem donauit, munera edentem Romæ, & congiarium diuidentem populo. Cæsar vicissim ei donauit dimidium redituum è metallis Cyprijs, & reliquum dimidium procurationi eius commisit: aliisq; hospitalibus officijs honorato, liberam potestatem permisit eligendi successorem quemcunq; è filijs, aut si mallet distribuendi regni in singulos. quod cum ille iam pararet facere, negauit se commissurum quin ille quamdiu viueret tàm regnum haberet in potestate quàm filios. His ita peractis Rex rursum Iudæam repetit. Quo absente Trachonitæ, non parua ditionis pars, ab eo defecerant, sed opera ducum quos in regno reliquerat*

Iuuenum miseratio omnium animos concitat.

Cæsar in hoc iuuenes peccasse pronunciat, quod se a suspicione immunes non seruauerint, ac parentem vt filijs recõcilietur, hortatur.

Herodes filijs reconciliatus.

Antipater se reuersis in gratiam, gratulari simulat.

Herodes 300. talentis Cæsarem donat.

Cæsar Herodi dimidium redituum è Cyprijs metallis donat.

Rebelles domantur.

reliquerat perdomiti, rursum coacti sunt imperata facere. Caterùm Herodes & filij nauigantes cum appulissent Elcusam oppidum Ciliciæ, quod Sebaste mutato nomine dicitur, offendunt ibi Archelaum Regem Cappadocum. Js excepto Rege perhumaniter, multum gauisus est obreconciliatos filios, & quod Alexander eius gener egregiè refellisset obiecta crimina: datisq; vicissim regijs muneribus digressi sunt. Post hæc Herodes in Judæam reuersus aduocata in templum concione quid ea in peregrinatione egisset exposuit: denarrataq; humanitate Cæsaris, & alijs rebus quas illos quoq; scire voluit, extremam orationem vertit ad filios: aulicosq; & cæteram multitudinem ad concordiam adhortatus est, pronuncians filios post se regnaturos, primum Antipatrum, deinde ex Mariamme natos Alexandrum & Aristobulum. Jnterim debere omnes se vnum respicere, & pro Rege habere atq; domino, non obstante senectute qua ad regendum propter longam experientiam magis est idonea, præsertim non deficientibus alijs facultatibus, quibus & subditi in officio continentur & liberi. milites quoque cum suis ducibus si se vnum respiciant, felicem vitam acturos absque vllis perturbationibus. His peroratis dimisit concionem, quibusdam rectè visus dixisse, quibusdam secius. iniecta enim æmulatione inter filios, res omninò spectare ad aliquam mutationem videbantur.

An.mũdi 3956. Ante Christum natum 8.


CAP. IX.

Herodes quinquennale certamen ob absolutam Cæsaream celebrat.

DER idem tempus perfecta est Cæsarea, decimo anno postquam ædificari cœpta est, regni verò anno octauo supra vigesimum, Olympiade CXCII. *in eius dedicatione magna fuit celebritas, & apparatus facti sunt sumptuosissimi. excitij enim sunt ad certamen artifices Musici, & athletæ gymnicorum certaminum. ad hæc gladiatorum ac ferarum comparatus magnus numerus, & quicquid huius ge-*

Hedio & Ruffinus Cap. 5. aliàs Cap. 10. Cæsarea perfecta.

An.mũdi 3957. Ante Christum natum 7.



neris in precio est tàm Romæ quàm apud gentes cæteras. Consecratum est autem hoc quoq; certamen Cæsari, instaurãdum per singula quinquennia. Hunc omnem apparatum Rex suo sumptu magna ambitione vndecunq; curauit conuehi multa

Quinquẽnale certamen.

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

multa in hoc conferente etiam vxore Cæsaris Julia, & mittente permulta pretiosa ex Jtalia, vt omnibus computatis sumptus ad D. *talenta accederet. Congregata ingenti multitudine spectaculorum gratia, legationes quæ à diuersis populis mittebantur ob accepta beneficia, omnes excepit diuersoriis & mensis & continuis hilaritatibus, dum hominum frequentia spectaculis se totos dies oblectat, noctu verò conuiuijs & ostentatione magnificentiæ, cum insigni laude magnanimitatis regiæ. in omnibus enim studebat vt posteriora quaq; maiorem admirationem sui facerent: ferturq; ipsum sapè Cæsarem & Agrippam dixisse, quòd maior quàm pro præsenti ditione esset Herodis magnanimitas, qui dignus videretur totius Syriæ atq; Ægypti imperio. Post hanc celebritatem & festos dies aliud oppidum exstruxit in campo qui dicitur Capharsaba, electo ad hoc agro aquoso & plantis idoneo, amne circumfluente ipsum oppidum, & luco circumdante pulcherrimarum arborum. hanc à suo patre Antipatro denominauit Antipatrida. deinde castellum matrẽ suam nomine referens supra Hierichuntem condidit, cui Cypron vocabulum imposuit, communito egregiè & instructo amœnis domicilijs. nec fraterni affectus oblitus memoriæ illius dedicauit ædificia pulcherrima, primum turrim Pharo non minorem in ipsa vrbe, in defuncti monumentum Phasaëlum vocatam, propugnaculum vrbis munitißimum. deinde eiusdem nominis oppidum circa vallem Hierichuntinam condidit, quà itur ad septentrionalia: quo factum est vt circumquaq; situs ager antea penè desertus diligentius coleretur ab habitatoribus, phasaëliticus inde appellatus. Quin & reliquam eius beneficentiam enarrare perdifficile fuerit, quanta contulit in vrbes tàm Syriæ quàm Græciæ, & vbicunq; illum peregrinàri contigit. plurimas enim adiuuit, aut exstructis publicis operibus, aut sicuti incœpta pendebant propter inopiam, pecunijs in absolutionem eorum erogatis. Inter hæc præcipua sunt quòd Rhodijs Pythium templum suo sumptu exædificauit, & ad compingendas naues multa argenti talenta præbuit. Nicopolitanis vrbem ad Actium à Cæsare conditam habitantibus maiorem partem publicorum operum suis perfecit impendijs. Antiochensibus vrbem Syriæ maximam habitantibus, secante mediam eius longitudinem platea, hanc ipsam vtroq; latere ornauit porticibus, & viam eius subdiualem lapide polito strauit, non tàm ad ornamentum vrbis quàm ad incolarum commoda. Ludos etiam Olympios non satis respondentes suæ celebritati propter inopiam, adiuuit attributis annuis reditibus, quo splendidius & sacrificia fierent, & alia quæ ad decorandum tam frequentem conuentum pertinent: pro qua munificentia perpetuus agonotheta declaratus est. Hic alius quispiam miretur in vno homine tantam diuersitatem ingenij. Si enim spectemus eius liberalitatem ac beneficentiam quæ erga omnes vsus est, non possumus non dicere eum naturæ beneficentißimum. ediuerso si iniurias eius & sæuitiam in subditos atq; etiam coniunctißimos consideremus, fateri cogemur hominem fuisse durum, inexorabilem, & ab omni alienũ modestia. atq; ita pugnantes inter se voluntates habuisse videbitur. Ego verò aliter credo, & vtrunq; ab vna causa profectum existimo. Eo enim quòd honoris esset cupidißimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, sicubi spes esset aut in præsens laudis, aut in posterum memoriæ: quare quòd esset supra facultates sumptuosus, cogebatur molestus esse subditis. nam cum in alios erogaret plurimum pecuniæ, necesse erat eam aliquando malè quærere. Deinde sciens se ob eas*

Cæsar & Agrippa Herodis magnanimitatem celebrant.

Antipatris extructa.

Cypron conditum.

Phasaelus turris & oppidum.

Pythium templum ab Herode extructum.

Olympij ludi.

Herodes cur in exteros liberalis, in suos sæuus fuerit.

eas iniurias inuiſum ſubiectis, eas offenſas lenire videbat difficile. neq; enim ppterat niſi vellet reditus minuere. itaq; abutebatur ſuorum odio in ſuum commodum. nam ſi quis illorum non per omnia ſeruitutem toleraret, aut videretur velle dominationem eius excutere, in tales impotenter ſauiebat non aliter quàm in hoſtes, nullo cognatorum aut amicorum diſcrimine, quòd ſolus vellet honorari ab omnib. Quàm autem honoris cupidus fuerit colligere licet ex his ipſis honoribus quos ille Cæſari & Agrippæ caterisq; eius amicis exhibuit. volebat enim exemplo eſſe ſuis, vt quemadmodum ipſe præſtantiores coleret, ſic etiam coleretur ab omnibus: & hoc pacto ſatis declarabat cuius rei natura eſſet appetentiſſimus. Sed Judæis per leges patrias non licet hoc modo potentiores colere, quos neceſſe eſt maiorem rationem iuſti & æqui habere quàm officiorum talium: quibus ſatis incommodum erat quòd non poſſent ſtatuis & templis demereri Regis gratiam, & ſimilibus adulationibus explere inſanam cupiditatem glorioſi hominis. Atq; hac mihi cauſa videtur cur Herodes erga familiares & conſiliorum participes iniquior, erga exteros & alienos tanto beneficentior fuerit.

An. mũdi 3957 AnteChriſtum natum 7.

Herodes honoris cupidus.

CAP. X.

Iudæorum Cyrenenſium & Aſiaticorum ad Cæſarem legatio.

ASIATICI autem & Cyrenenſes Judæi multum affligebantur ab earum regionum ciuitatibus, qui cum à priſcis Regibus accepiſſent ius ciuitatis ex æquo cum cæteris, tunc multas iniurias à Græcis patiebantur, quaſi exportarent pecunias, & eſſent noxij reliquis ciuibus, Cumq; Græci nec finem nec modum iniuriarum facerent, coacti ſunt per legatos de eis apud Cæſarem conqueri. is reſcripſit ad prouincias, placere vt Judæis ſeruetur æquale ius cum alijs. cuius reſcripti exemplar ſubijcimus, quò teſtatius fiat quomodo erga nos affecti fuerint imperatores veteres. Cæſar Aug. Pont. Max. Trib. poteſtatis ita cenſet. Quoniam Judæorum gens ſemper fida & grata fuit Po. Rom. non nunc tantum, ſed ſuperiori etiam tempore, præcipue patri meo Imp. Cæſari, ſub Hyrcano Pontifice: placet mihi de communi iurati ſenatus ſententia, Judæos vti proprijs ritib. ac legibus, ſicut vtebantur tempore Hyrcani Pont. Dei Max. & fanis eorum ius aſyli manere: licereq; eis votiuam pecuniam per certos homines mittere Hieroſolyma: neque cogi ad præſtanda vadimonia ſabbatis, aut pridie ſabbatorum poſt horam nonam in paraſceue. Quod ſi quis deprehendatur furari ſacros libros aut ſacram pecuniam ex locis eorum religioſis, hunc teneri ſacrilegij, & bona eius addici ærario Rom. pop. Suggeſtionem etiam eorum oblatam mihi per C. Marcium Cenſorinum, pro ea pietate qua omnes homines complector, iubeo cum hoc decreto dedicari in illuſtri loco, quem vniuerſa Aſia meo nomini conſecrauit apud Argyram. quod ſi quis contra decretum auſus fuerit, non mediocri pœna mulctabitur. Inſcriptum eſt columnæ in templo Cæſaris. Cæſar Norbano Flacco S. Judæis vbicunque gentium degentibus ſacram pecuniam ex veteri inſtituto Hieroſolyma mittere nemine prohibente liceat. Hæc Cæſar. Agrippa quoque pro Judæis ſcripſit in hunc modum. Agrippa Epheſiorum magiſtratibus, ſenatui, & populo S. Pecuniæ ſacræ quæ Hieroſolyma mitti ſolet more patrio, procurationem ac tutelam penes Judæos eſſe volo in Aſia: & & ſi quis ſacram Judæorum pecuniam furatus ad aſyla confugerit, eum inde abſtractum dedi ad pœnam Judæis quo iure abſtrahuntur ſacrilegi. Syllano

Hedio & Ruffinus Cap. 6. al. 11 Iudæi Aſiatici & Cyrenenſes afflicti, legatis ad Cæſarẽ miſſis, immunitatem conſequuntur.

Agrippa Epheſiorũ magiſtratibus pro Iudæis ſcribit.

Syllano.

An. mũdi 3957 Ante Christum natum 7.

etiam magistratui scripsit, ne Judæi sabbatis cogantur ad præstanda vadimonia. M. Agrippa Cyrenæorum magistratibus & senatui S. Judæi Cyrenenses, pro quibus iam Augustus scripsit Flauio Lybiæ præsidi, alijsq; eius prouinciæ magistratibus, non esse vetandos mittere ex more sacram pecuniam Hierosolyma: conquesti sunt nunc apud me, vexari se improborum quorundam sycophantijs, & vetari hoc facere prætextu quorundam tributorum quæ tamen non debentur. Hos ego suo iuri suisq; moribus relinqui iubeo. & si qua in vrbe pecunia sacra intercepta est, eam per delectos ad hoc idoneos Judæis restitui. C. Norbanus Flaccus procos. Sardianorum magistratibus S. Cæsar mihi scripsit, iubere se neminem Judæorum vetari iuxta patrium morem collectas pecunias Hierosolyma mittere. quare ego quoque vobis scribo de hac re, ne vos lateat tàm mea voluntas quàm Cæsaris. Nec aliter Julius Antonius procos. scripsit: Ephesiorum magistratibus senatui ac pop. S. Asiam habitantes Judæi Febr. Jdibus reddenti mihi ius apud Ephesum indicauerunt, Cæsarem Aug. & Agrippam concessisse sibi vti patrijs legibus & moribus, primitiasq; suo quemque arbitratu pietatis ergo conferre, deportandas absque impedimento ad templum Dei maximi: rogaueruntq; vt ab illis concessa meo consensu rata habeam Quare scire vos volo, me quoque iuxta Cæsaris & Agrippæ decreta permittere, vt quicquid volunt iuxta patrium morem nemine prohibente faciant. Hæc decreta in hoc apposuimus, vt, quoniam scripta nostra in Græcorum manus peruentura sunt, ostenderem eis iam inde à maiorum ætate hunc honorem nobis habitum, ne prohiberemur per potestates publicas vti patrijs moribus, imò illorum consensu religione concessa Deum coleremus. quæ quidem eò crebrius inculco, vt flectam gentes exteras, & odium nostri, cuius nullam rationem habent idoneam, eorum animis eximam. nam moribus nulla gens eisdem vtitur perpetuò, sed oppidatim ferè in his fit mutatio. Justitia verò omnibus hominibus ex æquo competit, res vtilissima tàm Græcis quàm barbaris, cuius maxima in nostris legibus habetur ratio, nosq; omnibus, modò eis inuiolatas seruemus, caros ac amicos potest reddere. quamobrem rogatos omnes volumus, vt non tàm nos ob diuersum vitæ genus horreant, quàm complectantur ob virtutis studia. Hæc enim communis est omnibus, & sine hac non potest humana vita consistere. Nunc ad historiæ contextum redeo.

Cyrenæorum magistratibus.

C. Norbanus Flaccus pro Iudæis scribit.

Julius Antonius Procos.

CAP. XI.

Herodes opus habens pecuniâ, sepulcrum Dauidis subijt.

HERODES multum pecuniarum domi foris q; profundens, audito quòd Hyrcanus qui ante eum regnauit, recluso Dauidis sepulcro tria millia talentorum argenti extulisset, superesseq; multo plura quæ possint quantumuis magnis sumptibus sufficere, multo tempore animum habuit idem aggredi. Tunc verò noctu apertum sepulcrum ingreditur, cum prius accuratè cauisset ne hoc resciret populus, assumptis tantùm amicorum fidissimis. Depositas tamen pecunias non inuenit sicut Hyrcanus, sed mundi pretiosi & aureorum ornamentorum vim magnam inde sustulit. his inuitatus ad diligentius scrutandum, interius processit, vsq; ad conditoria corporum Solomonis ac Dauidis: vbi duos satellites amisit, erumpente (vt fertur) ex adytis flamma contra progressos temerè. quo casu territus exiuit, & tactus religione ad expiandũ se in aditu sepulcri monumentum è candido

Hedio & Ruffinus Cap. 7. al. Cap. 12. Auri sacra fames.

Herodes duos satellites in Dauidis monumento amittit.

candido marmore condidit ſumptuoſiſſimis impendijs. eius operis & Nicolaus illius temporis ſcriptor meminit, ſed non item de deſcenſu Regis, prater decorum id factum exiſtimans: idq; more ſuo fecit. Viui enim Regis hæc auribus dedit, captans gratiam, & ea tantũ attingens quæ ad gloriam illius pertinere viſa ſunt. quin & multa eius apertè iniuſta facinora aut alia ſpecie afficta fucauit, aut, quantum potuit, occultare ſtuduit: quandoquidẽ etiam crudelitati in Mariammen ac filios ſpecioſam cauſam adſtruere conatur, illam impudicitiæ, hos inſidiarum patri paratarum inſimulans: & hoc toto opere facit perpetuò, quæ rectè ac iuſtè Rex geſſit nimijs extollens laudib. cõtraria verò diligenter excuſans. Sed illi ob quam dixi cauſam danda venia, non tàm ad poſteritatis cognitionem, quàm ad gratificandũ ſuo Regi ſcribenti. Nos verò qui & generis propinquitate Aſamonæos Reges contingimus, & ſacerdotij honore fungimur, turpe ducentes mendacium, incorruptè res geſtas exponimus, ſalua reuerẽtia poſterorũ Regis illius, qui etiam nũc rerum potiuntur, maiorẽ tamen veritatis rationẽ habentes cum ipſorum quoq; venia. Cæterùm Herodis domus poſt violatum ſepulcrum cœpit labi in deterius: ſiue diris vltricib. in eam partẽ incumbentib. quæ iam antè malè habebat: ſiue forte fortuna talis calamitas incidit in ea tempora, vt meritò videri poſſit impietatis præmiũ. Diſſidium enim erat in aula bello ciuili ſimile, & odia mutua concertantia calumnijs. Sed inter omnes eminebat Antipatri contra fratres artificioſa machinatio, qui per alios inuoluens illos falſis criminationibus, ipſe patrocinium eorũ ſæpè ſimulabat, vt approbata ſua beneuolentia facilius iuuenes clàm poſſet opprimere: atq; talib. verſutijs circũueniebat patrem, vt putaret hunc ſolùm incolumitatis ſuæ curã gerere. quapropter etiã Ptolemæum procuratorẽ ſuũ Rex Antipatro cõmendauit, & cũ matre eius omnia communicauit conſilia, adeò vt nihil non horũ arbitratu gereret, & infenſum eum redderent his quos exoſos Regi eſſe ipſorũ intererat. Mariãmes verò filij rem indies ferebant ægrius, propter nobilitatẽ indignantes ſuo loco ſe dimoueri ac deterioribus cedere, & tantum nõ in ordinẽ redigi. Quin et vxores ipſorum eiſdẽ laborabant paſſionib. quarum altera Alexãdro nupta Archelai filia Glaphyra odio mutuo proſequebatur Salomẽ, tum propter mariti amorẽ, tum quòd inſolentius ſe erga filiã eius gereret. ea nupta erat Ariſtobulo, quã illa ſibi honore æquari ferebat muliebriter. atq; hac altera contentione accedente, ne Pheroras quidẽ Regis frater alienus erat à diſcordia. habebat enim priuatam cauſam ſuſpicionis & odij. Inciderat in amorem ancillæ propriæ tam inſanum, vt oblatã ſibi à Rege in coniugium filiam faſtidiret, contentus ancillæ complexib. Id ægerrimè tulit Herodes, videns germanum affectum à ſe tot beneficijs, & penè regni ſocium, non reſpondere pietate mutua, & infortunatum ſe fratrem exiſtimans: & cum non valeret Pheroram ad æquiorẽ mentẽ reducere, puellam collocauit cum Phaſaeli filio. procedente deinde tempore ratus iam deferbuiſſe fratris cupidines, conqueſtus de repulſa, alterius conditionẽ ei detulit, quæ Cypros nomine dicta eſt. Tum Ptolemæus Pheroræ conſulit, ne pergat fratrem contemnere, & ab amore turpi reſipiſcat, propter quẽ ſtultum ſit priuare ſe Regis amicitia, & in eius vicem odium ac tranquillitatis iacturã incurrere. Ille intelligẽs hoc ſibi vtile, qp iã antè calumnijs appetitus veniã à Rege cõſecutus fuerat, mulierẽ iam filij matrẽ ex ſe factã ablegat: & Regi pollicetur ducturum ſe filiã eius alterã: condixitq; diẽ trigeſimum ad celebrãdas nuptias, iureiurãdo interpoſito nihil ſibi poſthac cum ablegata

An. mũdi 3957. Ante Chriſtum natum 7. Notatur Nicolaus Hiſtoriographus.

Ioſephus ex Pontificali Aſamonæorum genere

Diſſidium in domo Herodis.

Antipatri contra fratres artificioſa machinatio.

Rixæ muliebres.

Pheroras Herodis filias in cõiugium oblatas faſtidit.

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

legata fore commercij. elapso autem præfinito tempore in tantum amori succubuit, vt non staret pollicitis, & rursum reuolueretur ad pristinam mulieris consuetudinem. Ibi tum Herodes non amplius potuit iram tegere, sed sæpè iaciebat voces quasdã, signa alienati à fratre animi: nec deerant multi qui per occasionem hunc eius affectum fouerent calumnijs. Jamq; nec dies abibat vlla nec hora, quin aliquid ei nouarum turbarum accideret, commißis inter se necessitudinib. quas natura volebat esse carißimas. Nam & Salome infensa Mariammes filijs ne filiam quidem nuptam Aristobulo adolescentum alteri sinebat frui caritate mutua, pelliciens ad effutienda & prodenda secreta coniugum colloquia: & si quid, vt assolet, offensiuncularum incideret, exacerbans multis suspicionib. quo factum est vt secreta eorum expiscaretur omnia, & puella quoq; iuuenem exosum redderet. illa verò in matris gratiam sæpè narrabat, quod illi, quoties soli essent, crebram mẽtionem Mariammes facerent, & odiosè de patre loquerentur: minarenturq; si Principatus ipsis contingeret, reliquarum Regis vxorum filios scribas se facturos in oppidulis. ad hoc enim conducibilem illis fore literaturam, cui tum darent operam. vxores etiam regias, si quando viderent matris ornamenta vsurpare, pro præsentib. delicijs vestituros se cilicijs, inclusas vbi ne solem quidẽm liceat aspicere. Hæc mox Salome Regi renunciabat: quæ ille tametsi permolestè ferret, emendare tamen malebat quam punire. maximè autẽ exasperabatur suspicionib. & indies seipso peior, omnib. omnium rumorib. credebat. attamen tunc obiurgatione filios castigasse contentus, & illorum respõsione placatus aliquantisper quieuit. Sed mox malum recruduit. Pheroras enim Alexandrum cõuenit maritum, vt diximus, Glaphyræ Archelai filiæ: aitq; se audisse ex Salome, Herodem ardenter amare Glaphyrã, nec posse hunc affectum excutere. hoc audito iuuenis zelotypus vehemẽter excanduit: & quicquid honoris ac comitatis Herodes mulieri exhibebat in gratiã filij, quod quidem ferè quotidianum erat, in peiorem partem interpretabatur, suspicione concepta ex his quæ audierat. neque diutius potuit eam indignationem concoquere, sed adito patre cum lacrymis ei sermonẽ Pheroræ aperit. quamobrem ille magis adhuc turbatus est, non ferens insimulari se falsò tam turpis criminis, multa querens de suorum malicia, à quibus pro beneficijs talem reportaret gratiam. Moxq; accersitum Pheroram adortus iurgio, peßime, inquit, omniũ mortalium, eõne ingratitudinis prolapsus es, vt talia de nobis vel dicas vel cogites? nonne deprehendo tuum propositum, quòd non conuicio tenus hæc dixisti filio, sed vt insidias & veneficia hoc pacto in caput meum strueres? Quis enim, nisi bono aliquo genio ductus vt iste, filius pateretur patrem suspectum impunè ferre talem iniuriam? Vtrum tibi videris sermonem in animũ, an in dextrã eius gladium inseruisse, quo parentem conficeret? aut quid tibi voluisti, cum & ipsum & fratrem oderis, in me tantum calumniando simulans beneuolentiam, & ea dicens quæ salua pietate ne cogitari quidem poterant. apage te hinc post tam peruersum erga fratrem benè meritum animum. Et tu quidem quoad vixeris tua conscientia fruere: ego verò dabo operam vt sim meis melior, neque dignas pœnas exigens, & maioribus quàm digni sint beneficijs eos prosequens. Sic destomachante Rege Pheroras cum in manifesto crimine deprehensus teneretur, Salomes ait hoc esse commentum, & ab ea prima hos sermones profectos esse. Quo audito illa (nam fortè aderat) composito ad verborum fidem vultu exclamat, non esse hæc sua,

Salome filiam ad effutienda & prodenda secreta coniugum colloquia pellicit.

Pheroras Herodem, dum illum ardenter amare Glaphyrã dicit, vehementer commouet.

Salome se purgat.

ſua,& omnes hoc vnum agere,vt eam inuiſam Regi faciant,& de medio tollant Herodis amantiſſimam,& præcauentem ipſius pericula. nunc verò etiam maioribus ſe appeti inſidijs. ſolam enim autorem fuiſſe fratri, vt, abiecta qua ſe oblectabat muliercula, filiã Regis duceret,& hanc eſſe cauſam odij. hæc illa loquente, ſimulq; capillos ſibi vellente,& pectus plangente, ſpecies quidem negantis erat veriſimilis, ſed mala mens diſſimulabatur geſtu fictitio. Pheroras autem medius tenebatur, ne prætextum quidem vllum ſui facti inueniens, cum non inficiaretur ſe dixiſſe,& audiſſe eadem perſuadere non poſſet. ea perturbatio non ſine altercatione durauit aliquandiu. tandem Rex pertæſus & fratrem & ſororem ablegauit: collaudata q; filij temperantia,& quod hos ſermones ad ſe detuliſſet, admodum ſerò ad curam corporis ſe contulit. Poſt hanc contentionem malè audiebat Salome, quod videretur autor huius calumniæ:& vxores Regiæ malè ei volebant, quòd ſcirent moroſam & variabilem,& pro tempore nunc inimicam nunc beneuolam. Semper igitur aliquid contra eam Herodi occinebant, arrepta occaſione ex caſu quodã fortuito. Erat Arabũ Rex Obodas, homo ſegnis & ocio deditus: negocia verò eius adminiſtrabat Syllæus vir callidus, ætate florens & corporis ſpecie. hic cum propter quædã negocia ad Herodem veniſſet, contemplatus vnà cœnantem Salomen animũ ad eam adhibuit: compertoq; eſſe viduã, venit cum ea in colloquium. illaqua deterius quàm ante tractabatur à fratre, & nonnihil tacta forma iuuenis, non abhorrebat à nuptijs: & cum per eos dies frequentarentur conuiuia, exiſtebant multa non mediocria ſigna quod conſenſus & mutuus amor inter eos intercederet. Hæc vxores Regi non ſine deriſione referebant. Herodes autem hoc non contentus ſciſcitabatur ex Pherora, & iubebat eum inter cœnam obſeruare, quomodo erga ſe inuicem affecti ſint. ille renunciauit quòd nutibus & mutuis aſpectibus ſatis indicarent quò tenderent. Poſt hæc Arabs iam ſuſpectus abijt. elapſis deinde duobus aut tribus menſibus hanc ipſam ob cauſam reuerſus,& collocutus de hac re cum Herode, poſtulauit, vt Salomen ſibi collocaret. fore enim ei hanc affinitatem vtilem propter Arabum commercia, quorum principatũ & deberi ſibi,& iam magna ex parte contigiſſe. De quo cum ille ad ſororem retuliſſet, percontando an ei nubere ſit animus, mulier facilè aſſenſum præbuit. poſtulantibus deinde vt Syllæus accenſeretur in Iudæorum religionem,& tum demum vxorem duceret, alioqui non eſſe licitum: ille facere hoc non ſuſtinuit, lapidandum ſe dicens à popularibus ſi faceret: atq; ita re infecta diſceſſit. ex eo tempore Pheroras Salomen inſimulauit intemperantiæ, ac magis etiam vxores Regiæ, dicentes eam conſueuiſſe cum Arabe. Et puellam, quam fratri deſponſatã ille domeſticæ mulierculæ illecebris victus recuſauit ducere, Herodes in ſororis gratiã collocaturus Salomes filio nato è Coſtabaro mutauit ſententiam perſuaſus à Pherora, negante adoleſcentem amaturum talem ſocerũ propter patris ſui cædem,& æquius cenſente, vt ipſius filius eã ducat, ſucceſſurus in tetrarchiæ dominium. quod vbi is perſuaſit, impetrauit prioris offenſæ veniam. Mutatis igitur ſponſalibus puella data eſt nuptum adoleſcentulo, addita c. talentorum dote. Nec interim ceſſabant turbæ domeſticæ, imò augebantur etiam, à turpibus initijs progreſſæ vſq; ad calamitates triſtiſſimas. Erant in delicijs Herodi propter formam eunuchi tres, vnus à poculis, alter ab epulis, tertius cubicularius, quorum opera etiam in ſerijs regni negocijs vti eſt ſolitus: hos quidam ad Regem detulit corruptos eſſe ab Alexandro filio accepta magna

An. mũdi 3957. Ante Chriſtum natum 7.

Effectus calumniarum.

Syllæus Arabs Salomen in vxorẽ petens repulſam patitur.

Herodes filiam Pheroræ filio dat coniugem

Odiũ filij in patrem proditur.

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

vi pecuniæ: & quæsticnibus examinati ecquid cum illo habuissent consuetudinis, rem fassi sunt: præterea nullius tentati cõtra patrem facinoris se esse conscios. admotis deinde acrioribus tormentis, victi necessitate, ministris magis magisq́ in gratiam Antipatri sæuientibus, aiunt Alexandrum innatum contra parentem odium alere: hortatumq́ eos vt Herodem desererent iam inutilem, facientemq́ fucum ætati, & senium dissimulantem tincto capillitio. quin potius ipsi adhiberent animum, potituro vel inuito patre regno debito, expectarentq́ breui dignitatem primariam. iam enim non tantum generis prærogatiuam sibi suffragari, sed instructa etiam ad inuadendam dominationem omnia. staturos pro se multos duces militum, multos amicos Regios, paratos quiduis vel agere vel pati in ipsius gratiam. His auditis Herodem totum ira & timor occupat, quòd filij verba & contumelioſa viderentur, & minacia: vtroq́ igitur exacerbatus verebatur, nequid grauius cõtra se conflatum esset, quàm vt eodem temporis momento posset cauere & occurrere. quamobrem non ausus palàm inquirere, per dimissos clancularios exploratores rem gerebat, omnes suspectos iuxta habens atque inuisos, & in suspicionibus etiam de immeritis securitatem suã collocans: quarum adeò nullus erat finis, vt quò quisque ei coniunctior esset, eo magis timeretur, vt tanto ad nocendum potentior. Cæteros cum quibus ei nulla intercedebat familiaritas, vel nominari à delatore sat erat, moxq́ ad suam securitatem pertinere putabat illorum interitus. Postremo etiam domestici anxij de incolumitate propria in seipsos versi sunt, tutissimos rati, qui alios præuenirent calumnijs, certissimumq́ hoc ad salutem remedium: qui mox voti compotes hoc ipso aliorum in se conciebant inuidiam, videbanturq́ merito retaliandi, & sic accipiendi, vt ipsi tractassent alios. Iamq́ etiam priuatas simultates hoc modo exercebant, moxq́ deprehensi eadem patiebantur, occasione contra inimicos vtentes pro laqueo, quo paulo post ipsi comprehendebantur. Rex enim velox erat ad pœnitentiam, eo quòd multos conuictos tolleret: quod tamen non in hoc proderat ne similia posthac faceret, sed contentus erat delatores eorum pari mulctasse supplicio. Tantum erat tunc in aula Regia perturbationum ac formidinum.

Herodes quibusuis calumnijs fidem adhibens multos iniuste interficit.

Hedio & Ruffinus Cap 8.

Herodes Andromacho & Gemello amicitiam renunciat.

Multis etiam intimis amicis denunciauit, ne vel in conspectum suum venirent, vel intra limina palatij, maximè his qui fiducia meritorum hactenus ei reuerendi fuerant. Andromacho enim & Gemello veteribus amicis, & qui plurimum Regem tam legationibus quàm consilijs iuuerant, filiosq́ eius instituerant, & maiorem cæteris habebant fiduciam, amicitiã renunciauit: alteri quia Demetrio eius filio Alexander vtebatur familiariter: Gemello verò quòd ipsum sciret fauere iuueni. nam & inter educatores eius ac eruditores fuerat, & Romanæ peregrinationis comes hæserat. Nec dubium est quin grauius aliquid in eos libenter statuisset, ni obstaret virorum claritas: quare contentus est tum ablegatis ademisse autoritatem, vt posita proborum hominum reuerentia debaccharetur licentius. Horum porrò omnium malorum fax erat Antipater, qui ex quo primum tempore patrem animaduertit formidinibus obnoxium, consiliorum ei socium se adiungens accendebat hominis sæuitiam: & tunc videbatur egregiè fungi officio, si daret operam, vt quicunque reniti possent tollerentur de medio. Tunc igitur pulso Andromacho & reliquis amicis liberioribus, primum Rex quotquot putabat Alexandro fidos examinauit tormentis, num cuius tentati contra se facinoris essent conscij. illi verò immoriebantur cruciatibus, quòd nihil

Antipater omnium malorum fax.

Propter Alexandrum multi tormentis examinantur.

nihil haberent dicere. atque hoc acrius incumbebatur quæstionibus, quod præter opinionem nullum deprehendi posset ne cogitatum quidem maleficium. Et Antipater callidus artifex interpretabatur tortos à veritate malle quàm à fide erga dominos & amicos discedere, vrgebaturq; vt secreta perquirerentur apprehensis pluribus. Tandem vnus è multis tormenta non ferens, ait se non semel audisse iuuenem dicere, quoties laudaretur à proceritate statura, aut sagittandi peritia, cæterisq; virtutibus eximijs, hæc à natura ornamenta sibi magis concessa quàm beneficia. patrem enim præ inuidia his offendi omnibus. quapropter quando simul inambulent contrahi se de industria & submitti, ne appareat procerior, & in venatorijs iaculationib. illo præsente destinata non ferire, quòd norit genitoris ingenium nõ ferentis laudari filium. Hæc verba dum expenduntur intermissis tormentis adiecit, conspirasse eum cum fratre Aristobulo, vt in venatione patri insidias strueret, quibus si ille esset oppressus, tum regnũ postulaturus Romam perfugeret. Inuenta sunt etiã iuuenis litera ad fratrem scripta, conquerentis de patre, non rectè factũ, quòd Antipatro addixisset agros, ex quibus ad eum redirent cc. talenta annua. Tum verò Herodes probabili, vt ipsi videbatur, argumento confirmatus in suspicione, Alexãdro comprehenso iubet injici vincula: & rursum incipit sæuire, quamuis ne ipse quidem auditis satis crederet. neque enim excogitare poterat, cur deberet ab illis per insidias appeti: & querelæ illæ pueriles contentiones videbantur, nec verisimile post manifestũ parricidiũ voluisse eos Romam petere. quamobrem volens maius aliquod impietatis argumentum inuenire, soliciteq; cauens, ne videretur filiũ temerè damnasse ad vincula, & quæstioni subijciens honoratiores Alexandri amicos, non paucos eorũ nihil tale confessos interfecit. Cumq; tota Regia tumultu, terrore, ac tormentis perstreperet, iuuenis quidã in tali necessitate constitutus dixit Alexandrum Romã ad amicos literas misisse, rogantem, vt curarent se accersiri à Cæsare, indicaturum de quibusdã contra illũ conspirationibus, quando pater societatem Romanorũ prætulerit Mithridatis Parthorum Regis amicitiam. addidit habere eum venenum, quod apud Ascalonem paratum sit. His auditis Herodes credidit, consolantibus eum in calamitate adulatoribus, quòd non temerè quidquam faceret. venenum tamen summa cura quæsitũ nusquam inuentum est. Cæterum Alexander oppressus malis adeò non cessit, neq; inficiatus est, vt patrem exasperaret amplius: siue volens pudefacere facilitatem eius ad credendum calumnijs: siue vt, si forte crederet, inuolueret eum cum tota Regia magnis calamitatibus. Quatuor enim libellos à se conscriptos ei misit, negans opus esse tormentis plurib. structas enim insidias, participesq; eorũ esse Pheroram & amicorũ fidelissimos: Quin & Salomen obrepentem noctu cum inuito se esse cõgressam, omnesq; eo tendere, vt, illo sublato, optatam assequerenter licentiam. eiusdem conspirationis arguebãtur & Ptolemæus & Sapinnius, præ cunctis Regi fidissimi. nec aliter quàm rabie quadam occupati in se inuicem efferabantur homines pridem amicissimi, non defensione, non coargutione expectata tantisper dum veritas pateret, indicium præueniente supplicio. alij vinciebantur, alij necabãtur, alij nihil latius exspectantes moras ipsas quàm repræsentationem malorũ agrius ferebant: ingensq; mœror ac torpor fœdabat pristinam felicitatem Regiæ. Ne Herodem quidem ipsum vitæ in tali perturbatione non tædere poterat, cui, quòd nemini se auderet credere, pro tormento erat futuri exitus expectatio: sæpeq; illi obuersabatur irruens

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

Alexãdri in vincula conjecti amici quæstioni subiiciuntur.

Alexãdrum quidam quòd Romam cõtra parentem ad amicos, literas miserit, accusat.

Alexander indicatis etiam socijs facinoris perpetrandi, fatetur insidias patri structas.

Herodes in aula calumnijs & cædib. refertæ vitæ suæ tædet.

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

irruens gladio stricto filius, noctes atque dies nihil aliud volutanti, vt iam minimum abesset ab insania.

CAP. XII.

Archelaus Cappadocum Rex Alexandrum patri reconciliat.

Hedio & Ruffinus Cap. 9. Aliàs 13.



VM ita Herodes animo angitur, Archelaus Cappadocum Rex de filia & iuuene genero solicitus, tum amici quoque vicem miseranis inuoluti tam perplexis & turbatis negocijs, officij sui putauit profectionem ad eum suscipere. Quem vbi sicut audierat affectum inuenit, importunam rem putauit si obiurgaret ac temeritatis & nimiæ credulitatis argueret. fore enim vt ille ex aduerso contendens & excusare se studens exacerbaretur amplius. Quapropter aliam rationem commentus est qua res affectas componeret, indignatione versa in iuuenem, asserens Regem nihil præter æquitatem, sed omnia rectè fecisse: se quoque dirempturum illud coniugium, ac ne filiæ quidem parsurum, si sceleris conscia non fecisset indicium. Tum Herodes vbi præter opinionem vidit hominem prosecto tam grauiter excandescere, asperitate remissa, & factum suum iusta æstimatione volens expèndere, paulatim ad paternos affectus rediit. Jamq; vtroq; flexo ad misericordiam, quoties aliquis obiecta à iuuene crimina refelleret, ad iram commouebatur Rex: postquam verò Archelaum quoque accusationem aggredi vidit, lacrymis affectum prodens, rogabat illum ne nimium indulgeret iræ, néve propter iuuenis erratum coniugium dirimeret. Tum Cappadox nactus eum iam mitiorem, cœpit crimina transferre in amicos, qui deprauarent hominem iuuenem & rudem omnis malicię, præcipuè fratrẽ Regis vrgens suspicionibus. Nam cum & Pheroras in Herodis indignationem incurrisset, intelligens reconciliatorem neminem Archelao magis idoneum, at ratus illum adijt, alia quoq; desperantis de salute signa præferens. qui non despexit preces supplicis, negans tamen sibi facile tam citò flectere offensum Regis animum. Satius esse, vt ipse à fratre veniam peteret, prius confessus se fuisse causam horum omnium. eam confessionem profore multum ad leniendam iracundiam, ac tum demum se quoq; opportunius deprecatorem accessurum. paruit ille consilio, quod vtriq; cessit feliciter. nam & iuuenis præter opinionem exemptus est criminationibus, & Pheroram Archelaus reposuit in fratris gratiam: ipse quoque inita maxima gratia apud Regem in tam difficili ipsius tempore, latus in Cappadociam profectus est. nam & cum muneribus dimissus est preciosissimis, & facilè primum inter amicos locum obtinuit. Conuenit etiam inter eos, vt Herodes Romam peteret, quandoquidem de hoc negocio Cæsari scripserat: fecerunt q; simul iter vsque Antiochiam. ibi præsidem Syriæ Titum reconciliauit Archelao, atque ita in Judæam reuersus est.

Archelaus Cappadocum Rex, Herodem indignationem in gẽnerum simulat, eúq; ad paternos affectus reducit.

Archelaus Alexandri crimina in amicos, præcipuè verò in Pheroram transfert.

Pheroras Herodi se causam perturbationum fuisse ingenuè fatetur, & fratri Alexandro recõciliatur.

Herodes cum Archelao Antiochiam vsq; iter facit.

CAP. XIII.

Trachonitarum defectio.

An. mũdi 3958. Ante Christum natum 6.

Arabici belli causæ. Trachonitis Herodi donatur à Cæsare, Aliàs cap. 14.



ILLE verò dum Romam profectus interim à regno abest, bellum Arabicum ex hac causa exortum est. Incolæ Trachonis, quam regionem Zenodoro ademptam Cæsar Herodi attribuerat, veteri exercere latrocinia, cogebantur in studijs agriculturæ mitius degere. hoc vitæ genus nec ipsos delectabat, neque terra respondebat laboribus. tamen à principio cohercente Rege abstinebant iniuriam ab accolis,

lis, non ſine laude Herodis diligentia. Sed quando Rex *nauigauit in Italiam Alexandrum accuſaturus & commendaturus Antipatrum Cæſari, Trachonita ſparſo rumore de eius interitu defecerunt reuerſi ad priſtina latrocinia. tunc tamen abſente* Rege *à ducibus eius ſunt perdomiti. cæterum* XL. *ex his latronum principes captorum exemplo territi, relicto patrio ſolo fugerunt in Arabiam, recipiente eos Syllæo propter non impetratũ Salomes coniugium. à quo cum munitum quendam locum accepiſſent habitandum, excurſionibus non Iudæam tantum infeſtabant, ſed totam Cœleſyriam, abigebantq; prædas in ſua receptacula, Syllæo præbente impunitatem & ſecuritatem maleficijs. Herodes autem reuerſus à* Romana peregrinatione, *comperit multa damna illata ſuis à latronibus. cumq; non poſſet eos in poteſtatem ſuam redigere, quòd eſſent ſub tutela Arabum, nec tamen iniuriam acceptam concoqueret, perluſtrata Trachone interfecit illorum domeſticos. quo facto illi irritatiores, maximè quòd legem haberent quæ iuberet domeſticorum cædem inultam non ſinere, contempto periculo totam Herodis ditionem agendo & ferendo perpetuis vexabant incurſionibus. Tum* Rex *ad Præſides à Cæſare miſſos Saturninum & Volumnium rem detulit, latrones depoſcens ad ſupplicium. illi hoc audito maiore manu ſe communire, perturbare omnia repentinis inſultibus, agros ſimul & vicos populari, iugulare quotquot in manus eorum inciderent, vt bello quàm latrocinio res eſſet ſimilior. iam enim vſque ad mille accreuerant. Quare Herodes & latrones ſibi dedi poſtulabat, & mutuum creditum repetebat exacto iam præſtituto tempore, ſexaginta illa talenta quæ Oboda per Syllæum commodauerat. Syllæus verò qui detruſo à regimine Oboda ipſe adminiſtrabat omnia, inficiabatur eos latrones eſſe in Arabia, & pecuniam differebat reddere, de qua diſceptabatur apud Saturninum & Volumnium Syriæ præſides. Tandem illis autoribus conuenit, vt intra triginta dierum ſpatium & debitum redderetur, & ex vtroque regno reſtituerentur perfugæ. Sed apud Herodem prorſus nemo Arabum inuentus, vel ob maleficium, vel quacunque de cauſa profugus: verum Arabes conuicti ſunt latrones ad ſe recipere.*

An. mũdi 3958. Ante Chriſtum natum 6.

Rebelles Arabes à ducibus Herodis perdomantur.

Latrones capti & puniti.

Aliàs cap. 15.

Herodes ab Arabibus latrones ſibi dedi poſtulat, & mutuũ creditum repetit.

Saturninus & Volumnius Syriæ Præſides Herodi Arabes reconciliant.

CAP. XIIII.

Expeditio Herodis in Arabiam.

ÆTERVM poſtquam aduenit præſtitutus terminus, Syllæus nolens ſtare conuentis Romam profectus eſt: Herodes verò exſequebatur reſtitutionem pecuniarum ac latronum, Saturnino & Volumnio permittentibus ei contumaces armis perſequi: collectoq; exercitu inuaſit Arabiam, ſeptem manſiones emenſus triduo. cumq; perueniſſet ad caſtellum, in quo ſe latrones continebant, primo impetu id cepit, ipſamq; munitionem nomine Raptam *diruit, nullo alio damno dato regionis incolis. Et cum in auxilium eorum procurriſſet dux Arabum Nacebus, commiſſum eſt prælium, in quo pauci ex Herodianis, Arabum verò* XXV. *cum ipſo duce ceciderunt: reliqui in fugam compulſi ſunt. Hoc modo latrones vltus Idumæorum tria millia in Trachonem deduxit, vt coërcerent ibi latrocinia: & ad duces* Romanos *agentes in Phœnicia dedit literas, quibus eos certiores fecit, quòd in contumaces tantum Arabas conceſſo ab eis iure vſus ſit, nihilq; egerit præterea: idq; ipſorum inquiſitione poſtea verum compertum eſt.*

Herodes Saturnino & Volumnio permittentibus cum exercitu Arabiam inuadit, & Raptam caſtellum diruit.

Nacebus cum viginti quinque Arabũ cæſus.

Herodes Idumæorũ tria millia in Trachonem deducit.

An. mũdi 3958. Ante Christum natum 6.

CAP. XV.

Syllæus Herodem accusat apud Cæsarem.

Hedio & Ruffinus Cap. 10. Aliàs cap. 16.

Syllæus Herodem apud Cæsarem accũsat.

SED aliter Romam properatis nuncijs Syllæo relatũ est, suo more exaggerantibus omnia. is iam antè insinuatus in noticiam Cæsaris, fortè tum circa palatium obuersans, his auditis cõfestim mutata veste atratus eum adijt, denarrans vt bello afflicta sit Arabia, totumq; regnum euersum ab Herode ingresso cum exercitu. ad hæc lacrymans querebatur cecidisse duo millia & quingentos Arabũ primates, & in his amicũ ac cognatum suum Nacebum, direptasq; magnas opes apud Raptam reposita. atq; hæc facta per contemptum Obodæ, qui nec copias paratas habuerit, nec ducẽ, se absente, idoneũ. Hæc dicente Syllæo, addenteq; quòd nec ipse hanc profectionem susceperturus erat, ni crederet Cæsari curæ esse pacem publicam omnium, neq; se domi præsente, Herodes nisi suo malo eã pacem violaturus. Cæsar hac querela cõmotus per contatus est ex Herodis amicis, qui tum aderãt, & ex suorum quibusdam recens reuersis è Syria, hoc tantum, an Herodes vllum exercitum extra Regni sui fines eduxerit: Id cum illi fateri necesse haberent, nec Cæsar causam expeditionis audire dignaretur, magis etiam iratus Herodi scripsit minaciter, se hactenus illo vsum tanquam amico, posthac habiturum eum pro subdito. Syllæus quoque ea de re scripsit ad Arabas. His literis illi elati neque latrones qui effugerant voluerunt dedere, neq; acceptam mutuo pecuniam persoluere, neq; pro pascuis quæ conduxerant, quicquam numerare, freti eo quòd Rex offendisset Cæsarem. Quin & Trachonitæ hac occasione vsi insurrexerunt in Idumæorum custodiam, & iuncti Arabicis latronibus qui illorum regionem diripiebant, non tam suis lucris quàm vindictæ studentes miris modis in eos sæuiebant. Hæc omnia Herodes ferebat, offenso Cæsare minus iam habens vel fiduciæ vel audaciæ. legatos enim eius ad agendam Regis sui causam missos primũ ne admisit quidem: iterum venientes dimisit infecto negocio. Quamobrem vehementer anxio metum augebat Syllæus, Romæ præsens credulo Cæsari quiduis persuadens, & iam maioribus rebus inhians. Defuncto enim Obodæ in Arabum regnum successit Æneas, dictus Aretas mutato nomine. hunc ille per calumnias pellere conabatur, & sibi principatum vsurpare, multam pecuniam partitus in aulicos, multa etiam Cæsari daturum se pollicitus: quem iratum sciebat Aretas quòd se inconsulto ausus esset regni habenas suscipere. Tandem & ille literas cum muneribus misit ad Cæsarem, & in his multorum talentorum coronã auream. in his literis accusabat Syllæum, quòd nequissimus seruus veneno sustulisset Obodam, quo etiã viuo inuasisset rerum administrationem, vxores Arabum adulterans, & conflato ære alieno viam sibi ad occupandum principatum muniens. Cæsar autem ne hos quidem legatos audire dignatus, aspernatusq; eorum munera, infecta re illos abire passus est. Interim Iudæorum res ac Arabum indies se habebant deterius, turbatis omnibus, & componente nemine. nam Regum alter nondum principatum suum constabilierat, & proinde suos coërcere non poterat. Herodes autem veritus ne, si se defenderet, eo magis irritaret Cæsarem, cogebatur perferre omnes iniurias. Postremò nullum finem vrgentibus malis inueniens, decreuit denuò Romam legatos mittere, si quid æquius per amicos impetrare posset à Cæsare. in eam legationem Nicolaus Damascenus profectus est.

Arabes & Trachonitæ, scientes Herodi Cæsarem iratum, illi insultant.

Cæsar ab Herode offensus.

Obodæ defuncto Aeneas in Arabũ regnũ succedit.

Cæsar Arabum legatos non audit.

Nicolaus Damascenus ab Herode ad Cæsarem mittitur.

Euryclis

CAP. XVI.

Euryclis calumniæ contra Herodis filios.

An. mũdi 3960. Ante Christ. natum 4.

PER idem tempus diſſidium cum filijs domeſticũ multo magis exacerbatũ eſt. quamuis enim etiã antè nunquam prorſus vacarit ſuſpicione, malo pernicioſo Regibus, tunc tamen id maximè ob talem cauſam inualuit. Eurycles quidam Lacedamonius, vir domi nobilis, ſed ingenio pẽſſimo, adulator & delicijs perditus, ſed vtrunq; vicium egregiè diſſimulans, vſus Herodis hoſpitio, datis muneribus & maioribus acceptis, ad gratiam cum eo conuerſatus effecit, vt reciperetur inter amicos præcipuos. is diuerſabatur apud Antipatrum, Alexandro quoq; propter crebros congreſſus familiaris. aiebat enim ſibi cum Archelao Cappadoce amicitiam intercedere, & ideo ſimulabat ſe Glaphyram obſequijs colere. cumq; videretur omnibus ex æquo deditus, obſeruabat quæcunque vel dicerentur vel fierent, vndecunque captans gratificandi per calumnias materiam. deniq; adeò ſe blandis colloquijs inſinuauit vnicuique, vt illi ſoli fidus videretur, cæteros ita tractare, pro vt amico eſſet commodum. his artibus ita ſibi deuinxit Alexandrum, vt iuuenis putaret ei ſoli tutò ſe poſſe querelas ſuas concredere. aperiebat igitur ei dolorem ſuum quòd pater eſſet à ſe alienatior, caſumq; matris narrabat: & quòd Antipater præreptæ fratribus dignitate ſolus poſſet omnia. Hæc diutius ferenda non eſſe, patre iam talibus imbuto odijs, vt cum ipſis nec conuiuia nec colloquia communicare ſuſtineat. Hæc ille, dolorem ſuum in ſinum amici, vt tum videbatur, deponens. at ille omnia referebat Antipatro, negans ad ſe hæc pertinere, tacere tamen non poſſe ob periculi magnitudinem, & cõſultum ei velle, vt caueret ab Alexandri inſidijs. non enim eum diſſimulare animum, ſed ipſis verbis præferre cupiditatem parricidij. Poſt hoc beneuolentiæ pignus maxima ab Antipatro accipiebat munera, & ad vltimum ab eo perſuaſus eſt, vt ad Herodem referret de hoc negocio. Rex narranti de Alexandri odio facilem aurem præbuit, & eo deductus eſt verborum ambagibus, vt implacabilem iram in filium conciperet: id quod ſine mora declarauit. Eurycli enim quinquaginta talenta donauit: quibus ille acceptis ad Archelaum ſe contulit, & multum Alexãdrum prædicans, operam etiam ſuam commemorauit quàm vtilis ei fuerit ad conciliandam patris gratiam: & ab eo quoq; accepta pecunia, prius quàm deprehenderetur hominis malicia diſceſſit. Reuerſus deinde in patriã, cum ibi quoque ſimilibus artibus vteretur, Lacedamone pulſus eſt in exilium. Porrò Iudæorum Rex non iam vt antè contentus aurem præbere criminatoribus Alexandri & Ariſtobuli, proprio ſeruiebat odio, etiam nemine accuſante obſeruans ſingula & ſciſcitans, & permittens omnibus quicquid vellent contra eos dicere: & inter cætera Euaratum Coum communicaſſe cum Alexandro conſilia. videbaturq; nullos ſermones audire libentius. Oblatum eſt deinde iuuenibus maius infortunium, calumnijs nunquam ceſſantibus, & omnibus certatim aliquid mali de eis ad Regem deferentibus, ſcilicet incolumitatis eius ſtudio. Erãt Herodi duo ſatellites, Iucundus & Tyrannus, grati illi propter robur ac proceritatem corporum. hi propter quandam offenſam pulſi è Regia, & inter equites Alexandri ſtipatores recepti, quòd eſſent exercitatiſſimi honorabantur pecunijs alijsq; muneribus. Mox igitur Rex de his etiam ſuſpicione concepta, tormenta eis admouit. ergo poſt toleratos diu cruciatus, tandem aiunt ſe ſolicitatos ab Alexandro, vt inter

Hedio & Ruffinus Cap. 11. Alias cap. 17.

Eurycles Lacedemonius in Herodis amicitiam ſeſe inſinuat.

Eurycles apud Alexãdrum ſeſe inſinuat.

Eurycles Alexandri dicta & facta obſeruans Antipatro & Herodi exponit.

Eurycles aſtutia ab Archelao pecuniam extorquet.

Herodes Alexãdri & Ariſtobuli criminatoribus aurem præbet.

Iucundus & Tyrãnus ſe ſolicitatos ab Alexandro, vt inter venandũ Herodem interficerent, fatentur.

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

multa in hoc conferente etiam vxore Cæsaris Julia, & mittente permulta pretiosa ex Italia, vt omnibus computatis sumptus ad D. *talenta accederet. Congregata ingenti multitudine spectaculorum gratia, legationes quæ à diuersis populis mittebantur ob accepta beneficia, omnes excepit diuersorijs & mensis & continuis hilaritatibus, dum hominum frequentia spectaculis se totos dies oblectat, noctu verò conuiuijs & ostentatione magnificentiæ, cum insigni laude magnanimitatis regiæ. in omnibus enim studebat vt posteriora quæq; maiorem admirationem sui facerent: ferturq; ipsum sæpè Cæsarem & Agrippam dixisse, quòd maior quàm pro præsenti ditione esset Herodis magnanimitas, qui dignus videretur totius Syriæ atq; Ægypti imperio. Post hanc celebritatem & festos dies aliud oppidum exstruxit in campo qui dicitur Capharsaba, electo ad hoc agro aquoso & plantis idoneo, amne circumfluente ipsum oppidum, & luco circumdante pulcherrimarum arborum. hanc à suo patre Antipatro denominauit Antipatrida. deinde castellum matrẽ suam nomine referens supra Hierichuntem condidit, cui Cypron vocabulum imposuit, communito egregiè & instructo amœnis domicilijs. nec fraterni affectus oblitus memoriæ illius dedicauit ædificia pulcherrima, primum turrim Pharo non minorem in ipsa vrbe, in defuncti monumentum Phasaëlum vocatam, propugnaculum vrbis munitissimum. deinde eiusdem nominis oppidum circa vallem Hierichuntinam condidit, quà itur ad septentrionalia: quo factum est vt circumquaq; situs ager antea penè desertus diligentius coleretur ab habitatoribus, phasaëliticus inde appellatus. Quin & reliquam eius beneficentiam enarrare perdifficile fuerit, quanta contulit in vrbes tàm Syriæ quàm Græciæ, & vbicunq; illum peregrinàri contigit. plurimas enim adiuuit, aut exstructis publicis operibus, aut sicuti incœpta pendebant propter inopiam, pecunijs in absolutionem eorum erogatis. Inter hæc præcipua sunt quòd Rhodijs Pythium templum suo sumptu exædificauit, & ad compingendas naues multa argenti talenta præbuit. Nicopolitanis vrbem ad Actium à Cæsare conditam habitantibus maiorem partem publicorum operum suis perfecit impendijs. Antiochensibus vrbem Syriæ maximam habitantibus, secante mediam eius longitudinem platea, hanc ipsam vtroq; latere ornauit porticibus, & viam eius subdiualem lapide polito strauit, non tàm ad ornamentum vrbis quàm ad incolarum commoda. Ludos etiam Olympios non satis respondentes suæ celebritati propter inopiam, adiuuit attributis annuis reditibus, quo splendidius & sacrificia fierent, & alia quæ ad decorandum tam frequentem conuentum pertinent: pro qua munificentia perpetuus agonotheta declaratus est. Hic alius quispiam miretur in vno homine tantam diuersitatem ingenij. Si enim spectemus eius liberalitatem ac beneficentiam quæ erga omnes vsus est, non possumus non dicere eum natura beneficentissimum. ediuerso si iniurias eius & sæuitiam in subditos atq; etiam coniunctissimos consideremus, fateri cogemur hominem fuisse durum, inexorabilem, & ab omni alienũ modestia. atq; ita pugnantes inter se voluntates habuisse videbitur. Ego verò aliter credo, & vtrunq; ab vna causa profectum existimo. Eo enim quòd honoris esset cupidissimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, sicubi spes esset aut in præsens laudis, aut in posterum memoriæ: quare quòd esset supra facultates sumptuosus, cogebatur molestus esse subditis. nam cum in alios erogaret plurimum pecuniæ, necesse erat eam aliquando malè quærere. Deinde sciens se ob*

Cæsar & Agrippa Herodis magnanimitatem celebrant.

Antipatris extructa.

Cypron conditum.

Phasaelus turris & oppidum.

Pythium templum ab Herode extrũctum.

Olympij ludi.

Herodes cur in exteros liberalis, in suos sæuus fuerit.

eas

eas iniurias inuisum subiectis, eas offensas lenire videbat difficile. neq; enim ppterat nisi vellet reditus minuere. itaq; abutebatur suorum odio in suum commodum. nam si quis illorum non per omnia seruitutem toleraret, aut videretur velle dominationem eius excutere, in tales impotenter sauiebat non aliter quàm in hostes, nullo cognatorum aut amicorum discrimine, quòd solus vellet honorari ab omnib. Quàm autem honoris cupidus fuerit colligere licet ex his ipsis honoribus quos ille Cæsari & Agrippæ cæterisq; eius amicis exhibuit. volebat enim exemplo esse suis, vt quemadmodum ipse præstantiores coleret, sic etiam coleretur ab omnibus: & hoc pacto satis declarabat cuius rei natura esset appetentissimus. Sed Judæis per leges patrias non licet hoc modo potentiores colere, quos necesse est maiorem rationem iusti & æqui habere quàm officiorum talium: quibus satis incommodum erat quòd non possent statuis & templis demereri Regis gratiam, & similibus adulationibus explere insanam cupiditatem glorioſi hominis. Atq; hæc mihi causa videtur cur Herodes erga familiares & consiliorum participes iniquior, erga exteros & alienos tanto beneficentior fuerit.

An. mũdi 3957 Ante Christum natum 7.

Herodes honoris cupidus.

CAP. X.

Iudæorum Cyrenensium & Asiaticorum ad Cæsarem legatio.

ASIATICI autem & Cyrenenses Judæi multum affligebantur ab earum regionum ciuitatibus, qui cum à priscis Regibus accepissent ius ciuitatis ex æquo cum cæteris, tunc multas iniurias à Græcis patiebantur, quasi exportarent pecunias, & essent noxij reliquis ciuibus, Cumq; Græci nec finem nec modum iniuriarum facerent, coacti sunt per legatos de eis apud Cæsarem conqueri. is rescripsit ad prouincias, placere vt Judæis seruetur æquale ius cum alijs. cuius rescripti exemplar subijcimus, quò testatius fiat quomodo erga nos affecti fuerint imperatores veteres. Cæsar Aug. Pont. Max. Trib. potestatis ita censet. Quoniam Judæorum gens semper fida & grata fuit Po. Rom. non nunc tantum, sed superiori etiam tempore, præcipue patri meo Imp. Cæsari, sub Hyrcano Pontifice: placet mihi de communi iurati senatus sententia, Judæos vti proprijs ritib. ac legibus, sicut vtebantur tempore Hyrcani Pont. Dei Max. & fanis eorum ius asyli manere: licereq; eis votiuam pecuniam per certos homines mittere Hierosolyma: neque cogi ad præstanda vadimonia sabbatis, aut pridie sabbatorum post horam nonam in paraſceue. Quod si quis deprehendatur furari sacros libros aut sacram pecuniam ex locis eorum religioſis, hunc teneri sacrilegij, & bona eius addici ærario Rom. pop. Suggestionem etiam eorum oblatam mihi per C. Marcium Censorinum, pro ea pietate qua omnes homines complector, iubeo cum hoc decreto dedicari in illustri loco, quem vniuersa Asia meo nomini consecrauit apud Argyram. quod si quis contra decretum ausus fuerit, non mediocri pœna mulctabitur. Inscriptum est columnæ in templo Cæsaris. Cæsar Norbano Flacco S. Judæis vbicunque gentium degentibus sacram pecuniam ex veteri instituto Hierosolyma mittere nemine prohibente liceat. Hæc Cæsar. Agrippa quoque pro Judæis scripsit in hunc modum. Agrippa Ephesiorum magistratibus, senatui, & populo S. Pecunia sacra quæ Hierosolyma mitti solet more patrio, procurationem ac tutelam penes Judæos esse volo in Asia: & & si quis sacram Judæorum pecuniam furatus ad asyla confugerit, eum inde abstractum dedi ad pœnam Judæis quo iure abstrahuntur sacrilegi. Syllano etiam

Hedio & Ruffinus Cap. 6. al. 11 Iudæi Asiatici & Cyrenenses afflicti, legatis ad Cæsarẽ missis, immunitatem consequuntur.

Agrippa Ephesiorũ magistratibus pro Iudæis scribit.

Syllano.

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

multa in hoc conferente etiam vxore Cæsaris Julia, & mittente permulta pretiosa ex Italia, vt omnibus computatis sumptus ad D. *talenta accederet. Congregata ingenti multitudine spectaculorum gratia, legationes quæ à diuersis populis mittebantur ob accepta beneficia, omnes excepit diuersorijs & mensis & continuis hilaritatibus, dum hominum frequentia spectaculis se totos dies oblectat, noctu verò conuiuijs & ostentatione magnificentiæ, cum insigni laude magnanimitatis regiæ. in omnibus enim studebat vt posteriora quæq; maiorem admirationem sui facerent: ferturq; ipsum sæpè Cæsarem & Agrippam dixisse, quòd maior quàm pro præsenti ditione esset Herodis magnanimitas, qui dignus videretur totius Syriæ atq; Ægypti imperio. Post hanc celebritatem & festos dies aliud oppidum exstruxit in campo qui dicitur Capharsaba, electo ad hoc agro aquoso & plantis idoneo, amne circumfluente ipsum oppidum, & luco circumdante pulcherrimarum arborum. hanc à suo patre Antipatro denominauit Antipatrida. deinde castellum matrẽ suam nomine referens supra Hierichuntem condidit, cui Cypron vocabulum imposuit, communito egregiè & instructo amœnis domicilijs. nec fraterni affectus oblitus memoriæ illius dedicauit ædificia pulcherrima, primum turrim Pharo non minorem in ipsa vrbe, in defuncti monumentum Phasaëlum vocatam, propugnaculum vrbis munitissimum. deinde eiusdem nominis oppidum circa vallem Hierichuntinam condidit, quà itur ad septentrionalia: quo factum est vt circumquaq; situs ager antea penè desertus diligentius coleretur ab habitatoribus, phasaëliticus inde appellatus. Quin & reliquam eius beneficentiam enarrare perdifficile fuerit, quanta contulit in vrbes tàm Syriæ quàm Graciæ, & vbicunq; illum peregrinari contigit. plurimas enim adiuuit, aut exstructis publicis operibus, aut sicuti incœpta pendebant propter inopiam, pecunijs in absolutionem eorum erogatis. Inter hæc præcipua sunt quòd Rhodijs Pythium templum suo sumptu exædificauit, & ad compingendas naues multa argenti talenta præbuit. Nicopolitanis vrbem ad Actium à Cæsare conditam habitantibus maiorem partem publicorum operum suis perfecit impendijs. Antiochensibus vrbem Syriæ maximam habitantibus, secante mediam eius longitudinem platea, hanc ipsam vtroq; latere ornauit porticibus, & viam eius subdiualem lapide polito strauit, non tàm ad ornamentum vrbis quàm ad incolarum commoda. Ludos etiam Olympios non satis respondentes suæ celebritati propter inopiam, adiuuit attributis annuis reditibus, quo splendidius & sacrificia fierent, & alia quæ ad decorandum tam frequentem conuentum pertinent: pro qua munificentia perpetuus agonotheta declaratus est. Hic alius quispiam miretur in vno homine tantam diuersitatem ingenij. Si enim spectemus eius liberalitatem ac beneficentiam quæ erga omnes vsus est, non possumus non dicere eum natura beneficentissimum. ediuerso si iniurias eius & sæuitiam in subditos atq; etiam coniunctissimos consideremus, fateri cogemur hominem fuisse durum, inexorabilem, & ab omni alienũ modestia. atq; ita pugnantes inter se voluntates habuisse videbitur. Ego verò aliter credo, & vtrunq; ab vna causa profectum existimo. Eo enim quòd honoris esset cupidissimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, sicubi spes esset aut in præsens laudis, aut in posterum memoriæ: quare quòd esset supra facultates sumptuosus, cogebatur molestus esse subditis. nam cum in alios erogaret plurimum pecuniæ, necesse erat eam aliquando malè quærere. Deinde sciens se ob*

Cæsar & Agrippa Herodis magnanimitatem celebrant.

Antipatris extructa.

Cypron conditum.

Phasaelus turris & oppidum.

Pythium templum ab Herode extrũctum.

Olympij ludi.

Herodes cur in exteros liberalis, in suos sæuus fuerit.

eas

eas iniurias inuisum subiectis, eas offensas lenire videbat difficile. neq; enim ppterat nisi vellet reditus minuere. itaq; abutebatur suorum odio in suum commodum. nam si quis illorum non per omnia seruitutem toleraret, aut videretur velle dominationem eius excutere, in tales impotenter sauiebat non aliter quàm in hostes, nullo cognatorum aut amicorum discrimine, quòd solus vellet honorari ab omnib. Quàm autem honoris cupidus fuerit colligere licet ex his ipsis honoribus quos ille Cæsari & Agrippæ cæterisq; eius amicis exhibuit. volebat enim exemplo esse suis, vt quemadmodum ipse præstantiores coleret, sic etiam coleretur ab omnibus: & hoc pacto satis declarabat cuius rei natura esset appetentissimus. Sed Iudæis per leges patrias non licet hoc modo potentiores colere, quos necesse est maiorem rationem iusti & æqui habere quàm officiorum talium: quibus satis incommodum erat quòd non possent statuis & templis demereri Regis gratiam, & similibus adulationibus explere insanam cupiditatem glorioſi hominis. Atq; hac mihi causa videtur cur Herodes erga familiares & consiliorum participes iniquior, erga exteros & alienos tanto beneficentior fuerit.

An. mũdi 3957 Ante Christum natum 7.

Herodes honoris cupidus.

CAP. X.

Iudæorum Cyrenensium & Asiaticorum ad Cæsarem legatio.

ASIATICI autem & Cyrenenses Iudæi multum affligebantur ab earum regionum ciuitatibus, qui cum à priscis Regibus accepissent ius ciuitatis ex æquo cum cæteris, tunc multas iniurias à Græcis patiebantur, quasi exportarent pecunias, & essent noxij reliquis ciuibus, Cumq; Græci nec finem nec modum iniuriarum facerent, coacti sunt per legatos de eis apud Cæsarem conqueri. is rescripsit ad prouincias, placere vt Iudæis seruetur æquale ius cum alijs. cuius rescripti exemplar subijcimus, quò testatius fiat quomodo erga nos affecti fuerint imperatores veteres. Cæsar Aug. Pont. Max. Trib. potestatis ita censet. Quoniam Iudæorum gens semper fida & grata fuit Po. Rom. non nunc tantum, sed superiori etiam tempore, præcipue patri meo Imp. Cæsari, sub Hyrcano Pontifice: placet mihi de communi iurati senatus sententia, Iudæos vti proprijs ritib. ac legibus, sicut vtebantur tempore Hyrcani Pont. Dei Max. & fanis eorum ius asyli manere: licereq; eis votiuam pecuniam per certos homines mittere Hierosolyma: neque cogi ad præstanda vadimonia sabbatis, aut pridie sabbatorum post horam nonam in paraſceue. Quod si quis deprehendatur furari sacros libros aut sacram pecuniam ex locis eorum religioſis, hunc teneri sacrilegij, & bona eius addici ærario Rom. pop. Suggestionem etiam eorum oblatam mihi per C. Marcium Censorinum, pro ea pietate qua omnes homines complector, iubeo cum hoc decreto dedicari in illustri loco, quem vniuersa Asia meo nomini consecrauit apud Argyram. quod si quis contra decretum ausus fuerit, non mediocri pœna mulctabitur. Inscriptum est columnæ in templo Cæsaris. Cæsar Norbano Flacco S. Iudæis vbicunque gentium degentibus sacram pecuniam ex veteri instituto Hierosolyma mittere nemine prohibente liceat. Hæc Cæsar. Agrippa quoque pro Iudæis scripsit in hunc modum. Agrippa Ephesiorum magistratibus, senatui, & populo S. Pecunia sacra quæ Hierosolyma mitti solet more patrio, procurationem ac tutelam penes Iudæos esse volo in Asia: & & si quis sacram Iudæorum pecuniam furatus ad asyla confugerit, eum inde abstractum dedi ad pœnam Iudæis quo iure abstrahuntur sacrilegi. Syllano

Hedio & Ruffinus Cap. 6. al. 11 Iudæi Asiatici & Cyrenenses afflicti, legatis ad Cæsarẽ missis, immunitatem consequuntur.

Agrippa Ephesiorũ magistratibus pro Iudæis scribit.

Syllano.

An. mũdi 3957 Ante Christum natum 7.

etiam magistratui scripsit, ne Iudæi sabbatis cogantur ad præstanda vadimonia. M. Agrippa Cyrenæorum magistratibus & senatui S. Iudæi Cyrenenses,

Cyrenæorum magistratibus.

pro quibus iam Augustus scripsit Flauio Lybiæ præsidi, aliysq; eius prouinciæ magistratibus, non esse vetandos mittere ex more sacram pecuniam Hierosolyma: conquesti sunt nunc apud me, vexari se improborum quorundam sycophantijs, & vetari hoc facere prætextu quorundam tributorum quæ tamen non debentur. Hos ego suo iuri suisq; moribus relinqui iubeo. & si qua in vrbe pecunia sacra intercepta est, eam per delectos ad hoc idoneos Iudæis restitui. C. Norbanus Flaccus procos. Sardianorum magistratibus S. Cæsar mihi scripsit, iubere se neminem Iudæorum vetari iuxta patrium morem collectas pecunias Hierosolyma mittere. quare ego quoque vobis scribo de hac re, ne vos lateat tam mea voluntas quam Cæsaris. Nec aliter Julius Antonius procos. scripsit: Ephesiorum magistratibus senatui ac pop. S. Asiam habitantes Iudæi Febr. Idibus reddenti mihi ius apud Ephesum indicauerunt, Cæsarem Aug. & Agrippam concessisse sibi vti patrijs legibus & moribus, primitiasq; suo quemque arbitratu pietatis ergo conferre, deportandas absque impedimento ad templum Dei maximi: rogaueruntq; vt ab illis concessa meo consensu rata habeam Quare scire vos volo, me quoque iuxta Cæsaris & Agrippæ decreta permittere, vt quicquid volunt iuxta patrium morem nemine prohibente faciant. Hæc decreta in hoc apposuimus, vt, quoniam scripta nostra in Græcorum manus peruentura sunt, ostenderem eis iam inde à maiorum ætate hunc honorem nobis habitum, ne prohiberemur per potestates publicas vti patrijs moribus, imò illorum consensu religione concessa Deum colere mus. quæ quidem eò crebrius inculco, vt flectam gentes exteras, & odium nostri, cuius nullam rationem habent idoneam, eorum animis eximam. nam moribus nulla gens eisdem vtitur perpetuò, sed oppidatim ferè in his fit mutatio. Iustitia verò omnibus hominibus ex æquo competit, res vtilissima tàm Græcis quàm barbaris, cuius maxima in nostris legibus habetur ratio, nosq; omnibus, modò eis inuiolatas seruemus, caros ac amicos potest reddere. quamobrem rogatos omnes volumus, vt non tàm nos ob diuersum vitæ genus horreant, quàm complectantur ob virtutis studia. Hæc enim communis est omnibus, & sine hac non potest humana vita consistere. Nunc ad historiæ contextum redeo.

C. Norbanus Flaccus pro Iudæis scribit.

Julius Antonius Procos.

CAP. XI.

Herodes opus habens pecuniæ, sepulcrum Dauidis subijt.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. al. Cap. 12.

HERODES *multum pecuniarum domi forisq; profundens, audito quòd Hyrcanus qui ante eum regnauit, recluso Dauidis sepulcro tria milliatalentorum argenti extulisset, superesseq; multo plura quæ possint quantumuis magnis sumptibus sufficere, multo tempore animum habuit idem aggredi. Tunc verò noctu apertum sepulcrum ingreditur, cum prius accuratè cauisset ne hoc resciret populus, assumptis tantùm amicorum fidissimis. Depositas tamen pecunias non inuenit sicut Hyrcanus, sed mundi pretiosi & aureorum ornamentorum vim magnam inde sustulit. his inuitatus ad diligentius scrutandum, interius processit, vsq; ad conditoria corporum Solomonis ac Dauidis: vbi duos satellites amisit, erumpente (vt fertur) ex adytis flamma contra progressos temerè. quo casu territus exiuit, & tactus religione ad expiandũ se in aditu sepulcri monumentum è*

Auri sacra fames.

Herodes duos satellites in Dauidis monumento amittit.

candido

candido marmore condidit ſumptuoſiſsimis impendijs. eius operis & Nicolaus illius temporis ſcriptor meminit, ſed non item de deſcenſu Regis, præter decorum id factum exiſtimans: idq; more ſuo fecit. Viui enim Regis hæc auribus dedit, captans gratiam, & ea tantũ attingens quæ ad gloriam illius pertinere viſa ſunt. quin & multa eius apertè iniuſta facinora aut alia ſpecie affícta fucauit, aut, quantum potuit, occultare ſtuduit: quandoquidẽ etiam crudelitati in Mariammen ac filios ſpecioſam cauſam adſtruere conatur, illam impudicitiæ, hos inſidiarum patri paratarum inſimulans: & hoc toto opere facit perpetuò, quæ rectè ac iuſtè Rex geſſit nimijs extollens laudib. cõtraria verò diligenter excuſans. Sed illi ob quam dixi cauſam danda venia, non tàm ad poſteritatis cognitionem, quàm ad gratificandũ ſuo Regi ſcribenti. Nos verò qui & generis propinquitate Aſamonæos Reges contingimus, & ſacerdotij honore fungimur, turpe ducentes mendacium, incorruptè res geſtas exponimus, ſalua reuerẽtia poſterorũ Regis illius, qui etiam nũc rerum potiuntur, maiorẽ tamen veritatis rationẽ habentes cum ipſorum quoq; venia. Caterùm Herodis domus poſt violatum ſepulcrum cœpit labi in deterius: ſiue diris vltricib. in eam partẽ incumbentib. quæ iam antè malè habebat: ſiue forte fortuna talis calamitas incidit in ea tempora, vt meritò videri poſsit impietatis præmiũ. Diſsidium enim erat in aula bello ciuili ſimile, & odia mutua concertantia calumnijs. Sed inter omnes eminebat Antipatri contra fratres artificioſa machinatio, qui per alios inuoluens illos falſis criminationibus, ipſe patrocinium eorũ ſæpè ſimulabat, vt approbata ſua beneuolentia facilius iuuenes clàm poſſet opprimere: atq; talib. verſutijs circũueniebat patrem, vt putaret hunc ſolùm incolumitatis ſuæ curã gerere. quapropter etiã Ptolemæum procuratorẽ ſuũ Rex Antipatro cõmendauit, & cũ matre eius omnia communicauit conſilia, adeò vt nihil non horũ arbitratu gereret, & infenſum eum redderent his quos exoſos Regi eſſe ipſorũ intererat. Mariãmes verò filij rem indies ferebant ægrius, propter nobilitatẽ indignantes ſuo loco ſe dimoueri ac deterioríb. cedere, & tantum nõ in ordinẽ rediri. Quin et vxores ipſorum eiſdẽ laborabant paſsionib. quarum altera Alexãdro nupta Archelai filia Glaphyra odio mutuo proſequebatur Salomẽ, tum propter mariti amorẽ, tum quòd inſolentius ſe erga filiã eius gereret. ea nupta erat Ariſtobulo, quã illa ſibi honore æquari ferebat muliebriter. atq; hac altera contentione accedente, ne Pheroras quidẽ Regis frater alienus erat à diſcordia. habebat enim priuatam cauſam ſuſpicionis & odij. Inciderat in amorem ancillæ propriæ tam inſanum, vt oblatã ſibi à Rege in coniugium filiam faſtidiret, contentus ancillæ complexib. Id ægerrimè tulit Herodes, videns germanum affectum à ſe tot beneficijs, & penè regni ſocium, non reſpondere pietate mutua, & infortunatum ſe fratrem exiſtimans: & cum non valeret Pheroram ad æquiorẽ mentẽ reducere, puellam collocauit cum Phaſaeli filio. procedente deinde tempore ratus iam deferbuiſſe fratris cupidines, conqueſtus de repulſa, alterius conditionẽ ei detulit, quæ Cypros nomine dicta eſt. Tum Ptolemæus Pheroræ conſulit, ne pergat fratrem contemnere, & ab amore turpi reſipiſcat, propter quẽ ſtultum ſit priuare ſe Regis amicitia, & in eius vicem odium ac tranquillitatis iacturã incurrere. Ille intelligẽs hoc ſibi vtile, qpiã antè calumnijs appetitus veniã à Rege cõſecutus fuerat, mulierẽ iam filij matrẽ ex ſe factã ablegat: & Regi pollicetur ducturum ſe filiã eius alterã: condixitq; diẽ trigeſimum ad celebrãdas nuptias, iureiurãdo interpoſito nihil ſibi poſthac cum ablegata

An. mũdi 3957. Ante Chriſtum natum 7. Notatur Nicolaus Hiſtoriographus.

Ioſephus ex Pontificali Aſamonæorum genere

Diſsidium in domo Herodis.

Antipatri contra fratres artificioſa machinatio.

Rixæ muliebres.

Pheroras Herodis filias in cõiugium oblatas faſtidit.

An.mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

legata fore commercij. elapso autem præfinito tempore in tantum amori succubuit, vt non staret pollicitis, & rursum reuolueretur ad pristinam mulieris consuetudinem. Ibi tum Herodes non amplius potuit iram tegere, sed sæpè iaciebat voces quasdã, signa alienati à fratre animi: nec deerant multi qui per occasionem hunc eius affectum fouerent calumnijs. Jamq; nec dies abibat vlla nec hora, quin aliquid ei nouarum turbarum accideret, commissis inter se necessitudinib. quas natura volebat esse carissimas. Nam & Salome infensa Mariammes filijs ne filiam quidem nuptam Aristobulo adolescentum alteri sinebat frui caritate mutua, pelliciens ad effutienda & prodenda secreta coniugum colloquia: & si quid, vt assolet, offensiuncularum incideret, exacerbans multis suspicionib. quo factum est vt secreta eorum expiscaretur omnia, & puella quoq; iuuenem exosum redderet. illa verò in matris gratiam sæpè narrabat, quòd illi, quoties soli essent, crebram mẽtionem Mariammes facerent, & odiosè de patre loquerentur: minarenturq; si Principatus ipsis contingeret, reliquarum Regis vxorum filios scribas se facturos in oppidulis. ad hoc enim conducibilem illis fore literaturam, cui tum darent operam. vxores etiam regias, si quando viderent matris ornamenta vsurpare, pro præsentib. delicijs vestituros se cilicijs, inclusas vbi ne solem quidẽm liceat aspicere. Hæc mox Salome Regi renunciabat: quæ ille tametsi permolestè ferret, emendare tamen malebat quam punire. maximè autẽ exasperabatur suspicionib. & indies seipso peior, omnib. omnium rumorib. credebat. attamen tunc obiurgatione filios castigasse contentus, & illorum resp̃sione placatus aliquantisper quieuit. Sed mox malum recruduit. Pheroras enim Alexandrum cõuenit maritum, vt diximus, Glaphyræ Archelai filiæ: aitq; se audisse ex Salome, Herodem ardenter amare Glaphyrã, nec posse hunc affectum excutere. hoc audito iuuenis zelotypus vehemẽter excanduit: & quicquid honoris ac comitatis Herodes mulieri exhibebat in gratiã filij, quod quidem ferè quotidianum erat, in peiorem partem interpretabatur, suspicione concepta ex his quæ audierat. neque diutius potuit eam indignationem concoquere, sed adito patre cum lacrymis ei sermonẽ Pheroræ aperit. quamobrem ille magis adhuc turbatus est, non ferens insimulari se falsò tam turpis criminis, multa querens de suorum malicia, à quibus pro beneficijs talem reportaret gratiam. Moxq; accersitum Pheroram adortus iurgio, pessime, inquit, omniũ mortalium, eòne ingratitudinis prolapsus es, vt talia de nobis vel dicas vel cogites? nonne deprehendo tuum propositum, quòd non conuicio tenus hæc dixisti filio, sed vt insidias & veneficia hoc pacto in caput meum strueres? Quis enim, nisi bono aliquo genio ductus vt iste, filius pateretur patrem suspectum impunè ferre talem iniuriam? Vtrum tibi videris sermonem in animũ, an in dextrã eius gladium inseruisse, quo parentem conficeret? aut quid tibi voluisti, cum & ipsum & fratrem oderis, in me tantum calumniando simulans beneuolentiam, & ea dicens quæ salua pietate ne cogitari quidem poterant. apage te hinc post tam peruersum erga fratrem benè meritum animum. Et tu quidem quoad vixeris tua conscientia fruere: ego verò dabo operam vt sim meis melior, neque dignas pœnas exigens, & maioribus quàm digni sint beneficijs eos prosequens. Sic destomachante Rege Pheroras cum in manifesto crimine deprehensus teneretur, Salomes ait hoc esse commentum, & ab ea prima hos sermones profectos esse. Quo audito illa (nam fortè aderat) composito ad verborum fidem vultu exclamat, non esse hæc

Salome filiam ad effutienda & prodenda secreta coniugum colloquia pellicit.

Pheroras Herodem, dum illum ardenter amare Glaphyrã dicit, vehementer commouet.

Salome se purgat.

sua,

ſua,& omnes hoc vnum agere,vt eam inuiſam Regi faciant,& de medio tollant Herodis amantiſſimam,& præcauentem ipſius pericula. nunc verò etiam maioribus ſe appeti inſidijs. ſolam enim autorem fuiſſe fratri, vt, abiecta qua ſe oblectabat muliercula, filiã Regis duceret,& hanc eſſe cauſam odij. hæc illa loquente, ſimulq; capillos ſibi vellente,& pectus plangente, ſpecies quidem negantis erat veriſimilis, ſed mala mens diſſimulabatur geſtu fictitio. Pheroras autem medius tenebatur, ne prætextum quidem vllum ſui facti inueniens, cum non inficiaretur ſe dixiſſe,& audiſſe eadem perſuadere non poſſet. ea perturbatio non ſine altercatione durauit aliquandiu. tandem Rex pertæſus & fratrem & ſororem ablegauit: collaudataq; filij temperantia,& quod hos ſermones ad ſe detuliſſet, admodum ſerò ad curam corporis ſe contulit. Poſt hanc contentionem malè audiebat Salome, quod videretur autor huius calumniæ:& vxores Regiæ malè ei volebant, quòd ſcirent moroſam & variabilem,& pro tempore nunc inimicam nunc beneuolam. Semper igitur aliquid contra eam Herodi occinebant, arrepta occaſione ex caſu quodã fortuito. Erat Arabũ Rex Obodas, homo ſegnis & ocio deditus: negocia verò eius adminiſtrabat Syllæus vir callidus, ætate florens & corporis ſpecie. hic cum propter quædã negocia ad Herodem veniſſet, contemplatus vnà cœnantem Salomen animũ ad eam adhibuit: compertoq; eſſe viduã, venit cum ea in colloquium. illaque deterius quàm ante tractabatur à fratre, & nonnihil tacta forma iuuenis, non abhorrebat à nuptijs: & cum per eos dies frequentarentur conuiuia, exiſtebant multa non mediocria ſigna quod conſenſus & mutuus amor inter eos intercederet. Hæc vxores Regi non ſine deriſione referebant. Herodes autem hoc non contentus ſciſcitabatur ex Pherora, & iubebat eum inter cœnam obſeruare, quomodo erga ſe inuicem affecti ſint. ille renunciauit quòd nutibus & mutuis aſpectibus ſatis indicarent quò tenderent. Poſt hæc Arabs iam ſuſpectus abijt. elapſis deinde duobus aut tribus menſibus hanc ipſam ob cauſam reuerſus,& collocutus de hac re cum Herode, poſtulauit, vt Salomen ſibi collocaret. fore enim ei hanc affinitatem vtilem propter Arabum commercia, quorum principatũ & deberi ſibi,& iam magna ex parte contigiſſe. De quo cum ille ad ſororem retuliſſet, percontando an ei nubere ſit animus, mulier facilè aſſenſum præbuit. poſtulantibus deinde vt Syllæus accenſeretur in Iudæorum religionem,& tum demum vxorem duceret, alioqui non eſſe licitum: ille facere hoc non ſuſtinuit, lapidandum ſe dicens à popularibus ſi faceret: atq; ita re infecta diſceſſit. ex eo tempore Pheroras Salomen inſimulauit intemperantiæ, ac magis etiam vxores Regiæ, dicentes eam conſueuiſſe cum Arabe. Et puellam, quam fratri deſponſatã ille domeſticæ muliercula illecebris victus recuſauit ducere, Herodes in ſororis gratiã collocaturus Salomes filio nato è Coſtabaro mutauit ſententiam perſuaſus à Pherora, negante adoleſcentem amaturum talem ſocerũ propter patris ſui cædem,& æquius cenſente, vt ipſius filius eã ducat, ſucceſſurus in tetrarchiæ dominium. quod vbi is perſuaſit, impetrauit prioris offenſæ veniam. Mutatis igitur ſponſalibus puella data eſt nuptum adoleſcentulo, addita c. talentorum dote. Nec interim ceſſabant turbæ domeſticæ, imò augebantur etiam, à turpibus initijs progreſſæ vſq; ad calamitates triſtiſſimas. Erant in delicijs Herodi propter formam eunuchi tres, vnus à poculis, alter ab epulis, tertius cubicularius, quorum opera etiam in ſerijs regni negocijs vti eſt ſolitus: hos quidam ad Regem detulit corruptos eſſe ab Alexandro filio accepta magna

An. mũdi 3957. Ante Chriſtum natum 7.

Effectus calumniarum.

Syllæus Arabs Salomen in vxorẽ petens repulſam patitur.

Herodes filiam Pheroræ filio dat coniugem

Odiũ filij in patrem proditur.

An. mũdi 3957. Ante Christũm natum 7.

vi pecuniæ: & quæsticnibus examinati ecquid cum illo habuissent consuetudinis, rem fassi sunt: præterea nullius tentati cõtra patrem facinoris se esse conscios. admotis deinde acrioribus tormentis, victi necessitate, ministris magis magisq; in gratiam Antipatri sæuientibus, aiunt Alexandrum innatum contra parentem odium alere: hortatumq; eos vt Herodem desererent iam inutilem, facientemq; fucum ætati, & senium dissimulantem tincto capillitio. quin potius ipsi adhiberent animum, potituro vel inuito patre regno debito, expectarentq; breui dignitatem primariam. iam enim non tantum generis prærogatiuam sibi suffragari, sed instructa etiam ad inuadendam dominationem omnia. staturos pro se multos duces militum, multos amicos Regios, paratos quiduis vel agere vel pati in ipsius gratiam. His auditis Herodem totum ira & timor occupat, quòd filij verba & contumeliosa viderentur, & minacia: vtroq; igitur exacerbatus verebatur, nequid grauius cõtra se conflatum esset, quàm vt eodem temporis momento posset cauere & occurrere. quamobrem non ausus palàm inquirere, per dimissos clancularios exploratores rem gerebat, omnes suspectos iuxta habens atque inuisos, & in suspicionibus etiam de immeritis securitatem suã collocans: quarum adeò nullus erat finis, vt quò quisque ei coniunctior esset, eo magis timeretur, vt tanto ad nocendum potentior. Cæteros cum quibus ei nulla intercedebat familiaritas, vel nominari à delatore sat erat, moxq; ad suam securitatem pertinere putabat illorum interitus. Postremo etiam domestici anxij de incolumitate propria in seipsos versi sunt, tutissimos rati, qui alios præuenirent calumnijs, certissimumq; hoc ad salutem remedium: qui mox voti compotes hoc ipso aliorum in se conciebant inuidiam, videbanturq; merito retaliandi, & sic accipiendi, vt ipsi tractassent alios. Iamq; etiam priuatas simultates hoc modo exercebant, moxq; deprehensi eadem patiebantur, occasione contra inimicos vtentes pro laqueo, quo paulo post ipsi comprehendebantur. Rex enim velox erat ad pœnitentiam, eo quòd multos conuictos tolleret: quod tamen non in hoc proderat ne similia posthac faceret, sed contentus erat delatores eorum pari mulctasse supplicio. Tantum erat tunc in aula Regia perturbationum ac formidinum.

Herodes quibusuis calumnijs fidem adhibens multos iniuste interficit.

Hedio & Ruffinus Cap 8.

Multis etiam intimis amicis denunciauit, ne vel in conspectum suum venirent, vel intra limina palatij, maximè his qui fiducia meritorum hactenus ei reuerendi fuerant. Andromacho enim & Gemello veteribus amicis, & qui plurimum Regem tam legationibus quàm consilijs iuuerant, filiosq; eius instituerant, & maiorem cæteris habebant fiduciam, amicitiã renunciauit: alteri quia Demetrio eius filio Alexander vtebatur familiariter: Gemello verò quòd ipsum sciret fauere iuueni. nam & inter educatores eius ac eruditores fuerat, & Romanæ peregrinationis comes hæserat. Nec dubium est quin grauius aliquid in eos libenter statuisset, ni obstaret virorum claritas: quare contentus est tum ablegatis ademisse autoritatem, vt posita proborum hominum reuerentia debaccharetur licentius. Horum porrò omnium malorum fax erat Antipater, qui ex quo primum tempore patrem animaduertit formidinibus obnoxium, consiliorum ei socium se adiungens accendebat hominis sæuitiam: & tunc videbatur egregiè fungi officio, si daret operam, vt quicunque reniti possent tollerentur de medio. Tunc igitur pulso Andromacho & reliquis amicis liberioribus, primum Rex quotquot putabat Alexandro fidos examinauit tormentis, num cuius tentati contra se facinoris essent conscij. illi verò immoriebantur cruciatibus, quòd

Herodes Andromacho & Gemello amicitiam renunciat.

Antipater omnium malorum fax.

Propter Alexandrum multi tormentis examinantur.

nihil

nihil haberent dicere. atque hoc acrius incumbebatur quæstionibus, quod præter opinionem nullum deprehendi posset ne cogitatum quidem maleficium. Et Antipater callidus artifex interpretabatur tortos à veritate malle quàm à fide erga dominos & amicos discedere, vrgebaturq; vt secreta perquirerentur apprehensis pluribus. Tandem vnus è multis tormenta non ferens, ait se non semel audisse iuuenem dicere, quoties laudaretur à proceritate statura, aut sagittandi peritia, cæterisq; virtutibus eximijs, hæc à natura ornamenta sibi magis concessa quàm beneficia. patrem enim præ inuidia his offendi omnibus. quapropter quando simul inambulent contrahi se de industria & submitti, ne appareat procerior, & in venatorijs iaculationib. illo præsente destinata non ferire, quòd norit genitoris ingenium nõ ferentis laudari filium. Hæc verba dum expenduntur intermissis tormentis adiecit, conspirasse eum cum fratre Aristobulo, vt in venatione patri insidias struerent, quibus si ille esset oppressus, tum regnũ postulaturus Romam perfugeret. Inuenta sunt etiã iuuenis literæ ad fratrem scriptæ, conquerentis de patre, non rectè factũ, quòd Antipatro addixisset agros, ex quibus ad eum redirent CC. *talenta annua. Tum verò Herodes probabili, vt ipsi videbatur, argumento confirmatus in suspicione, Alexãdro comprehenso iubet injici vincula: & rursum incipit sæuire, quamuis ne ipse quidem auditis satis crederet. neque enim excogitare poterat, cur deberet ab illis per insidias appeti: & querelæ illæ pueriles contentiones videbantur, nec verisimile post manifestũ parricidiũ voluisse eos Romam petere. quamobrem volens maius aliquod impietatis argumentum inuenire, soliciteq; cauens, ne videretur filiũ temerè damnasse ad vincula, & quæstioni subijciens honoratiores Alexandri amicos, non paucos eorũ nihil tale confessos interfecit. Cumq; tota Regia tumultu, terrore, ac tormentis perstreperet, iuuenis quidã in tali necessitate constitutus dixit Alexandrum Romã ad amicos literas misisse, rogantem, vt curarent se accersiri à Cæsare, indicaturum de quibusdã contra illũ conspirationibus, quando pater societati Romanorũ prætulerit Mithridatis Parthorum Regis amicitiam. addidit habere eum venenum, quod apud Ascalonem paratum sit. His auditis Herodes credidit, consolantibus eum in calamitate adulatoribus, quòd non temerè quidquam faceret. venenum tamen summa cura quæsitũ nusquam inuentum est. Cæterum Alexander oppressus malis adeò non cessit, neq; inficiatus est, vt patrem exasperaret amplius: siue volens pudefacere facilitatem eius ad credendum calumnijs: siue vt, si forte crederet, inuolueret eum cum tota Regia magnis calamitatibus. Quatuor enim libellos à se conscriptos ei misit, negans opus esse tormentis plurib. structas enim insidias, participesq; eorũ esse Pheroram & amicorũ fidelissimos: Quin & Salomen obrepentem noctu cum inuito se esse cõgressam, omnesq; eo tendere, vt, illo sublato, optatam assequerenter licentiam. eiusdem conspirationis arguebãtur & Ptolemæus & Sapinnius, præ cunctis Regi fidissimi. nec aliter quàm rabie quadam occupati in se inuicem efferabantur homines pridem amicissimi, non defensione, non coargutione expectata tantisper dum veritas pateret, indicium præueniente supplicio. alij vinciebantur, alij necabãtur, alij nihil latius exspectantes moras ipsas quàm repræsentationem malorũ agrius ferebant: ingensq; mœror ac torpor fœdabat pristinam felicitatem Regiæ. Ne Herodem quidem ipsum vitæ in tali perturbatione non tædere poterat, cui, quòd nemini se auderet credere, pro tormento erat futuri exitus expectatio: sæpeq; illi obuersabatur*

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

Alexandri in vincula coniecti amici quæstioni subiiciuntur.

Alexãdrum quidam quòd Romam cõtra parentem ad amicos, literas miserit, accusat.

Alexander indicatis etiam socijs facinoris perpetrandi, fatetur insidias patri structas.

Herodes in aula calumnijs & cædib. refertæ vitæ suæ tædet.

irruens

An. mũdi 3957. Ante Christum natum 7.

irruens gladio stricto filius, noctes atque dies nihil aliud volutanti, vt iam minimum abesset ab insania.

CAP. XII.

Archelaus Cappadocum Rex Alexandrum patri reconciliat.

Hedio & Ruffinus Cap. 9. Alias 13.

Archelaus Cappadocum Rex, Herodem in ignationem in generum simulat, eúq; ad paternos affectus reducit.

DVM ita Herodes animo angitur, Archelaus Cappadocum Rex de filia & iuuene genero solicitus, tum amici quoque vicem miseratus inuolutis tam perplexis & turbatis negocijs, officij sui putauit profectionem ad eum suscipere. Quem vbi sicut audierat affectum inuenit, importunam rem putauit si obiurgaret ac temeritatis & nimiæ credulitatis argueret. fore enim vt ille ex aduerso contendens & excusare se studens exacerbaretur amplius. Quapropter aliam rationem commentus est qua res affectas componeret, indignatione versa in iuuenem, asserens Regem nihil præter æquitatem, sed omnia rectè fecisse: se quoque diremturum illud coniugium, ac ne filiæ quidem parsurum, si sceleris conscia non fecisset indicium. Tum Herodes vbi præter opinionem vidit hominem prosela so tam grauiter excandescere, asperitate remissa, & factum suum iusta æstimatione volens expendere, paulatim ad paternos affectus rediit. Famq; vtroq; flexo ad misericordiam, quoties aliquis obiecta à iuuene crimina refelleret, ad iram commouebatur Rex: *postquam verò Archelaum quoque accusationem aggredi vidit, lacrymis affectum prodens, rogabat illum ne nimium indulgeret iræ, néve propter iuuenis erratum coniugium dirimeret. Tum Cappadox nactus eum iam*

Archelaus Alexandri crimina in amicos, præcipuè verò in Pheroram transfert.

mitiorem, cœpit crimina transferre in amicos, qui deprauarent hominem iuuenem & rudem omnis malicia, præcipuè fratrẽ Regis *vrgens suspicionibus. Nam cum & Pheroras in Herodis indignationem incurrisset, intelligens reconciliatorem neminem Archelao magis idoneum, at ratus illum adijt, alia quoq; desperantis de salute signa præferens. qui non despexit preces supplicis, negans tamen sibi facile tam citò flectere offensum Regis animum. Satius esse, vt ipse à fratre veniam peteret, prius confessus se fuisse causam horum omnium. eam confessionem profore multum ad leniendam iracundiam, ac tum demum se quoq; opportunius deprecatorem accessurum. paruit ille consilio, quod vtriq; cessit feliciter.*

Pheroras Herodi se causam perturbationum fuisse ingenuè fatetur, & fratri Alexandro reconciliatur.

nam & iuuenis præter opinionem exemptus est criminationibus, & Pheroram Archelaus reposuit in fratris gratiam: ipse quoque inita maxima gratia apud Regem in tam difficili ipsius tempore, latus in Cappadociam profectus est. nam & cum muneribus dimissus est preciosissimis, & facilè primum inter amicos locum obtinuit. Conuenit etiam inter eos, vt Herodes Romam peteret, quandoquidem de hoc negocio Cæsari scripserat: feceruntq; simul iter vsque Antiochiam. ibi præsidem Syriæ Titum reconciliauit Archelao, atque ita in Iudæam reuersus est.

Herodes cum Archelao Antiochiam vsq; iter facit.

CAP. XIII.

Trachonitarum defectio.

An. mũdi 3958. Ante Christum natum 6.

Arabici belli causæ. Trachonitis Herodi donatur à Cæsare, Aliàs cap. 14.

ILLE verò dum Romam profectus interim à regno abest, bellum Arabicum ex hac causa exortum est. Incolæ Trachonis, quam regionem Zenodoro ademptam Cæsar Herodi attribuerat, vetiti exercere latrocinia, cogebantur in studijs agriculturæ mitius degere. hoc vitæ genus nec ipsos delectabat, neque terra respondebat laboribus. tamen à principio cohercente Rege abstinebant iniuriam ab accolis,

lis, non ſine laude Herodis diligentiæ. Sed quando Rex *nauigauit in Italiam Alexandrum accuſaturus & commendaturus Antipatrum Cæſari, Trachonita ſparſo rumore de eius interitu defecerunt reuerſi ad priſtina latrocinia. tunc tamen abſente* Rege *à ducibus eius ſunt perdomiti. cæterum* XL. *ex his latronum principes captorum exemplo territi, relicto patrio ſolo fugerunt in Arabiam, recipiente eos Syllæo propter non impetratũ Salomes coniugium. à quo cum munitum quendam locum accepiſſent habitandum, excurſionibus non Iudæam tantum infeſtabant, ſed totam Cœleſyriam, abigebantq; prædas in ſua receptacula, Syllæo præbente impunitatem & ſecuritatem maleficijs. Herodes autem reuerſus à* Romana peregrinatione, *comperit multa damna illata ſuis à latronibus. cumq; non poſſet eos in poteſtatem ſuam redigere, quòd eſſent ſub tutela Arabum, nec tamen iniuriam acceptam concoqueret, perluſtrata Trachone interfecit illorum domeſticos. quo facto illi irritatiores, maximè quòd legem haberent quæ iuberet domeſticorum cædem inultam non ſinere, contempto periculo totam Herodis ditionem agendo & ferendo perpetuis vexabant incurſionibus. Tum* Rex *ad Præſides à Cæſare miſſos Saturninum & Volumnium rem detulit, latrones depoſcens ad ſupplicium. illi hoc audito maiore manu ſe communire, perturbare omnia repentinis inſultibus, agros ſimul & vicos populari, iugulare quotquot in manus eorum inciderent, vt bello quàm latrocinio res eſſet ſimilior. iam enim vſque ad mille accreuerant. Quare Herodes & latrones ſibi dedi poſtulabat, & mutuum creditum repetebat exacto iam præſtituto tempore, ſexaginta illa talenta quæ Oboda per Syllæum commodauerat. Syllæus verò qui detruſo à regimine Oboda ipſe adminiſtrabat omnia, inficiabatur eos latrones eſſe in Arabia, & pecuniam differebat reddere, de qua diſceptabatur apud Saturninum & Volumnium Syriæ præſides. Tandem illis autoribus conuenit, vt intra triginta dierum ſpatium & debitum redderetur, & ex vtroque regno reſtituerentur perfugæ. Sed apud Herodem prorſus nemo Arabum inuentus, vel ob maleficium, vel quacunque de cauſa profugus: verum Arabes conuicti ſunt latrones ad ſe recipere.*

An. mũdi 3958. Ante Chriſtum natum 6.

Rebelles Arabes à ducibus Herodis perdomantur.

Latrones capti & puniti.

Aliàs cap. 15.

Herodes ab Arabibus latrones ſibi dedi poſtulat, & mutuũ creditum repetit.

Saturninus & Volumnius Syriæ Præſides Herodi Arabes reconciliant.

CAP. XIIII.

Expeditio Herodis in Arabiam.

ÆTERVM poſtquam aduenit præſtitutus terminus, Syllæus nolens ſtare conuentis Romam profectus eſt: Herodes verò exſequebatur reſtitutionem pecuniarum ac latronum, Saturnino & Volumnio permittentibus ei contumaces armis perſequi: collectoq; exercitu inuaſit Arabiam, ſeptem manſiones emenſus triduo. cumq; peruenisſet ad caſtellum, in quo ſe latrones continebant, primo impetu id cepit, ipſamq; munitionem nomine Raptam *diruit, nullo alio damno dato regionis incolis. Et cum in auxilium eorum procurriſſet dux Arabum Nacebus, commiſſum eſt prælium, in quo pauci ex Herodianis, Arabum verò* XXV. *cum ipſo duce ceciderunt: reliqui in fugam compulſi ſunt. Hoc modo latrones vltus Idumæorum tria millia in Trachonem deduxit, vt coërcerent ibi latrocinia: & ad duces* Romanos *agentes in Phœnicia dedit literas, quibus eos certiores fecit, quòd in contumaces tantum Arabas conceſſo ab eis iure vſus ſit, nihilq; egerit præterea: idq; ipſorum inquiſitione poſtea verum compertum eſt.*

Herodes Saturnino & Volumnio permittentibus cum exercitu Arabiam inuadit, & Raptam caſtellum diruit.

Nacebus cum viginti quinque Arabũ cæſus.

Herodes Idumæorũ tria millia in Trachonem deducit.

An. mũdi 3958. Ante Christum natum 6.

CAP. XV.

Syllæus Herodem accusat apud Cæsarem.

Hedio & Ruffinus Cap. 10. Aliàs cap. 16.

Syllæus Herodem apud Cæsarem accusat.

ED aliter Romam properatis nuncijs Syllæo relatũ est, suo more exaggerantibus omnia. is iam antè insinuatus in noticiam Cæsaris, fortè tum circa palatium obuersans, his auditis cõfestim mutata veste atratus eum adijt, denarrans vt bello afflicta sit Arabia, totumq; regnum euersum ab Herode ingresso cum exercitu. ad hæc lacrymans querebatur cecidisse duo millia & quingentos Arabũ primates, & in his amicũ ac cognatum suum Nacebum, direptasq; magnas opes apud Raptam repositas. atq; hæc facta per contemptum Obodæ, qui nec copias paratas habuerit, nec ducẽ, se absente, idoneũ. Hæc dicente Syllæo, addenteq; quòd nec ipse hanc profectionem susceptur us erat, ni crederet Cæsari curæ esse pacem publicam omnium, neq; se domi præsente, Herodes nisi suo malo eã pacem violaturus. Cæsar hac querela cõmotus per contatus est ex Herodis amicis, qui tum aderãt, & ex suorum quibusdam recens reuersis è Syria, hoc tantum, an Herodes vllum exercitum extra Regni sui fines eduxerit: Id cum illi fateri necesse haberent, nec Cæsar causam expeditionis audire dignaretur, magis etiam iratus Herodi scripsit minaciter, se hactenus illo vsum tanquam amico, posthac habiturum eum pro subdito. Syllæus quoque ea de re scripsit ad Arabas. His literis illi elati neque latrones qui effugerant voluerunt dedere, neq; acceptam mutuo pecuniam persoluere, neq; pro pascuis quæ conduxerant, quicquam numerare, freti eo quòd Rex offendisset Cæsarem. Quin & Trachonitæ hac occasione vsi insurrexerunt in Idumæorum custodiam, & iuncti Arabicis latronibus qui illorum regionem diripiebant, non tam suis lucris quàm vindictæ studentes miris modis in eos sæuiebant. Hæc omnia Herodes ferebat, offenso Cæsare minus iam habens vel fiduciæ vel audaciæ. legatos enim eius ad agendam Regis sui causam missos primũ ne admisit quidem: iterum venientes dimisit infecto negocio. Quamobrem vehementer anxio metum augebat Syllæus, Romæ præsens credulo Cæsari quiduis persuadens, & iam maioribus rebus inhians. Defuncto enim Obodæ in Arabum regnum succeßit Æneas, dictus Aretas mutato nomine. hunc ille per calumnias pellere conabatur, & sibi principatum vsurpare, multam pecuniam partitus in aulicos, multa etiam Cæsari daturum se pollicitus: quem iratum sciebat Aretæ quòd se inconsulto ausus esset regni habenas suscipere. Tandem & ille literas cum muneribus misit ad Cæsarem, & in his multorum talentorum coronã auream. in his literis accusabat Syllæum, quòd nequißimus seruus veneno sustulisset Obodam, quo etiã viuo inuasisset rerum administrationem, vxores Arabum adulterans, & conflato ære alieno viam sibi ad occupandum principatum muniens. Cæsar autem ne hos quidem legatos audire dignatus, aspernatusq; eorum munera, infecta re illos abire passus est. Interim Iudæorum res ac Arabum indies se habebant deterius, turbatis omnibus, & componente nemine. nam Regum alter nondum principatum suum constabilierat, & proinde suos coërcere non poterat. Herodes autem veritus ne, si se defenderet, eo magis irritaret Cæsarem, cogebatur perferre omnes iniurias. Postremò nullum finem vrgentibus malis inueniens, decreuit denuò Romam legatos mittere, si quid æquius per amicos impetrare posset à Cæsare. in eam legationem Nicolaus Damascenus profectus est.

Arabes & Trachonitæ, scientes Herodi Cæsarem iratum, illi insultant.

Cæsar ab Herode offensus.

Obodæ defuncto Aeneas in Arabũ regnũ succedit.

Cæsar Arabum legatos non audit.

Nicolaus Damascenus ab Herode ad Cæsarem missus.

Euryclis

CAP. XVI.

Euryclis calumniæ contra Herodis filios.

An. mũdi 3960. Ante Christ. natum 4.

DER idem tempus diſsidium cum filijs domeſticũ multo magis exacerbatũ eſt. quamuis enim etiã antè nunquam prorſus vacarit ſuſpicione, malo pernicioſo Regibus, tunc tamen id maximè ob talem cauſam inualuit. Eurycles quidam Lacedæmonius, vir domi nobilis, ſed ingenio peſsimo, adulator & delicijs perditus, ſed vtrunq; vicium egregiè diſsimulans, vſus Herodis hoſpitio, datis muneribus & maioribus acceptis, ad gratiam cum eo conuerſatus effecit, vt reciperetur inter amicos præcipuos. is diuerſabatur apud Antipatrum, Alexandro quoq; propter crebros congreſſus familiaris. aiebat enim ſibi cum Archelao Cappadoce amicitiam intercedere, & ideo ſimulabat ſe Glaphyram obſequijs colere. cumq; videretur omnibus ex æquo deditus, obſeruabat quæcunque vel dicerentur vel fierent, vndecunque captans gratificandi per calumnias materiam. deniq; adeò ſe blandis colloquijs inſinuauit vnicuique, vt illi ſoli fidus videretur, cæteros ita tractare, pro vt amico eſſet commodum. his artibus ita ſibi deuinxit Alexandrum, vt iuuenis putaret ei ſoli tutò ſe poſſe querelas ſuas concredere. aperiebat igitur ei dolorem ſuum quòd pater eſſet à ſe alienatior, caſumq; matris narrabat: & quòd Antipater præreptâ fratribus dignitate ſolus poſſet omnia. Hæc diutius ferenda non eſſe, patre iam talibus imbuto odijs, vt cum ipſis nec conuiuia nec colloquia communicare ſuſtineat. Hæc ille, dolorem ſuum in ſinum amici, vt tum videbatur, deponens. at ille omnia referebat Antipatro, negans ad ſe hæc pertinere, tacere tamen non poſſe ob periculi magnitudinem, & cõſultum ei velle, vt caueret ab Alexandri inſidijs. non enim eum diſsimulare animum, ſed ipſis verbis præferre cupiditatem parricidij. Poſt hoc beneuolentiæ pignus maxima ab Antipatro accipiebat munera, & ad vltimum ab eo perſuaſus eſt, vt ad Herodem referret de hoc negocio. Rex narranti de Alexandri odio facilem aurem præbuit, & eo deductus eſt verborum ambagibus, vt implacabilem iram in filium conciperet: id quod ſine mora declarauit. Eurycli enim quinquaginta talenta donauit: quibus ille acceptis ad Archelaum ſe contulit, & multum Alexãdrum prædicans, operam etiam ſuam commemorauit quàm vtilis ei fuerit ad conciliandam patris gratiam: & ab eo quoq; accepta pecunia, prius quàm deprehenderetur hominis malicia diſceſsit. Reuerſus deinde in patriã, cum ibi quoque ſimilibus artibus vteretur, Lacedæmone pulſus eſt in exilium. Porrò Iudæorum Rex non iam vt antè contentus aurem præbere criminatoribus Alexandri & Ariſtobuli, proprio ſeruiebat odio, etiam nemine accuſante obſeruans ſingula & ſciſcitans, & permittens omnibus quicquid vellent contra eos dicere: & inter cætera Euaratum Coum communicaſſe cum Alexandro conſilia. videbaturq; nullos ſermones audire libentius. Oblatum eſt deinde iuuenibus maius infortunium, calumnijs nunquam ceſſantibus, & omnibus certatim aliquid mali de eis ad Regem deferentibus, ſcilicet incolumitatis eius ſtudio. Erãt Herodi duo ſatellites, Iucundus & Tyrannus, grati illi propter robur ac proceritatem corporum. hi propter quandam offenſam pulſi è Regia, & inter equites Alexandri ſtipatores recepti, quòd eſſent exercitatiſsimi honorabantur pecunijs alijsq; muneribus. Mox igitur Rex de his etiam ſuſpicione concepta, tormenta eis admouit. ergo poſt toleratos diu cruciatus, tandem aiunt ſe ſolicitatos ab Alexandro,

Hedio & Ruffinus Cap 11. Alias cap. 17.

Eurycles Lacedemonius in Herodis amicitiam ſeſe inſinuat.

Eurycles apud Alexãdrum ſeſe inſinuat.

Eurycles Alexandri dicta & facta obſeruans Antipatro & Herodi exponit.

Eurycles aſtutia ab Archelao pecuniam extorquet.

Herodes Alexãdri & Ariſtobuli criminatoribus aurem præbet.

Iucundus & Tyrãnus ſe ſolicitatos ab Alexandro, vt inter venandũ Herodem interficerent, fatentur.

An.mũdi3960. Ante Christum natum 4.

vt inter venandum Herodem feras persequentem interficerent. facile enim con-
fingi posse, præcipitatum ab equo suismet telis transfixum esse. nam & antè penè
simile quiddam ei acciderat. Simulq; indicauerunt aurum defossum in equorum
stabulo, & præfectum venatorum arguebant, quod eis præbuisset lanceas regias,
Alexander ad Præfectum arcis Alexãdrij, vt se reciperet, scribit.
& arma, ipso iubente, Alexandri famulis. Post hos præfectus arcis Alexandrij
correptus similiter examinatus est: huic obiectum est quod eos intra castellũ re-
ciperet, pollicitusq; eis esset pecuniam regiam ibi reconditam. Sed illo pernegante
filius eius accedens, vera esse dixit omnia: protulitq; referentes manum Alexan-
dri literas in hanc sententiam. Quamprimum Deo fauente perfecerimus quæ
decreuimus, ad vos veniemus. curate igitur, vt quemadmodum estis polliciti,
nos in castellum recipiatis. His literis visis Herodes posthac pro indubitato ha-
Diophantus scriba aliorum characteres imitatur.
buit, paratas sibi à filijs insidias. Alexander autem dicebat Diophantum scri-
bam imitatum suum characterem, essequ; Antipatri malicia excogitatam illam
schedulam. Diophantus enim habebatur magnus talium artifex, & pòst in si-
milibus deprehensus dedit supplicium. eos verò qui torti sunt Rex apud Hieri-
chuntem produxit ad populum, vt accusarent filios, vbi saxis sunt obruti. cumq;
vulgus concitum simili pœna Alexandrum cum fratre vellet afficere, Herodes
Alexander & Aristobulus in carcerẽ conjecti.
per Ptolemæum & Pheroram eos cohibuit: & iuuenes in carcere asseruandos
tradidit. eò nemo admittebatur, adhibitis qui explorarent eorum dicta & facta
omnia. iamq; pro condemnatis habebantur, tum aliorum opinione, tum sua. eo-
Aristobulus amitam suã ac socrũ monet.
rum alter Aristobulus præ anxietate etiam amitam suã ac socrũ ad miseratio-
nem præsentis calamitatis, eiusq; autoris odium inuitans, An non tibi quoq;, in-
quit, periculum imminet delatæ, quòd spe nuptiarum Syllæum de omnibus quæ
hîc fiunt per literas significes. quæ verba mulier statim fratri retulit. ille nõ am-
plius se continens vinciri eos iubet, & seorsum quenq; quid contra patrem moli-
ti sint scripto prodere. hoc iussi facere, scripserunt, insidias quidem nec parasse
se, nec cogitasse: sed conatos fugere, quod non possent amplius ad hunc modum
suspecti & soliciti viuere. Eodem tempore cum venisset è Cappadocia ab
Alexander Herodi ꝙ ad Archelaum discedere decreuerit, fatetur.
Archelao legatus Mela vnus è dynastarum illius numero, volens Herodes
declarare eius maleuolentiam, acciuit ad se Alexandrum è vinculis: & rursum
interrogauit defugâ, quónam & quomodo decreuissent discedere, ad Arche-
laum, ille respondit, pollicitum quòd inde Romam nos mitteret. Caterum contra
parentem nihil durius aut parum pietati conueniens se machinatos esse, neque
quicquam veritatis inesse confictis aduersariorum criminationibus. cupiuisse
etiam vt Tyrannus cum socijs examinaretur cautius: sed illis approperatam
mortem per Antipatrũ, qui admixtis suis vulgum in eos concitauerit. His dictis
Mela, Archelai Cappadocum Regis filia.
Rex iussit & ipsum & Melam duci ad Glaphyram Archelai filiam, vt interro-
Glaphyra, Alexandri coniunx, num paratas Herodi insidias ignorasset, interrogatur.
garetur num ignorasset paratas Herodi insidias. quò vt ventũ est, continuò mu-
lier vinctum cõspicata maritũ, caput sibi plangens, & præ miseratione attonita
clarè ingemuit: iuueni quoq; manantibus lacrymis, qui aderant miserabili hoc
spectaculo turbati, diu nihil mandatorũ poterant vel dicere vel facere. Tandem
Ptolemæo, cui commissus erat iuuenis, iubente dicere, num & vxor fuerit consi-
lij conscia: qui potuit, inquit, non esse, carior mihi vita, & parens liberorum com-
munium? ad hæc illa exclamauit, nullius mali se esse conscium. quod si id aliquid
ad salutem eius conferat, paratam se mentiri vel in suã perniciem, & nihil omni-
no negaturam. Tum Alexander, impium quidem, sicut suspicantur quos mini-
mè opor-

mè oportuit, nihil nec ego cogitaui, nec tu es conſcia: ſed quòd ad Archelaum abire, & inde Romam, decreuimus. Hoc & illa fatente, Herodes ratus conuictum à ſe Archelaum maleuolentia, dedit Olympo & Volumnio literas, iuſſis vt inter nauigandum appellerent ad Eleuſam oppidum Cilicia, & Archelao ſcripta de his redderent: & poſt expoſtulationem quòd filijs conatuum fuiſſet particeps, Romam inde nauigare pergerent. & ſi inuenerint à Nicolao placatum Cæſarem, redderent ei literas, & argumenta quæ ad conuincendos iuuenes ſcripta mittebantur. Igitur Archelaus pro ſe attulit, voluiſſe quidem excipere iuuenes, quòd & ipſis & patri eorum putaret vtile, ne quid ob ſuſpiciones & diſſidia durius in eos ſtatueret: non tamen miſſurum fuiſſe ad Cæſarem, nec confirmaturum eos in maleuolentia: Romam autem delati inuenerunt iam Herodi reconciliatum Cæſarem, eiq; literas reddiderunt. Nam Nicolai legatio ad hunc modum ſe habuit: quamprimùm Romam venit & in palatium, præter ea mandata quæ habebat, Syllæum accuſandum ſuſcepit. animaduertit enim diſſidere inter ſe Arabas, quorum aliquot eius omnia facinora indicauerunt, & hoc autore necatos pleroſque cognatos Oboda manifeſtè coarguerunt ex ipſius literis interceptis per aduerſarios.

An. mũdi 3960 Ante Chriſtum natum 4.

Archelaus, Herodi ſeſe excuſat.

Herodes Cæſari reconcilatus.

Qua fortuita occaſione Nicolaus vti non neglexit, ſtudens Herodem reducere in gratiam Cæſaris. Sciebat enim ſi defenſionem Regis ordiretur, difficilem ſe habiturum iudicem: quòd ſi accuſaret Syllæum, non defore occaſionem pro ſuo Rege ſatisfaciendi. conteſtata igitur lite, & præſtituta ad agendum die, Nicolaus aſſiſtentibus ſibi Aretæ legatis acriter accuſauit Syllæum interfectorem aſſeuerans domini ac Regis ſui multorumq; Arabum, pecuniam etiam mutuatum ad perturbandam quietem publicam, matronasq; arguens corrupiſſe tàm Romæ quàm in Arabia. addidit his grauiſſimum crimen, circumuentum mendacijs eius Cæſarem, quem nihil veri de geſtis ab Herode docuerit. ad hunc accuſationis locum poſtquam ventum eſt, Cæſar interlocutus iuſſit eum, omiſſis cæteris, hoc tantum de Herode dicere, an non exercitum in Arabiam duxerit, neque duo millia & quingentos illic interfecerit, neque captiuis abductis regionem depradatus ſit. Ad hæc Nicolaus, de his ſe vel maximè ait docere poſſe, nihil horum aut certè minimam partem ita ſe habere, quemadmodum ab illo relata ſint, neque vllam mereri indignationem. His præter opinionem auditis cum Cæſar attentius auſcultaret, ille primùm indicauit ei de D. *talentis mutuò ſumptis, deq; ſyngrapha in qua aſcriptum erat, licere poſt elapſum præſtitutum tempus pignora ex vniuerſa regione capere: deinde non expeditionem hoſtilem hanc fuiſſe, ſed exſecutionem iuris & repetitionem debiti. idq; non properè actum quanquam permittente ſyngrapha, ſed appellatis prius de hac re Saturnino & Volumnio Syriæ præſidibus: poſtremò apud Berytum in horum præſentia Syllæo per Cæſaris fortunam iurato, omninò intra triginta dies exhibiturum ſe & pecuniam, & Herodis perfugas. & cum horum nihil Syllæus præſtitiſſet, aditos rurſum præſides Herodi permiſiſſe pignora capere, atque ita demum illum profectum in Arabiam. hoc eſt, inquit, illud bellum quod aduerſarij tàm tragicè exaggerauerunt. quod tamen quî poteſt bellum vocari, permiſſu præſidum & ex pacto illatum poſt periurio violatos tum alios deos, tum in primis nomen Cæſaris? reſtat de captiuis iam dicere. Latrones Trachonitæ* XL. *primùm, mox plures, fugientes*

Hedio & Ruffinus Cap. 12. al. 18.

Nicolaus Syllæum accuſat, & Herodem excuſat.

Expoſitio belli Arabici, & pecuniæ mutuo acceptæ.

Trachonitæ latrones.

An.mũdi 3961. Ante Christum natum 3.

Herodem metu ſupplicij, receptaculum ſibi fecerunt Arabiam. hos Syllæus fouit & aluit in omnium hominum iniuriam, agrosq́; eis dedit, & prædarum fuit particeps: quos tamen ipſos eodem iureiurando tenebatur reſtituere cum mutuaticia pecunia ad præſcriptum terminum. nec poteſt oſtendere quenquam præter hos captum in Arabia: immò ex his ipſis aliquot euaſerunt. Nunc confutata etiam de captiuis inuidioſa ſycophantia, audi Cæſar mendaciſſimum figmentum quod ad prouocandam iram tuam commentus eſt. Affirmo enim quòd cum Arabum manus nos inuaſiſſet, & vnus atq; alter è noſtris cecidiſſet, tum demum Herodes repugnare coactus Nacebum & cum eo XXV. *non amplius occidit, quorum ſingulis centuplicatis iſte bis mille & quingentos cecidiſſe retulit. His motus Cæſar, vultu irato ad Syllæum verſus, rogauit quot Arabes ea pugna deſiderati ſint. Hæſitante illo, & erratum in numero fatente, lectæ ſunt ſyngrapharum conditiones & reſcripta præſidum, literæq; vrbium continentes querelas de latrocinijs. Ad vltimum eò res deuenit, vt Cæſar damnato capitis Syllæo, Herodem in grãtiam receperit: & pœnitens quòd calumnijs permotus durius ſcripſiſſet, hoc quoq; Syllæo opprobrauerit, illius mendacijs impulſum ſe diſceſſiſſe ab officijs amicitiæ. In ſumma, remiſit eum in prouinciam, vt poſtquam ſatisfeciſſet creditoribus, daret ſupplicium. Cæterùm Aretæ indignari pergebat, quòd regiam dignitatem ac poteſtatem vſurparet, priuſquam à ſe acciperet: volebatq; Arabiam quoq; Herodi tradere: ſed hoc conſilium mutauerunt reddite ipſius literæ. Olympus enim & Volumnius cognito placatum eſſe Cæſarem, mox ita vt mandatum erat obtulerunt ei literas, continentes argumenta quibus filios impietatis conuicerat: quibus lectis viſum eſt non onerare inſuper alio regno ſenem & infortunatum circa filios: admiſſisq; legatis Aratæ, & hactenus obiurgatis, quòd Rex eorum temerariè Principatum ſumpſiſſet, non expectata ſua ſententia, admiſit munera & regnum ei autoritate ſua confirmauit. Poſt hæc Herodi iam reconciliatus ſcribit, dolere ſe vicem eius qui tales haberet filios, debereq; eum, ſi quid contra pietatem auſi ſint, vt in parricidas animaduertere. ſe enim liberam ei poteſtatem permittere: quod ſi tantum fugam meditati ſint, ipſum quoq; ſalua pietate oportere leni caſtigatione contentum eſſe. Quare ſuum conſilium eſſe, vt indicto cõſiſtorio apud Berytum Romanorum domicilium, & adhibitis præſidibus cum Rege Cappadocum Archelao, amicisq; cæteris & viris illuſtribus, de communi ſententia quid ſtatuendum ſit diſpiciat. atque hoc fuit argumentum epiſtolæ Cæſaris.*

Trachonitæ latrones.

Syllæus capitis damnatus.

Herodi Auguſtus Arabiam quoque vult tradere, quod conſilium ipſius literæ redditæ mutant.

Aretas ad Arabum Regem legatus.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. alias 19.

Cæſar Auguſtus Herodi in parricidas animaduertere liberam poteſtatem permittit.

CAP. XVII.

Herodis filij damnantur apud Berytum in concilio.

QVA accepta Herodes ſupra modum gauiſus eſt, tum quòd redijſſet in gratiam, tum propter conceſſam ſibi ſtatuendi de filijs poteſtatem liberam: & neſcio quo pacto accidit, vt qui prius in ſecunda fortuna durus quidem pater fuerat, non tamen temerarius aut præceps ad filiorum interitum: nunc rebus ſuis in melius mutatis, & recepta priſtina fiducia, nouo more laxauerit habenas odijs. Ergo conuocat per nuncios quotquot viſum eſt Cæſari, vno Archelao excepto, vel quòd hominem oderat, vel quòd vereretur ne obſiſteret ſuo propoſito. & poſtquam Berytum conuenerunt cùm præſides, tùm cæteri exciti è diuerſis vrbibus, filios quidem, quos adducere in concilium noluit, in Platane vico Sidoniorum detinuit,

Herodes quotquot viſum eſt Cæſari, vno Archelao excepto, conuocat.

nuit, non longè ab vrbe: vt posset eos si vocarentur sistere. ipse verò solus intro- An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.
gressus, coram consessu CL. *virorum, vsus est accusatione non tam propter in-* Herodes filios accusat.
fortunium & necessitatem miserabili, quàm patri parum decora. Vehemens
enim erat, & in coarguendo crimine hæsitans, non satis se explicabat, multaq;
furoris ac feritatis præferebat indicia. nec probationes exhibebat cognitoribus,
sed aduocatos sibi eos adiungebat indecorè pater contra filios, literasq; ab ipsis
scriptas legebat: in quibus nihil insidiarum aut impietatis inerat, sed tantum de
ineunda fuga consilium, & conuicia signa offensi animi. ad quæ postquam ille
peruenit vociferabatur quasi in confessis insidijs: remq; exaggerabat deierans
mori se malle quàm audire talia. Postremò dicens sibi & à natura & à Cæsare
potestatem in eos datam, addidit etiam patriam legem ita iubere: vt si cui accu- Deut. 18. 21.
sato parentes manus imponant capiti, necesse habeant circumstantes saxis eum
ferire, atq; in hunc modum interficere. quod cum sibi promptum sit in patria &
suo regno facere, tamen expectare se illorum quoq; calculos. Venire se tamen ad
eos non tam vt iudicent filios in manifestißima culpa deprehensos, quàm vt per
occasionem indignationi iustæ parentis suum addant suffragium, & exemplum
edant ad posteros, non oportere tales insidias negligi. Hæc locuto Rege, & iuueni-
bus ne ad dicendam quidem causam adductis, qui erant in consilio videntes rem
eò deuenisse vt nulla sit spes reconciliationis & gratiæ, potestatem eius confirma-
uerunt. Et primus Saturninus vir consularis, multisq; defunctus honoribus, Saturninus eiusque filij moderatam sententiam proferunt.
protulit sententiam moderatam circumstantijs: damnare se quidem Herodis fi-
lios, non tamen censere interficiendos, quòd & ipse filios habeat, & Herodem
præteritis infortunijs hoc maximum nolit adijcere. Post illum ipsius tres filij, qui
legati patris erant, eandem sententiam tulerunt. Contrà Volumnius capite Volumnius & alij Herodis filios capite plectendos esse, pronunciant.
plectendos pronunciat, qui tam impij erga parentem fuerint: quem deinceps
maior pars secuta est, vt omninò viderentur addicti ad supplicium. Moxq; in-
de Herodes Tyrum eos secum duxit: quò cum Nicolaus apppulisset à Roma Nicolaum Herodes quid Romæ amici sentirent de eius filijs interrogat.
veniens, Rex prius expositis quæ apud Berytum acta fuerant, percontatus est
quid Romæ amici sentirent de eius filijs. Ille respondit videri consilia iuuenum
impia, conijciendosq; vinctos in carcerem: deinde pensitato diligentius negocio,
si ita videatur, occidendos, ne putetur plus iræ quàm rationi tribuere: sin con-
trarium placeat, absoluendos, ne aliquid committatur immedicabile. eam esse
Romæ plerorumq; amicorum sententiam. Tum Rex diu multumq; tacitus se-
cum cogitauit, & illum secum nauigare iussit. Postquam autem Cæsaream ven-
tum est, mox omnes fuerunt de filijs soliciti, euentum expectantes. valde enim
metuebant ne propter inueteratum dissidium immineret eis exitium. cumq;
dolerent eorum vicem, tamen nec loqui temerè, nec audire dictum aliquod libe-
rius vacabat periculo: sed in sinu misericordiã celantes, taciti dolorem dissimu-
labant. Vnus omnium vetus Regis miles nomine Tiro, filium habens Alexandri
æqualem & amicum, quicquid alij quieti occultabãt, ipse liberè eloquebatur, &
sæpè exclamare cogebatur in turba, perisse veritatẽ & iustitiã in rebus humanis,
& pro his regnare cum mendacijs maliciam: eoq; tantam caliginem inductam
negocijs, vt ne grauissima quidem errata sua homines animaduerterent. hæc lo-
quendi libertas quamuis non abesset à periculo, omnes tamen mouebat quòd non
sine ratione fortiter se gereret tali tempore: libenterq; hæc audiebant singuli, &
cum sibi cauerent silentio, eius tamen non improbabant licentiã. nam tanti mali

expectatio

An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.

expectatio potuisset à quouis commiserationis voces exprimere. Ille verò etiam ad Regem magna libertate se ingerens, postulauit solus cum solo colloqui: quod vbi concessum est. Non possum, inquit, ô Rex diutius ferre hanc anxietatem animi, quæ me cogit audaces voces & mihi periculosas promere, sed tibi, si velis, vtiles. Vbi nunc est tua mens? vbi animus ille semper hactenus quantumuis arduis par negocijs? quanam hæc est tanta amicorum ac cognatorum penuria? neque enim tibi hos cognatos aut amicos existimo, qui tantum scelus sustinent in quondam felici regia. quid tu? quid agatur non dispicies? occidésne duos iuuenes è Regina vxore susceptos, & in omni virtute eximios, teipsum hac ætate commissurus vni filio alenti spes improbas, & cognatis quos ipse toties iudicasti dignos supplicio? An non animaduertis tacitum vulgus simul & tuum errorem damnare, & miserari calamitatem iuuenum? ad hæc tum militaris turba, tum ipsi duces illis compatiuntur, & execrantur autores huius infortunij. Hæc primò sat æquis auribus accipiebat Rex, admonitus tàm suæ calamitatis, quàm domesticorum perfidiæ. Sed illo immodestè ac militariter instante, & per simplicitatem non habente rationem temporis, turbatior iam & opprobrationem hanc magis quàm admonitionem amicam existimans, sciscitatus quinam essent illi agrè ferẽtes duces aut milites, nominatim indicatos omnes cum ipso Tirone vinctos iussit seruari in carcere. Huius facti occasione Trypho quidam tonsor Regis accedens eum ait se non semel à Tirone solicitatum, vt inter curandum guttur ei nouacula præcideret, ostentata spe magnorum munerum, & primi loci inter Alexandri amicos. Hæc locutum iubet corripi: moxq; tortus est & tonsor & Tiro cum filio. qui videns patrem sæuissimè tractatum obstinatè cruciatus perferre, nec tamen superesse vllam spem salutis ex crudelitate Regis conijciens, ait se indicaturum veritatem, si tormenta sibi ac parenti remitterentur: acceptaq; in hoc fide, dicebat conuenisse inter eos vt Tiro sua manu Regem interficeret. patere enim ei aditum soli ad solum, atq; ita perpetrato facinore libenter quiduis passurum in Alexandri gratiam. His dictis patrem exemit cruciatibus, incertum veritate expressa an vt se ac genitorem hoc pacto à diuturniore vexatione redimeret. Herodes autem electa ex pectore omni, si qua prius inerat, dubitatione de filiorum supplicio, nec vllum relinquens locum resipiscentiæ, properauit exsequi suum propositum: & productis in concionem trecentis ductoribus militum vnà cum Tirone ac filio, tonsoreq; indice, omnes accusauit apud populum. in quos multitudo quicquid ad manum veniret cõijciens, ad vnum eos interfecit. Alexander autem & Aristobulus ducti Sebasten, ibi iussu patris sunt strangulati: & corpora eorum in Alexandrium recondita sunt, vbi maternus eorum auus & plerique ex progenitorum serie siti sunt. Et fortasse alicui mirum non videbitur, coalitum tanto tempore odium adeò excreuisse, vt modum excedens ipsam naturam vicerit. Illud meritò dubitari possit, in adolescentes ne ea culpa conferenda, qui patrem longo tempore exasperatum tandem in odium coniecerint immedicabile: an in ipsius duriciem, & cupiditatem tàm gloriæ quàm dominationis immodicam, qui nullum ferret socium, malens omnia suo arbitratu facere: an potius in fortunam, cuius potentiæ nullis humanis rationibus resistere licet, ne sapientissimis quidem. Vnde persuasum habemus eam omnes humanas actiones præsanxisse, vt necessariò consequantur: eamq; vim fatum vocamus, quòd nihil sit quod illa non efficiat. Sed hunc sermonem vt arduum

Tiro Herodem alloquitur, & dum immodestè instat cum ducib. & militibus in carcerem conijcitur.

Tiro à Regis tonsore & proprio filio, se Regi insidias struxisse, accusatus.

Aliàs Cap. 20.


Tiro cum trecentis ductoribus militum apud populum accusatus, interficitur.

Alexander & Aristobulus Sebastę strangulati, in Alexandrio sepeliuntur.

Causæ harum calamitatum.

Fatum & prouidentia diuina.

duum leuiter attigisse sufficiet, qui & nostris studijs nonnihil tribuit, & varietatis actionum causas examinat: quæ quidem contemplatio iam olim inclusa est legis nostræ uoluminibus. Cæterùm ex duabus reliquis causis quod ad filios An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.



attinet, accusare quis posset eorum iuuenilem arrogantiam, & fastum regium, quòd nimium tribuerint patris calumniatoribus, & in acta eius ac vitam parum æqui inquisitores fuerint, maliciosè suspicaces, & linguæ temperare nescij, ac per hoc geminas ansas præbentes suis obseruatoribus, & ad ineundam Regis gratiam delatoribus. Patris autem planè pudendus error est & inexcusabilis, quòd neque insidiarum structarum conuictos, neque vllis huius conatus argumentis deprehensis, permisit sibi ex se genitos interficere, egregio corpore iuuenes, nec apud suos solùm gratiosos, non in venationibus segnes, non in militaribus exercitijs contemnendos, aut ciuilibus facundiæ studijs. horum enim omnium non erant rudes, præsertim Alexander natu grandior. Satis erat, etiamsi damnare libuisset, aut vinculis eos cohibere, aut procul à regno ablegare, cùm securum faceret Romana potentia, sub cuius tutela positus ne apertam quidem vim, adeò non insidias extimescere debuerat. nunc tam citò eos occidere in impotentis affectus gratiam, quid aliud est quam argumentum impiæ licentiæ? maximè cum esset ea ætate, in quam excusatio ignorantiæ vel imperitiæ non competit. neque enim mora & dilatio facit eum excusatiorem. Minus enim peccatum erat, attonitum nouo aliquo casu, irritatum esse ad atrocius facinus. post longas verò cunctationes & deliberationes, postremò tale quippiam aggredi & perpetrare, sanguinarij animi est & obstinati in deterius: qualem sibi esse etiam postea declarauit, nec reliquis parcens qui antè videbantur charissimi. qui tametsi minus miserabiles erant, quòd merito perirent, tamen sæuitiam arguebant similem, nec ab illorum temperantem sibi cædibus. qua de re dicturi sumus in sequentibus.

Alexander & Aristobulus in quib. peccauerint.

Herodis error pudendus & inexcusabilis.

An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XVII.

SVMMA CAPITVM LIBRI XVII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I De Antipatri Herodis filij malicia.
II. De Zamari Iudæo Babylonico.
III. Antipatri contra Herodem insidiæ.
IIII. Herodes Antipatrum mittit ad Cæsarem.
V. Pheroræ obitus.
VI. Pheroræ vxor accusatur veneficij, & Herodes cognoscit Antipatri insidias.
VII. Antipater capitis damnatus in vincula conijcitur.
VIII. Herodis morbus & Iudæorum seditio.
IX. Antipatri exitium.
X. Herodis mors, testamentum & funeratio.
XI. Populus seditionem mouet contra Archelaum.
XII. Seditio Iudæorum contra Sabinum, & quomodo Varus autores eius punijt.
XIII. Cæsar Herodis testamentum confirmat.
XIIII. De Pseudalexandro.
XV. Archelaus iterum accusatus Viennam relegatus est.

CAP. I.

De Antipatri Herodis filij malicia.

Hedio & Ruffinus Cap. 1.

Antipater fratribus sublatis populo & militibus inuisus.

ANTIPATER autem sublatis fratribus agitatis diris, gradu iam ad extremam contra patrem impietatem facto, nondum improbæ spei satisfaciebat & in futurum auidæ. Liberatus enim æmulorum metu qui possent in principatus societatem venire, in aliam maiorem difficultatem parandi sibi regni incidit, videlicet odiũ quo populariter inuisus erat omnibus. huc accedebat quod illum magis etiã haberet solicitũ, alienati militum animi à quibus pendebat Regũ securitas, si quãdo gens ipsa videretur nouarum rerũ cupida. quæ mala suamet culpa sibi germanis oppressis

Antipater cum patre res Iudæorum administrat.

conciliauit. & tamen haud aliter quàm Rex cum patre administrabat res Iudæorum, credente se Herode eius fidei, & id factum quo supplicium merebatur, interpretante argumentum benevolentiæ, quasi saluti Regis consulens illos prodidisset, non morem gerens odio, quo tàm illos quàm patrẽ prosequebatur: quandoquidem & illos propter patrem oderat totus infessus furijs: dabatq; operam, vt nulli essent qui insidias eius detegerent, aut ad quos quos Herodes aperta vi petitus refugere sed tum longè magis stimulabatur cœptos conatus persequi. Nam eo

Antipater parentis vltimũ diem optat.

defuncto proponebat sibi certum imperiũ: quòd si diutius vitam protraheret, periculum videbat, ne proditis aliquo modo suis technis patrem haberet infensissimum. Jdeò nullis parcebat sumptibus in demerendis paternis amicis hominum

Antipater in demerendis paternis amicis, nullis sumptibus parcit.

odia beneficijs volens obruere, præcipuè quotquot Romæ erant magnificentissimis muneribus sibi concilians, & ante omnes Saturninum qui tum Syriæ præerat. Spes etiam erat fratrem ipsius corrumpi posse donorum magnitudine: pariterq; Regis sororem, nuptam viro inter amicos Regis primario. erat enim callidissimus ad deuinciendos per benevolentiæ speciem hominum animos, &

dissimulandi

diſsimulandi odij ſummus artifex. Non tamen fallebat amitam, quæ iam ante perſpectum habebat eius ingenium, nec decipi poterat, & ideò machinis omnibus occurrebat eius malitiæ: quamuis filiam habebat nuptam eius auunculo, quam ipſe Antipater poſt Ariſtobuli mortem ei iungendam curauerat. Nam alteram mariti matris filius Callæas vxorem duxerat. ſed nec affinitas hæc effecit, quò minus cognoſceretur eius malicia, ſicut nec prior illa conſanguinitas extinguere meritum odium potuit. Salomen autem adamato Syllæo cupientem nubere, Herodes compulit ad Alexæ coniugium, adiuuante Julia, & ne recuſaret perſuadente, ne apertè inimica fratri fieret, iurato ni conſenſum præberet alienaturum ſe ab ea beneuolentiam, quare illa paruit autoritati vxoris Caſaſareæ, alioquin etiam vtile danti conſilium. Per idem tempus remiſſa eſt ad patrem Cappadocum Regis Archelai filia, quondam vxor Alexandri, reddita etiam dote ex fiſco regio, ne quid ea de cauſa exoriretur controuerſiæ. Ipſe autem filiorum liberos educabat magna diligentia. Alexander enim è Glaphyra duos mares ſuſceperat, Ariſtobulus è Bernice Salomes filia tres, & duas fœminas. Eos aliquando præſentibus amicis commendans, & filiorum deplorans infortunium, Deum precatus eſt ne quid ſimile contingeret eorum liberis: ſed potius virtutibus cum ætate auctis, gratiam ſibi nutricationis reponerent. deſponſauit etiam futuras adultis vxores, maiori ex Alexandri filijs Pherorę filiam: Ariſtobuli verò filio filiam Antipatri: & eiuſdem filiam itidem Antipatri filio. alteram autem filiam, Herodi ſuo filio, nato ex filia Pontificis. mos enim nobis eſt patrius, plures ſimul vxores habere. Hæc connubia Rex procurauit miſeratione pupillorum, per affinitatem Antipatrum ad caritatem eorum inuitans. Sed ille eundem erga pueros animum obtinuit, quem erga parentes ipſorum habuerat: ſolicitatus etiam Regis circa eos cura, ne fortè adulti officerent ſuæ potentiæ, Archelao quoque Rege adiutante nepotulos, & Pherora tetrarcha accipiente pupillarum alteram filio ſuo coniugem. Eodem incitabatur propter ſtudia populi, miſerantis orbatos parentibus, & ipſum autorem eius calamitatis odio proſequentis, & parati aliquando per occaſionem detegere eius erga fratres maleuolentiam. quapropter machinabatur de hoc negocio decreta patris irrita facere, ægrè laturus ſi deberet eos habere poteſtatis participes: flexitq; Herodem precibus, vt ipſi filiam Ariſtobuli ducere permitteret, & filio ſuo Pherorę filiam. itaque præter eius ſententiam mutata ſunt pacta connubialia. Rex autem eodem tempore nouem vxores habebat. vna erat Antipatri mater, altera ſummi Pontificis filia, ex qua puer natus eſt patrem nomine referens. erant inter has & fratris filia, & conſobrina, ſed ſteriles. præterea Samaritis vna, & ex ea liberi Antipas & Archelaus, & Olympias filia, quam poſtea duxit Regis fratruelis Joſephus. Archelaus autem & Antipas Romæ apud priuatum quendam amicum educabantur. ex Cleopatra etiam Hieroſolymitana Herodem genuit & Philippum, qui & ipſe Romæ educabatur: ex Pallade autem Phaſaëlum: ex Phædra item & Elpide filias habuit Roxanam & Salomen. Maiores autem natu filias, Alexandri ex eadem matre ſorores, quarum coniugium Pherorąs contempſerat, alteram Antipatro ſororis ſuæ filio collocauit, alteram Phaſaëlo fratris ſui filio. atque hæc fuit Herodis progenies.

An. mũdi 3961. Ante Chriſtum natum 3.

Antipater amitam fallere non poteſt.

Salomẽ Herodes ad Alexæ coniugium compellit.

Glaphyra quondam vxor Alexandri Archelao Cappadocũ Regi remiſſa.

Hedio & Ruffinus Cap. 2.

Herodes filiorum liberos educat.

Archelaus fratrum liberos odit.

Antipater precibus Herodem vt pacta cõnubialia mutentur, flectit.

Herodis nouẽ vxores.

CAP. II.

De Zamari Iudæo Babylonico.

An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.

Herodes in Trachonitarum regione castellum condit, eiq; Zamarin Iudæum Babylonicum præficit.

VOLENS *deinde à Trachonitis tuta esse omnia, vicum Iudæis magnitudine vrbis decreuit in eius regionis medio condere, qui & suis esset præsidio, & vnde hostes facilius ex propinquo posset inuadere. Cumq; intellexisset fortè fortuna virum Iudæum è Babylonia cum quingentis equitibus sagittarijs & centum ferme cognatis Euphrate traiecto circa Antiochiam quæ sita est ad Daphnen degere, vbi à Saturnino Præside Valatham castellum ad habitandum acceperat, accersiuit eum vnà cũ suis, pollicitus ei agros in præfectura Batanæa, quæ Trachonitidi confinis est, vt ibi opponeretur infestatoribus: omnium etiam tributorum ac vectigalium immunitatem promisit tàm agris quàm hominibus. His conditionibus allectus Babylonius venit, acceptoq; agro castella ibi condidit, & vicum nomine Bathyram. eratq; hic vir pro obice contra Trachonitas indigenis, simulq; Iudæis à Babylone Hierosolyma religionis ergò petentibus, quò tutiores essent à latrocinijs: multiq; vndiq; ad eum confluxerunt Iudæi obseruatores legis patriæ: & facta est ea regio valde populosa propter immunitatem quæ illis mansit Herode incolumi. Philippus deinde qui successit, pauca & non diu ab eis exegit. porrò magnus Agrippa & eodem nomine filius, licet multis grauatos exactionibus, libertate tamen fruipermiserunt: quibus succedentes Romani & ipsi grauibus tributis eos opprimunt, sed salua libertate: de quo aliàs suo tempore dicemus prolixius. Zamaris autem Babylonius qui hanc regionem possidendam accepit ab Herode, exacta cum virtute vita moritur egregijs liberis superstitibus, & in his Jacimo equite insignis fortitudinis, qui cum ala Babylonia Reges stipare est solitus. is in extrema senectute decedens, filium reliquit Philippum, virum manu promptum, & virtuti, si quis alius, deditum, regiq; Agrippæ ob hæc gratum & amicissimum: qui ab eo vniuersis suis copijs exercendis ac ductandis est præpositus.*

Iacimus & Philippus Zamaris filij.

CAP. III.

Antipatri contra Herodem insidiæ.

Hegesippus & Ruffinus Cap. 3.

CÆTERVM *in eo rerum Herodis statu quem diximus, omnia pendebant ab Antipatro, postquam semel prospiciendi suis commodis potestatem accepit à patre, benè sperante de fide ipsius ac beneuolentia: qua tamen potestate ille audacius abutebatur, callidè tegens suam maliciam, & in omnibus facilè fidem à parente impetrans: eratq; omnibus formidabilis ob versutiam magis etiam quam ob potentiam. Sed præcipuè Pheroræ illum colebat, & ab eo vicissim colebatur, circumuentus à mulieribus Antipatro fauentibus. obnoxius enim erat Pheroræ & vxori & socrui & sorori, quamuis exosas eas haberet propter iniurias illatas filiabus suis virginibus. attamen ferendæ erant, & absq; illis nihil facere poterat, res eius perquisitigãtibus, & mutuò se inuicẽ adiutantibus. quibus etiam Antipater erat deditissimus, tum per se, tum per matrẽ: nam hæ quatuor mulieres consentiebant in omnibus. Sed Pheroræ cum Antipatro propter leues quasdam res non satis conueniebat, diuellente eos Regis sorore: quæ iamdudum explorabat omnia, sciens eos in Regis tantùm perniciem conspirare, & parata eius rei indicium facere. qui vt cognouerunt mutuam suam amicitiam suspectam hoc nomine*

Pheroras à mulieribus deceptus.

nomine Regi & inuiſam, hoc contrà excogitauerunt, vt non congrederentur in propatulo, fictiſq́ conuicijs ſimularent diſſidium, maximè præſente Herode, aut alio quopiam qui ei renunciaturus id videretur: clam autem alerent & confirmarent mutuã beneuolentiam: atq́ ita etiam fecerunt. Hoc autem Salomen non latuit, nec cùm primò excogitatum eſt, nec poſtea cùm cœpit fieri. omnia enim perueſtigabat, moxq́ ad fratrem affingens aliquid deferebat, videlicet occulta eorũ conuenticula & clancularias conſultationes, mirum ni euaſura in ipſius perniciem, ſi maturè ſibi non proſpiceret. In aliorum enim conſpectu diſſidentes & iactantes inter ſe conuicia, celare amicitiam: deinde quando ſoli ſint conſentire, dubio procul conſpirantes in eos quibus occultam velint eſſe ſuam amicitiam. Hæc illa & perueſtigabat diligenter, & ad fratrem mox deferebat, iam & per ſe nonnihil intelligentem, ſed cohibentem ſe adhuc, quòd ſuſpectum haberet etiã ſororis procliue ad calumnias ingenium. Erat enim quædã Iudæorũ ſecta exactiorem patriæ legis cognitionem ſibi vindicans, quibus tanquã Deo, vt videri volebant caris, abdictum erat hoc mulierum ſodalitium. Hi Phariſæi vocãtur genus hominum aſtutum, arrogans, & interdum Regibus quoq́ infeſtum, vt eos etiam apertè impugnare non vereatur. nam cum tota gens Iudæorum fidem ſuam iureiurando obligaſſet Regi & Cæſari, hi ſolum non iurauerunt: excedentes ſex millium numerum: quibus hoc nomine à Rege mulctatis, Pheroræ vxor pro eis mulctam perſoluit. cui reponentes gratiam, quoniam credebantur futura præſcire ex Dei colloquijs, prædicebant, decretum eſſe Deo regnum ablatũ ab Herode & eius progenie, transferre in ipſam & maritum Pheroram ac communes liberos. Sed hoc quoq́ Regi per Salomen innotuit, & quòd aulicorũ quoſdam ſolicitarent muneribus atq́ corrumperent. qua in culpa Phariſæorũ aliquot deprehenſos interfecit, præcipuos autores huius conſilij, cumq́ his Bagoam eunuchum, & ſuas delicias Carum, præſtantiſſimæ formæ gratia ſibi commendatum: & præter hos quoſcunq́ è domeſtica familia cum Phariſæis conſpiraſſe ipſorum indicio compererat. Nam Bagoas in eam ſpem ſublatus erat, quaſi parens & benefactor appellandus Regis, quem deſtinarent vaticinia. proſperè enim ceſſura nouo Regi omnia, conſtabiliendo ſucceſſione prolis legitimæ. Herodes porrò conuictis Phariſæis ac ſupplicio traditis amicorum conſilium aduocat, & apud eos Pheroræ vxoris accuſationem inſtituit, quòd ipſius impulſi frater conditionem Regiarum virginum ſpreuerit: id crimen ad ſuam etiam iniuriam pertinere affirmans, quòd mulier ruptis legibus naturæ inter fratres ſerat diſſidia quibuſcunque valeat, tàm verbis, quàm operibus. mulctam quoque contumacibus à ſe impoſitam illius perſolutam eſſe impendijs, & in ſumma conſciam eſſe totius recentis conſpirationis. Rectè igitur facturum Pheroram, ſi non expectatis fratris precibus ſponte talem mulierem ableget, fratres inter ſe committentem mutuis odijs: quandoquidem ei, aut huius vxoris iactura facienda ſit, aut fraternæ coniunctionis ac beneuolentiæ, nec niſi illa reiecta manſurum ſit integrũ germanitatis vinculũ. Pheroras autem quãuis vehementi Regis oratione grauaretur, tamen aiebat ſe & fraternæ pietatis iura perſanctè culturum, & à coniugali caritate haudquaquã diſceſſurum: emoriq́ ſe malle, quàm ſine dilecta vxore viuere. Tum Herodes, licet graui ſe iniuria exiſtimaret affici, iraſci tamen fratri diſtulit, cõtentus Antipatro & eius matri interdixiſſe Pheroræ cõſuetudine, & vetuiſſe mulierũ regiarũ cõuẽticula. illi facturos ſe iuſſa Regis polliciti,

An. mũdi 3961. Ante Chriſtum natum 3.

Salome Herodi mulierum aliorumque conſilia aperit.

Phariſæi aſtuti & arrogantes.

Phariſæi Regi nõ iurant, propterea mulctati Pheroræ vxor eis mulctam perſoluit, ob quod beneficium regnum pollicentur.

Bagoas, Carus & alij ab Herode necati.

Hedio & Ruffinus Cap. 4.

Herodes Pheroræ vxorem accuſat, eumq́; vt illã ablegetiubet.

Pheroras vxorem dimittere recuſat.

Herodes Antipatro Pherorę conſuetudinem, & mulierum conuenticulis interdicit.

An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.

per latentes quoties dabatur comessationes conueniebant, præcipuè Pheroras & Antipater. quin rumor erat Pherorę vxorem cum Antipatro quoq; stupri habere consuetudinem, conciliante matre ipsius Antipatri.

CAP. IIII.

Herodes Antipatrum mittit ad Cæsarem.

Antipatrum Herodes ad Cæsarem mittit.

QVAPROPTER suspectum habens patrem, & veritus ne vlterius serpendo eius odia ad se quoque peruenirent, scribit amicis Romæ degentibus rogans admoneant Herodem per literas, vt quàm primum se ad Cæsarem mitteret. Quo facto Antipatrum Herodes misit cum preciosissimis muneribus & testamento, in quo ipsum Antipatrum Regem declarabat, aut, si ille prior vita decederet, Herodem natũ sibi è filia summi pontificis. eodem tempore etiam Syllæus Arabs Romã profectus est, non factis imperatis Cæsaris: quem Antipater eorundem criminum reum egit apud ipsum Cæsarem, quorum Nicolaus antea. accedebat & alter accusator Aretas, multorum honoratorum cædes apud Petram se inuito patratas obijciens, maximè Sohemi hominis in omni virtute præstantissimi. quin & Cæsaris seruum Fabatum ab illo interfectum fuisse ob talem quandam causam. Erat in satellitio Herodis Corinthus, cui fidei Rex plurimum tribuere solitus est. Hunc Syllæus pecunijs corruptum eò perduxit, vt ei Regis sui cædem sit pollicitus. hoc vbi Fabatus ex ipso Syllæo cognouit, Regi mox indicauit: qui è Corintho confessionem extorsit cogitati facinoris, diligenter ex eo perscrutatus omnia: simulq; duos Arabas ab eodem satellite insimulatos comprehendit, alterũ virum principem, alterũ Syllæi amicum primarium. qui & ipsi tormentis admoti confessi sunt ideo se venisse, vt Corinthum vrgerent crebris adhortationibus ad perpetrandũ facinus, atq; adiuuarent etiam in opere, si ita facto opus sit. quos omnes Saturninus apud se delatos Romam iudicandos amplius & puniendos transmisit.

Syllæũ Antipater Romæ apud Cæsarem accusat.

Aretas Syllæũ, quòd Fabatum aliosq; interfecerit, accusat.

Insidiator vitæ Regiæ deprehenditur.

CAP. V.

Pheroræ obitus.

Iuramentum sanctè seruatum.

PHERORAM autem obstinatè permanentem in amore coniugis Herodes in ipsius tetrarchiam ablegat: quod ille fecit libenter, addito iureiurando nunquam se rediturum, nisi Herodis morte cognita: adeò vt paulo post, decumbente Rege, vocatus ad accipienda quædam secretiora mandata tanquam à morituro, propter sacramenti religionem recusaret. Nec tamen ille in hoc fratrem est imitatus, aut de pristino affectu quicquam remisit: sed cum Pheroras in morbum incidisset, vel inuocatus ad visendum eum venit: quo morbo postquàm absumptus est, corpus eius translatum Hierosolyma sepelijt, & publico luctu honorauit. Eò res Antipatro quamuis Romam profecto malorum fuit initium, Deo tandem reposcente ab eo pœnas fratricidij. Id totum ordine sum narraturus ad exemplum humano generi, quod moneat habendam esse virtutis rationem in omnibus.

Pheroras ægrotãs ab Herode visitatur, mortuus sepelitur.

Pheroræ

CAP. VI.

An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.

Pherorę vxor accusatur veneficij, & Herodes cognoscit Antipatri insidias.

PHERORA mortuo Taphnitą duo è libertis eius carissimi Herodem adeunt, rogantes ne inultã pateretur fratris mortem, vtq; inquireret in miserum eius & iniustum interitum. Quo attentius aurem simul ac fidem prębente illorum sermonibus, aiunt eum apud vxorem cœnasse ea die quą morbi fuit initium, venenumq; oblatum ei mixtum nouo cuidam cibi generi, quod gustatum perniciem attulerit homini. id venenum allatũ ab Arabissa quadam muliercula, nomine quidem amatoriũ, re autem vera Pherorę lethiferũ. sunt enim Arabũ mulieres venefică maximą. hąc autem quą tum insimulabatur, dicebatur amica Syllai familiarissima. ad eam comparãdi veneni causa profectą fuerãt vxoris Pherorę mater & soror, & cum illa reuersą sunt pridiè quàm ille cœnam lethiferã sumeret. His auditis Rex ad iram concitatus torsit ancillas earũ & quasdã etiam ingenuas: & cũ nulla quicquã fateretur, aut detegeret, postrema quadã dolore victa nihil aliud protulit, quàm quòd imprecata est Antipatri matri cruciatus similes, quandoquidem ipsa causa esset præsentium tormentorum omnibus. Hąc vox ad diligentiorem inquisitionem Herodem permouit, ita vt extorqueret earum secretą omnia, comessationesq; illas & occulta conuenticula, tum sermones patris cum Antipatro priuatim habitos, prolatos inter Pherorę mulierculas: ne id quidem reticente, centum talenta se accepisse ab eo, vt abstineret Pherorę colloquijs. Addebant ancillą quanto patrem prosequeretur odio, vtq; sępenumero apud matrem de eius longąuitate quereretur, dum interim etiam ipse cõsenesceret, vt non multũ se iuuare posset tam sera successio: ad hąc simul nutriri multos fratres ac fratrum filios, vt ne sperare quidem tutò liceat: quandoquidem iam nunc, si fatale quid sibi accideret, fratri destinata sit successio, non filio: addere his solitũ accusationem sąuitię, nõ temperantis, nec à filijs: cuius metu Romam sibi discedendum esset, Pherorę verò in suam tetrarchiam. Hąc quia probè congruebant cum illis quą ex sorore antea Rex audierat, exempta est omnis dubitatio: deprehensamq; in tam malicios conatibus Doridem matrem Antipatri, spoliatam multorum talentorum ornamentis eiecit è Regia: & mulieribus ex domo Pherorę propter hoc indicium factus est placatior. Sed nihil magis eius contra filium indignationem commouit quàm Samarita Antipater, Antipatri filij procurator, qui in tormẽtis inter cętera de eo confessus est, quòd lethale venenũ Pherorę tradidisset, quo, se absente ac per hoc minimè suspecto, patrem tolleret. id venenum allatum ex Ægypto per Antiphilũ vnum ex amicis Antipatri, missum inde à Theudione auunculo ipsius Antipatri, fratre Doridis: haberiq; apud Pherorę vxorem, à marito ad asseruandum acceptum. De quo rogata per Regem mulier, habere se fassa est: & mox quasi ad afferendum id properans, de tecto seipsam deiecit. nec tamẽ lethalis fuit casus, quia fortè in pedes cecidit. ex quo postquam se recollegit, Rege pollicito incolumitatem & ipsi & familię, si totam rei veritatem promeret, contra extremos cruciatus minato si quid per obstinationem celare pergeret, iurauit se omnia dicturam ita vt acta sint: &, vt multorum tum fuit opinio, nihil omninò mentita est. Venenum id, inquit, ex Ægypto attulerat Antiphilus, paratum ibi opera fratris sui, professione medici.

Hedio & Ruffinus Cap. 5.

Pherorę liberti vxorem veneficij accusant.

Herodes Antipatri & mulierum secreta omnia extorquet.

Doridem Antipatri matrem Herodis ejicit è Regia.

Antipater Samarita Herodi Antipatrum, filium venenum patri paratum habere exponit.

Pherorę vxor venenum se habere fatetur, & seipsam de tecto deijcit.

Theudio

An. mũdi 3961. Ante Christum natum 3.

Theudio deinde in domum noſtram intulit, & ego ſeruaui acceptum à meo Pherora, ſed ab Antipatro tuo in tuam perniciem comparatum. Poſtquam igitur maritus in morbum incidit, & tu officiosè ad viſendum eum & curandum veniſti, motus ille & ad pietatem flexus tua beneuolẽtia, me accita, ó vxor inquit, circumuenit me Antipater, dum peſtiferis conſilijs & veneficis miniſterijs ſuum patrem meum fratrem appetit. Nunc igitur quandoquidem in germano nihil pietati, qua hactenus erga me vſus eſt, video decedere, & mihi inſtare vitæ terminum, age ne fratricidali animo manes maiorum contaminem, me inſpectante venenum illud exure. tum ſe ſine mora prolatum, iuxta viri mandatum concremaſſe, paululo ſeruato, vt ſi poſt mariti mortem Rex *eam tractare vellet durius, poſſet ei neceſſitati occurrere. Hæc elocuta venenum quoq; vnà cum pyxide in medium protulit. Poſt hæc alter Antiphili frater & communis eorum mater per tormenta idem fateri coacti ſunt, pyxidem etiam agnoſcendo. Accuſabatur autem etiam pontificis filia* Regis *vxor, quaſi ſecretorum horum omnium particeps, ſed conſcientiam diſſimulans. quapropter & ipſam* Rex *abiecit, & filium eius è teſtamento deleuit, vbi ſucceſſor deſtinatus fuerat. Socero quoq; Simoni Boethi filio ſacerdotio priuato ſurrogauit Matthiam Theophili filium Hieroſolymitani genere. Interim Roma venit Bathyllus libertus Antipatri, & ſubiectus quæſtionibus faſſus eſt attuliſſe ſe venenum, quod daret patroni ſui matri & Pheroræ, vt ſi prius illud parum fuiſſet efficax, hoc poſteriore Herodem aggrederentur. Simulq; venerunt ad Regem ab amicis Romæ degentibus literæ, inſtinctu Antipatri ſcriptæ, in quibus Archelaus & Philippus accuſabantur, quod crebro crimen patris refricarent de cæde Alexandri ac Ariſtobuli, miſerarenturq; fatum germanorum innocentium. iam enim & ipſi reuocabantur in patriam, non ob aliud quàm vt euocati fratrum interitus acceſſio fierent. hæc autem amici in Antipatri gratiam faciebant, magnis ab eo corrupti mercedibus: qui etiam per ſe patri ſcripſit de adoleſcentibus, quaſi eos excuſans, & verba eorum ætati imputans. Ipſe interim decertabat contra Syllæum, & primatũ colebat amicitias, comparatis varijs ornamentis ducentorum talentorum precio. Mirum autem eſt, quòd, cum per ſeptem menſes ante eius reditum tam multa contra eum in Iudæa mota ſint, nihil eorũ ad eius notitiam perlatum ſit. In cauſa erat partim diligens itinerum obſeruatio & viarum cuſtodia, partim populare hominum in Antipatrum odium. nemo enim erat qui ſuo periculo illius incolumitatem vellet quærere.*

Mariammen Herodes abijcit, filiũ eius è teſtamento delet, ſocero Simoni Boethi filio ſacerdotio priuato Matthiam Theophili filiũ ſurrogat.

Archelaus & Philippus inſtinctu Antipatri accuſantur.

CAP. VII.

Antipater capitis damnatus in vincula conijcitur.

An. mũdi 3962. Ante Christum natum 2.

Hedio & Ruffinus Cap. 6.

Herodes Antipatro amicas literas, vt cũ Roma domum retrahat, ſcribit.

ÆTERVM Herodes ad Antipatri literas, quibus ſignificarat rebus ex ſententia peractis breui ſe rediturum in patriam, diſſimulata ira inſidiosè reſcripſit, properaret, ne quid ſibi per eius abſentiam quod nollet accideret. Simulq; modicè de matre eius queſtus eſt, pollicendo remiſſurum ſe querelas poſt aduentum illius: modisq; omnibus magnam caritatem præſeferebat, veritus ne ille ſuſpicione aliqua tactus differret ad ſe reditum, & moras Romæ trahens regno inſidias ſtrueret, & in ſe moliretur aliquid. Has literas in itinere accepit in Cilicia: eas verò quæ Pheroræ mortem nunciabant prius iam Tarenti acceperat triſti animo, non tam quòd Pheroram amaret, quàm quòd ille morte præuentus pollicita de pa-

de patre veneno tollendo non præstiterat. Iam ad Celenderim oppidum Ciliciæ An. mũdi 3962. Ante Christum natum 2.
peruenerat, cùm dubitare cœpit de reditu, vehementer cõtristatus matris ignominia: & amicorum quoq; variabant sententia, alijs euentum alicubi expectare, alijs sine mora domum nauigare consulentibus. facilè enim dissoluturũ criminationes omniũ, quandoquidem nunc quoq; non aliundè quàm ex illius absentia aduersarijs audacia viresq; ad calumniãdum creuissent. Ab his persuasus nauigare pergit, appellitq; ad portum Sebastum, quem Herodes magno sumptu constructum sic appellauit in honorem Cæsaris. Iamq; manifestum erat incidisse Antipatrum in infortunium, nemine salutante aut accedente hominem, quem prius votis & faustis acclamationibus discedentem prosecuti fuerant: tunc verò contrarijs votis licebat eum deuouere diris fraterni sanguinis vltricibus. Fortè per idem tempus Hierosolymis erat Quintilius Varus, successor Saturnino missus in Syriam, tunc verò ab Herode in consiliũ de rebus agendis adhibitus. Quibus vnà sedentibus superuenit Antipater omnium inscius, & ita vt erat purpuratus in Regiam *ingressus est. quo mox admisso, amicorum comitatus per ianitores exclusus est. Id primum mentem eius perculit, iam sentientem quò deuenisset: quando etiam pater accedentem à complexu repulit, perpetratum fratricidium & cogitatum patricidium opprobrans, & Varum cognitorem ac iudicem in crastinum denuncians. Ille tam inopinato malo velut ictus abijt attonitus: moxq; obuias inuenit matrem & vxorem: hæc erat Antigoni filia, qui ante Herodem Iudæorum Rex fuerat. ab eis edoctus de omnibus, parabat se, vt in iudicio subsisteret. Sequenti deinde luce præsidente Varo ac Rege, adhibitisq; in consessum vtriusq; amicis, acciti sunt etiam cognati Regis & Salome, tum illi qui secreta consilia prolaturi erant, quiq; tormentis examinati fuerant: nouissimeq; serui matris Antipatri capti paulò antequàm ipse rediret in patriam. apud hos deprehensæ fuerant literæ, quarum hæc erat summa: ne reuerteretur, quando in patris notitiam peruenerint consilia omnia, vnicumq; ei refugium superesse Cæsarem, & si caueat, ne in patris manus deueniat. Tum Antipater procumbens patri ad genua supplex orabat, ne de causa sua prius decerneret quàm cognosceret, sed defensioni rem integrã seruaret: Rex verò postquàm iussit eum in medium sisti, deplorauit infelicitatem suam in procreandis talibus liberis, quodq; senecta ætate incidisset in Antipatrum: enumerauit deinde curas educationis & institutionis, quamq; benignè suggessisset illi ex opibus quantum ipse cuperet: quibus rebus omnibus nihil se profecisse quò minus capitalibus appeteretur insidijs, vt regnum quod iure & patris voluntate contingere poterat, ante tempus in impietatis præmium cederet. Mirariq; se Antipatrum quánam spe elatus in tantam peruenisset audaciam. Successorem enim principatus iam scripto testamento designatum fuisse: viuenti quoq; sibi ex æquo participem dignitatis, splendoris, potestatis. Habuisse quinquagena talenta reditus annui: Romam proficiscentem instructum fuisse* CCC. *talentorum viatico. Obijciebat deinde fratrum accusationem, quorum siue sontium idem accusator atq; imitator, siue innoxiorum circumuentor ac patricida fuerit. Se enim nec comperisse de eis quicquam nisi hoc indice, nec in eos statuisse, nisi ex huius sententia. eam nunc per ipsum irritã quodãmodo fieri, qui quasi hæres in patricidiũ illis succederet. Hæc dicenti lacrymæ obortæ orationem cum abrupissent, rogauit Nicolaum Damascenum amicitia & domestica consuetudine coniunctissimum, & pulchrè eius*

Celenderis in Cilicia.

Sebastum portũ Herodes in honorẽ Cæsaris ædificat.

Antipater domũ reuersus à nemine excipitur.

Quintilius Varus Syriæ Præfectus.

Herodes Quintilio Varo iudice Antipatrum in ius vocat.

Antipater ab Herode accusatus.

An. mũdi 3962. Ante Christum natum 2.

negocij gnarum, vt prosequeretur quæ attinerent ad examinatos cõscios, & ad conuincendum filiũ. Sed ille præueniens, causamq; suã exorsus dicere, hæc ipsa exempla paterna beneuolentiæ pro se adducebat, nimirum pietatis suæ meritis reddita. Se enim & prospexisse solerter quid facto opus esset, & sicubi res operã suam postulasset, confecta dedisse omnia: nec æquum esse, vt qui patrem eripuerit ab aliorum insidijs, ipse nunc eiusdem reus agatur criminis, & testatæ iam dudum pietatis nouam apud homines rerum imperitos maculã contrahat. Quam enim sibi fuisse causam sceleris, cum successionem designatus Rex haberet magis quàm speraret, & nemine vetante bonorum esset particeps? neq; enim probabile esse, affectatum cum periculo quod iam pro virtute contigerat, & ob incertam spem contemptam certam infamiam, maximè cum is conatus fratribus non successerit, quorum ipse & delator fuisset, & conuictorum de impietate punitor etiam. nec se pœnitere gestorum, quæ argumento sint quàm incorruptè parentem diligat. Quæ verò in vrbe per se acta sint, testem esse Cæsarem, cui non secus ac numini nemo possit imponere: extareq; eius de hoc literas, quas periniquum sit inimicorum & improborum hominum post haberi calumnijs, quibus nihil magis sit cordi, quàm regiam familiam inter se committere, nactis comminiscendi ccium per suam absentiam, quod se præsente nunquam habere potuerint. Sub finem dicendi fidem abrogabat quæstionibus, per quas necessitas exprimeretur loquendi ad torquentis gratiam, & postremò se quoque torquendum offerebat nihil deprecans. His cum nonnihil moueretur concilium, miserabiliter lacrymante Antipatro & sibimet conuerberante faciem, vt vel inimicos subiret miseratio, Herodesq; ipse quantumuis dissimulãs fieret mitior: Nicolaus vt rogatus fuerat accusationẽ à Rege *cœptã prosequens, exaggerabat singula, proferebatq; testimonia, & indicia criminis collecta ex quæstioni subiectorum confessionibus. ad hæc extollebat* Regis *de eo merita in educandis ac instituendis filijs, pro quibus tam malam reportaret gratiam. Nec tamen æquè mirandam fuisse priorum temerariam stultitiã, qui rudi ætate corrupti à malis consiliarijs naturales affectus pietatis aboleuissent, ambitione principatus magis quàm opũ cupidine. Sed Antipatri stupendã esse tam sceleratam audaciam, qui sæuior nocentissimis bestijs, à benefactoribus tamen iniuriam abstinentibus, nihil mollitus sit tanta parentis indulgentia, ne fratrum quidem calamitate deterritus, quò minus crudelitatis eorum æmulator fieret. Atqui tuipse, inquit, ó Antipater index fuisti tentati per illos facinoris, te inquirente coarguti sunt, tu in conuictos animaduertisti. nec improbamus quòd eos iusta indignatione prosecutus sis, imò miramur te imitatum eorum intemperantiam: & facilè colligimus illa quoque te non ad securitatem patris, sed ad fratrum fecisse perniciem, vt detestando eorũ maliciam, pietatis erga cõmunem parentem opinionem tibi quæreres, & deinde ipse in eum sæuire posses impunitius, quod tandem facere aggressus es. Dum enim fratres sontes addicis supplicio, & parcis eorũ socijs, omnib. facis perspicuum bene conuenire tibi cum eis, quorum posthac vti possis in opprimendo patre opera. itaq; duplicem voluptatem cepisti tuis dignam moribus: alteram palam quasi re bene gesta gloriabundus sublatis fratribus: alteram clam maiore facinore per occultas insidias conando patrẽ subuertere, cuius modo vindex videri volueras. Si enim verè detestatus esses illorum maliciã, nunquã imitandam tibi proposuisses. Nimirum hoc agebas istis artibus, vt dignioribus sublatis nullos haberes successionis æmulos,*

Antipater parentis accusationẽ diluit.

Nicolaus Damascen' accusationem à Rege cœptã prosequitur.

æmulos, & tum demum fratricidio necem patris adderes, vt in occulto manerent insidiæ, quibus oppugnasti germanorum capita, & non solum ipse meritum supplicium effugeres, verum etiam miserum parentem pœnæ tuæ vicarium supponeres, inaudito ad hoc ævi patricidio, & qualis nullum exemplum extat in omni hominum memoria. non enim qualicunque patri insidiatus es, sed amantissimo simul & indulgentissimo, iam Regiæ potestatis participi, iam successor designato, tum præsenti fruendi voluptate ante tempus permissa, tum in futurum spe testamento patris confirmatæ. Tu verò cupiditatibus tuis modum non ex illius bonitate, sed ex tua malitia statuebas, non contentus societate patris indulgentissimi, nisi illi quoque suam partem præriperes: & cuius te seruatorem verbis præferebas, eum re vera quærebas perdere, non ipse tantum scelestus, sed matri quoque inurens eiusdem notam sceleris, & fratrum disturbans beneuolentiam, dissidijsq; miscens omnia: & post hæc ausus es patrem vocare bestiam, ipse venenatissimis quibusque bestijs nocentior, proprio veneno abutens in coniunctissimos optimeq; de te meritos, muniensq; te custodibus ac varijs tam virorum quàm mulierum technis contra vnum senem, quasi non tua sola scelesta mens satis esset ad explendum odium. Et nunc post tortos tua causa viros & mulieres, seruos & ingenuos, post aperta coniuratorum indicia, audes veritati contradicere: & qui dudum patrem speraſti è rebus humanis tollere, nunc quantum in te est conaris legem quoque contra tui similes scriptam abolere, simulq; Vari æquitatem, omnemq;, quanta est in rerum natura, iustitiam. an ideo mentitos dices tormentis examinatos, vt fidem abroges patris tui seruatoribus? tibi scilicet in tormentis plus credendum est. Non liberabis Regem Varc à cognatorũ iniurijs? non dabis neci hanc pessimam bestiam, pietatem erga genitorem simulantem in fratrum perniciem, ac deinde vt solus regnet deprehensum in struendis illi capitalibus insidijs? Scis patricidium non priuatum esse crimen, sed publicã vitæ ac naturæ iniuriam, quod cogitatum etiam non minus quàm perpetratum contaminet: imò quod qui non punit, & ipse in naturam parentem est iniurius. Post hæc matris eius quædam adiecit, quæ illa garrulitate muliebri effutierat: consultos vates de regno, & sacris exitialibus impetitum Regis caput: tum libidinosas & ebrioſas Antipatri volutationes cum Pherora mulieribus: quæq; ad testimonia pertinerent per tormenta elicita, multa & varia, partim præmeditata, partim repentina necessitate expressa, atq; hoc ipso certiora. Homines enim quicquid antea metu Antipatri silentio texerant, post versam eius fortunam videntes accusationibus inimicorum obnoxiam, odia in eum sua exsaturabant. Attamen non ita aliorum odijs grauabatur, vt proprijs sceleribus, hostili in patrem animo, disturbata fratrum concordia, commissis inter se domesticis omnibus: vt qui nunquam nec odia iusta exerceret, nec amicitiæ fidem coleret, nisi quatenus sibi videretur commodum. idq; cum iamdudum à multis esset obseruatũ, quo quisq; erat æquitatis amantior, eo grauior illi fuit aduersarius: & quamprimum tuto licuit, magnis vociferationibus reum vrgebant, quicquid scirent certatim prodentes: cumq; variorũ criminũ proferrentur indicia, nihil tamen fingi apparebat, quod neq; ad Regis gratiã loquerentur, neq; periculi metu silentio quicquam tegerent, sed damnarent omnes scelestos conatus Antipatri, eumq; non tam ob patris securitatem, quàm suomet ipsius merito de medio tollendũ censerent & tradendum supplicio. nec hi soli qui interrogabantur eum accusabãt, verùm etiam

An. mũdi 3962. Ante Christum natum 2.

Patricidium publicæ vitæ ac naturæ iniuria.

Antipater à cunctis accusatur.

An. mũdi 3962. Ante Christum natum 2.

ſpontanei delatores pleriq; aderant: ita vt licet callidiſſimus eſſet mendaciorum artifex & frontis perfrictiſſima, tamen ne hiſcere quidem contrà valeret. Poſtquam autem Nicolaus accuſare eum & conuincere deſtitit, tum Varus poteſtatem ei dicendi pro ſe fecit, ſi quid haberet quo declararet ſuam innocentiam. Se enim nihil magis optare, & idem patrem quoq; eius optare ſcire, quàm ne ille in vllo obiecto deprehenderetur crimine. At ille pronus in faciem & ſupplicabũdus humi iacens, Deũ conſcientia ſua inſpectorem obteſtabatur, vt euidenti aliquo ſigno probaret alienũ ſe ab omni culpa, nec quicquam vnquam molitum in patris perniciem. Is enim eſt mos malorũ omnium, vt quoties nefarium aliquod facinus aggrediuntur, nihil non ſibi permittant, nullo reſpectu diuini numinis: cum autem ſuis ſceleribus inciderunt in periculum, tum demum illis in mentem venit Deus, per cuius inuocationem & teſtimonium volunt eripi, fingentes ſe cuncta illius arbitrio permittere: Id quod tum quoque Antipatro vſu euenit: qui cum antè omnia ſic geſſiſſet quaſi nullum numen intereſſet rebus mortalium, imminente vltione deſtitutus iuris præſidijs, ad diuinam confugiebat potentiam, ſe in hoc diuinitus ſeruatũ aſſeuerans, vt pro incolumitate patris excubias ageret. Tum Varus cum crebris interrogationibus nihil eliceret, illo Deum tantum inuocante, videns alioqui nullũ fore finem, iubet proferri venenum in medium, vt quá nam vi praditum ſit experimento poſſet colligere: quod mox allatũ, & ad bibendum datum cuidam damnato capitis, ſine mora necauit hominem. quo facto ſurgens abijt è concilio, & ſequenti die Antiochiam profectus eſt, vbi plurimum ſolebat degere, quod illic eſſet Syrorum regia. Herodes verò confeſtim vinxit filium, omnibus ignorantibus quanam fuiſſent eius cum Varo ante diſceſſum colloquia. coniectura tamen erat cuncta Regem facere ex illius ſententia. coniecto deinde in carcerem, Romam Cæſari de eo ſignificauit per literas, miſſis etiã qui coram eloquerentur mandata, docerentq; quam ſcelerata ſit hominis malicia. Per eoſdem porrò dies intercepta ſunt Antiphili ad Antipatrũ ex Ægypto miſſa litera: quibus ſolutis hac in eis ſcripta Rex ipſe comperit. Miſi ad te Acmes literas, et iã cum vita mea periculo. ſcis enim quòd ſi deprehenderer, infeſtas mihi duas potentes familias redderem. Tu dabis operã, vt rem geras feliciter. Atq; hoc fuit argumentum huius epiſtolæ: Rex autem diligenter requiſiuit etiam alteram. ea tamen nuſquam comparebat, & ſeruus Antiphili negabat ſe attuliſſe vllam præterea. & cum diutius hærerent, vnus ex amicis Regijs animaduerſa quadam ſutura in interiore ſerui tunica (nam duabus erat indutus) ſuſpicatus eſt in ea plica celatas literas: nec eum ſua fefellit opinio: deprompta aq; eſt inde epiſtola hac ferè continens. Acme Antipatro. Scripſi patri tuo, quales iuſſiſti literas: & adieci confictum exemplar epiſtolæ quaſi à Salome ad dominam meã miſſæ: qua lecta ſcio, quòd pœnas ab ea, tanquàm ab inſidiatrice exiget. Ea verò quã à Salome ſcriptam videri volebant, Antipatri commentum erat ſuppoſito Salomes nomine, ipſius arbitratu & commodo ſcripta, ſed Acmes miniſterio. Eadem & Regi ſcripſit in hanc ſententiam. Acme Regi Herodi. Cùm mihi ſit cura, ne quid te lateat ad ſalutem tuã pertinens, inuentã Salomes epiſtolam, contra te ſcriptam, ad meam dominam, non ſine periculo tranſſcripſi, & ad te miſi: in qua poſtulabat, vt ſibi liceret Syllæo nubere. hanc tu lacerabis, ne quando propter eam vita diſcrimen adeam. Sed hoc commentum prodebant quæ ad ipſum Antipatrum ſcripſerat, ſignificans ſe voluntati eius obſecutam & literas ad Herodem

Varus Antipatro dicendi pro ſe poteſtatem facit.

Antipater innocentiam ſuam precibus ad Deum teſtatã facere conatur.

Venenum capitis damnato ad bibendum datũ ſine mora cum necat.

Hedio & Ruffinus Cap. 7.

Antipater in carcerẽ coniectus.

Herodes legatos ad Cæſarem mittit.

Antiphili literæ ad Antipatrum.

Acmes literæ ad Antipatrum.

Acmes literæ ad Herodem.

Herodem

rodem misisse & insertum his exemplar fictitiarum Salomes literarum ad suam dominam, qua insidias Herodi tenderent. Erat autem hac Acme Judaea genere, agens in ancillatu Julia uxoris Caesaris, operamq; hanc Antipatro magna pecunia vendiderat, qua c...ra amitam simul & patrem uteretur. Caterùm Herodes cognita hinc filij malicia, minimum abfuit quin illum euestigio tolleret, ut concitatorem turbelarum omnium, qui non solùm suam & sororis salutem in periculum adduxisset, sed disciplinam etiam corrupisset domus Caesaris. eodem incitabat eum & Salome, pectus plangens & mori non recusans, si ullum extaret violatae à se fidei argumentum idoneum. Rex autem accersito filio iubet illum cum fiducia promere, si quid haberet quod pro se afferre posset: qui cum ad hac nehiscere quidem valeret, rogatus ut quando medius teneretur deprehensus in maleficio, saltem socios sceleris proderet, omnem culpam conferebat in Antiphilum, alium praterea nominabat neminem. ibi Herodes vehementi dolore animi saucius cogitauit eum Romam mittere, ut apud Caesaris tribunal patricidij causam diceret. Deinde veritus ne amicorum ope eriperetur periculo, ipsum quidem in vinculis ut ante retinuit: legatos autem & literas accusatrices misit ad Caesarem, simul indicans adiutum eum Acmes opera, epistolarum quoq; adiunctis exemplaribus.

An. mūdi 3962. Ante Christum natum 2.

Herodes odio in filium flagrat.

Antipater omnē in Antiphilum culpam confert.

CAP. VIII.

Herodis morbus, & Iudæorum seditio.

INTEREA dum legati instructi mandatis ac literis Romam properant, Rex morbo correptus testamentum condidit, successionem regni relinquens natorum minimo, exasperatus in Archelaum & Philippum calumnijs Antipatri: Caesariq; legauit mille talenta, & uxori Julia liberisq; eius & amicis atq; liberius talenta quingenta. Suis quoq; filijs distribuit pecunias & agros ac reditus, similiter etiam nepotibus. Salomes etiam ratio est habita, quam propter perpetuam & inconcussam beneuolentiam ditauit egregiè. Desperata deinde salute, quòd iam ad septuagesimum aetatis annum accederet, mirum in modum efferatus est, ira impatiens & amarulentus in rebus omnibus. in causa erat opinio contemptus, quodq; existimaret gentem latari suis infortunijs: quam opinionem confirmauit quorundam apud populum gratiosorum seditio, mota ex causa tali. Judas Sariphaei filius & Matthias Margalothi doctissimi erant Judaeorum, & interpretes patriae legis praestantissimi, ob idq; cari populo quòd iuuentutem disciplinis instituerent. totis enim diebus eis dabant operam quotquot cupiebant in virtute proficere. Hi postquam cognouerunt morbum Regis esse incurabilem, concitauerunt iuuentutem, ut sublatis operibus quae Rex praeter patriam consuetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde expectantes praemium. Nam hanc esse Regi causam cum calamitatum domesticarum, tum postremò praesentis morbi, videlicet, quòd contemptis legibus multa nouare ausus sit. nam hac parte multis in rebus pietatem Regis hi doctores desiderabant. Inter cetera supra maiorem portam templi dedicauerat donum precio sum, aquilam auream magni ponderis, cum lex nostros homines vetet imagines statuere, aut consecrare animantium effigies. quamobrem doctores hi autores erant suis discipulis, ut aquilam illam detraherent. Etsi enim res videatur non carere periculo, tamen etiam iucunda vita

Hedio & Ruffinus Cap. 8.

Herodes morbo correptus testamentum condit, ac regni successionem filijs, nepotibus ac amicis relinquit.

An. mūdi 3963 A nato Christo 1.

Herodes in senio impatiens, & amarulentus.

Iudas Sariphæi filius & Matthias Margalothi iuuentutē, vt opera quæ Rex præter patriæ consuetudinem fecerat, tollerent, concitat.

Aquila aurea super maiorē templi portam.

An. mũdi 3963
A nato Christo 1.

Contemptus mortis.

præponendum esse honestum obitum, si contemnatur propter tuendas leges patrias, quandoquidem sempiterna fama nullo seculo passura sit gloriam eorum intermori. & alioquin ignauos iuxta ac fortes eundem manere interitum: proinde rectè facturos virtutis cultores, si ex communi necessitate honorem sibi decerperent, & cum hoc solatio è præsenti vita discederent. Magnum enim leuamen esse honestis conatibus immori, & periculi non contemnendum præmium laudem transmissam ad nepotes ac posteros, cuius in partem tota cognatio tàm viri quàm fœmina veniant, quo quid esse possit optabilius? Hac exhortatione accensis iuuenibus rumor superuenit extinctum Regem nuncians, & propensos iam ad facinus perpulit. itaq; claro meridie ascendẽtes detractam aquilam conciderunt securibus, inspectante congregata in templum multitudine. Quod vt renunciatum cognouit dux regius, maiorem aliquam conspirationem metuens, occurrit eò cum valida suorum manu cohibiturus demolitores aquilæ: & irruens in vulgum rudem & imparatum ac conglobatum temerè, facilè reliquis dissectis & cedentibus circiter XL. *iuuenes resistere ausos comprehendit, cumq; his autores facinoris Judam & Matthiam turpe putantes cedere: omnesq; ad Regem perduxit. Quo rogante quo freti ausi sint sacratam imaginem demere, aiunt se & deliberasse id multo antea, & deliberatum executos, vt fortes viros decuit. Nam & honori diuino, inquiunt, succurrimus, & legem cuius discipuli sumus vindicauimus. Nec est quod mireris, si tuis decretis leges præponimus, quas nobis Moses autore & doctore Deo pertulit: nec recusamus mortem ac supplicium quodcunq; nobis intuleris, conscij nos non ob maleficium sed pietatis causa hæc perpeti. Hæc illi non minorem animo quàm verbis præferentes fortitudinem, aquè tum ad constanter patiendum alacres, atq; antè ad fortiter agendum fuerant. Eos Rex vinctos misit Hierichuntem: moxq; accitis Judæorum primoribus in concionem eorum lectica ob imbecillitatem delatus, cœpit commemorare labores suos exhaustos pro Repub. tum instauratum templum impendijs ingentibus, quale opus per* CXXV. *annos nemo Asamonæorum Regum ad honorem Dei valuisset perficere. nec exstructum id tantum à se, verùm etiam ornatum votiuis muneribus ac donarijs tali templo dignissimis. ob hæc facta speraſſe se vel post obitum sempiternam & memoriam & gloriam. nunc prohnefas viuo etiam ac superstiti pro beneficijs reponi iniuriam: & medio die inspectante multitudine sua dona sacrata violari ac detrahi: quæ iniuria licet in ipsum intentata, re tamen vera ad Deum magis pertineat, cuius sacra compilata sint. Tum honoratiores quiq; veriti crudelitatem eius, ne fortè efferatus in se quoq; grauius animaduerteret, negauerunt hæc facta ex ipsorum sententia, videriq; sibi, admissam esse rem dignam supplicio. Ille in cæteros mitior, Matthiæ Pontifici ademit sacerdotium, quasi non alieno ab hoc consilio, eiq; successorem dedit fratrem vxoris suæ Jozarum. Huius Matthiæ Pontificatu accidit etiam alium Pontificem ad vnam diem substitui, qua Judæi populariter ieiunium celebrant. Nam Matthias ea nocte quæ præcedebat diem ieiunij, visus est sibi per somnum cum vxore congredi: & cùm ob hoc ad rem diuinam faciendam non esset idoneus, Josephus Ellemi filius adiutor vicarius propter cognationem ei datus est. Cæterùm Herodes post mulctatum Matthiam sacerdotio, alterum Matthiam seditionis autorẽ eiusq; socios viuos exussit: in quam noctem etiam defectus lunæ incidit. Regi verò morbus factus est grauior, pœnam*

Aquilam aureã detractam, iuuenes securibus concidunt.

Iudas & Matthias cũ 40. iuuenib. ad Regem perducti ouantes sese excusant, eosq; vinctos Rex Hierichuntem mittit.

Herodes Iudæorum Primores conuocat, eisque facinus hoc commemorat.

Matthiæ sacerdotiũ adimitur, in cuius locum Iozarus surrogatur.

Iosephus Ellemi per vnum diem Pontifex.

Iudas Sariphei & Matthias Margalothi exusti.

Defectus lunæ.

Hedio & Ruffinus Cap. 9.

nam impietatis exigente numine. lento enim calore torrebatur, qui non tàm externo tactu deprehenderetur, quàm intus popularetur viscera. aderat & vehemens voracitas, cui necesse esset continuò cibos suggerere: simulq; vexabatur intestinorum exulceratione & colicis passionibus: pedes tumebant phlegmate humido & pellucido, similiterq; inguina. ipsa quoq; verenda putrefacta scatebant vermiculis, accedente fœda nec minus molesta tentigine, non sine fœtore grauissimo. super hæc omnia neruorum contractione laborabat & difficultate anhelitus. Quamobrem constans erat inter viros diuinos & fatidicos opinio, Regem lasa tot modis pietatis Deo pœnas expendere. Qui tametsi grauius affligeretur, quàm vt videretur posse morbo perferendo sufficere, tamen euasurum se sperabat, accersendis medicis intentus & medicamentis conquirendis vndiq;. profectus etiam vltra Iordanem fluuium, calidis aquis se fouebat apud Calliroen, quæ præter vim medicam potu quoq; iucundæ sunt. Hæ aquæ in lacum bituminis feracem effluunt. ibi de medicorum consilio immissus fouendus in refertum oleo solium, visus est illis iam agere animam. quare exorta comploratione familiarium excitatus & ad se reuersus, nullamq; amplius salutis spem superesse intelligens, donatiuum militibus quinquagenas drachmas iussit distribui: magna deinde liberalitate vsus in duces atq; amicos, rursum Hierichuntem reuersus est: vbi atra bile prægrauante eò immanitatis prolapsus est, vt facinus animo conciperet longè atrociss imum. Nam cum è tota ditione nobiliores Iudæorum ad eum conuenissent, euocati minaci edicto pœnã capitis intentante non parentibus, infensus ex æquo siue sontibus seu innoxijs, vniuersos conclusit in Circo: accita deinde Salome sorore maritoq; eius Alexa, ait instare sibi terminum vitæ, succumbenti tantis doloribus: quod quidem ferendum esse, quando iuxta communem mortalium sortem accidat. illud permolestum esse, si carendum sit extremo honore luctus qui debeatur Regibus. non enim ignotam sibi


An. mũdi 3963
A nato Christo 1.

Herodis morbus horrendus.

Aquæ calidæ apud Calliroë quæ in lacum bituminis feracem effluunt.

Herodes donatiuum militibus distribui iubet.

Herodes nobiliores Iudæorum post obitum suum trucidari mandat.



esse Iudæorum mentem, quòd optatam suam mortem lætis accepturi sint animis, quandoquidem vel à viuente etiam tum non abstinuissent contumelias. sed illorum esse officij, leuamen aliquod præsentis huius doloris decernere,

nam

An.mũdi 3963. A nato Christo 1.

nam si assensum consilio suo prabeant, fore suum funus longè quàm aliorum Regum honoratius, & manibus suis gratius, omnibus per totam ditionem non fictè lugentibus. Ergo quamprimùm viderint se exhalasse animam, debere eos clausam circo nobilium multitudinem cingere militibus, ignorantibus etiam tum suum obitum, non prius vulgandum quàm mandatum exsecuti sint, iubere deinde vt circumuentos vna omnes iaculis configerent. Quibus hoc modo casis duplicem se eis habiturum gratiam, vel quòd mandatorum fuerint memores, vel quòd obitum suum publico luctu honorauerint. Hac ille cum lacrymis lamentabundus cognatos per mutuam fidem ac beneuolentiam perq; omnia sacra obtestabatur, nè se extremo hoc honore fraudatum vellent, eis contra pollicentibus daturos se operam vt cuncta iuxta ipsius mandatum fierent. Heîc sanè etiamsi quis prateritam eius in cognatos sauitiam tribuere vellet pro incolumitate & securitate solicitudini, ex hac certè nouissima eius voluntate deprehendere potest quàm inhumano animo praditus fuerit: quandoquidem iamiam è vita discessurus, curabat vt ex singulis familijs vno aliquo sublato, totam gentem in luctum & carissimorum desiderium conijceret, nec lasus à quoquam eorum nec valens eus quicquam obijcere: cum hi quibus vllum est virtutis studium, etiam inimicis tali suo tempore odia remittere soleant.

CAP. IX.

Antipatri exitium.

Herodi à Roma literæ veniunt, quæ Acmen à Cæsare occisam, & Herodi liberam potestatem Antipatri puniendi relictam esse, ostendunt.

DVM hac mandata cognatis dat, superuenerunt â Roma literæ, à legatis missis ad Cæsarem: quarum summa erat, Acmen ab irato Cæsare occisam esse, propter locatam Antipatro operam: ipsumq; Antipatrum relinqui arbitrio & Regis & patris: siue in exilium vellet eum pellere, sive capite plectere. His auditis Herodes paululum recreatus est voluptate nuncij pœnæ Acmes, & permissæ sibi potestatis liberè statuẽdi de filio: mox repetitus graui dolore, cibi tamen auidus, malum simul & cultellum popoſcit. Solebat enim & antea per se repurgatum paulatim incidendo comedere. tunc verò circumspiciebat, ferire seipsum cupiens: perpetrasset q; facinus, ni Achiabus nepos ictum praueniens, clamore sublato cohibuisset eius dexteram: moxq; denuò luctus cum trepidatione ac tumultu occupauit palatium, quasi Rege iam agente animã. quem strepitum vbi persensit Antipater, ratus patrem verè vitam finisse, spem concepit fore, vt solutus vinculis sine difficultate regnum acciperet. cœpitq; cum custode carceris de missione agere, multa & in præsens & in futurum post acquisitam potestatem pollicens. ille verò adeò non paruit, vt mox conatus eius Regi renunciaret, vtq; solicitatus ab eo sit ostentato præmio. Tum Herodes qui iam ante malè affectus erat erga filium, postquam audiuit custodem carceris, exclamans præ indignatione, & caput sibimet verberans, quamuis morti proximus erexit se in cubitum, iussitq; vnum è satellitio sine mora eum occidere, & corpus obscuro funere condi in castello Hyrcanio.

Herodes malum simul & cultellũ poscens sibi ipsi manus violentas inferre cogitat, Achiabus nepos verò ictum præuenit.

Aliàs Cap. 9. Antipater patrẽ vitam finisse ratus, cũ carceris custode demissione agit, quod dum Herodes audit, sine mora eum occidere, & in Hyrcanio castello condi iubet.

CAP. X.

Herodis mors testamentum & funeratio.

Hedio & Ruffinus Cap. 10. Herodis testamentum mutatum.

DEINDE mutata voluntate mutauit etiam testamentum. Antipam enim quem prioribus tabulis regni successorem destinauerat, Galilæa simul ac Peræa tetrarcham constituit regnum verò Archelao largitus, Tracho-

Trachoniticam, Gauloniticam, Bataneam, & Paneada regiones tetrarchia nomine aßignauit Philippo filio, germano fratri Archelai. Jamniam autem, Azotum & Phaſaëlida Saloma ſorori ſua attribuit, & argenti ſignati quingenta millia. habita eſt & caterorum cognatorum ratio, abundeq́ proſpectum ſingulis leganda pecunia & reditibus annuis. Cæſari quoq́ legauit argenti ſignati centies centena millia, praterq́ vaſa tàm aurea quàm argentea, magnumq́ veſtis precioſa numerũ. Julia autem Cæſaris vxori, & quibuſdam amicis quinquagies centena millia. His ita ordinatis quinta die poſt quàm Antipatrum filium occidit, vita defunctus eſt, poſt detruſum regno Antigonum anno trigeſimo quarto, ex quo autem à Romanis Rex declaratus eſt, anno trigeſimo ſeptimo, vir in omnes ex aquo ſauus, ira ſeruus, iuris dominus: fortuna autem propitia vſus, ſi quis alius. ex priuatis enim natus regnum aſſecutus eſt, & innumeris circumdatus periculis ſemper euaſit feliciter, vixitq́ longißimo tempore. quantum autem ad domeſticos & filios attinet, hic quoq́ felix fuit ſua ſententia, oppreßis inimicis & aduerſarijs, ſed infeliciſſimis meo iudicio. Caterùm Salome & Alexas priuſquam Regis mors innoteſceret, in circo clauſos domum ſuam queq́ dimiſerunt, dicentes ipſum ita iubere, vt in agros digreßi curarent ſuamet ipſorum negocia: atq́ hoc pacto magno beneficio vniuerſam gentem ſibi deuinxerunt. Jndicata deinde Regis morte, congregat aq́ in Hierichuntinum amphitheatrum omni militia primùm legerunt literas eius ſcriptas ad milites, in quibus gratias eis agebat pro fide ac beneuolentia, rogabatq́ vt eandem ſeruarent & Archelao filio, quem regni ſucceſſorem ſibi ſubſtitucret. Deinde Ptolemæus, cui anulus Regis ſignatorius creditus fuerat, teſtamentum perlegit, quod nõ aliàs ratum habendum eſſet, quàm accedente conſenſu Cæſaris: moxq́ acclamatum eſt Regi Archelao, & milites cateruatim vnà cum ſuis ducibus pollicebantur eandem quam patri hactenus præſtitiſſent fidem atq́ operam, latis ominationibus Deum illi fautorem comprecantes. Poſt hæc funus parabatur Regi, Archelao curante vt exſequiæ patri fierent quàm ſplendidiſſimæ, & omnem ornatum proferente vt in pompa comitaretur mortuũ. Ferebatur autem in lectica aurea, diſtincta varijs gemmis precioſis, & inſtrata purpura: corpus quoq́ amictum erat purpura, impoſito capiti diademate, & deſuper corona aurea, ſceptroq́ in manu dextera. lecticam ſtipabant filij & cognatorum numerus. Hos ſequebantur milites diſtributi per nationũ genera: primùm ſatellites, deinde Thraces, poſt hos Germani, & deinceps Galli, omnes inſtructi velut ad prælium: reliqua deinde exercitus multitudo armata ſub ſuis ducibus ac centurionibus. hos ſequebantur quingenti famuli, ferentes aromata. ea pompa proceſſit Herodium vſq́ per octo ſtadia, vbi quemadmodum antè mandauerat ſepultus eſt. Et Herodes quidem ſic defunctus eſt. Archelaus autem per ſeptem dies iuxta patriã legem luctu parentis celebrato, & in fine luctus funebri epulo multitudini præbito, in templũ aſcendit: & quacũq́ tranſiret excipiebatur gratulationibus ac fauſtis acclamationib. Tum conſcenſo ſuggeſto ſublimis in aureo ſolio reſidens, accipiebat latus gratulatrices voces fauoris indices, & ipſe viciſſim omni comitate reſpondebat multitudini, agebatq́ grates quòd obliti patris ſui duricia, nihilo deterius erga ipſum affecti eſſent, pollicebaturq́ parẽ pro eorum ſtudijs gratiam: adhuc tamen abſtinere ſe à Regis nomine, quod ab autoritate & aſſenſu Cæſaris pendeat, penes quẽ ſit teſtamenti à patre ſcripti confirmatio.

An. mũdi 3963 A nato Chriſto 1.

Cæſari & Juliæ Cæſaris vxori ab Herode legatum.

Herodes moritur.

Herodes varia fortuna vſus.

Salome & Alexas in circo clauſos Iudæos domũ dimittunt.

Hedio & Ruffinus Cap. 11.

Herodis ad milites gratiarum actio, & teſtamentum lectũ.

Archelao Regi acclamatur. Alias Cap. 12.

Herodis cadauer magna pompa Herodium defertur.

Germani & Galli ſub Herode ſtipendia fecerunt.

Archelaus epulum multitudini præbet.

An. mũdi 3963 A nato Christo 1.

Archelaus si à Cæsare in imperio constabilitus esset, curæ sibi fore vt beneuolentia omnium videatur dignissimus pollicetur.

quamobrem ne ab exercitu quidem apud Hierichuntẽ vltrò offerente ambitiosum diadematis honorẽ se accipere voluisse, cum nondum constaret de legitimi collatoris animo. caterùm quàm primùm constabilitus esset in imperio, curæ sibi fore vt beneuolẽtia omniũ videatur dignissimus: daturumq; operã vt per omnia patre suo sit illis commodior. Illi verò, sicut vulgus solet, rati primis diebus aperiri mentem huiusmodi potestates ineuntiũ, quò mansuetius & officiosius eos alloquebatur Archelaus, eò maioribus eum ferebant laudibus, poscebantq; sibi ab illo beneficia: quidam vt leuius annuum tributum penderẽt: alij solutos dimitti quos Herodes non paucos vixerat, & in his plerosq; diu in carcere detinuerat: nonnulli vectigalium immunitatẽ, quibus grauabatur forũ rerum venalium, magnis flagitabant vociferationibus. Horum nihil ille negabat, hoc agens, vt conciliaret sibi multitudinis animos, non leue in eo momentum rerum suarum situm existimans. postremò re diuina peracta conuiuium cum amicis iniit.

CAP. XI.

Populus seditionem mouet contra Archelaum.

Hedio & Ruffinus Cap. 12. al. 13 Matthiam seditiosi & socios quos Herodes affecerat supplicio deflent: Herodi caros in vindictã ab Archelao deposcunt, & Pontifici sacerdotium abrogari postulant.

INTEREA Iudæorum quidam nouarum rerum cupidi per conuenticula deflebant Matthiam & socios quos Herodes affecerat supplicio. Hi quoniam metu coerciti non ausi fuerant luctu honorare aquilã auream violatores recens necitraditos, tũc cum clamoribus & eiulatu in defunctum Regem iactabãt conuicia, quasi in mortuorum solatium: congregatiq; in vnum, in vindictam eorum ab Archelao deposcebant ad pœnã quosdam ex his qui cari Herodi fuerant, & ante omnia postulabant sacerdotium abrogari creato ab illo Pontifici, & subrogari

An. mũdi 3964 A nato Christo 2.

hoc honore digniorem alium. Archelaus autem licet importunitatem eorum indignè ferret, compescere tamen placidè conabatur, quòd pararet profectionem ad Cæsarem, vt sententiam Cæsaris cognosceret. Itaq; misso ad eos magistro militum, per eum hortatus est, vt omisso vindictæ studio, considerarent legibus pœnas dedisse quorum molestè ferrent interitum: ad hæc postulata eorum non carere iniuria, & tempus hoc alia consilia poscere, opusq; esse cõcordia, donec ad ipsos reuerteretur confirmatus Rex assensu Cæsaris. tum demum dispiciendum super his rebus, & statuendum de communi sententia: interim quiescerent, ne seditionis crimen incurrerent. Hæc mandata exponenti reclamatum est strenuè, periculum intentantibus quicunq; conaretur verbis eos ad saniorem mentem reducere: quòd plus suæ voluntati tribuerent, quàm autoritati præsidentium: & indignum ducerent si amicorum, quos viuo Herode amiserant, ne mortuo quidem illo impetraretur vltio. adeò enim concitati erant, vt id tantum ius & fas putarent, quod ipsis voluptatem allaturum videbatur, ne sui quidem periculi memores, dum inimicos lædere cupiunt: & cum multi ad eos à Rege mitterentur, qui partim ipsius nomine, partim ex sua persona verbis sedarent turbidos, neminem audire sustinebant, sed ad maiorem iram accendebantur, ausuri aliquid si

Seditiõ in Paschatis festo.

maior accessisset numerus. Cumq; festum instaret, quo patrium Iudæis est vesci non fermentatis panibus (Pascha vocant, monumentum veteris ex Ægypto effugij, quo summa alacritate maiorem solito populus mactat victimarum numerum, & infinita turba, nonnulliq; etiã extra regionis terminos habitantes confluunt religionis gratia) seditiosi deploratores legis doctorũ Iudæ ac Matthiæ conglobati in templo permanebant, non deficiente victu, quem illos non pudebat

mendicato

mendicato quærere. Tum Archelaus veritus ne ad grauius aliquid eorum inſolentia procederet, mittit tribunum cum cohorte qui compeſcerent homines, priuſquam catera turba huius furoris inficeretur contagio. & ſi quorum emineret in concienda ſeditione ferocia, illos vt ad ſe adducerent. In hos turbatores illi clamoribus & hortatibus plebem exaſperauerunt, & ferientes ſaxis pleroſq; occiderunt: tribunus cum paucis effugerunt ſaucij. quo perpetrato rurſum ſacris operati ſunt. Archelaus porrò de rerum ſumma periclitari ſibi viſus eſt, ni plebis impetum illum retunderet. itaq; totum exercitũ in eos immittit, ſimulq; equites, qui & aduenas prohiberent occupantibus templum ſuccurrere, & quot quot ex eis peditum vim euaſiſſent, iam in tuto ſe exiſtimantes ferro excipierent. ab his equitibus ad tria millia virorum cæſa ſunt, reliqui fuga ſe in proximos montes receperunt. Archelaus autem per præconẽ edixit, vt omnes in ſua diſcederent. illi metu grauioris mali feſtiuitate relicta abierunt, quamuis audaces & ſine diſciplina homines. Tum Archelaus ad mare deſcendit vnà cum matre ſua, ducens ſecum Nicolaum & Ptolemæum multosq; ex amicis alios, & familia & regno commiſſis Philippi fratris ſui fidei. Simul etiam profecta eſt Salome Herodis ſoror, ducens ſecum ſuam progeniem. alij quoq; ex cognatis ſequebantur multi, quaſi collaboraturi pro paranda regia dignitate Archelao, re autem vera obnixuri ei potius, & præcipuè perpetratum in templo facinus incuſaturi. Cum hoc comitatu eunti occurrit apud Cæſaream Sabinus procurator Cæſaris in Syria, in Iudæam properans ad aſſeruandam Herodis pecuniam, quem Varus commodum interueniens retinuit: aderat enim ab Archelao accerſitus per Ptolemæum. ita ille in præſidis gratiam neq; arces occupauit in Iudæa, neq; theſauros obſignauit regios, omnia relinquens in poteſtate Archelai, tantiſper donec Cæſar de his aliquid ſtatueret: & hæc pollicitus manſit Cæſareæ. Sed poſtquam alter Romam nauigauit, alter verſus Antiochiam profectus eſt, ipſe Hieroſolyma petijt, & occupauit regiam. accitis deinde præfectis arcium & regijs procuratoribus, rationes repoſcebat ab eis, & arces ſibi committi poſtulabat. Præfecti tamen nõ diſceſſerunt à mandatis Archelai, ſed omnia ſeruabãt in ipſius aduentum integra, prætexentes ea ſe ſeruare Cæſari. Eodem tempore etiam Antipas Herodis filius Romam nauigat, parandi ſibi regni ſpe, ad quam excitatus erat per Salomen, quaſi Archelao præferendus, eò quòd prioribus teſtamenti tabulis ſucceſſor regni deſtinatus fuerit, quæ validiores deberent eſſe quàm illæ ſcriptæ poſterius. Ducebat autem ſecum matrem ſuam, & fratrem Nicolai Ptolemæum, inter amicos olim Herodis præcipuum, & tunc ſuis fauentem partibus: ſed maximè illum ad affectandum regnum mouit Irenæus orator, vir eloquens, & diu verſatus in regijs negocijs. quapropter ſuadentib. quibuſdã, vt fratri cederet natu grandiori, & hæredi regni ſcripto in teſtamenti paterni tabulis, noluit parere huic conſilio. qui poſtquam Romã peruenit, omnes cognati ad eum defecerunt, non tàm ipſius amore quàm Archelai odio, libertatẽ maximè cupientes, & degere ſub Romano præſide: quod ſi parũ ſuccederet, commodiorẽ ſperantes Antipam quàm Archelaum, ſtudebant illius partibus. quin & Sabinus ſcripſit Cæſari literas, in quibus accuſabatur Archelaus. at ille per Ptolemæũ Cæſari libellum obtulit, continentem ius ſuum & teſtamentũ patris, ſimulq; rationes pecuniarum Herodis obſignatas cum ipſo anulo, atq; ita euentũ expectabat. qui perlectis his omnib. Variq; ac Sabini literis, tum quantũ pecuniarum eſſet ac annuo-

An. mũdi 3964
A nato Chriſto 2.

Tria millia Iudæorum cæſa.

Archelaus Romam proficiſcitur, multique eidem obnixuri cum comitantur.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. al. 14.

Sabinus Herodis pecuniam & regiã occupaturus Hieroſolyma peruenit.

Antipas Herodis filius parandi ſibi regni ſpe Romam nauigat.

An. mũdi 3964 A nato Christo 2.

rum redituum, praterea qua Antipas ſibi regnum vindicans ſcripſerat, amicos in conſilium aduocat, & in his Caium Agrippæ & Iuliæ filiæ ſuæ filium, iam à ſe adoptatum, primum ei locũ in conſiſtorio tribuens: moxq́ potestatem facit dicere volentibus de præſenti negocio. Ibi tum primus exoritur Antipater Salomes filius, vir facundiſsimus & infenſiſsimus Archelao, dicens eum per ludibrium nunc de regno agere, cuius potestatẽ iam dudum inuaſiſſet, non expectato aſſenſu Cæſaris, dum feſto die tam multos interimeret: qui etiamſi eſſent hanc pœnam promeriti, eius tamen exigendæ ius ſeruandum fuiſſe potestati legitimæ, non ipſi vſurpãdum, ſiue Regi cum iniuria Cæſaris, cuius contempſiſſet ſuffragium, ſiue priuato, quod eſſet peius etiam. quare immerito nunc eum ab ipſo hunc ſperare calculum, quem iam quantum in ſe fuit, ferendi eius iure priuauerit. Ad hæc obijciebat ei mutatos autoritate propria quoſdam duces militiæ: quodq́ ſediſſet in regio ſolio, & tanquam Rex ad quaſdam cauſas determinaſſet, annuiſſetq́ poſtulatis populi, deniq́ nihil non feciſſet quod per Cæſarem confirmatus poſſet facere. ab illo quoq́ dimiſſos, aiebat, eos, qui in circo incluſi fuerant: multaq́ afferebat alia, partim vera, partim veriſimilia propter iuuenilem ambitionem hominis recens euecti ad tantum poteſtatis faſtigium. praterea neglectum patris luctum, & commeſſationes inſequenti mox poſt eius obitũ nocte celebratas: qua indignitate motum ad ſeditionem populum, videntem pro tantis beneficijs mortuo patri talem ab eo referri gratiam, vt interdiu tanquam perſonatus lacrymas fingeret, per ſingulas autem noctes delicijs frueretur regijs. qui cum tam prauo ingenio ſit praditus, nihilo gratiorem fore erga Cæſarem, ſi ab eo regnum acceperit, quam hactenus fuiſſet erga parentem amantiſsimum. Cantu enim ſe oblectare & choreis tanquam in in morte inimici non patris, haudquaquam abeſſe ab immani ſcelere. nunc venire ad Cæſarem vt annutu eius regnum accipiat, cum iam antè non aliter ſe geſſiſſet, quàm ſi conſtabilitus Rex fuiſſet autoritate ipſius. maximè autem exaggerabatur in ſacrato loco perpetrata cades impia, idq́ die feſto, quando tàm hoſpites quàm indigenæ victimarum more mactati ſint, & fanum refertum cadaueribus, non ab externo quopiam, ſed ab eo qui legitimã Regis appellationẽ prætexeret, quò facilius tyrannicum ſuum ingenium expleret exercendis paſsim in omnes iniurijs. Quare ne per ſomnum quidem vnquam patrem, dum ſanus eſſet, de hoc ſibi poſt obitum ſubſtituendo Principe cogitaſſe, vt cuius mores haberet cognitos: immò in potioribus tabulis eius aduerſarium ſucceſſorem deſtinatum Antipam. hunc enim à patre ad regnum vocatũ non animo ante corpus præmortuo, ſed integris etiam tum & rationis & corporis viribus. Immò etiamſi iam tum tale de Archelao fuiſſet patris iudiciũ, quale in poſterioribus tabulis, ipſum tamẽ iam ſatis declaraſſe qualis nam Rex futurus ſit, qui autoritatem Cæſaris in confirmando regno contempſerit, & priuatus adhuc ciues in templo iugulare non dubitauerit. His dictis Antipater, & ad faciendam verbis ſuis fidem plurimis ex ipſius cognatione teſtibus adhibitis, finem orationi impoſuit. Tum Nicolaus contra afferebat pro Archelao eadem illam circa commiſſam ipſorum improbitati imputandam, qui non prius à tumultuando deſtiterint, quàm ille coactus ſit eos vi compeſcere: hoc magis culpabiles, quòd non ſolùm maliciam ſuam exercuiſſent, verùm alijs etiam neceſsitatem feciſſent audendi tale facinus. Inſolentia enim eorum in ſpeciem quidem infeſtatum Archelaum, ſed reuera contumaciam hanc ad ipſius

Antipater Salomes filius apud Augustum Cæſarem Archelaum accuſat.

Archelaum Nicolaus excuſat.

Cæſaris

Cæſaris pertinuiſſe iniuriam. miſſos enim ab eo qui tumultuantes ſedarent, facto ab ipſis impetu contra ius & fas necatos, nulla feſti reuerentia: quibus patrocinari non pudere Antipatrum, ſine æquitatis reſpectu, dum modo odio, quo proſequatur Archelaum, morem gereret. eorum igitur eſſe culpam, qui priores iniuria non abſtinuerint, & aliorum arma ad defenſionem ſumpta in ſe prorita-uerint. Cætera quoque, de quibus Archelaum accuſauerant, in eos ipſos accuſatores referebat, dicens, nihil horum, niſi ex illorum ſententia geſtum, nec ea tam iniuſta eſſe, quàm ipſi videri velint, dum per hoc aliquid Archelao noceãt. Tantam illis ineſſe cupidinem lædendi cognatum hominem cùm de patre benè meritum, tùm ipſos omnibus ſemper proſecutum officijs. Teſtamentum certè à Rege mentis compote eſſe ſcriptum, & poſteriores ſemper potiores eſſe tabulas, has verò tanto magis, quòd Cæſari rerum domino autoritatem confirmandi relinquant. Nec Cæſarem iniquitatem iſtorum imitaturum, qui cum maximis ab Herode viuo affecti ſint beneficijs, nunc extremam eius voluntatem violare conentur: quin potius viri amici ac ſocij, & omnia fidei ſuæ permittentis, teſtamentum ratum habiturum. multum enim intereſſe debere inter horum maliciam, & Cæſaris virtutem atque fidem toti orbi cognitam. quapropter non iudicaturum parum ſanæ mentis decretum eius, qui probo filio ſucceſſionem reliquerit, & inſuper ad ipſius fidem confugerit: quandoquidem veriſimile non ſit in deligendo ſucceſſore erraſſe, qui tam prudenter ſententia Cæſaris ſubiecisſet omnia. In hunc modum Nicolaus quoque dicendi finem fecit. Tum Cæſar Archelaum ad genua ſibi accidentem erexit humaniſſimè, dignum eſſe regno pronuncians: præ ſe ferens nihil ſe facturum, niſi teſtamento præſcriptum & Archelao ipſi commodum: videnſq; hac promiſſione confirmatum in ſpe iuuenem, nihil tum amplius ſuper ea ſtatuit: & dimiſſo concilio, ſolus ſecum diſpiciebat, vtíne regnum ratum faceret, an commune ſineret Herodis generi, præſertim cum omnes eius ope indigeant.

An. mũdi 3964. Ante Chriſtum natum 2.

Cæſar Archelaũ regno dignũ pronunciat.

Hedio & Ruffinus Cap. 14.

CAP. XII.

Seditio Iudæorum contra Sabinum, & quomodo Varus autores eius punijt.

SED priuſquam quicquam certi de hac re determinatum ſit, Marthace Archelai mater morbo vitam finijt, & à Varo Syriæ præſide venerunt literæ defectionem Iudæorum ſignificantes. Nam diſceſſum inde Archelai ſecuti ſunt magni in ea gente tumultus: ad quos compeſcendos cum Varus veniſſet, autoribus eius motus affectis ſupplicio, & maxima ex parte ſeditione compreſſa, reuertens Antiochiam legionem vnam reliquit Hieroſolymis, vt Iudæis nouandarum rerum facultatem præriperet. nec tamen quicquam hac ratione profecit. quamprimum enim Varus abijt, Sabinus Cæſaris procurator ibi ſubſiſtens vexabat Iudæos, fretus relictis illic copijs, & paremſe iam putans populo. nam armatis multis ſatellitibus, contra Iudæos his vtebatur, moleſtans eos & ad defectionem irritans: vt qui & arces occupare conaretur, & violentas pecunia Regia ſcrutationes faceret, priuati lucri & prædæ cupidine. Igitur inſtante pentecoſte, ſicut nos vocamus celebritatem quandam patriam, confluxerunt vndique multa millia non ſolum religionis gratia, verùm etiã indignè ferentes Sabini intẽperias, nec tantũ ex Iudæa grauius offenſa, ſed è Galilæa quoq; ac Idumæa, tum à Hie-

Marthace Archelaï mater moritur.

Varus ſeditioſos Hieroſolymis cõpeſcit.

Aliàs cap. 15.

Sabini auaritia Hieroſolymis ingentem ſeditionem in feſto Pentecoſtes concitat.

An.mũdi3964. A nato Christo 24

à Hierichunte & trans Iordanem ſitis oppidis, omnes cupientes pœnas â Sabino expetere. partitiq; trifariam hoc modo caſtra faciunt: pars vna circum occupat, reliquarum duarum altera templum à ſeptentrionali & orientali regione circumſidet: ob occidentali altera, quà ſita erat domus Regia. Ita incluſos vndiq; Romanos oppugnare etiam parabant. Tum Sabinus territus audacia hominum, quibus decretum eſſet, aut mori, aut vincere, ſtatim ad Varum miſit literas, hortans vt properet, relictamq; legionem præſenti periculo eripiat, alioqui breui contrucidandam. ipſe cõſcenſa caſtelli turre celſiſſima, quæ in honorem Herodis fratris à Parthis extincti Phaſaelus appellabatur, manu Romanis innuebat, vt in Iudæos eruptionem facerent: & cum ne amicis quidem ſe auderet committere, poſtulabat, vt alij propter eius auariciam mortis periculo ſe obijcerent. qui poſtquam progredi auſi ſunt, conflictus fuit acerrimus. & quamuis ſtrenuè

Iudæorum cũ Romanis acerrimus cõflictus circa templũ.

milites rem gererent, non tamen frangebantur Iudæorum animi, licet multis cadentibus: ſed circumducta ſuorum parte aſcenderunt porticus quæ erant in extimo templi ambitu: vnde in aduerſarios pugnantes vel manu mittebant, vel fundis intorquebant lapides, non tantum adiutores ſuorum, ſed ſpectatores etiã totius prælij. quin & ſagittarij è ſuperiore loco impetebant expoſitos ictibus, nec valentes contrà miſſilibus ad ſe pertingere, eoq; facilius vincebant. atque hæc pugnæ conditio diu durauit. deinde Romani indignitate rei moti, ignem clàm ſubijciunt porticibus: qui multis accendentibus & fomenta aggerentibus breui ad tectum emicuit: eius materies quòd eſſet pice ac cera ob inaurationem perunctæ, facilè correpta eſt incendio, quo lacunaria illa precioſa & magnifica abſumpta ſunt, & quotquot illuc aſcenderant improuiſo perierũt exitio. pars enim cum

Iudæi nonnulli in lacunarijs pereunt.

tecto ruente vnà præcipitati ſunt, pars à circumſtantibus telis confixi: nonnulli deſperatione ſalutis & vi mali attoniti, aut in flammas ſeſe dederunt, aut ſuiſmet gladijs confecti ſunt. quòd ſi aliqui refugientes quà aſcenderant in tutum ſe recipere volebant, hos omnes Romani contrucidauerunt, quòd inermibus nihil prodeſſet ferocia, ita, vt ne vnus quidem ex his qui tectum aſcenderant incolumis euaderet. Tum Romani quà ſe incendium remiſit alij ab alijs protruſi, penetrauerunt ad ſacræ pecuniæ conditorium, cuius bona pars furto militum diſ-

Sacræ pecuniæ bona pars militum furto diſperit.

perijt, ad Sabinum autem propalam quadringenta talenta ex ea præda relata ſunt. Iudæi verò duplici calamitate affecti ſunt, deſideratis in ea pugna carorũ amicorum plurimis, & inſuper ſpoliato ſacrario. facto tamen globo è pugnaciſſimis circumdederunt Regiam, incenſuros ſe eam & omnes intus occiſuros minitantes, niſi quamprimum diſcederent: quòd ſi mox abirent, impunitatem Sabino

Regia ab Iudæis obſeſſa.

vnà cum ſuis pollicentes: pro quibus etiam aulicorum maxima pars ſtabat. Rufus quoq; & Gratus, qui ſub ſe habebant tria millia bellicoſiſſimorũ & ſtrenuiſſimorum virorum ex Herodis exercitu, in partes Romanorum ſe tranſtulerũt: ſimulq; equitatus qui Rufo duci parebat, non mediocris ſanè ad rem Romanam acceſſio. Interim Iudæi nihilo ſegnius inſtabant oppugnationi, muros ſuffodientes cuniculis, & aduerſarios hortantes, vt abirent, néve diutius vindicantibus ſe in libertatem à maioribus acceptam obſiſterent. At Sabinus libenter quidem inde abduxiſſet milites, ſed fidem promiſſis habere non poterat, propter ea quæ perpetrauerat, nimiam etiam æquitatem hoſtium ſuſpectam habebat, & expe-

Rufus & Gratus Herodis exercitus Præfecti in Romanorum partes ſe tranſferũt.

Fedio & Ruffinus Cap. 15.

ctabat à Varo ſubſidium. In hoc rerum ſtatu etiam alibi per Iudæam diuerſis in locis innumeri tumultus exoriebantur, vt quemq; aut lucri, aut vindictæ

Tumultus in Iudæa varij.

concitabat

concitabat cupiditas. Duo enim virorum millia, qui aliquando sub Herode me-
ruerant, tunc verò dimissi domi agebant, in vnum collecti bello impetebant re-
gios, resistentes sibi ductu nepotis Herodis Achiabi: qui nusquã æquo loco eos su-
stinere ausus, vt veteranos & bellandi peritissimos, tuebatur se & sua quãtũ po-
terat asperitatibus accessu difficilibus. Quin & Iudas Ezeciæ latronũ ductoris
olim per Herodem magno labore expugnati filius, apud Sephorim vrbem Gali-
læa collecta circa se hominum desperatorum manu incursabat Regis ditionem:
& potitus eius armamentario, armatisq; inde suis ad vnum omnibus, pecuniam
quoq; Regiã in illis locis occupauit: iamq; formidandus accolis spoliabat in quos-
cunque incideret, aspirans ad regnum, affectansq; hoc fastigium non bonis arti-
bus quarum imperitus erat, sed nocendi licentia. Dum ita vbiq; turbatur, etiã
Simon Herodis Regis seruus, vir alioqui & forma & statura & robore egregius
inprimis habitus, ausus est diadema sumere: stipatusq; numerosis copijs, & Rex
consalutatus ab insana multitudine, placebat sibi præ quouis alio, auspicatus po-
testatem diripienda ac incendẽda Hierichuntina Regia: passimq; crematis alijs
Regis palatijs, & præda concessa suæ factionis hominibus, maiora etiam ausu-
rus videbatur, ni maturè occursum fuisset. nam Gratus regiorum militũ dux,
tum Romanorum partes fouens, suas copias contra Simonem duxit: vbi post
acerrimum conflictum transamnani homines incompositi, & ferociter magis
quàm peritè pugnantes deleti sunt: ipsum Simonem per angustas quasdam fau-
ces fugientem Gratus assecutus obtruncauit. Apud Amatha quoque Iordani
flumini apposita palatium Regium incensum est à quadam hominum colluuie,
qualis & circa Simonem fuerat. Tantus tum furor per totam gentem grassaba-
tur, eò quòd proprium Regem non haberet, qui multitudinem bonis rationibus
contineret in officio: qui verò externi ad castigandos seditiosos venerant, ma-
lum potius exacerbarent, graues superbia simul & auaritia. Quandoquidem
& Athronges, vir nec maioribus claris prognatus, nec virtute aut opibus sub-
nixus, sed pastor hactenus obscurissimus, vasto tantum corpore & manuum ro-
bore insignis, attentauit dignitatem Regiam, paratus animæ periculo depacisci
nocendi licentiam. huic erant quatuor fratres, & ipsi grandi statura & manu
prompti ad quoduis arduum facinus, instrumentum, vt ipsis videbatur, ido-
neum ad occupandam tyrannidem, quòd eorum quisque duceret cohortem
militum. magna enim ad eos turba confluxerat, quam in fratres quasi legatos
distributã obire iubebat prælia: ipse diademate ornatus consultabat de rebus a-
gendis, quarum penes se seruabat arbitrium: durauitq; diu potestas huius, &
non inanis Regis appellatio, dum quicquid collibuisset exsequitur, maximè in
Romanos cædibus sæuiens & milites Regios, vtrisque ex æquo infensus: his pro-
pter licentiam qua sub Herode vsi fuerant, Romanis propter recentem iniu-
riam. Id odium indies magis exasperabatur, imminebantq; vbique omnibus,
vel lucri cupidine, vel in consuetudinem iam versa occidendi libidine. Circa
Emauntem etiam Romanam cohortem frumenta & arma in exercitum por-
tantem insidijs exceperunt: ductoremq; eius Arium centurionem cum quadra-
ginta fortissimis peditibus telis confixerũt: reliquos nihilo meliora iam expectã-
tes superueniens cum Regio milite Gratus seruauit, relictis casorũ cadaueribus.
In hunc modũ longo tempore prælia per occasionem conserentes, & Romanos non
leuibus affecerunt incommodis, & suam gentem maioribus etiam inuoluerunt
calami-

An. mũdi 3965. A nato Christo 3.

Duo millia Herodis militum bello regios impetunt.

Iudas Ezeciç latronũ ductoris filius.

Simon Herodis seruus.

Gratꝰ cum Simone conflictus.

Simon obtruncatur.

Iudæi in seditionibus quasi furiosi.

Athronges vir corpore & manuum robore insignis dignitatẽ regiam attentat.

An.mũdi3964. A nato Christo 24

à Hierichunte & trans Iordanem ſitis oppidis, omnes cupientes pœnas â Sabino expetere. partitiq; trifariam hoc modo caſtra faciunt: pars vna circum occupat, reliquarum duarum altera templum à ſeptentrionali & orientali regione circumſidet: ob occidentali altera, quà ſita erat domus Regia. *Ita incluſos vndiq; Romanos oppugnare etiam parabant. Tum Sabinus territus audacia hominum, quibus decretum eſſet, aut mori, aut vincere, ſtatim ad Varum miſit literas, hortans vt properet, relictamq; legionem præſenti periculo eripiat, alioqui breui contrucidandam. ipſe cõſcenſa caſtelli turre celſiſſima, quæ in honorem Herodis fratris à Parthis extincti Phaſaelus appellabatur, manu* Romanis *innuebat, vt in Iudæos eruptionem facerent: & cum ne amicis quidem ſe auderet committere, poſtulabat, vt alij propter eius auariciam mortis periculo ſe obijcerent. qui poſtquam progredi auſi ſunt, conflictus fuit acerrimus. & quamuis ſtrenuè milites rem gererent, non tamen frangebantur Iudæorum animi, licet multis cadentibus: ſed circumducta ſuorum parte aſcenderunt porticus quæ erant in extimo templi ambitu: vnde in aduerſarios pugnantes vel manu mittebant, vel fundis intorquebant lapides, non tantum adiutores ſuorum, ſed ſpectatores etiã totius prælij. quin & ſagittarij è ſuperiore loco impetebant expoſitos ictibus, nec valentes contrà miſſilibus ad ſe pertingere, eoq; facilius vincebant. atque hæc pugnæ conditio diu durauit. deinde* Romani *indignitate rei moti, ignem clàm ſubijciunt porticibus: qui multis accendentibus & fomenta aggerentibus breui ad tectum emicuit: eius materies quòd eſſet pice ac cera ob inaurationem perũcta, facilè correpta eſt incendio, quo lacunaria illa precioſa & magnifica abſumpta ſunt, & quot quot illuc aſcenderant improuiſo perierũt exitio. pars enim cum tecto ruente vnà præcipitati ſunt, pars à circumſtantibus telis confixi: nonnulli deſperatione ſalutis & vi mali attoniti, aut in flammas ſeſe dederunt, aut ſuiſmet gladijs confecti ſunt. quòd ſi aliqui refugientes quà aſcenderant in tutum ſe recipere volebant, hos omnes* Romani *contrucidauerunt, quòd inermibus nihil prodeſſet ferocia, ita, vt ne vnus quidem ex his qui tectum aſcenderant incolumis euaderet. Tum* Romani *quà ſe incendium remiſit alij ab alijs protruſi, penetrauerunt ad ſacra pecuniæ conditorium, cuius bona pars furto militum diſperijt, ad Sabinum autem propalam quadringenta talenta ex ea præda relata ſunt. Iudæi verò duplici calamitate affecti ſunt, deſideratis in ea pugna carorũ amicorum plurimis, & inſuper ſpoliato ſacrario. facto tamen globo è pugnaciſſimis circumdederunt* Regiam, *incenſuros ſe eam & omnes intus occiſuros minitantes, niſi quamprimum diſcederent: quòd ſi mox abirent, impunitatem Sabino vnà cum ſuis pollicentes: pro quibus etiam aulicorum maxima pars ſtabat. Rufus quoq; & Gratus, qui ſub ſe habebant tria millia bellicoſiſſimorũ & ſtrenuiſſimorum virorum ex Herodis exercitu, in partes* Romanorum *ſe tranſtulerũt: ſimulq; equitatus qui Rufo duci parebat, non mediocris ſanè ad rem Romanam acceſſio. Interim Iudæi nihilo ſegnius inſtabant oppugnationi, muros ſuffodientes cuniculis, & aduerſarios hortantes, vt abirent, néve diutius vindicantibus ſe in libertatem à maioribus acceptam obſiſterent. At Sabinus libenter quidem inde abduxiſſet milites, ſed fidem promiſſis habere non poterat, propter ea quæ perpetrauerat, nimiam etiam aquitatem hoſtium ſuſpectam habebat, & expectabat à Varo ſubſidium. In hoc rerum ſtatu etiam alibi per Iudæam diuerſis in locis innumeri tumultus exoriebantur, vt quemq; aut lucri, aut vindictæ*

Iudæorum cũ Romanis acerrimus cõflictus circa templũ.

Iudæi nonnulli in lacunarijs pereunt.

Sacræ pecuniæ bona pars militum furto diſperit.

Regia ab Iudæis obſeſſa.

Rufus & Gratus Herodis exercitus Præfecti in Romanorum partes ſe tranſferũt.

Fedio & Ruffinus Cap. 15.

Tumultus in Iudæa varij.

concitabat

concitabat cupiditas. Duo enim virorum millia, qui aliquando sub Herode meruerant, tunc verò dimissi domi agebant, in vnum collecti bello impetebant regios, resistentes sibi ductu nepotis Herodis Achiabi: qui nusquā æquo loco eos sustinere ausus, vt veteranos & bellandi peritissimos, tuebatur se & sua quātū poterat asperitatibus accessu difficilibus. Quin & Iudas Ezeciæ latronū ductoris olim per Herodem magno labore expugnati filius, apud Sephorim vrbem Galilææ collecta circa se hominum desperatorum manu incursabat Regis ditionem: & potitus eius armamentario, armatis q; inde suis ad vnum omnibus, pecuniam quoq; Regiā in illis locis occupauit: iamq; formidandus accolis spoliabat in quoscunque incideret, aspirans ad regnum, affectansq; hoc fastigium non bonis artibus quarum imperitus erat, sed nocendi licentia. Dum ita vbiq; turbatur, etiā Simon Herodis Regis seruus, vir alioqui & forma & statura & robore egregius inprimis habitus, ausus est diadema sumere: stipatusq; numerosis copijs, & Rex consalutatus ab insana multitudine, placebat sibi præ quouis alio, auspicatus potestatem diripienda ac incendēda Hierichuntina Regia: passimq; crematis alijs Regis palatijs, & præda concessa suæ factionis hominibus, maiora etiam ausurus videbatur, ni maturè occursum fuisset. nam Gratus regiorum militū dux, tum Romanorum partes fouens, suas copias contra Simonem duxit: vbi post acerrimum conflictum transamnani homines incompositi, & ferociter magis quàm peritè pugnantes deleti sunt: ipsum Simonem per angustas quasdam fauces fugientem Gratus assecutus obtruncauit. Apud Amatha quoque Iordani flumini apposita palatium Regium incensum est à quadam hominum colluuie, qualis & circa Simonem fuerat. Tantus tum furor per totam gentem grassabatur, eò quòd proprium Regem non haberet, qui multitudinem bonis rationibus contineret in officio: qui verò externi ad castigandos seditiosos venerant, malum potius exacerbarent, graues superbia simul & auaritia. Quandoquidem & Athronges, vir nec maioribus claris prognatus, nec virtute aut opibus subnixus, sed pastor hactenus obscurissimus, vasto tantum corpore & manuum robore insignis, attentauit dignitatem Regiam, paratus anima periculo depacisci nocendi licentiam. huic erant quatuor fratres, & ipsi grandi statura & manu prompti ad quoduis arduum facinus, instrumentum, vt ipsis videbatur, idoneum, ad occupandam tyrannidem, quòd eorum quisque ductaret cohortem militum. magna enim ad eos turba confluxerat, quam in fratres quasi legatos distributā obire iubebat prælia: ipse diademate ornatus consultabat de rebus agendis, quarum penes se seruabat arbitrium: durauitq; diu potestas huius, & non inanis Regis appellatio, dum quicquid collibuisset exsequitur, maximè in Romanos cadibus sæuiens & milites Regios, vtrisque ex æquo infensus: his propter licentiam qua sub Herode vsi fuerant, Romanis propter recentem iniuriam. Id odium indies magis exasperabatur, imminebantq; vbique omnibus, vel lucri cupidine, vel in consuetudinem iam versa occidendi libidine. Circa Emauntem etiam Romanam cohortem frumenta & arma in exercitum portantem insidijs exceperunt: ductoremq; eius Arium centurionem cum quadraginta fortissimis peditibus telis confixerūt: reliquos nihilo meliora iam expectātes superueniens cum Regio milite Gratus seruauit, relictis casorū cadaueribus. In hunc modū longo tempore prælia per occasionem conserentes, & Romanos non leuibus affecerunt incommodis, & suam gentem maioribus etiam inuoluerunt calami-

An. mūdi 3965. A nato Christo 3.

Duo millia Herodis militum bello regios imperunt.

Iudas Ezeciç latronū ductoris filius.

Simon Herodis seruus.

Græi cum Simone conflictus.

Simon obtruncatur.

Iudæi in seditionibus quasi furiosi.

Athronges vir corpore & manuum robore insignis dignitatē regiam attentat.

An. mũdi 3965. A nato Christo 3.

calamitatibus. tandem & ipsi capti sunt, vnus à Grato pugna victus, alter à Ptolemæo. maximo natu deinde in Archelai potestatem redacto, vltimus qui supererat, fratris casu territus, & nullam videns salutis spem reliquam, quòd eius copiæ exhaustæ essent vel morbo vel continuis laboribus, accepta fide & iureiurando ipse quoque Archelao se dedidit. sed id aliquanto post factum est.

Athrõges cum fratribus captus.

Tunc verò Iudæa plena erat latrocinijs, & vt quisq; seditiosorum cœtus coiuerat, passim Reges creabantur in Reipublicæ perniciem, quòd minima eius mali pars rediret ad Romanos: ipsi verò inter se diuturnis conflictarentur cadibus. Cæterùm Varus cognito ex Sabini literis periculo, timens tertiæ legioni, assumptis duabus reliquis, (nam tres in vniuersum erant in Syria) & quatuor turmis equitum, auxilijsq; Regum ac tetrarcharum properabat in Iudæam vt obsessis succurreret, iussis qui præmittebantur conuenire Ptolemaidem. Berytiorum etiam vrbem prætereundo, mille quingentos auxiliares ab eis accepit. Aretas quoq; Petræus, amicus Romanis factus propter Herodis inimicitias non paruam manum misit tàm peditum quàm equitum. postquã autem apud Ptolemaida in vnum conuenit totus exercitus, partem eius filio & amicorum vni tradidit ducendam contra Galilæos eius vrbis agro finitimos. qui regionem eorum ingressus, profligatis quotquot ausi sunt cum armis occurrere, Sephorim cepit: & venditis sub hasta incolis, vrbem absumpsit incendio. Ipse Varus versus Samariam progressus cum exercitu, à ciuitate quidem abstinuit, quam sciebat immunem à seditiosorum contagio: castra autem posuit in quodam vico, qui erat Ptolemæi possessio, Arus nomine. eum Arabes incenderunt, propter Herodem amicis quoq; eius infensi. inde progressi Sampho alium vicum ydem Arabes diripiunt, moxq; incendunt quamuis munitissimum. quin toto illo itinere nihil eos effugit, omnia miscentes flammis ac cadibus. Nam & Emmaus cremata est Variiussu, in vindictam casorum ibi militum, deserta tamen ab habitatoribus. Inde cum appropinquarent Hierosolymis, Iudæi qui legionem ab ea parte obsidebant, ad primum venientis exercitus conspectum territi diffugerunt, oppugnatione, quam inspectabãt, relicta. Hierosolymitani aũt Iudæi grauiter à Varo increpiti, excusationem afferebant, populum quidem propter festum confluxisse, bellum verò non ex sua sententia sed ex conuenarum audacia susceptum: & se adeò nõ oppugnasse Romanos, vt potius vnà cum illis oppugnati fuerint. & iam ante obuiam ei processerant, Iosephus Herodis Regis nepos, Gratusq; ac Rufus cum suis militibus, & Romani qui obsidionem tulerant. Sabinus enim in eius conspectum non venit, sed subducens se clam ex vrbe, ad mare profectus est. Tum Varus dimissa per totam regionem parte exercitus, perquirebat defectionis autores: & indicio repertos, alios vt sontes punijt, nonnullos dimisit incolumes: actiq; sunt in cruces ea de causa circiter duo millia. Post hac ablegato exercitu cuius non erat vsus amplius, quiq; contra eius voluntatem lucri studio multa maleficia patrauerat, ipse audito decem millia Iudæorum in vnum confluxisse, properauit vt eos deprehenderet. illi non ausi manus conserere, deditionem fecerunt arbitratu Achibi. Varus autem data seditiosorum vulgo defectionis venia, duces eorum misit ad Cæsarem. Ille cæteris ignouit, in solos aliquot Regis Herodis necessarios animaduertit, quòd nec cognationis nec iusticiæ respectu à nefarijs armis abstinuerint. Itaq; Varus rebus compositis, & relicta Hierosolymis eadem legione in præsidio, reuersus est Antiochiam. Archelao autem

Hedio & Ruffinus Cap. 16. Varus Sabino succurrit.

Sephoris capta eiusq; incolæ sub hasta venditi.

Arus ab Arabibus incensus.

Sampho & Emmaus cremata.

Varus Hierosolyma peruenit, ac legionẽ obsessam liberat.

In defectionis autores animaduertitur.

autem Romæ aliud negocium exhibitum eſt tali de cauſa. Venit eò Vari permiſſu Iudæorum legatio, poſtulans, vt eis liceat ſuis legibus viuere: erantq; legati quinquaginta, quibus aderant Iudæorum vrbem incolentium plus quàm octo millia. cumq; Cæſar conuocaſſet in ædem Apollinis magno ſumptu à ſe exſtructã conciliũ amicorum & primariorũ ciuium, venerunt eò & legati, proſequente Iudæorum turba, & Archelaus cum amicorũ comitatu. cognati autem Regis, neq; ab Archelao ſtabant propter ipſius odium, & tamen legatis ſuffragari grauabantur, quòd puderet eos corã Cæſare aduerſari homini tam propinqua coniuncto neceſsitudine. Aderat & Philippus è Syria Vari hortatu veniens, ea potiſsimum de cauſa, vt fratris aduocatum ageret, cui Varus benè cupiebat: deinde nonnihil ſperans, ſi impetrarent Iudæi poteſtatem viuendi ſuis legibus, fore vt, diuiſo in Herodis progeniem regno, ad ipſum quoq; rediret pars aliqua. Data igitur Iudæorum legatis dicendi copia, poſtulantes non eſſe vlterius ſub Regibus, ab accuſanda Herodis iniquitate orſi ſunt. Regem illum fuiſſe nomine tenus, alioquin omnibus omnium tyrannorum artibus vſum ad ſubiectæ gentis perniciem, nec his contentum quaſdam nouas ex ſuo commentum eſſe ingenio. Nec opus eſſe commemorari quàm multis vitam ademiſſet, cum longè deterior fuerit conditio ſuperſtitũ, quos nõ modo perpetua truculentia & aſperitate terruerit, ſed bonis etiam eorum rapaces manus non abſtinuerit. itaq; vicinas vrbes ab exteris habitatas illum ornamentis excoluiſſe, quò magis in ſuo regno ſitas exhauriret exactionibus: adegiſſeq; gentem ſuam ad extremam paupertatem, quam cum primis florentem acceperit, dum nobiles ex cauſis parum probabilibus damnatos capitis inſuper bonis ſpoliat, aut facta viuendi gratia, nudat eos poſſeſsionibus. deinde cum annua tributa impoſita ſint per ſingulos, ſeorſum tamen placandam fuiſſe auiditatem amicorum eius & aulicorum, atq; etiam ſeruorum, qui huiuſmodi exigendis præeſſent, vt hoc pacto iniurioſam vexationem redimerent. Silentio enim prætereundas conſtuprationes virginum, & per contumeliam ereptam matronis pudicitiam: quandoquidem hæc patientibus maximum ſit ſolatium, ſi à quàm pauciſsimis ſciatur ſuum dedecus. in ſumma non aliter præfuiſſe Herodem, quàm ſi ſæuiſsimæ beſtiæ in eos commiſſum fuiſſet imperium. Itaque cum multis olim ea gens oppreſſa ſit cladibus, nullum tamen exſtare in rerum monumentis exemplum, cum quo conferri poſsit præſens per Herodem illata calamitas. Quapropter meritò ab eis Archelaum promptis ſtudijs Regem conſalutatum, quòd ita putarent, fieri non poſſe, quin quicunque tandem Herodi ſuccederet, moderatius multò tractaret ſubditos: & in eius gratiam patrem honoratum luctu publico, libenter gratificaturis & in cæteris ad conciliandam ſibi eius beneuolentiam. At illum, quaſi timeret ne non videretur germana parentis ſui ſoboles, ſine dilatione declaraſſe popularibus quid de ſe ſentiendum ſit, idq; priuſquam confirmatus eſſet in potentia, cum totum negocium etiam tum penderet ex arbitrio Cæſaris: editũq; mox ſubditis futura virtutis ac modeſtiæ & æquitatis ſpecimen, dum tria millia ſuæ tribus ciuium Deo in ipſo templo pro victimis iugulat. An non igitur omnes iuſtiſsimo illum proſequi odio, qui poſt tam crudele facinus, adhuc ſeditionis reos ſe conetur peragere, & ius regni ſibi vindicet? Poſtremò ſumma poſtulatorum hæc fuit, vt mutata reipub. forma, poſthac ſine Regibus agerent, & contributi prouinciæ Syriæ, Romanis paterent poteſtatibus. Sic enim fore perſpicuum, vtrum ſeditionibus

An. mũdi 3966. A nato Chriſto 4. Hedio & Ruffinus Cap. 17. Aliàs cap. 16.

Iudæorum Legatio Romæ.

Archelaus & Iudæorum Legati corã Cæſare comparent.

Philippus Herodis filius.

Iudæorũ Legati Herodis & Archelai accuſant iniquitatem.

An. mũdi 3966. A nato Christo 4.

delectentur & rerum nouationibus, an obedire sciant præsidibus legitimis. His peroratis à legatis Iudæorum, Nicolaus vtriq; patrocinatus est, dicens Herodem quidem, quoad vixerit, nunquam fuisse accusatum, nec esse æquum eos qui, si iustam viuentis accusationem attulissent, castigationem eius sperare poterãt, nunc defuncti manes criminibus lacessere. Quæ verò obijciantur Archelao, ipsorum imputanda esse violentæ contumaciæ: qui cum affectassent res concessas legibus, & pacatores ferro ac saxis aggressi essent, nunc vitio verterent eisdem rationibus se esse cohibitos. Versa deinde in accusatores criminatione, aiebat eos libenter agitari seditionibus, quòd nesciant parere legibus, essęq; gentem omnium peruicacissimam. Hæc Nicolaus.

Nicolaus Herodem & Archelaum excusat.

CAP. XIII.

Cæsar Herodis testamentum confirmat.

Archelaũ Cæsar ethnarcham constituit, regnię; dimidium in duos Herodis filios Philippum & Antipam partitur.

CÆSAR verò his auditis, dimisit concilium. Paucis deinde pòst diebus Archelaum non Regem declarat, sed, dimidia parte ditionis quæ Herodis fuerat ei concessa, ethnarcham eum constituit, regnum quoque pollicitus, quamprimum ille se tali honore dignum redderet. Alterum dimidium partitus est in alios duos Herodis filios, Philippum, & Antipam eum qui cum Archelao de toto regno contenderat. Huic transamnana regio cessit cum Galilæa, & CC. talenta annua. Batanæa verò cum Trachonitide, & Auranitis cum parte quadam Zenodori (vt vocant) domus obtigit Philippo, & centum talenta annui reditus, Archelao verò Judæa & Idumæa praterq; has Samaria, cui ex autoritate Cæsaris tributorum quarta pars remissa est, eò quòd cæteris tumultuantibus soli quieti manserant in officio. in eius ditione comprehendebantur vrbes, Stratonis turris, Sebaste, Joppe, Hierosolyma. nam Gazam, Gadara & Hippon græcanici instituti vrbes Cæsar ob id separatas à regni terminis Syriæ contribuit. DC. autem talenta quotannis redibant è sua ditione ad Archelaum. atque hoc fuit Herodis filiorum patrimonium. Salome autem præter legatas à fratre vrbes Jamniam, Azotum & Phasaelida, argentiq; signati quingenta millia, Cæsar largitus est in Ascalone palatium: percipiebatq; ex subiectis sibi locis sexaginta talenta annua, habitans in ditione Archelai. reddita sunt etiam cæteris Regis cognatis legata, ita vt testamento cauerat. Dua deinde eius filia virgines præter relicta sibi à patre, accepêre ex Cæsaris munificentia ducena quinquagena signati argenti millia, & elocatæ sunt Pherorę filijs. imò totum etiam Regis legatum mille quingentorum talentorum æstimatione cessit ipsius filijs, paucis aliquot vasis sibi retentis, non tam ob precium caris, quàm ob amici memoriam.

Salome.

Herodis duæ filiæ virgines Pherorę filijs elocatæ.

CAP. XIIII.

De Pseudalexandro.

Hedio & Ruffinus Cap. 18. Aliàs cap. 17. Pseudalexander.

HIS ita ordinatis per Cæsarem, iuuenis quidam Iudæus genere, educatus Sidone apud quendã Romani ciuis libertum, adoptauit semetipsum in Herodis familiam, per occasionem similitudinis, qua referebat Alexandri ab illo extincti effigiem, attestantibus omnium quotquot vtrunq; viderant oculis: atque hac via grassari cæpit ad Regium fastigium: itaque ascito tribuli quodam fraudis socio, qui totius Regiæ rerũ gnarus, alioquin etiam astutus erat, & natus ad excitandas

das turbas egregias, illius in
lium, morti subtractum ci
negocium. suppositis enir
stobulum. His nugis inf
tam appulisset, quotq
persuasit, & auctus
cunia vim quaesiui
ternum principa
bus deducentibi
fauore excepti
iure coniunc
ra rumoru
qui valde
alium, id
quam Roma
fecta est obuiam, t
applausu propter ma
vias. nihil enim ei ad Regi
tibus: affluenteq; certatim mul
vt fieri solet in re prater spem incolu
fidem habere nuncio, quòd sciret Herode
ria: nonnihil tamen spe motus, Celadum unum
versatum cum adolescentibus illò mittit, iussum vt
suum adduceret: quod ille fecit, nihilo in dignoscendo alys
imponi potuit Cæsari, quòd non tanta esset similitudo, vt etiam
derantes falleret. Pseudalexander enim & manus habebat dura
corporis illa gratia carebat, quæ solet benè natis & educatis cõtingere, q
non vixisset in tantis delicijs. Postquam igitur animaduertit cõspirasse in m
dacia præceptorem atque discipulum, & ex composito loquentibus adesse fidu-
ciam, percontabatur quid factum esset simul erepto Aristobulo, aut cúr nam ille
non venisset, vt vnà cum fratre ius tam præclaris natalibus debitum reposce-
ret: Responsum est in Cypro eum mansisse, metu periculorum, quibus mare naui-
gantes expositi sunt: vt si quid ipsis contigisset durius non omninò Mariammes
genus intercideret, sed superesset saltem Aristobulus. Hæc illo asseuerante, simulq;
concinente autore huius fabulæ, Cæsar seducto adolescente: Tibi, inquit, si nõ me
quoque coneris fallere, merces erit impunitas, quod ad tuam salutem attinet:
nunc age dicito quisnam sis, & quis te ad hæc audenda impulerit. neq; enim istius
ætatis est tam insidiosa malicia. Ibi ille, cum non posset aliud, totum commentum
indicat, quibus modis, & à quo sit compositum. Cæsar autem Pseudalexandrum,
vt pollicita seruaret, in remigum ordinem allegit, quod esset valido corpore: do-
ctorem verò eius affecit supplicio. cæterum Melijs abundè magna mul-
cta fuit, quæ in fictitium Alexandrum frustra impenderant: atq;
ita cœptum Pseudalexandri temerarium turpis
consecutus est exitus.

Pseudalexandrũ Cæsar remigũ ordinem allegit.

res sibi mulieres, post paucos dies vita functa
taui, quòd sermo sit mihi de illis Regibus:
, certissimum immortalitatis animorum
tinens. Cui verò hæc videntur incredi-
strepat qui talibus excitantur ad vir-
tributa Syria, missus est illò à Cæsare
ver Syriam, & ipsius Archelai do-

An. mũdi 3973. A nato Christo 11.

Quirinius Syriæ censor.

II ANTI
CARVM

XVIII.

rocurator eiuf-
eus res nouas

m-

Ttt 2 Archelaus

CAP. XV.

Archelaus iterum accusatus Viennam relegatus est.

An. mũdi 3973. À nato Christo 11.

Hedio & Ruffinus Cap. 19. Aliàs Cap. 18.

Pontificatus Ioazaro abrogatus transfertur in Eleazarum, ab hoc in Iesum Siæ.

ÆTERVM *Archelaus iam ethnarcha in Iudæam reuersus, Ioazaro Boethi filio pontificatum abrogat, insimulato quòd seditiosis consenserit: eamq; dignitatem in Eleazarum illius fratrem collocat. apud Hierichuntem deinde regiam magnificè reficit, aquarũ quibus Neara vicus inundabatur, dimidio deriuato in palmetum recens à se in subiecto campo consitum. nouum etiã vicum conditum à se denominauit Archelaida: & contempto more patrio, Glaphyram Archelai Regis filiam, olim Alexandri fratris sui coniugem, & liberorum ex illo susceptorum matrem, duxit: quamuis Iudæi lege vetentur fratrum vxores ducere. Nec Eleazarus diu sacerdotio potitus est, subrogato in viuentis locum Iesu Siæ filio. Decimo autem principatus Archelai anno primates tam Iudæorum quàm Samaritarum non ferentes eius tyrannidem, detulerunt eum ad Cæsarem, maximè cum scirent eum contra ipsius mandatum feciſſe, à quo iussus fuerat ex æquo ac bono præesse subditis. Hoc audito Cæsar ira commotus accersit procuratorem eius Romæ agentem, & ipsum Archelaum nomine: nec dignatus quicquam scribere, Vade, inquit, & quamprimum illum ad nos adducito. qui celerata nauigatione in Iudæam delatus, reperit eum cum amicis in conuiuio: indicataq; voluntate Cæsaris, ad profectionem hortatus est. Mox vbi venit, Cæsar auditis eius accusatoribus & ipsius defensione, misit eum Viennam in exilium, quæ est*

Archelaus in exilium missus.

vrbs Galliæ, mulctatum prius omni pecunia. Sed priusquam Romam euocatus est, amicis tale narrauit somnium. Visus est sibi videre decem spicas maturas tritico plenas à bobus absumi: experrectusq; non contemnendam visionem ratus, coniectores diuinos super ea consuluit. quibus dissentientibus cum variaret interpretatio, Simon vir Essæus præfatus veniã, ait hanc visionem Archelao significare mutationem in deterius. boues enim significare miseriã, quòd in perpetuis laboribus degat hoc animal. præterea rerum mutationem, quia terra horum opera versata nec locum eundem retineat nec faciem. cæterum decem illas spicas totidem annorum præfinire numerum. eas enim redire annuis vicibus, iamq; instare Archelao dominationis terminum. Sic ille hoc somnium interpretatus est: post cuius visionem, quinta die venit in Iudæam procurator Archelaus, ad euocandum illum missus à Cæsare. Simile quiddam & Glaphyræ eius vxori accidit, Archelai Regis filiæ. hæc, vt iam diximus, virgo nupserat Alexandro Herodis filio, fratri huius Archelai: quo à patre occiso, iterũ nupsit Iubæ Regi Mauritaniæ. hoc quoq; defuncto viduam apud patrem agentem in Cappadocia duxit Archelaus, repudiata Mariamme priore coniuge. tanto ardebat amore Glaphyræ. huic degenti cum Archelao tale somnium obuersatũ est. Visa sibi est Alexandrum venientem complexu excipere præ gaudio. Illum verò expostulantem dicere, Confirmasti Glaphyra vulgare illud dictum, non esse fidendum mulieribus, quæ virgo mihi coniuncta matrimonio, & communium liberorum parens, oblita nostri amoris capta es secundarum nuptiarum desiderio. ac ne ea quidem contumelia contenta, ausa es cum tertio cubare sponso, turpiter & impudenter ingressa meam familiam, & nupta Archelao, fratrem meũ habere maritum sustinens. At ego non obliuiscar veteris tuæ beneuolentiæ, teq; liberabo ab hoc opprobrio, mihiq; te meam vindicabo. hoc somnium cum illa expo-

Archelai visionem Simon vir Essæus interpretatur.

Glaphyræ somnium.

expoſuiſſet apud quaſdam familiares ſibi mulieres, poſt paucos dies vita functa eſt. quod ego ideò hic referendum putaui, quòd ſermo ſit mihi de illis Regibus: & alioqui res magni exempli videtur, certiſſimum immortalitatis animorum & diuinæ prouidentiæ argumentum continens. Cui verò hæc videntur incredibilia, fruatur opinione ſua, & alijs non obſtrepat qui talibus excitantur ad virtutis ſtudia. Caterùm ditione Archelai contributa Syria, miſſus eſt illò à Cæſare vir conſularis Quirinius, qui cenſum ageret per Syriam, & ipſius Archelai domum venderet.

An. mũdi 3973. A nato Chriſto 11.

Quirinius Syriæ cenſor.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XVIII.

SVMMA CAPITVM LIBRI XVIII. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Quirinius ad cenſendam Syriam & Iudæam mittitur à Cæſare, & procurator eiuſdem Cæſaris in Iudæam venit Coponius: & quomodo Iudas Galilæus res nouas molitus eſt.
II. Quæ & quot ſectæ apud Iudæos fuerint.
III. Vrbes ab Herode & Philippo tetrarchis in honorem Cæſaris conditæ.
IIII. Iudæorum contra Pontium Pilatum ſeditio.
V. Quid Iudæis Romæ degentibus acciderit, & de Pilato.
VI. Vitellij aduentus, Hieroſolyma, & quomodo à Tiberio mandata acceperit, vt impetratis ab Arrabano obſidibus bellum contra Aretam ſuſciperet.
VII. Herodis bellum quo ab Arcta ſuperatus eſt.
VIII. Nauigatio Agrippæ ad Tiberium, & quomodo accuſatus vinctus ſit, vtq; poſt exceſſum Tiberij à Caio eius ſucceſſore ſolutus ſit.
IX. Quomodo Herodes tetrarcha in exilium miſſus eſt.
X. Iudæorum & Græcorum apud Alexandriam ſeditio.
XI. Caius in Syriam mittit Petronium iuſſum Iudæis bellum inferre, niſi malint recipere ipſius ſtatuam.
XII. Quo in ſtatu res Iudæorum apud Babylonem fuerint, & de Aſinæo ac Anilæo fratribus.

CAP. I.

Quirinius ad cenſendam Syriam & Iudæam mittitur à Cæſare, & procurator eiuſdem Cæſaris in Iudæam venit Coponius: & quomodo Iudas Galilæus res nouas molitus eſt.

INTEREA Quirinius ſenator Romanus per omnes honorum gradus ad conſulatum vſq; prouectus, & in primis clarus, à Cæſare mittitur in Syriam vt iura populis redderet: facultatesq; cenſeret omnium: & cum eo venit Coponius, præfectus turmæ equitum, penes quem eſſet totius Iudææ rerum adminiſtratio. Quin & ipſe Quirinius in Iudæam venit iam attributam prouinciæ Syriæ, vt percenſeret facultates eius regionis ciuium, & Archelai pecunias in poteſtatem ſuam redigeret. Illi verò tametſi primùm ægrè ferrent mentionem deſcriptionis, nõ ſunt tamen reluctati pertinaciter, parendo autoritati Pontificis Joazari, qui Boethi fuit filius. atq; ita illius ſuaſu ſine controuerſia cenſus peractus eſt. Exſtitit tamen poſt quidam Judas Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, qui adiuncto ſibi Phariſæo Sadduco, ſolicitabat ad

Hedio & Ruffinus Cap. 1.

Quirinius in Syriam à Cæſare vt iura populis redderet, mittitur.

Coponius Præfectus Syriæ.

Cenſus populi Iudaici.

Aliàs Cap. 3.

An. mũdi 3973. A nato Christo 11.

defectionem populos censum nihil aliud quàm manifestam seruitutis professionem esse dictitans, & vniuersam gentem ad tuendam libertatẽ adhortans. Fore enim vt re benè gesta fortunis suis fruantur felititer, & confirmati in earũ possessione laudem quoq; sibi parent fortitudinis: nec sperandum auxilium cœlestis numinis, nisi ipsi quoq; rebus suis consulant. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita vt accenderentur ad audendum aliquid. atq; ita dici vix potest, quantum hi viri totam gentem cõturbauerint, dum omnia miscent cædibus & latrocinijs, promiscuisq; nullo amicorum aut inimicorum respectu prædationibus, & insignium virorum cædibus: prætextu quidem propugnandæ libertatis publicæ, sed reuera priuatorum lucrorum studio. Itaq; conficientibus se mutuò ciuibus, & furiosissima contentione certantibus, ne externus quidem hostis cessabat interim. ac ne extrema quidem fames fortè superueniens potuit eos compescere quò minus sæuirent expugnandis oppidis, & fundendo ciuili sanguine, donec postremò malum eò progressum est, vt hostilis flamma Dei templum inuaderet. Adeò periculosum est patrios ritus labefactare & conuellere. Siquidem Iudas & Saddocus omnium harum calamitatum autores fuêre, dum super tres pristinas sectas nouam quartam inducunt, & nouitatum cupidos affatim ad se contrahunt: id quod non in præsens tantum turbauit Rempublicam, sed futurarum etiam cladium fuit seminarium. Quamobrem conueniens videtur paucis de eorum placitis disserere, propter quæ tot mala gentem nostram inundauerunt.

Cædes : latrocinia: seditio & fames in Iudæa.

Templum Hierosolymis incensum.

Iudas & Saddocus quartæ sectæ autores.

CAP. II.

Quæ & quot sectæ apud Iudæos fuerint.

Hedio & Ruffinus Cap. 11. aliàs Cap. 5. Tres Iudæorum sectæ, de quibus lib. 2. de bello Iudaico. Cap. 12.

IVDÆI *patriæ sapientiæ studiosi iam inde à multis retrò seculis in tres sectas erant diuisi, Essenorum, Sadducæorum, & eorum quæ Pharisæorum vocata est. De his licet nonnihil in secundo Iudaici belli volumine à nobis dictum sit, tamen nunc quoq; paucis dicere non abs re fuerit. Ergo Pharisæorum victus simplex est, nullis mollitus delicijs: & quicquid his ratio dictauit, id sequuntur peruicaciter. maiores natu venerantur, nec audent eis responsare monentibus aut obloqui. Fato quæcunq; geruntur tribuunt, nec tamen homini voluntatis assensum adimunt, hoc temperamento Deum vti dicentes, vt cum omnia fiant ex ipsius consilio, in homine tamen sit voluntas accedendi ad virtutem aut vitium. Animas credunt esse immortales, & sub terris earum iudicia fieri: tum præmia cuiq; contingere ex virtutis aut malitiæ merito: & has perpetuis damnari carceribus, illis facilem esse ad vitam reditum. per hæc placita magnam sibi autoritatem parauerunt apud populum, & quicquid ad solennes precationes ac cultum diuinum attinet, iuxta horum interpretationem ac præscriptum solet fieri. Tantum habent à ciuitatibus sapientiæ, temperantiæ & vitæ honestioris testimonium. At Sadducæorum opinio cum corpore extinguit simul & animas: nec aliud quicquam prater legem seruandum existimant. nam de sapientia cum præceptoribus disceptare ad virtutem reputant. huius secta pauci sunt, sed ferè dignitate præcipui. ex horum tamen sententia vix quicquam agitur. nam quoties magistratus licet inuiti suscipiunt, Pharisæorum decretis assentiunt, ni facerent non ferendi à plebeiorum multitudine. Essenorum verò placitum vniuersitatis regimen citra exceptionem Deo asserit, immortalitatem animis: nec aliud quicquam*

Hedio & Ruffinus Cap. 11. aliàs Cap. 5. Tres Iudæorum sectæ, de quibus lib. 2. de bello Iudaico. Cap. 12.

Pharisæorum dogma.

Sadducæorum opinio.

Essenorũ placitum.

quicquam æquè ac iuſtitiam omni contentione expetendum exiſtimat. ad templum autem donaria mittentes ſacra ibi non faciunt, quòd ſanctioribus vtantur ceremonijs: quapropter excluſi à communi fano ſeorſum ſacrificant: moribus alioqui ſunt probatiſſimis, agris colendis in totum dediti. Miranda etiam eſt eorum iuſtitia, qua omnes Græcos & Barbaros longe ſuperant, multis iam ſeculis triti in eius continuis ſtudijs. Facultates in commune poſſident, nec aliquis diues magis vtitur ſuis bonis, quàm quiuis nihil poſſidens. Atq; hoc inſtituto viuunt virorum ſupra quatuor millia, nec vxores habentiũ nec ſeruos, quòd alterum ad iniuriam communis naturæ pertinere cenſeant, alterum tranquillitati vitæ parum commodum. quare per ſe ipſi viuentes inuicem ſibi miniſtrant. Quæſtores creant viros probos ex ſacerdotum numero, qui ex agrorum reditibus & frugum prouentu cibos eis conficiant. In ſumma eandem ferè viuendi rationem ſequuntur, quam hi qui apud Dacos pliſti nominantur. Quarta autem ſtudium ſapientiæ ſectantium via primus autor fuit Iudas Galilæus. hi cætera cum Phariſæis conſentiunt, niſi quòd conſtantiſſimo libertatis amore flagrant, credentes ſolum Deum dominum habendum ac Principem, & facilius vel exquiſitiſſima pœnarum genera laturi vnà cum cognatis ſuis ac cariſſimis, quàm mortalem aliquem appellaturi dominum. quod quia multis ſæpè ſpectatum ſcio, plura de hoc non libet dicere. non enim vereor ne fidem non inueniant mea verba, imò illud potius, ne tam inſignem patientiam & doloris contemptum parum aſſequantur. qua quidem animoſitas plurimum in gente noſtra creuit accenſa acerbiſſimis Geſſij Flori iniurijs, quibus poſtremo effectum vt deficerent à Rom. pop. Et de Iudæorum ſectis hæc ſufficerent.

An.mũdi 3973. A nato Chriſto 11.

Eſſenorum vita & mores.

Pliſti apud Dacos.

Iudas Galilęus quartæ ſectæ autor.

Geſſij Flori iniuriæ.

CAP. III.

Vrbes ab Herode & Philippo tetrarchis in honorem Cæſaris conditæ.

QVIRINIVS autem venditis & confiſcatis Archelai facultatibus, peractoq; cenſu, qui incidit in annum trigeſimum ſeptimum poſt victum à Cæſare in Actiaca pugna Antonium, cum mota eſſet contra Ioazarum Pontificem plebis ſeditio, priuauit eum hac dignitate, & Ananum Sethi filium ſubſtituit. Herodes verò & Philippus ſua quiſq; tetrarchia res ordinauit & compoſuit: quorum Herodes Sephori cinctam mœnibus, fecit eam totius Galilæa caput & defenſaculum. aliud deinde oppidum quod tunc Betaramphtha dicebatur, communitũ, nomine mutato Iuliada ab vxore imperatoris appellauit. Philippus quoq; Paneada ſitam ad Iordanis fontes, inſtruxit ædificijs, indito Cæſarea nomine. Vico etiam Bethſaidæ in ripa lacus Geneſarethini vrbis ſpeciem addidit, frequentato incolis & aucto opibus, quem Iulia Cæſaris filia cognominem eſſe voluit. Cæterùm Coponio, quem cum Quirinio miſſum diximus, Iudæam adminiſtrante huiuſmodi quiddam accidit. In feſto azymorum quod Paſcha vocamus, mos eſt ſacerdotibus poſt mediam noctem aperire templi ianuas. tunc igitur quam primùm aperta ſunt, Samaritani quidam clàm ingreſſi Hieroſolyma, ſparſerunt oſſa humana per porticus & per totum templum: quo factum eſt vt poſthac ſacerdotes ſolito diligentiores cuſtodias agerent. Paulo poſt Coponius Romam reuertitur, ſucceſſore accepto M. Ambiuio: cuius tempore Salome Herodis Regis vxor vita decedens Iulia Iamniam cum ſua toparchia reliquit, & ſitam in campo Phaſaëlidem, Archelaidemq; plurimis palmetis conſitam, quorum

Hedio & Ruffinus Cap. 8.

Ananus Sethi filius, in Ioazari Pontificis locum ſurrogatus. Aliàs Cap. 6.

Sephoris Galilææ caput.

Betaramphtha Iuliæ appellata.

Paneas.

Bethſaida.

Oſſa humana per templum ſparſa.

An. mũdi 3974. A nato Chriſto 12.

Hedio & Ruffinus Cap. 4.

M. Ambiuius Syriæ Præfectus.

Salomæ mortua.

An. mũdi 3975 A nato Christo 13. Annius Rufus Iudęę Præses.

quorum fructus eſt præſtantiſsimus. Huic ſucceſsit Annius Rufus, quo præſide Cæſar fato functus eſt, qui ſecundus fuit Romanorum Imperator, præfuitq; Reipublicæ annos quinquaginta ſeptem, ſex menſibus amplius & diebus duobus:

An. mũdi 3977. A nato Christo 15. Cæſar Auguſtus fato functus.

in quo numero quatuordecim ſunt anni, quibus Antonius ei fuit imperij ſocius & particeps. Vixit autem annos ſeptuaginta ſeptem. Ei Tiberius Nero priuignus ſucceſsit, Julia filius, Romanorum imperator tertius: à quo quintus Judæorum præſes miſſus eſt in Annij Rufi locum Valerius Gratus. Hic adempto

An. mũdi 3978 A nato Christo 16. Claudius Tiberius Nero Romanorum Imperator. Valerius Gratus Iudæorum Præſes.

Anano ſacerdotio Iſmaëlem Fabi filium iuſsit eſſe Pontificem: quo paulo poſt deiecto, in Eleazarum Anani Pontificis filium eum honorem tranſtulit. Elapſo deinde anno & hunc redegit in ordinem, & Simoni Camithi filio Pontificatum

An. mũdi 3979 A nato Christo 17. Simon Camithi filius Pontifex. Ioſephus cognomi tus Caiaphas Pontifex.

tribuit. hic quoq; anno in hac dignitate exacto, iuſſus eſt eam cedere Joſepho qui cognominabatur Caiaphas. His ita geſtis Gratus Romam repetit, in Iudæa exactis annis vndecim: cui deinde Pontius Pilatus ſucceſſor miſſus eſt. Herodes

An. mũdi 3990 A nato Christo 28. Tiberias condita. Pontius Pilatus Iudæorum Præſes.

porrò tetrarcha receptus in amicitiam Tiberij, de ipſius nomine vrbem à ſe conditam vocauit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro Galilææ in ora lacus Geneſaret hici: vnde non longè apud Emmauntem vicum ſunt aquæ calidæ. hæc partim à conuenis, partim à Galilæis habitata eſt: quorum nonnulli eò migrare coacti ſunt, quidam etiam nobilitate ſedes illic ſibi optauerunt. quoq; maior eſſet frequentia recepti ſunt ad incolendum etiam tenuiſsimi quique vndecunque confluentes, & in his aliquot quos non ſatis conſtabat eſſe liberos. hos magnis immunitatibus ac beneficijs proſecutus aſtrinxit ad habitandum, alijs domos, alijs agros largitus: quò minus horrerent ædificatam præter ritum patrium in ſolo multis ſepulcris referto: cum iuxta noſtras leges ad ſeptem dies impurus habeatur qui in talibus locis habitet. Eodem tempore Phraates Parthorum Rex

Phraates Parthorũ Rex, per inſidias à Phraatace filio ſublatus.

per inſidias ſublatus eſt à Phraatace filio, huiuſmodi de cauſa. Phraates habens legitimos liberos, ancillam Italici generis Thermuſam nomine, inter cætera dona à Cæſare miſſam, primùm in concubinarum numero habuit. procedente deinde tempore obſtupefactus præcellenti mulieris forma, ſuſcepto iam ex

Thermuſa Phraatacis mater.

ea Phraatace filio legitimo thoro etiam ſibi coniunxit. Quæ cum quicquid vellet Regi perſuaderet, cogitans filio ſuo Parthorum regnum aſtruere, intellexit nihil ſe effecturam niſi ablegarentur legitimi Phraatis filij. Perſuaſit igitur marito, vt Romam eos obſides mitteret: quod illis ſine cunctatione faciendum fuit, patre voluntati Thermuſæ tam obnoxio. Interea Phraataces ſolus domi ad regnum educabatur: qui tædioſum ratus expectare dum à patre decedente Principatum acciperet, cum matre contra eum conſpirauit, cum qua creditus

Phraataces interfectus.

eſt etiam ſtupri habere conſuetudinem. Ergo patricidio ſimul & inceſto exoſus popularibus, prius quàm confirmaret ſuas opes per tumultum pulſus interijt. Tum verò nobiliſsimi Parthorum animaduertentes non poſſe ſine Rege conſiſtere ipſorum Rempublicam, nec tamen volentes eligere alienum ab Arſacidarum ſanguine, putantesq; ſatis eſſe ſemel violatam regiam maieſtatem Italicæ

Horodes à Parthis accitus in venatione occiditur

mulieris libidinibus, Horodem per legatos acciuerunt. Is erat quidem regij generis, ſed inuiſus multitudini propter nimiam crudelitatem, quòd intractabilis eſſet & ad iram proniſsimus. hunc coniurati aliquot interfecerunt, vt quidam tradunt, in conuiuio. ſolent enim perpetuò geſtare gladios. Vt verò à pluribus fertur, in venatione occiſus eſt. Legatione deinde miſſa Romam, petierunt Regem vnum ex obſidibus, prælatusq; eſt Vonones cæteris fratribus. Videbatur

enim

enim capax eius fortunæ, quam ei duo maximi in terris offerebant imperium, externum simul & domesticum. Sed breui pœnitentia subijt barbaros, naturâ mutabiles, & indignitatum impatientissimos. dedignabantur enim facere imperata mancipij, sic vocantes obsidem, & hac appellatione exaggerantes ignominiam. non enim belli iure sibi Regem impositum: sed quod turpius sit per pacis contumeliam. moxq; vocant Artabanum in Media regnantem, Arsacidam genere. ille paruit libenter, & præsto fuit cum exercitu: cui cum occurrisset Vonones, primum manente etiam tum in officio vulgo Parthorum, prælio victus Artabanus retrò in Mediam repulsus est. Sed paulo post instauratis copijs Vononem ausum confligere vicit egregiè, ita vt cum paucis equitibus in Seleuciam confugeret. Artabanus autem magna cade grassatus in profligatos barbaros & clade attonitos, in Ctesiphontem se recepit cum victricibus copijs. Ille igitur hoc modo regnum adeptus est. Vonones autem ausugit in Armeniam, & à principio quidem affectauit eius regionis dominium, missis Romam legatis super hoc negotio. Vt verò repulsam passus est à Tiberio, pertæso ignauiam hominis, & moti Parthi comminationibus bellum iam intentantis: destitutus omni spe regnandi, quòd potentiores Armeniorum Niphatem accolentes sequerentur factionem Artabani: Silano Syriæ præsidi se dedidit, is respectu educationis quæ illi Romæ contigerat, hominem apud se asseruauit in Syria. Armenis autem Orodem vnum è suis filijs Artabanus Regem imposuit. Per idem tempus cum Antiochus quoq; Comagenæ Rex fato concessisset, contentio nata est inter plebeios & nobiles, his regnum in prouinciæ formam redigi postulantibus, plebe contra cupiente sub Rege vt antè viuere: quapropter Germanicus ex S.C. ad res orientis componendas missus est, fortuna occasionem quærente illius exitio. post redactam enim in meliorem statum Syriam, Pisonis operâ veneno sublatus est, sicut dicetur aliàs.

An. mũdi 3990 A nato Christo 28.

Vonones Parthorũ Rex ab Artabano pulsus.

Vonones Syllano Syriæ Præfecto se tradit.

Orodes Rex Armeniæ.

Antiochus Rex Comagenæ.

Germanicus Pisonis opera sublatus.

CAP. IIII.

Iudæorum contra Pontium Pilatum seditio.

PILATVS autem Judææ Præses à Cæsarea Hierosolyma traducto in hyberna milite, signa cum effigie Cæsaris in vrbem intulit ad legis nostræ contumeliam, qua cautum est ne habeamus huiusmodi effigies. & ideo qui ante hunc fuêre præsides, cum signis aliter insignitis solebant vrbem ingredi. primus Pilatus ignaris ciuib. noctu illatas effigies Hierosolymis statuit. quod vbi cognitum est ciuibus, magno agmine petierunt Cæsareã, vbi per multos dies supplices orauerunt præsidem, vt transferret illas imagines aliò. Pilato verò pernegante se facturum, quod coniunctum esset cum iniuria Cæsaris; cum Iudæi precari non desinerent, sexto pòst die iussis clàm in armis esse militibus, sedit pro tribunali in stadio, captata loci opportunitate, quòd aptissimus esset insidijs. ibi compellatus iterum de eodem negocio, signum dat militib. vt eos circumueniant, mortem minitans nisi quam primùm quiescerent, & suam quisq; domum discederẽt. at illi procidentes humi, & exertos præbentes iugulos, manifestè præ se ferebant, vitâ sibi cariorem esse obseruationem legis patriæ. Tum Pilatus admiratus tam constans legum studium, continuò reportauit eas imagines Cæsaream à Hierosolymis. deinde aquæductum struere, aggressus est ex sacro ærario, inducturus aquas Hierosolyma à ducentesimo stadio. id agerrimè tulit populus, & cõgregati per cœtus numerosos

Hedio & Ruffinus Cap. 5. aliàs Cap. 8.

Pilatus signa cum Cæsaris effigie in vrbem infert, quę dum populus acriter instat, Cęsaream transfert.

An. mũdi 3997 A nato Christo 35.

Pilatus inducturus aquas Hierosolyma, seditionem cõcitat.

An. mūdi 3998 A nato Christo 36.

vsq; ad multa hominum millia, vociferationibus conabantur eum deterrere à proposito. nonnulli verò ita vt fit apud inconditam multitudinem, etiam conuicijs lacessebant praesidem. at ille milites sub populari habitu clàm armatos fustibus, iussit reliquam multitudinem corona cingere: & quamprimùm vulgus capit iacere conuicia, dedit illis signum ex composito. illi suprà quàm mandatum erat vsi sunt fustibus, tumultuatores & quietos cadentes nullo discrimine. Ibi tam inclementer accepti inermes ab instructis, pars occisi sunt, pars discesserunt saucij: atq; hoc modo compressa est seditio.

Hedio & Ruffinus Cap. 6. alias Cap. 9.

Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens, si tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum qui libenter vera suscipiunt: plurimosq; tàm de Iudaeis quàm de gentibus sectatores habuit. Christus hic erat: quem accusatum à nostra gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die viuus, ita vt diuinitus de eo vates hoc & alia multa miranda praedixerunt: & vsq; in hodiernum Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit.

Iesus Christus à Pilato crucifixus.

An. mūdi 3996 A nato Christo 34.

Hedio & Ruffinus Cap. 7. al. 10.

Circa eadem tempora etiam aliud Iudaeos turbauit incommodum, & Romae in sacris Isidis summa turpitudo deprehensa est. Dicam igitur prius de Isiacorum nefando scelere, ac tum demum res Iudaeorum prosequar. Erat Romae Paulina, mulier nō minus probitate morum quàm natalium claritate illustris, adhaec opulenta & formosa vt qua esset in ipso aetatis flore, sed in primis ornata pudicitia. Nupta autem erat Saturnino, viro tali coniuge dignissimo. huius amore captus est Decius Mundus iuuenis nō obscurus in equestri ordine: & quia maior erat fœmina quàm qua posset corrumpi muneribus, eò magis accendebatur amantis insania, ita vt offerret ei pro vnica nocte ducenta drachmarum millia. ac ne sic quidem valens eam flectere, non ferens amoris impotentiam, decreuit morbum simul & vitam finire inedia. hoc eius propositum non fefellit Iden libertam Mundi paternam, varijs instructā sed non probatis artibus, qua indignè ferens obstinationē iuuenis, blanda oratione conuentum animare conata est, spem ei faciens effecturam se vt potiatur Paulinae complexibus. Cumq; ille preces eius libēter acciperet, ait sibi opus quinquaginta tantum drachmarum millibus ad expugnandam mulieris pudicitiā. Ita refocillato iuuene & accepta quantam petierat pecunia, nouam doli viam ingressa est, videns Paulinam non capi pecunijs. Sciens porrò eam vehementer addictam Isidis cultui, tale quiddam comminiscitur. Conuentis aliquot ex eius sacerdotibus, accepta fide silentij, & quod efficacissimū est, ostentato praemio, in praesens viginti quinq; millibus, & alteris totidem post nauatam operam, indicat eis amorem iuuenis, rogans vt omnibus modis adniterentur eum reddere voti compotem. Illi auri cupidine tacti, benignè sunt policiti, quorum natu maximus properè se ad Paulinam contulit, & admissus impetratoq; absq; arbitris colloquio, venire se ait missum ab Anubide captum ipsius forma, & iubente vt ad se veniat. Illa libenti animo accepit nuncium: moxq; iactabat se apud familiariter notas mulieres, quòd dignata sit amore Anubidis: marito quoq; indicat, cōdictam sibi cœnam & cubile Anubidis. id eò facilius concessum est, quòd cognita & probata esset viro pudicitia coniugis. Itaque in templum proficiscitur, & post cœnam instante somni tempore inclusa per sacerdotem, tenebris conciliantibus in latentem ibi Mundum incidit: totámque eam noctem obsecuta est iuueni,

Deo

Deo se gratificari existimans. Eo deinde abeunte priusquã sacerdotes doli conscij surgerent, Paulina mane ad maritũ reuersa congressum cum Anubide prædicat, & idem apud amicas quoque magnificis verbis exaggerat. Illis nec credere libebat rei naturam considerantibus, non mirari tamen non poterant ob insignem mulieris pudicitiam. Die deinde post rem patratam tertia Mundus adamata fortè fortuna obuius, ô factum benè Paulina, inquit, quòd & ducenta illa millia mihi seruasti, qua potuisti tuis facultatibus addere, & morem nihilominus meæ voluntati gessisti. Nihil enim mea refert, quòd Mundum contempsisti, quandoquidẽ prætextu Anubidis optata voluptate expletus sum. atq; his dictis abijt. At mulier tum primùm deprehenso flagitio, vestem sibi lacerat, & re tota ad maritum delata, obsecrat ne tam insigne ludibrium impunitum sinat. maritus porrò imperatori totum significat. Tiberius postquam accuratissima inquisitione didicit omnia, sacrificos illos impostores in crucem egit, vnaq; Iden inuentricem huius sceleris, cuius præcipua opera fuit in corrumpenda pudicitia mulieris: dirutóque templo statuam Isidis iussit mergi in Tyberim. Mundum autem mitiore pœna exilij castigasse contentus est, crimen eius in Cupidinis impotentiam referens. Et Isiacorum quidem facinus huiusmodi extitit. Nunc quod promisi reddetur, de Iudæorum per id tempus Romæ degentium aduersitatibus.

An. mũdi 3996 A nato Christo 34.

Tiberius Isidis sacrificos & Idam in crucem agit, & Mundum in exilium ablegat.

CAP. V.

Quid Iudæis Romæ degentibus acciderit, & de Pilato.

ERAT quidam Iudæus, qui ne legibus pœnas daret, metu solum verterat, vir modis omnibus pessimus. Is tum Romæ agens gerebat se pro Mosaica legis interprete, ascitis in societatem tribus alijs per omnia sui similibus, his cum se in disciplinam dedisset Fuluia mulier nobilis, amplexa legem Iudaicam, persuaserunt ei vt purpuram & aurum in Hierosolymitanum templum mitteret: quæ accepta in proprios vsus verterunt, quò iam antè destinauerant. Id postquã Tiberius ex amico suo Saturnino ipsius Fuluiæ marito de iniuria coniugi facta questo cognouit, iussit vniuersos Iudæos ex vrbe pelli. Ex quibus Consules delectu habito, quatuor millia militum miserunt in Sardiniam: plurimos etiam qui patria religione detrectabant militiam, affecerunt pœnis grauissimis. Ita propter quatuor sceleratos omnes Iudæi coacti sunt vrbe cedere. Interea ne Samaritani quidem tumultu caruere. Concitauit enim eos impostor quidam pro nihilo ducens mendacium, & omnia comminiscens ad plebis gratiam, iubens vt conuenirent in montem Garizim apud eam gentem sanctissimum, asseuerans se illic eis ostensurum sacra vasa refossa, quæ ibi Moses deposuerit. Illi creduli sumptis armis Tirathabam vicum insederunt, expectantes ibi confluentes cæteros, vt magno agmine montem ascenderent. Sed Pilatus prior cliuum montis occupat equitibus suis & peditibus, qui prælio congressi cum Samaritis apud vicum collectis, alios fuderunt, alios in fugam compulerunt: multos etiam viuos captos abduxerunt, quorum præcipuos & potentiores Pilatus mulctauit capite. Tum primates adeunt Vitellium virum consularem & Syriæ Præsidem, Pilatumq; cædis accusant, negantes defectionem fuisse à Romanis illum concursum in Tirathaba, sed refugium contra Pilati violentiam. At Vitellius Marcello amico ad procurationem Iudææ misso, Pilatum iussit Romam proficisci, responsurum

Fuluia, Saturnini coniunx Romæ quatuor Iudæis purpuram & aurum, vt in templum Hierosolymitanum deponerent, tradit, ipsi verò in proprios vsus cõuertunt, quod dum Tiberius cognoscit, vniuersos Iudæos ex vrbe pelli iubet.

Samaritani Tirathabæ Garizim occupaturi cõueniunt, quos Pilatus vincit, fundit, ac in fugã compellit.

An. mũdi 3999 A nato Christo 37.

Aliàs Cap. II. Pilatus apud Vitellium accusatus, Romam mittitur.

An. mũdi 3999 A nato Christo 37.

apud Cæsarem ad obiecta per Iudæos crimina. Ita ille decem annis exactis in sua prouincia, quum necesse haberet parere Vitellio, ad vrbem iter suscepit: quò prius quàm perueniret, vita excessit Tiberius.

CAP. VI.

Vitellij aduentus Hierosolyma, & quomodo à Tiberio mandata accepit, vt impetratis ab Artabano obsidibus bellum contra Aretam susciperet.

Hedio & Ruffinus Cap. 8. aliàs Cap. 12. Vitellius Hierosolyma peruenit, Iudæis vectigal remittit, eis que stolam sacerdotalem reddit.

VITELLIVS autem in Iudæam profectus peruenit Hierosolyma, in ipsa festiuitate quam Pascha dicimus: vbi exceptus honorificentissimè, remisit ciuibus totum vectigal fructuum venalium, & stolam cum omni ornatu Pontificio permisit in templo asseruari à sacerdotibus, quemadmodum & olim hoc ius habuerant. Sed eo tempore deponebatur in castello Antonia, ob hanc causam. Hyrcanus Pontifex eius nominis primus exstructa prope templum turri, degebat in ea maiorem temporis partem: & quoniam hanc stolam habebat in sua custodia, qua nemo præter illum vtebatur, recepturus priuatum habitum, eo loci illam deponebat. Idem mos fuit etiam successoribus ipsorum posteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc opportuno loco sitam, magno sumptu exadificatam denominauit ab amico Antonio, & stolam, ita vt ibi reperta est, detinuit, ratus eo magis obnoxium se habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius eius & successor, cuius regno in prouinciam mutato, Romani simul & Pontificia stola possessionem nacti sunt, in cella ad hoc ipsum structa reposita, & obsignata sigillo Pontificum atque custodum sacri ærarij præfecto castelli accendente ibi lucernam quotidiè. Hanc septimo ante festum die præfectus exhibebat Pontifici: qua purificata indutus sacrorum tempore, sequenti die rursum eam reponebat in cellam vbi antea condita fuerat. Id fiebat singulis annis ter ieiunij tempore. Vitellius autem in nostrorum sacerdotum potestatem eam stolam tradidit, iubens securum esse præfectum quó nã illa reponatur, aut quando proferatur in vsum Pontificum. Hoc gratificatus genti, & in locum Iosephi Caiaphæ Pontificis subrogato Ionatha Anani Pontificis filio, iter fecit versus Antiochiã. Eodem tempore à Tiberio literas accepit, mandante vt cum Artabano fœdus & amicitiam faceret. Verebatur enim ne occupata Armenia, maiora damna inferret imperio. Quam amicitiam ita demum ratam fore, si ille obsides traderet, maximè si regium filium. His ita ad Vitellium scriptis simul Hiberorum & Alanorum Reges magnis præmijs solicitauit ad inferendum quàm primùm bellum Artabano. Et Hiberi ipsi quidem quieuerunt, sed Alanis transitum dederunt per suam regionem, & patefactis portis Caspijs immiserunt eos in regnum Artabani. Quo facto & Armeniam denuò Parthi amiserunt, & peruadente totam eorum ditionem bello nobilissimi quiq; eius gentis ceciderunt vnà cum Regis filio & multis popularium millibus, regioq; tota hac incursione vastata est. Vitellius etiam pecunia corruptis aliquot amicis & cognatis regijs ipsum Artabanum conabatur occidere. Ille intellecta fraude, nec inueniens remedium quòd ab optimatibus immineret periculum, habensq; suspectos & eos qui in fide manebant, quasi beneuolentiam fingerent prima quaque occasione transituri in partes aduersas, fuga se ad satrapias superiores seruauit incolumem.

Stola Pontificia in Castello Antonia deposita.

Vitellius in locum Iosephi Caiaphæ Pontificis, Ionathan Anani filium surrogat

Gesta inter Vitelliũ & Artabanum.

Caspius Portus. Armeniam Parthi amittunt.

incolumem. Vbi ex Dahis ac Sacis contracto magno exercitu, & debellatis inimicis, restitutus est in imperium. His auditis Tiberius petijt amicitiam Artabani: & assentiente illo, conuenerunt ad Euphratem Rex & Vitellius: vbi in medio pontis sibi occurrerũt, cum suo quisq; satellitio. Postquã autem de fœdere conuenit, Herodes tetrarcha vtrumq; excepit conuiuio, tabernaculo magno sumptu erecto in medio fluminis. nec multò post Artabanus misit Tiberio filium Dariũ obsidem cum multis muneribus, inter quæ etiam virum statura cubitorũ quinque, genere Iudæum, Eleazarum nomine: qui propter vastitatem gigas cognominatus est. Post hæc Vitellius Antiochiam rediit, Artabanus in Babyloniam. Tum Herodes volens primus nunciare Cæsari de impetratis obsidibus, omnibus diligenter perscriptis, misit ad eum tabellarios, nihil amplius relinquens significandum per consularem præsidem. quare superuenientibus Vitellij literis, Cæsar rescripsit, omnia sibi iam antè esse cognita ex Herodis nuncijs. Quo ille grauiter offensus, & factum in deteriorem partem accipiens, iram celabat in pectore, donec ad Caium peruenit rerum regimen. Tunc etiam Philippus Herodis frater diem suum obijt, anno Tiberij principatus vigesimo, quum ipse præfuisset triginta septem annis Trachonitidi & Gaulanitidi ac Batanæa, vir perpetuo modestus, & amator quietis ac ocij. Degebat enim semper in sua ditione. Quoties domo progrederetur iter faciebat cum paucis selectis comitibus, subsequente sella, in qua sedens solitus est iura reddere: & si quis ex occursu opem eius inuocaret, sine dilatione mox ibi sella posita residens causam cognoscebat, aut sontem damnaturus, aut absoluturus innoxium. Obijt autem Iuliade, & illatus in monumentum quodiam antè sibi construxerat, magnificè ac sumptuosè funeratus est. Et quia sine liberis decesserat, ditionem eius Tiberius prouinciæ Syriæ attribuit, ita tamen vt tributa in ea tetrarchia collecta seruarentur intra ipsius regionis terminos.

An. mũdi 3999. A nato Christo 73.

Artabanus à Dahis & Sacis in imperiũ restitutus.

Vitellius cum Artabano fœdus facit.

Herodis in Euphratis medio cõuiuium.

Artabanus Tiberio filium Darium obsidem & virum quinq; cubitorũ statura mittit.

Herodes omnem rẽ gestam, priusquã Vitellij literæ superuenirent, Cæsari aperit.

Hedio & Ruffinus Cap. 9. Alias cap. 13.

Philippus Herodis frater, vir modestus, & amator quietis moritur.

Philippi ditio Syriæ attributa.

CAP. VII.

Herodis bellum quo ab Areta superatus est.

INTEREA Herodem inter & Aretam Regem Petræ bellum tali de causa exoritur. Herodes tetrarcha vxorẽ habebat Aretæ filiã, cum qua iam multo tempore conuixerat. Romam deinde iter faciens diuertit ad Herodem fratrem, sed genitrice natũ alia, Simonis pontificis filia. Huius vxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Aristobuli cõmunis fratris filia, & Agrippæ maioris soror, ausus est de impetrando eius coniugio mentionem facere. Quæ assentiente, conuenit inter eos, vt quàm primum ille Romæ reuerteretur in patriã, mulier migraret in eius domicilium. Intercessit autem & hoc pactum, vt Aretæ filiam eijciat. Post hæc Romam nauigat. Vbi postquam expediuit negotia propter quæ venerat, domum reuersum vxor, comperto quid pactus sit cum Herodiade, dissimulanter rogat, vt se mittat Macharuntem, castrum situm in confinijs regionis Aretæ subditæ, quantum poterat celans suum propositum. Morem gessit Herodes mulieri, putans eam nihil sensisse. Illa quæ iam antè curauerat apud Macharuntem, patri suo tunc obnoxiam, ad iter omnia parari, à præfecto eius excepta deducentibus Arabibus magna celeritate peruenit in ædes patris: eiq; indicauit Herodis animum. Vnde simultate nata secuuta est dè Gamalitici agri finibus contentio: & contractis vtrinque copijs bellum per legatos gestum est,

Herodes tetrarcha vxorem Aretæ filiam eijcit, & Herodiadem Herodis fratris vxorem abducit.

An. mũdi 4000 A nato Christo 38.

Herodis vxor in patris ædes peruenit.

An.mũdi4000 A nato Christo 38.

commissoq; prælio Herodis exercitus internecione perijt, proditus à quibusdam exulibus, qui pulsi è tetrarchia Philippi, tunc merebant Herodis stipendia. Hæc Herodes per literas Tiberio significat. Ille verò indignè ferens Aretæ audaciã, scribit Vitellio, vt ei bellum inferat, & aut viuum captum abducat, aut occisi caput ad se mittat. Atque hæc fuerunt mandata Tiberij. Herodis exercitus ab Arabibus cæsus.

Tiberius Vitellio vt Aretæ bellũ inferat scribit.

Apud Iudæos autem fuit opinio, iusta vltione numinis deletum Herodis exercitũ, propter Ioannem, qui Baptista cognominatus est. Hunc enim tetrarcha necauit virũ optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia, & in primis pietatis ac iustitiæ, simulq; ad baptismi lauacrum: quod ita demum Deo gratum aiebat fore, si non ab vno tantum alteróve peccato abstineant, sed animis per iustitiã prius mundatis, addant & puritatem corporis. Quumq; magni concursus ad eum fierent, plebe talis doctrinæ auida, Herodes veritus, ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pareret, quòd viderentur nihil non facturi ex eius consilio, iudicauit satius esse, prius, quàm noui aliquid exoriretur, illum tollere, quàm rebus turbatis, seram pœnitentiam agere. itaq; vinctum missum in Macharuntem supra dictam, illic occidi imperat. quod factum secuta est Iudæorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum. Ioannes Baptista ab Herode necatus.

Hegio & Ruffinus Cap. 10.

Alias cap. 14.

Vitellius autem ad bellũ paratus Arabicum, assumptis duabus legionibus, & leuis armaturæ atq; equitum auxilijs missis à socijs Regibus, properans versus Petram peruenit Ptolemaidem. Quumq; vellet per Iudæam exercitum ducere, occurrerunt eius regionis principes, deprecantes transitum. Neque enim patrios ritus permittere, vt inferantur vllæ imagines, quales Romana signa habebant pleraq;. Quorum precibus flexus mutauit sententiam de itinere proposito: missoq; per magnũ campum exercitu, ipse cum Herode tetrarcha & amicis, ascendit Hierosolyma, sacrificaturus Deo, in festiuitate, quæ tum instabat, publica. Quò postquam ventum est, honore summo exceptus à populo, hæsit ibi triduo: & interim à Jonatha in fratrem eius Theophilum pontificatum transtulit. Quarta autem die, literis acceptis, de obitu Tiberij, populum sacramentò adegit, in fidem Caij noui principis: reuocatasq; ex itinere copias in hiberna dimisit, omisso bello propter delatum in alium imperium. Ferunt Aretam accepto expeditionis Vitellij nuncio collegisse ex augurijs, impossibile esse ad Petram peruenire illum exercitum. Vnum enim è ducibus priius moriturum, vel qui bellum paret, vel cuius iussu paretur, vel eum contra quem mouendum sit. Ita Vitellius Antiochiam repetijt. Agrippa autem Aristobuli filius ante vnum annum Romam venerat, vt propter negotia quædam conueniret Cæsarem. Sed prius quàm de hoc dicam explicabo Herodis progeniem, vel quòd ad præsentem narrationem id pertineat: vel quò magis appareat, quantum valeat diuina prouidentia, quandoquidem absque pietate nihil prodest, nec numerosa soboles, nec vlla humana potentia, vt licet videre in Herode, cuius intra centum annos tam copiosa proles exceptis paucis perijt: quod sanè exemplo potest esse hominibus ad retundendam insolentiam: simulq; in primis videtur memorabile, quomodo Agrippa ex priuata fortuna, præter omnium, quibus notus erat opinionem, ad tantam potentiam peruectus sit. Et quamuis iam antè de ea re facta sit mentio, dicemus tamen hic quoq; diligentius. Vitellius Hierosolyma peruenit, & à Ionatha in fratrẽ eius Pontificatũ trãsfert.

Hegio & Ruffinus Cap. 11.

Vitellius in Arabiæ Regem mouet.

An.mũdi4001. A nato Christo 39.

Herodi magno ex Mariamme Hyrcani filia nata sunt duæ filiæ. harum altera Salampso nomine nupsit Phasaelo Regis ex fratre Phasaelo nepoti, idq; ex ipsius patris autoritate: altera verò dicta Cypros Antipatro, & ipsi nepoti Herodis ex

Herodis progenies.

Caius Caligula post Tiberij obitũ, Princeps Rom.

Aretas ex augurijs, impossibile esse exercitum ad Petrã peruenire colligit.

Herodis progenies intra centũ annos penitus sublata.

sorore

ſorore Salome. Phaſaelas è Salampſone genuit quinque liberos, Antipatrũ, Herodem, Alexãdrum, & filias Alexandram ac Cypron, quæ nupſit Agrippæ Ariſtobuli filio. Alexandram verò duxit Timius Cyprius vir nobilis, in quo matrimonio abſque liberis defuncta eſt. Cypros Agrippæ duos filios peperit, tres filias: Bernicen, Mariammen, Druſillam. filij verò Agrippa & Druſus dicti ſunt: quorum Druſus ante pubertatis annos obijt. Cum horum patre etiam reliqui germani educabantur apud auum, Herodes & Ariſtobulus, ſimulq; Bernice: hi nepotes Herodis magni ex filio, Bernice verò neptis è Salome ſorore & Coſtobaro nata eſt. Orbati enim erant infantes adhuc patre Ariſtobulo, quem vnà cum Alexandro ab Herode occiſum diximus. Poſtquã autem per ætatem maturuerunt, Herodes hic Agrippæ frater duxit Mariammen filiam Olympiadis Herodis Regis filia, prognatam ex Ioſepho, qui Regis frater fuerat: & ex ea ſuſcepit Ariſtobulum. Tertio fratri Agrippæ Ariſtobulo nupſit Iotape Sampſigerami Emeſenorum Regis filia, ex quibus nata eſt filia ſurda, & ipſa Iotape nomine. & hi quidem ex tribus fratribus ſunt progeniti. Herodias verò ſoror eorum nupſit Herodi magni Herodis filio, quem ſuſceperat è Mariamme filia Simonis pontificis, ex quibus prognata eſt Salome: poſt quam natam Herodias in contemptum legis patriæ denuò nupſit Herodi mariti germano eodem patre genito, relicto priore adhuc ſuperſtite. Is fuit Galilæorum tetrarcha. Salome autem filia Philippo nupſit Herodis filio tetrarchiam habenti Trachonitidis. Quo ſine liberis defuncto Ariſtobulus eam duxit filius Herodis, eius qui Agrippæ fuit frater. Ex hoc poſteriore matrimonio nati ſunt filij tres, Herodes, Agrippa, Ariſtobulus. atque hæc eſt Phaſaeli & Salampſonis progenies. Cypros autem Antipatro filiam Cypron peperit, quam duxit Alexas Selcius Alexæ filius, & ex ea filiam item Cypron genuit. Herodes autem & Alexander, quos dixi fuiſſe fratres Antipatri, ſine prole deceſſerunt. Cæterum Alexander Herodis Regis filius qui à patre necatus eſt, Alexandrum & Tigranem filios ſuſcepit è Glaphyra Archelai Cappadocum Regis filia. ex his Tigranes apud Armenos regnans, cum apud Romanos delatus eſſet, ſine liberis obijt. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armenis per Neronem Rex impoſitus, Alexandrum filium genuit. hic Antiochi Comagenorum Regis filiam duxit Iotapen, & Leſidis in Cilicia Rex à Veſpaſiano conſtitutus eſt. Progenies autem Alexandri mox ab initio ab inſtitutis patrijs ad religionem Græcorum deſciuit. Reliquæ autem Herodis Regis filiæ nulla relicta prole è vita exceſſerũt. An. mũdi 4001. A nato Chriſto 39.

Percenſitis igitur Herodis poſteris, qui ad Agrippæ regni tempora pertigerũt, ſupereſt, vt narremus, quibus ille fortunis iactatus, poſtremo ad maximam dignitatem ac potentiam euaſerit.

Hedio & Ruffinus Cap. 12. Alias cap. 15. Agrippa ab infinia ſorte ad maximam dignitatem ac potentiam euectus.

CAP. VIII.

Nauigatio Agrippæ ad Tiberium, & quomodo accuſatus vinctus ſit, vtq; poſt exceſſum Tiberij à Caio eius ſucceſſore ſolutus ſit.

PAVLO ante Herodis Regis obitum, Agrippa Romæ degens, & per conuictum inſinuatus in familiaritatem Druſi Imperatoris Tiberij filij, nactus eſt etiam amicitiam Antoniæ Druſi maioris coniugis, commendatione matris ſuæ Berenices, quæ apud illam erat in precio. Cumq; natura eſſet liberalis & magnanimus, quam diu mater vixit, noluit ingenium ſuum exerere, ne in eius indignationem

Agrippa Romæ degens ob liberalitatẽ immodicam ad inopiam redactus.

An.mũdi4001. A nato Christo 39.

tionem incideret: ſed poſtquàm Bernice defuncta eſt, factus iam ſui arbitrij, partim quotidiani victus ſplendore, partim liberalitatibus immodicis, præcipuè in libertos Cæſaris quorum fauorem captabat, redactus ad inopiam, non potuit amplius Romæ viuere: quando & Tiberius amiſſo filio vetuit amicos eius in conſpectum ſuum venire, ne recrudeſceret per eos defuncti deſiderium. His de cauſis retro in Iudæam abijt re malè geſta, profuſa pecunia, nec habens qui creditoribus mutuaticiam pecuniam redderent, & quidem multis ac importunè vrgentibus. Quare nullum conſilium expediens, & pudore præſentis ſtatus, ſeceſſit in caſtrum Idumææ Malatha, cogitans miſeram vitam aliquo pacto abrumpere. Quod eius propoſitum vbi Cypros vxor perſenſit, omnibus modis id impedire conata eſt: ad ſororem quoq; eius Herodiadem ſcripſit, ſignificans & quid Agrippa decreuerit, & qua neceſſitate adactus: hortataq; eſt eam, vt pro iure cognationis afferret auxilium, & ſe in hoc imitaretur, qua quantum poſſet ſubleuaret eius miſeriam, quamuis in longè minoribus facultatibus. Accerſitus igitur à ſorore eiusq; coniuge, iuſſus eſt habitare Tiberiade, aſſignata certa pecunia vnde viueret, & magiſtratu eius ciuitatis in eum collato, quo eſſet honoratior. Nec tamen diu Herodes in ea voluntate perſtitit, quamuis ne ſic quidem ſatis fieret propinqui neceſſitatibus. Cum enim apud Tyrum in conuiuio largius indulſiſſent poculis, non tulit Agrippa contumeliam, exprobrante Herode inopiam, & quòd ſuo ſumptu hominem aleret. quare ad Flaccum virũ conſularem & tum Syriæ præſidem ſe contulit, cum quo Romæ amicitiam contraxerat. à quo receptus cum eo viuebat, iam ante habente apud ſe Ariſtobolum, fratrem quidem Agrippæ, ſed inimicum, non obſtante tamen hac ſimultate, quò minus ex æquo vtrumque complecteretur proconſul. Sed Ariſtobulus nihil remittebat de odio, nec prius quieuit, quàm & Flaccum infenſum fratri redderet, ex occaſione huiuſmodi. Damaſceni cum Sidonijs contendentes de finibus, diſceptaturi apud Flaccum, cognito quòd Agrippa multum apud eum poſſet, rogauerũt vt adeſſet ipſorum partibus, polliciti magnam pecuniam: qui mox paratus fuit omnia pro Damaſcenis facere. Ariſtobulus autem, quia pactos de pecunia ſenſerat, fratrem apud Flaccum detulit. Et facta inquiſitione ac deprehenſo crimine, Agrippa excidit amicitia præſidis: rurſumq; ad extremam egeſtatem relapſus venit Ptolemaida, & quòd non haberet vnde aliàs viueret, decreuit nauigare in Italiam. Sed quum deeſſet pecunia, iuſſit Marſyam ſuum libertum, vt quauis arte à fœneratoribus eam ſumeret. Ille Protum Bernicæ Agrippæ matris libertum, qui defuncta patrona teſtamento in Antoniæ clientelam venerat, rogat, vt accepta fide ſub ſyngrapha daret mutuum. Alter iam antè debere ſibi nonnihil Agrippam aſſeuerans, extorſit à Marſya ſyngraphã viginti millium drachmarum Atticarum, detractis ſibi de ea ſumma duobus millibus & quingentis, eò facilius, quòd non poterat Agrippa aliter facere. Recepta igitur pecunia profectus Anthedonem, & ibi nauem nactus, parabat ſe itineri. Id vbi comperit Herennius Capito procurator Iamniæ, miſit eò milites exacturos argenti trecenta millia, quorum debitor Cæſaris fiſco factus eſt, dum adhuc Romæ ageret: atque ita impoſita eſt illi manendi neceſſitas. & tunc quidem facturum ſe iuſſa ſimulat: ſed quamprimum nox terris incubuit, præciſis nauis retinaculis nauigat Alexandriam. Ibi ab Alexandro Alabarcha poposcit mutuo ducenta argenti millia. Ille non ipſi ſe mutuaturũ profeſſus eſt, ſed Cypro, coniugalem amorem

Agrippa vitam miſeram abrumpere cogitat.

Cypros Agrippæ vxor ad Herodiadem ſororem eius ſcribit, & auxilium petit.

Agrippa Tiberiade habitat.

Herodes Agrippæ inopiam exprobrat.

Agrippa ad Flaccum Syriæ Præſidem ſe confert.

Ariſtobulus Flaccum Agrippæ fratri infenſum reddit.

Agrippa per Marſyã à Proto pecuniã mutuatur.

Agrippa dum Herennius Capito pecuniã ab eo extorquet noctu Alexandriam nauigat.

Agrippa Alexandriæ pecuniã mutuatur.

in ea demiratus & virtutes cæteras. fideiußit mulier: & mox Alexander quinque talentis repræſentatis Alexandria, reliquam ſummam exhibiturum ſe promiſit Puteolis, profuſionem Agrippæ veritus. Jta Cypros expedita mariti nauigatione in Jtaliam, ipſa cum liberis in Iudæam itinere pedeſtri reuerſa eſt. Caterum Agrippa, poſtquàm Puteolos appulit, ſcripſit ad Tiberium Cæſarem degentem Capreis, veniſſe ſe officij cauſa ſignificans, & poteſtatem accedendi eam inſulam poſtulans. Tiberius nil cunctatus humaniſſimè reſcripſit, gratulans etiam ei reditum ad Capreas incolumem. Nec minore alacritate præſentem excepit & amplexu & hoſpitio. Poſtridiè Cæſar receptis literis ab Herennio, quòd Agrippa trecentis millibus mutuo ſumptis, nec ad conſtitutum tempus perſolutis, de reddendo admonitus, fuga ſe è ſubiectis ipſius procurationi locis proripiens, exigendi facultatem ademiſſet, ægrè tulit: mandauitq; cubiculariis non prius admitti hominem quàm perſoluto debito. Jlle nequaquam ira Cæſaris attonitus, ab Antonia Germanici & Claudij poſtea principis matre petijt mutuo trecenta millia, ne periclitaretur de amicitia Cæſaris. qua memor Bernices huius matris conſuetudinis, familiariter enim ea fuerat vſa, ſimulq; educatum fuiſſe ipſum cum ſuo Claudio, præbuit ei pecuniam illam: & reddito debito, nemine prohibente fruebatur amicitia principis: adeoq; conciliatus eſt Cæſari, vt is nepotem ſuum commendaret Agrippæ, mandaretq; vt progredientem ſemper comitaretur officij gratia. hoc beneficio deuinctus & deditus Antoniæ, cœpit Caium nepotem eius colere, gratioſum apud omnes, & honoratum ob parentis memoriam. Erat ibi fortè Allus Samarita libertus Cæſaris. ab eo mutuatus decies centena millia, debitum Antoniæ reddidit: reliquum materiam habuit demerendi Caium officioſius. A quo receptus in intimam amicitiam, quodam die dum vnà geſtatur incidit in confabulationem de Tiberio: & quia ſoli erant, precatus eſt Tiberio, vt quamprimum principatus locum Caio digniori cederet. has voces excepit Eutychus, libertus Agrippæ & auriga: ac tum quidem ſiluit. Inſimulatus deinde à patrono, quaſi veſtem ei furto ſubduxiſſet, ſicut re vera ſubduxerat, & ex fuga retractus, cum perductus eſſet ad Piſonem vrbi præfectum, rogatus fugæ cauſam, ait ſe habere ſecreta quædã, quæ cuperet indicare Cæſari, ad ſalutem ipſius pertinentia: quapropter vinctus miſſus eſt Capreas. hunc Tiberius more ſuo, detinebat in vinculis, quòd eſſet cunctator, ſi quis vnquam alius aut Rex aut tyrannus. nam neque legationes ſine mora admittebat, & præſidibus prouinciarum vel procuratoribus ſucceſſorem non mittebat, niſi mortuis. Proinde vinctos quoque negligebat audire, morã hanc rationem reddens amicis ſcitantibus: legatos quidem ideo admitti tardius, ne illis citò dimiſſis alij denuo creati redeant, atque ita obruatur continuò excipiendis & dimittendis legationibus. Poteſtates autem ſemel conſtitutas ideo ſe ſinere, vt parcatur ſubditis. cum enim natura omnis magiſtratus ad auaritiam ſit pronior, externum cui nullus certus ſit præſtitutus terminus, eò magis ad rapinam ſolicitare homines. itaque ſi diutius eo fruantur, exſatiatos lucris ſegniores ad rapiendum fieri. quòd ſic ſucceſſor immineat, non ſuffecturos eorum auiditati prouinciales, dum deceſſor tanto magis ſpoliat, quanto minus temporis ad hoc faciendum ſibi putat reliquum. Vtebaturq; hac ſimilitudine. Conſauciati cuiuſdam vulnera muſcæ agminatim ingruentes operuerant: eum quidam fortè fortuna prætereuns miſeratus eſt, putans languidiorem quam vt illas poſ-

An. mũdi 4001. A nato Chriſto 39.

Agrippa in Italiã Puteolos, inde ad Tiberiũ Cæſarẽ peruenit.

Agrippa ab Antonia Germanici & Claudij matre trecenta millia mutuo petit.

Caius Agrippę commendatus.

Allus Cæſaris libertus Agrippæ mutuo dat pecuniam.

Hedio & Ruffinus Cap. 13.

Eutychus, Agrippæ libertus herum apud Cæſarem accuſare cogitat.

Quare Tiberius poteſtates ſemel conſtitutas non facilè mutauerit.

An.mũdi4001. A nato Christo 39.

set arcere: accedensq; propius, parabat eas depellere. orante autem sauciò, vt sic eum sineret, quæsiuit alter causam, cur ita liberari ab hac molestia negligeret. tum ille: imò his abactis maiorem molestiam mihi faceres: nam hæ iam saturatæ sanguine remiserunt nonnihil. quòd si recentes accederent & famelicæ, me iam antè pessimè affectum facilè perderent. quare se quoq; aiebat hac ratione prouidere subditis, multorum rapacitate vexatis, qui more muscarũ eos infestarent, maximè si adinnatã cupiditatem metus citò desinendi accederet. quòd autem vera narrem de ingenio Tiberij, testatur mihi factum ipsius. nam cum duobus supra viginti annis obtinuerit imperiũ, duos in vniuersum Iudæis misit gubernatores, Gratum & successorem eius Pilatum. nec aliter se gessit circa cæteros imperio subditos. Victorũ quoq; causas ideo se aiebat serius cognoscere, ne affecti supplicio citò leuentur malis, quæ meruerint anteactis sceleribus, nunc dum longiores moras terunt, multò grauius reddi illorum infortunium. Sanè hæc fuit causa cur Eutychus tam diu egerit in vinculis, prius quàm Cæsari aures ei præbere sit collibitum. Procedente deinde tempore à Capreis venit Tusculanum, stadijs ferè centum ab vrbe dissitum, & Agrippa rogauit Antoniam, efficeret vt tandem audiretur Eutychus, cognosceretur q; cuius accusaret patronũ criminis. nam Antonia in magno honore habebatur apud Tiberium, vel propter affinitatem, quòd Drusi fratris vxor fuerat: vel propter continentiam, quòd florente etiam tum ætate vidua recusarit alteras nuptias, licet hortante Augusto aditerandum coniugium, in eoq; vitæ genere omnem cauerit infamiam. huc accedebat priuatum beneficium, quo maximè deuinxerat hominem. Cum enim res nouas contra eum moliretur Seianus amicorũ vnus, vir valde potens, propter præfecturam prætorianorum militum, conspirantibus multis senatoribus & libertis Cæsaris & viris militaribus, tantum illi conflatum erat periculum, vt minimum quin opprimeretur abfuerit: quo tempore illustris opera fuit Antonia, per quam occursum Seiani malicia. quamprimum enim intellexit insidias compositas in principem, rem totam ei perscripsit accuratissimè: traditisq; literis Palanti seruorum suorum fidissimo, misit eum Capreas ad Tiberium. quibus ille cognitis Seianum occidit & socios consilij: Antoniaq; iam antè habita in precio, maiorem etiam in posterum fidem habuit per omnia. Hac igitur hortante ad audiendum Eutychum, respondit Tiberius: Huic quidem si quid contra Agrippam mentitus sit, præsentem pœnam sufficere: sed videndum illi esse, ne dum inconsultius à liberto pœnas expetit, inquisitione facta, malum quod alteri molitur sibijpse conciliet. quod vbi Agrippa audiuit ex Antonia, tantò magis vrgebat inquiri de hoc negocio: & cum nullum orandi finem faceret, nacta opportunitatem Antonia, videns Tiberium à prandio lectica gestari, præcedente ipsius nepote Caio vnà cum Agrippa, accessit propius: & pedibus eum comitata, petijt vocari & examinari Eutychum. Ad quam ille: Deos testor Antonia, quòd non sponte, sed tuis coactus precibus faciam quod facturus sum. quo dicto Macroni Seiani successori imperat Eutychum adducere. quo sine mora veniente, rogat eum Cæsar, quid nam contra eum afferat, à quo libertatem acceperit: qui respondit: Domine, vectabãtur in curru Caius iste & Agrippa, me sedente illis ad pedes: vbi post multos sermones vltrò citroq; habitos, Agrippa his verbis ad Caium vsus est: O si iam tandem dies illa veniat, qua senex iste decedens te orbi relinquat principem. nihil enim huic voto obesse posset

Quare Tiberius vinctorum causas serius cognouerit.

Antoniam Agrippa, efficeret, vt tandem audiretur Eutychus, rogat.

Antonia in magno apud Tiberium honore habita.

Seiani conspirationẽ Antonia Cæsari patefacit.

Agrippa ad audiendum Eutychũ instat, quo facto, propter verba quædam ei vincula sunt iniecta.

ne pos

nepos eius Tiberius, quem tu facilè opprimeres. Tum verò ad publicam orbis felicitatem mea quoq; priuatim accederet. His verbis Tiberius facile credens, nonnihil etiam veteri offensa motus, quòd Agrippa iussus colere Tiberiũ ipsius ex Druso nepotẽ, neglecto hoc mandato totus in Caium erat propensior: versus ad Macronem, huic, inquit, injice vincula. At Macro non satis intelligens quemnam ille diceret (neque enim de Agrippa suspicari tale quid poterat) cunctabatur donec exactius rem perciperet. interim Cæsar aliquantisper gestatus per circum, denuò Macronem appellans, an non, inquit, iussi, vt huic vincula injicias? quo scitante cui tandem, Agrippa, inquam, ille respondit. Agrippa verò ad preces versus, per memoriam filij, cuius consuetudine simul educatus familiarissimè vsus fuerat, & per collata in adolescentem Tiberium officia rogabat veniam. sed frustra, prætorianis ita vt erat purpuratum in vincula trahentibus. cumq; æstus esset vehemens, & præinopia vini sitis eum vreret, conspicatus quendam è Caij seruis, nomine Thaumastum, gerentem hydriam poposcit potum: & cum libenter oblatum hausisset, inquit, certè tuo bono puer exhibuisti mihi hoc ministerium: quamprimum enim hanc necessitatem euasero, impetrabo tibi libertatem à Caio, quandoquidem etiam vincto mihi non es grauatus ministrare vt antea dum pristina mihi fortuna maneret integra. nec fefellit hominem, sed gratiam ei reposuit. nam regnum adeptus Thaumastum à Caio impetratum manu misit, & bonorum suorum dispensatorem constituit. quin & moriens hunc Agrippæ filio Bernicaq; filiæ reliquit eadem ministerij conditione, apud quos in precio vsq; ad extremum diem habitus consenuit. Sed id postea cõtigit. Tunc verò Agrippa vinctus ante Regiam stabat inter alios quosdã aquè vinctos, incumbens præ mœrore in quandam arborem, cui cum insedisset bubo, vnus è vinctis natione Germanus alitem conspicatus, scitatus est è milite quisnã esset ille purpuratus: & cognito Agrippam esse Iudæorum nobilissimum, rogauit militem vt liceret sibi propius ad eum accedere. cupere enim se quædam de ipsius patria cognoscere. quo impetrato, & adhibito interprete, ô iuuenis, inquit, contristat te quidem tam repentina & improuisa fortunæ mutatio: nec facile credes prope esse effugium, sic consulente rebus tuis diuina prouidentia. Sed testor patrios Deos, & qui huic regioni præsident, & qui nos perduxerunt in hac vincula, quòd nihil auribus tuis daturus sum, neque te inani consolatione lactaturus, non ignarus quòd huiusmodi prædictiones si euentus frustretur, maiorem afferant mœstitiæ cumulum, quàm si nunquam omninò audita fuissent. itaque æquum duxi vel cum meo periculo interpretari tibi quid Dij portendant manifestis auspicijs. Fieri non potest quin confestim euadas ex his vinculis, & mutatis rerum vicibus ad amplissimam dignitatem simul atque potentiam peruenias, vsq; ad eorum inuidiam, quibus nunc videris miserabilis. Felicem quoq; habiturus es vitæ exitum, relictis in opum successione liberis. Memento autem quando hanc alitem iterum videris, quintum ex eo diem fatalem tibi futurum. Hæc sunt quæ tibi cœlestes missa hac aue nunciant: cuius rei cum habeam præscientiam, visum est impartiri te hac lætitia, quò spe futuri commodi leuius feras præsens infortunium. proinde rogo, vt quàm primum felicitatem istam repræsentari tibi senties, des operam, vt nos quoq; eripiamur ex his aduersitatibus. hoc Germani præsagiũ tam videbatur Agrippæ ridiculum, quàm postea maximã admirationem est promeritũ. At Antonia grauiter ferens ca-

An. mũdi 4001. A nato Christo 39.

Thaumastus Caij, seruus Agrippæ potum affert, cui hic libertatem impetrat.

Agrippæ Germanus quidam, fortunã florentem & vitæ terminum prædicit.

An. mũdi 4001. A nato Christo 39.

lamitatem iuuenis, Tiberium quidem pro eo deprecari putabat non ſolum difficile, ſed propter repulſam inutile etiam: apud Macronem tamen obtinuit, vt in cuſtodia ſeruaretur à militibus commodis moribus praditis, conuictoremq; haberet centurionem ei cura prapoſitum, & quotidianis vteretur lauacris, & pateret ad eum libertis atq; amicis aditus, quorum ſubleuaretur officijs. admittanturq; ad eum, Silas amicus, & è libertis Marſyas atque Stichus, inferentes ei cibos quibus delectabatur: & ſtragula quaſi venalia circumferentes, noctu ſubſternebant permiſſu militum iam ante pramonitorum Macronis imperio. atq; in hunc modum ſex menſes exegit in cuſtodia. Caterum Tiberius Capreas reuerſus primum languore modicè tentatus eſt: inualeſcente deinde morbo iam malè de ſe ſperans, per Euodum libertorum ſuorum cariſſimum accerſijt filios, quaſi ad extremum colloquium. erant autem ei non naturales, ſed adoptiui. nam Druſum vnicum filium amiſerat. ſupererat huius filius Tiberius cognomine Gemellus, & Caius ex Germanico fratre natus, iam adultus & diſciplinis liberalibus pulchrè excultus, adhac gratioſus apud populum propter paternarum virtutum memoriam. ille enim apud omnes in maximo honore habitus eſt, quòd eſſet modeſtiſſimis moribus, comis in alloquijs, & nemini ſe praferens. quibus artibus non ſenatus modo ac populi fauorem ſibi parauit, verum etiam quotquot vbiq; ſunt prouincialium, quos partim affabilitate partim officijs deuinxerat. quam ob rem defunctũ omnes non honoris ſimulatione luxerunt, ſed veris lacrymis proſecuti, tanquam in priuata quiſq; mœſtitia. adeò citra omnem omnium offenſam vixerat: quod & filio eius plurimum profuit, cum apud cateros, tum maximè apud militarem multitudinem, qua pro ipſius dignitate tuenda nullum periculum non aditura videbatur. at Tiberius cum Euodum iuſſiſſet in craſtinum ſummo mane filios adducere, precatus eſt Deos patrios, vt manifeſto aliquo indicio deſignarent futurum ſucceſſorem in imperio, cupiens quidem id nepoti ex filio relinquere, ſed non auſus rem tam arduam tentare inconſultis numinibus. Itaque augurium concepit, eum ſibi ſucceſſurum, qui ſequenti mane prior ad ſalutandum ſe venerit. quare pædagogum nepotis pramonuit, vt mox prima hora adoleſcentem adduceret, ratus Deum huic principatum annuere. ſed aliter viſum eſt cœleſti numini. nam cum imperator hac volutans diluculo iuſſiſſet Euodum eum filijs introuocare, qui prior adueniſſet, egreſſus ille Caium offendit pro cubiculi foribus. nam Tiberius auiti propoſiti ignarus ientaculo remoratus eſt. Tum Euodus, vocat te, inquit, pater: ſimulq; introduxit iuuenem. Quo viſo imperator, cogitare cœpit diuinam prouidentiã, per quam ſibi adempta ſit poteſtas ſtatuendi, qua decreuerat: ſentiensq; diuerſum cordi eſſe ſuperis, non tam ſuam voluntatem irritam doluit, quàm vicem infelicis nepotis, cui non ſatis eſſet principatum adimi, niſi etiam incolumitas in vltimum diſcrimen veniat: quandoquidem alio potentiore futuro, parum eum tutatura videbatur ſanguinis propinquitas in amulatione potentiæ, altero non ante ſecurum putante ſuum principatum, quàm ſi inſidijs præoccuparit alterum. erat enim Mathematicorum quoque diſciplinis addictior, iuxta quorum conſilia, in tota vita pleraque agere eſt ſolitus. nam & Galbam olim venientem conſpicatus verſus ad intimos quoſdam amicos, En, inquit, virum, futurum aliquando Romanorum principem. In ſumma nemo Cæſarũ vnquã tantam fidem habuit diuinationibus, non vanas expertus aliquoties. Tunc quoque magno mœrore affectus eſt ob id quod

Agrippa ſex menſes in cuſtodia ſeruatus.

Tiberius in morbum lapſus, filios naturales & adoptiuos accerſit.

Tiberius, Gemellus Druſi filius.

Caius, Germanici filius, gratioſus.

Tiberius ex augurio ante obitum Caium ſibi ſucceſſurum intelligit.

Tiberius mathematicorum diſciplinis addictior Galbæ Romanorum Principatum prædicit.

quod acciderat, non ſecus ac ſi nepotem iam extinctum cerneret: ſeq; ipſum culpabat, qui confugiſſet ad huiuſmodi omina. cum enim liceret ei ſecuro è vita excedere, nunc corruptam ſibi hanc felicitatem præſcientia futuri chariſſimorum infortunij. Itaq; quamuis turbatus inopinata principatus ſui ſucceſſione, inuitus & reclamante animo ſic Caium alloquitur. Fili, etiamſi Tiberius propiore conſanguinitate me contingat, tamen cùm meum de te iudicium, tum verò deorum immortalium ſuffragium ſecutus, tibi in manus trado Romanum imperium. rogo autem vt hoc adeptus non ſis immemor beneuolentiæ noſtræ, qui tibi ſum tantæ felicitatis autor: & quà poteris gratiam mihi referas, amore complectendo fratrem Tiberium: quandoquidem mihi nihil gratius pro hoc beneficio, quod poſt deos totum meum eſt, potes reponere, quàm ſi illi non deſis, quem tibi natura voluit eſſe coniunctiſſimum. nam alioquin etiam ſcire te oportet, illo ſuperſtite ſtabilius fore tuum imperium: extincto verò, infelicitatis tibi adeſſe exordium. Periculoſa enim eſt ſolitudo dignitatis culmen obtinentibus: & qui in conſanguinitatis iura peccãt, nunquam diuinam vltionem effugiunt. Hæc Caio extrema mandata dedit Tiberius, omnia quidem pollicenti, ſed fictè. Quamprimùm enim Principatum aſſecutus eſt, fratrem iuxta illius præſagium ſuſtulit: & ipſe quoq; aliquanto poſt coniuratorũ inſidijs oppreſſus eſt. At Tiberius Caio ſucceſſore ſibi deſignato poſt paucos dies obijt, cum vixiſſet in imperio annis viginti duobus, menſibus quinque, diebus tredecim. poſt quem Caius Reipub. præfuit, quartus in Imperatorum ſerie. Romani verò nunciato eius obitu vehementer quidem gauiſi ſunt, non tamen audebant credere: non quòd verum eſſe nuncium non cuperent, quod iamdudum magno redemiſſent libenter: ſed quòd vererentur ne tentati falſis nuncijs, ſi intempeſtiuè gaudium ſuum detegerent, delatorum opera in certiſſimam perniciem incurrerent. Nemo enim ante eum patriciorum ordinem grauius afflixerat, quòd eſſet iracundus & implacabilis, etiam ſine cauſa odio pleroſque proſequens, & pro innata ſæuicia mortem leuiſſimam pœnam exiſtimans. quapropter optatiſſimam hanc famam non ſunt auſi fronte hilari excipere, intelligentes quantum ſubeſſet ſpei fruſtratæ periculum. Marſyas verò Agrippæ libertus cognita morte Tiberij, curriculo ad patronum properauit, latiſſimum ei nuncium afferens. quem cum offendiſſet petentem balneum, admoto capite ſermone Hebraico, mortuus eſt, inquit, leo, id ille ſatis intelligens, inopinatóque perfuſus gaudio, at tibi, inquit, tum pro cæteris officijs tum pro hoc nuncio, quam tandem dignam gratiam referam, ſi modò vera nunciaſ? tum centurio qui cuſtodiæ præerat, animaduertens tam Marſyæ feſtinum aduentum, quàm inſecutam illius verba hilaritatem Agrippæ, ſuſpicatusq; accidiſſe noui aliquid, rogauit qua de re inter ſe conferrent. quibus primo cunctantibus, cum ille vrgere non deſineret, tandem Agrippa vt iam familiari aperuit omnia. ibi centurio gratulatus ei plurimum hanc felicitatem, cœnam lautam appoſuit. Sed dum epulis ſimul indulgetur & poculis, ecce ibi quidam ſuperueniens affert incolumem eſſe Tiberium, & breui in vrbem reuerſurum. quibus verbis territus grauiter centurio, capitalis culpæ ſibi conſcius, quòd cum vincto latum conuiuium iniuiſſet nunciato imperatoris obitu, proturbat Agrippam de lectulo, hæc inſuper intonans. Tu me impunè falles mentitus mortem Cæſaris, & non capite lues hanc linguæ petulantiam? Et cum dicto vinciri iubet, ſolutum

An. mũdi 4001
A nato Chriſto 39.

Tiberius Caio Romanum imperiũ, ac Tiberium fratrẽ commendat.

Caius Tiberium fratrem tollit.

Caius Caligula quartus Romanorũ Imperator.
Tiberius Tyrannus.

Marſyas Agrippę Tiberij mortẽ nunciat.

Romæ rumor Tiberiũ eſſe incolumem ſpargitur.

An. mũdi 4001. Â nato Christo 39.

lamitatem iuuenis, Tiberium quidem pro eo deprecari putabat non ſolum difficile, ſed propter repulſam inutile etiam: apud Macronem tamen obtinuit, vt in cuſtodia ſeruaretur à militibus commodis moribus praditis, conuictoremq́ habere centurionem ei cura præpoſitum, & quotidianis vteretur lauacris, & pateret ad eum libertis atq; amicis aditus, quorum ſubleuaretur officijs. admittanturq́ ad eum, Silas amicus, & è libertis Marſyas atque Stichus, inferentes ei cibos quibus delectabatur: & ſtragula quaſi venalia circumferentes, noctu ſubſternebant permiſſu militum iam ante præmonitorum Macronis imperio. atq; in hunc modum ſex menſes exegit in cuſtodia. Caterum Tiberius Capreas reuerſus primum languore modicè tentatus eſt: inualeſcente deinde morbo iam malè de ſe ſperans, per Euodum libertorum ſuorum cariſſimum accerſijt filios, quaſi ad extremum colloquium. erant autem ei non naturales, ſed adoptiui. nam Druſum vnicum filium amiſerat. ſupererat huius filius Tiberius cognomine Gemellus, & Caius ex Germanico fratre natus, iam adultus & diſciplinis liberalibus pulchrè excultus, adhæc gratioſus apud populum propter paternarum virtutum memoriam. ille enim apud omnes in maximo honore habitus eſt, quòd eſſet modeſtiſſimis moribus, comis in alloquijs, & nemini ſe præferens. quibus artibus non ſenatus modo ac populi fauorem ſibi parauit, verum etiam quotquot vbiq; ſunt prouincialium, quos partim affabilitate partim officijs deuinxerat. quam ob rem defunctũ omnes non honoris ſimulatione luxerunt, ſed veris lacrymis proſecuti, tanquam in priuata quiſq; mœſtitia. adeò citra omnem omnium offenſam vixerat: quod & filio eius plurimum profuit, cum apud cateros, tum maximè apud militarem multitudinem, quæ pro ipſius dignitate tuenda nullum periculum non aditura videbatur. at Tiberius cum Euodum iuſſiſſet in craſtinum ſummo mane filios adducere, precatus eſt Deos patrios, vt manifeſto aliquo indicio deſignarent futurum ſucceſſorem in imperio, cupiens quidem id nepoti ex filio relinquere, ſed non auſus rem tam arduam tentare inconſultis numinibus. Itaque augurium concepit, eum ſibi ſucceſſurum, qui ſequenti mane prior ad ſalutandum ſe venerit. quare pædagogum nepotis præmonuit, vt mox prima hora adoleſcentem adduceret, ratus Deum huic principatum annuere. ſed aliter viſum eſt cœleſti numini. nam cum imperator hæc volutans diluculo iuſſiſſet Euodum eum filijs introuocare, qui prior adueniſſet, egreſſus ille Caium offendit pro cubiculi foribus. nam Tiberius auiti propoſiti ignarus ientaculo remoratus eſt. Tum Euodus, vocat te, inquit, pater: ſimulq́ introduxit iuuenem. Quo viſo imperator, cogitare cœpit diuinam prouidentiã, per quam ſibi adempta ſit poteſtas ſtatuendi, quæ decreuerat: ſentiensq́ diuerſum cordi eſſe ſuperis, non tam ſuam voluntatem irritam doluit, quàm vicem infelicis nepotis, cui non ſatis eſſet principatum adimi, niſi etiam incolumitas in vltimum diſcrimen veniat: quandoquidem alio potentiore futuro, parum eum tutatura videbatur ſanguinis propinquitas in æmulatione potentiæ, altero non ante ſecurum putante ſuum principatum, quàm ſi inſidijs præoccuparit alterum. erat enim Mathematicorum quoque diſciplinis addictior, iuxta quorum conſilia, in tota vita pleraque agere eſt ſolitus. nam & Galbam olim venientem conſpicatus verſus ad intimos quoſdam amicos, En, inquit, virum, futurum aliquando Romanorum principem. In ſumma nemo Cæſarũ vnquã tantam fidem habuit diuinationibus, non vanas expertus aliquoties. Tunc quoque magno mœrore affectus eſt ob id quod

Agrippa ſex menſes in cuſtodia ſeruatus.

Tiberius in morbum lapſus, filios naturales & adoptiuos accerſit.

Tiberius, Gemellus Druſi filius.

Caius, Germanici filius, gratioſus.

Tiberius ex augurio ante obitum Caium ſibi ſucceſſurum intelligit.

Tiberius mathematicorum diſciplinis addictior Galbæ Romanorum Principatum prædicit.

quod acciderat, non ſecus ac ſi nepotem iam extinctum cerneret: ſeq; ipſum culpabat, qui confugiſſet ad huiuſmodi omina. cum enim liceret ei ſecuro è vita excedere, nunc corruptam ſibi hanc felicitatem præſcientia futuri chariſſimorum infortunij. Itaq; quamuis turbatus inopinata principatus ſui ſucceſſione, inuitus & reclamante animo ſic Caium alloquitur. Fili, etiamſi Tiberius propiore conſanguinitate me contingat, tamen cùm meum de te iudicium, tum verò deorum immortalium ſuffragium ſecutus, tibi in manus trado Romanum imperium. rogo autem vt hoc adeptus non ſis immemor beneuolentiæ noſtræ, qui tibi ſum tantæ felicitatis autor: & quà poteris gratiam mihi referas, amore complectendo fratrem Tiberium: quandoquidem mihi nihil gratius pro hoc beneficio, quod poſt deos totum meum eſt, potes reponere, quàm ſi illi non deſis, quem tibi natura voluit eſſe coniunctiſſimum. nam alioquin etiam ſcire te oportet, illo ſuperſtite ſtabilius fore tuum imperium: extincto verò, infelicitatis tibi adeſſe exordium. Periculoſa enim eſt ſolitudo dignitatis culmen obtinentibus: & qui in conſanguinitatis iura peccãt, nunquam diuinam vltionem effugiunt. Hæc Caio extrema mandata dedit Tiberius, omnia quidem pollicenti, ſed fictè. Quamprimùm enim Principatum aſſecutus eſt, fratrem iuxta illius præſagium ſuſtulit: & ipſe quoq; aliquanto poſt coniuratorũ inſidijs oppreſſus eſt. At Tiberius Caio ſucceſſore ſibi deſignato poſt paucos dies obijt, cum vixiſſet in imperio annis viginti duobus, menſibus quinque, diebus tredecim. poſt quem Caius Reipub. præfuit, quartus in Imperatorum ſerie. Romani verò nunciato eius obitu vehementer quidem gauiſi ſunt, non tamen audebant credere: non quòd verum eſſe nuncium non cuperent, quod iamdudum magno redemiſſent libenter: ſed quòd vererentur ne tentati falſis nuncijs, ſi intempeſtiuè gaudium ſuum detegerent, delatorum opera in certiſſimam perniciem incurrerent. Nemo enim ante eum patriciorum ordinem grauius afflixerat, quòd eſſet iracundus & implacabilis, etiam ſine cauſa odio pleroſque proſequens, & pro innata ſæuicia mortem leuiſſimam pœnam exiſtimans. quapropter optatiſſimam hanc famam non ſunt auſi fronte hilari excipere, intelligentes quantum ſubeſſet ſpei fruſtratæ periculum. Marſyas verò Agrippæ libertus cognita morte Tiberij, curriculo ad patronum properauit, latiſſimum ei nuncium afferens. quem cum offendiſſet petentem balneum, admoto capite ſermone Hebraico, mortuus eſt, inquit, leo, id ille ſatis intelligens, inopinatóque perfuſus gaudio, at tibi, inquit, tum pro cæteris officijs tum pro hoc nuncio, quam tandem dignam gratiam referam, ſi modò vera nuncias? tum centurio qui cuſtodiæ præerat, animaduertens tam Marſyæ feſtinum aduentum, quàm inſecutam illius verba hilaritatem Agrippæ, ſuſpicatusq; accidiſſe noui aliquid, rogauit qua de re inter ſe conferrent. quibus primo cunctantibus, cum ille vrgere non deſineret, tandem Agrippa vt iam familiari aperuit omnia. ibi centurio gratulatus ei plurimum hanc felicitatem, cœnam lautam appoſuit. Sed dum epulis ſimul indulgetur & poculis, ecce ibi quidam ſuperueniens affert incolumem eſſe Tiberium, & breui in vrbem reuerſurum. quibus verbis territus grauiter centurio, capitalis culpæ ſibi conſcius, quòd cum vincto lætum conuiuium iniuiſſet nunciato imperatoris obitu, proturbat Agrippam de lectulo, hæc inſuper intonans. Tu me impunè falles mentitus mortem Cæſaris, & non capite lues hanc linguæ petulantiam? Et cum dicto vinciri iubet, ſolutum

An. mũdi 4001
A nato Chriſto 39.

Tiberius Caio Romanum imperiũ, ac Tiberium fratrẽ commendat.

Caius Tiberium fratrem tollit.

Caius Caligula quartus Romanorũ Imperator.
Tiberius Tyrannus.

Marſyas Agrippę Tiberij mortẽ nunciat.

Romæ rumor Tiberiũ eſſe incolumem ſpargitur.

An.mũdi 4001 A nato Christo 39.

hactenus, & accuratius imposterum custodiri eum imperat: totamq; eam noctem in his malis Agrippa *exegit. postera verò die rumor de Tiberij morte increbuit, palàm id iactantibus hominibus, quibusdam etiam sacra hac de causa facientibus: moxq; allata sunt à Caio bina litera, altera, quibus senatui significabat successisse se in defuncti imperium: altera ad Pisonem vrbi praefectum, idem indicantes, mandantesq; vt Agrippam è castris dimissum restitueret in id quod antè habitauerat domicilium. quapropter bono animo vixit postea: nam licet custodiretur, tamen suo victitabat arbitrio. Caterùm Caius Romam reuersus, Tiberij simul corpus referens, more solenni funus celebrauit sumptuosissimè: & cum vellet* Agrippam *eadem die solutum dimittere, monitu* Antonia *supersedit: non quòd ea malè vellet homini, sed negabat decoram hanc festinationem, ne videretur hoc odio Tiberij facere, si confestim solueret quem ille vinxerat. elapsis tamen non multis diebus, accersitum ad se domum tonderi vestemq; mutare praecipit. imposito deinde in eius caput diademate, tetrarchia qua Philippi fuerat, Regem constituit, adiecta Lysaniae quoq; tetrarchia, & pro ferrea catena dedit ei auream pari pondere. in Iudaam autem Marullum misit praesidem. Altero deinde anno Principatus Caij Caesaris* Agrippa *petijt veniam nauigandi in suum regnum ordinandi eius gratia, reuersurum se hoc peracto pollicitus. Quod vbi imperator annuit, praeter omnium spem Rex apparuit, insigni exemplo quanta sit in rebus humanis fortunae potentia, reputatione praesentis felicitatis & egestatis pristinae. & alij quidem beatum praedicabant qui spes suas secutus esset pertinaciter, alij vix credebant tantam felicitatem hominis.*

Tiberij funus.

Agrippam Caius tetrarchiae Regẽ constituit.

Agrippa in suum regnum nauigat.

An.mũdi 4002 A nato Christo 40.

CAP. IX.

Quomodo Herodes tetrarcha in exilium missus est.

Hedio & Ruffinus Cap. 14. aliàs 16.

Herodias Agrippæ soror fratri potentiam inuidet, ac Herodem maritum ad titulum regium ambiendum hortatur.

HERODIAS autem Agrippae *soror, nupta Herodi tetrarchae Galilaeae atq; Peraeae, inuidebat fratri hanc potentiam, quem in celsiore quàm maritum cerneret fastigio: vrebat eam nimirum quòd qui profugerat non valens debita dissoluere, tum reuersus erat auctus dignitate ac fortuna tàm splendida: hancq; mutationem iniquissimo ferebat animo, praesertim quoties illum videret ornatum regijs insignibus per turbas inuehi: adeoq; non poterat imperare suis affectionibus, vt maritum assiduis hortatibus ad similia sperandà, & suscepta transmarina peregrinatione apud vrbem ambienda erigeret: negans sibi vitam ferendam diutius, si* Agrippa *Aristobuli à patre supplicio traditi filius, & ob extremam inopiam metu creditorum profugus, reuersus regno fruatur: ipse verò filius Regis, & à cognatis ad regnum inuitatus, per desidiam nihil tale affectaret, priuata vita contentus. Atq; marite mi, inquit, si tibi antehac molestum non fuit, in minore quàm olim pater dignitate agere, nunc saltem honorem familiae debitum appete: neq; ferendum puta existimatione cedere viro qui tuis quondam sustentatus sit opibus: neq; per tuam patiaris ignauiam, vt illi videatur plus in paupertate superfuisse ad quaerendam ampliorem fortunam industria, quàm tibi in tam opimis facultatibus: quasi non pudendum sit te nunc ab eo secundum censeri qui paulòante nisi tua misericordia non potuit viuere. Ergo Romam eamus nõ parcentes nec labori, nec auri argentiue impendijs, quandoquidem non tàm haec seruare sit optabile, quàm parando regno insumere. at ille resistebat aliquandiu quietis amore, & suspecta habens Romana negocia:*

negocia: conabaturq; eam in diuersam sententiam traducere. mulier contrà quanto magis eum tergiuersari videbat, tanto vrgebat improbius, nihil non tentandum censens regni cupidine: nec prius destitit quàm mariti extorqueret consensum, non valentis aliàs eius importunitatem excutere. itaq; sine parsimonia facto apparatu exquisitissimo, vnà cum Herodiade Romam proficiscitur. Agrippa porrò cognita eorum mente ac apparatu, ipse quoque se accinxit ad resistendum: & quamprimùm eos è portu soluisse didicit, etiam ipse Romam misit Fortunatum suum libertum ad Imperatorem cum muneribus, & literis scriptis contra Herodem: simulq; mandauit vt per occasionem amplius cum principe super hoc negocio disseereret. Qui subsecutus Herodē, & secunda nauigatione vsus, tantummodò à tergo relictus est, quòd tum primùm à Cæsare admisso superuenit, literasq; reddidit. vterque enim Puteolos appulit, & Caius tum fortè apud Baias repertus est. id oppidulum est Campaniæ, quinque fermè stadijs à Puteolis dissitum: vbi palatia sunt splendidissima, dum Imperatorum quisque superiorem vincere contendit magnificentia: inuitantibus eò lauacris calidis spontè è terra scaturientibus, tàm ad sartiendam corporum valetudinem, quàm ad animos ocio relaxandos commodis. Itaque Caius simul ab Herode salutatus est, priorem enim eum admiserat: simul Agrippæ perlegit literas, accusantes Herodem, quòd prius cum Seiano conspirasset in Tiberium, & nunc iterum Artabano Partho faueret contra Caij nouum imperium. argumento erat ipsius tetrarchæ apparatus, qui in armamentarijs suis haberet tantum armorum, quantum instruendis virorum septuaginta millibus sufficeret. Quare Cæsar commotus, percontatus est Herodem, vera ne essent quæ nunciarentur de armorum numero. quo annuente, neque enim vera negare poterat: satis approbatam putans defectionem, ademptam illi tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit, pecuniam quoque eius donans Agrippæ indici: Herodem vero perpetuò damnauit exilio apud Lugdunum vrbem Galliæ. Cognito deinde sororem Agrippæ esse Herodiadem, pecuniam ei propriam concessit: & ratus non libenter fore marito calamitatis sociam, in Agrippæ gratiam se illi parsurum promisit. ad hæc illa: tu quidem Imperator, vt tua maiestate dignum est loqueris: sed mihi coniugalis amor impedimento est quò minus fruar hac indulgentia. non enim æquum censeo vt cui secundæ fortunæ fui socia, eum nunc in aduersa deseram. at ille indignè ferens tam excelsum animum in fœmina, ipsam quoque cum Herode expulit, & bona eius Agrippæ largitus est. atque hæc fuit vindicta, quam Deus tum intulit Herodiadi, fratris successus inuidè ferenti, tum Herodi ad obsequendum vaniloquentiæ vxoris nimis facili. Caius porro primo ac sequenti sui Principatus anno, Rempublicam administrauit egregiè: moderateq; se gerens, & Romanorum sibi fauorem conciliauit & prouincialium. procedente verò tempore inflatus potentiæ magnitudine, oblitus est se esse hominem, & contumelioſus in superos, ad reliquam insaniam diuinos etiam honores vsurpare ausus est.

An. mūdi 4002 A nato Christo 40.

Herodes cum Herodiade Romam proficiscitur.

Agrippa Fortunatū libertum cum muneribus & literis cōtra Herodem ad Imperatorem mittit.

Baiæ sunt thermæ Campaniç non procul à Puteolis.

Herodes quod Artabano Partho faueret, accusatur.

Herodes exilio perpetuo apud Lugdunum Galliæ vrbem damnatur, eiusque bona Agrippæ traduntur.

Herodias cui Imperator propter Agrippam fratrem pepercerat, Herodem vltrò in exilio comitatur.

Caius primò egregiè Rempub. administrat, postea diuinos quoq; honores vsurpare audet.

CAP. X.

Iudæorum & Græcorum apud Alexandriam seditio.

CVMQVE inter Iudæos & Græcos Alexandriam habitantes exorta esset seditio, terni ab vtraq; parte legati delecti ad Caium missi sunt. Apion verò Alexandrinorum legationis princeps multa in Iudæos iactauit

Hedio & Ruffinus Cap. 15. aliàs 17. Aliàs Cap. 18.

An.mũdi 4002 A nato Christo 40.

ctauit crimina, interq; catera quòd Cæsarem non prosequerentur debitis honoribus. nam cùm quàm latè patet orbis Romanus Caio exstruantur templa & altaria, & pari honore colatur cum cateris numinibus, solos istos turpe putare dedicare illi statuas, aut iurare per nomen Cæsaris. His acerbè inuecto Apione. multisq; alijs quæ ad exasperandum Caium facerent, Philo è Judæorum legatis potior, vir per omnia clarissimus, Alexandri Alabarchæ frater, & non imperitus philosophiæ, parabat causam suæ gentis agere. Sed repulsus est à Cæsare iubente illum abire, & per iracundiam vix temperante ab iniuria. quapropter eiectus conuicio, versus ad Judæos assectatores. Nunc, inquit, oportet bono esse animo, quando Caius iratus est, nunc enim Deus nobis contra illum aderit.

Apion, Alexandrinorum legationis Princeps, Iudæos quòd Cæsarem debitis honoribus non prosequerentur, accusat.

Philo Iudæorum legatus à Cæsare repulsus, causam Deo committit.

CAP. XI.

Caius in Syriam mittit Petronium iussum Iudæis bellum inferre, nisi malint recipere ipsius statuam.

CAIVS porrò indignè ferens à solis Judæis ita se despici, legatum in Syriam mittit Petronium successurum Vitellio: iubetq; vt cum valido exercitu inuadat Judæam: & si sponte id admittant, statuam eius in templo Dei collocet. quòd si detrectent bello deuictos imperata facere adigat. is assumpta administratione rerum Syriæ, dedit operam vt exsequeretur mandata Cæsaris: contractisq; quantum poterat auxilijs, cum duabus Romanis legionibus hybernauit apud Ptolemaidem, primo vere bellum illaturus: quod & Caio significauit per literas. qui collaudata eius industria, hortatus est eum ad agendum gnauiter, & frangendam bello gentis contumaciam. Interim Judæorum multa millia venerunt Ptolemaidem ad Petronium, deprecaturi ne quid facere cogerentur contra leges patrias. Quòd si omninò decretum sit statuam in fano ponere, ipsos primùm interficeret, ac tum demum suo arbitratu rem perageret. nam quantisper superessent, non posse ferre violari legislatoris sui decreta, tot retrò seculis obseruata ab optimis patribus. Ad hæc Petronius commotior, Hæc, inquit, quæ affertis, fortè valerent apud me aliquid, si meisipsius consilijs & auspicijs rem gererem: nunc necesse est me subseruire decretis Cæsaris, quibus cortrà uenire impunè non licet. Ad hæc Judæi. Si tibi Petroni certum est à præscripto Caij non discedere, neq; nos transgrediemur legis nostræ mandata, freti diuina potẽtia & maiorum nostrorum virtutis amuli. neq; enim sumus adeò pusillanimes, vt quæ nobis cœleste numẽ imperauit proposito felicitatis præmio, ea prævaricemur intempestiua vitæ cupidine. quapropter feremus fortunam quãlibet, dummodò patria legis religio maneat incolumis: & parati sumus subire pericula, sperantes Deum nobis non defore, propter cuius honorẽ nõ reformidamus ancipitem fortunæ aleam. Hoc malumus quàm tibi per ignauiam parendo incurrere perpetuam ignominiam, simulq; ob neglectas leges indignationem numinis, cuius vel te iudice potior quàm Caij habenda est ratio. Ibi Petronius animaduertens eorum obstinatam peruicaciam, neq; se posse sine certamine & cæde statuam dedicare Cæsaris, cum amicis & famulitio properauit Tiberiadem, vt ex propinquo melius res Judæorum dispiceret. Judæi verò magnum timentes è Romano bello periculum, sed maius ex violatis legibus, iterum multorum milliũ numero occurrunt Petronio Tiberiadem, supplicantes ne se ad eam necessitatem cogeret, néue sacratam

Aliàs Cap. 19. Petronium Caius in Syriam mittit, eiq; vt Iudæos eius statuam in templo Dei collocare abnuentes exercitu inuadat, mandat.

Iudæi Ptolemaidem ad Petronium perueniunt, deprecaturi ne quid contra leges patrias facere cogerentur.

Petronio Iudæi Tiberiadem occurrũt, supplicantes ne sacratam vrbem veteris imaginibus polluere.

cratam vrbem pollueret vetitis imaginibus. Tum Petronius: pugnabitis igitur cum Cæsare, nec illius opes, nec vestram imbecillitatem adhibentis in consilium? Non pugnabimus, inquiunt, sed moriemur citius quàm discedamus à legibus. simulq; procumbentes ac nudantes iugulos, paratos se aiebant ad excipiendos gladios. atq; hoc pacto perduratum est per quadraginta dies continuos, neglectis interim agriculturæ operibus, cum maximè sementis essent tempora: quandoquidem certissimum illis erat propositum mortem potius quàm statuam illam admittere. In hoc rerum statu Aristobulus Agrippæ Regis frater, & Elcias Magnus cognomine, cum optimatibus cæteris eius familiæ, Iudæorumq; primatibus accedunt Petronium, rogantes vt consideraret obstinationem populi, néue illis desperandi ansam præberet: quin potius Caio scribat quanta peruicacia reclametur dedicationi statuæ: vtq; relicto agriculturæ studio, de bello quidem nulla virium fiducia non cogitent: sed parati sint mori potius quàm tantam religionis labem in se admittere. ad hæc semente omissa instare latrocinia, dum non est vnde possint persolui vectigalia. forte enim flecti posse Cæsarem ne quid sæuius in eam gentem statuat, néue illi rebellandi materiam præbeat. Quòd si non moueatur ab inferendi belli proposito, tum demum aggrediendum esse negocium. atq; hæ fuerunt preces Aristobuli. Petronius verò partim deprecatoris respectu enixè vrgentis, & ipsius rei magnitudinis, partim contentiosi Iudæorum propositi, ratus indignum tam multa hominum millia in gratiam insanientis Caij perdere, & cœleste numen suamq; ipsius conscientiam reueritus, maluit absurditatem rei per literas docere imperatorẽ vel suo periculo, non ignarus quàm ille esset iracundo ingenio, & ad vindicandum prono, nisi quis quam primùm furenti morem gesserit. Sic enim existimabat, etiamsi ille non decedat de sententia, & fortasse indignationem in ipsum vertat cunctantius mandata exsequentem: esse tamen viri boni officium, pro incolumitate insontis tam numerosi populi vel certum interitum non refugere. Ergo indicto Iudæis conuentu ad Tiberiadem, postquam adesse vidit multa millia, progressus in concionem, ait expeditionem eam non à se vltrò susceptam, sed mandato Cæsaris: cuius exsecutionem differri periculosum esse, propter indignationem summæ potestatis, & alioqui conueniens esse vt ipse ab autoritate illius pendeat, per quem ad tantum dignitatis fastigium euectus sit. attamen vestra, inquit, saluti meam securitatem aut existimationem non præferam, quos scio meritò pro patrijs legibus contendere. immò ne mihi quidem probatur, summi Dei templum temerari principum licentia. quamobrem legatos ad Caium missurus sum, per quos cognoscat vestram irreuocabilem sententiam, quantumq; in me erit, hortabor vt honestissimæ vestræ voluntati assensum suum præbeat. Deus cuius potentia superior est omnibus humanis conatibus, faxit vt & religio vestra integra ac inuiolata maneat, & ille per immodicam honoris cupiditatem nullum sibi contrahat piaculum. Quòd si offensus iram omnem in me verterit, patiar quoduis periculum, siue in corpus siue in vitam sæuire illi libeat, modò ne tam ingentem vestram multitudinem propter constantem bonam voluntatem perire videam. Abite igitur quo suum quenq; vocat negocium, & terram labore vestro colite. Legationem autem ipse in vrbem missurus sum, & quicquid in rem vestram potero, tàm per me agam quàm per amicos meos & necessarios. His dictis concionem dimisit, hortatus vt agros colerent interim, & bono essent animo. & ille

An. mũdi 4002 A nato Christo 40.

Aristobulus Agrippæ Regis frater, & Elcias Magnus apud Petronium Iudæorum causam agũt.

Petronius Iudæis, se Caio scribere velle pollicetur, cosq; ad agriculturã adhortatur.

An. mũdi 4002 A nato Christo 40.

quidem sic populum pro sua virili consolatus est. Deus autem manifestè ostendit Petronio suam prouidentiam, quodq; omnibus iustè atq; honestè cœptis propitius faueat. Vix enim orationem finierat, cum repentè imber prater omnium opinionem decidit, nullis tam serena die signis præmonstratus, & hominibus propter diuturnam ac continuam siccitatem cœlitùs pluuiam penè desperantibus, etiam si nubes viderent, quæ toties spem eorum frustratæ fuerant. Quapropter terra tum prater solitum præterq; expectationem rigata largis imbribus, Judais spes facta est non irritas fore preces Petronij. Quin & ipse præses magis etiam obstupefactus est, euidenter cernens curæ esse Deo res Judaicas, attestante tam insigni prodigio, vt nemo nisi impudens posset contradicere. cumq; accuratè super hoc negocio scripsisset ad Caium, dehortans ne tam multa millia in extremam desperationem atq; perniciem adduceret, neq; enim nisi bello compulsos discessuros à religione patria: néue seipse mulctaret luculentis ex ea gente prouentibus, æternumq; apud eam sibi pararet improperium: id quoq; adiecit, quàm carus sit Deo populus, quamq; manifestis signis declaret suam erga illos beneuolentiam. Hæc Petronius. Rex autem Agrippa, qui tum fortè Romæ degebat, indies Caio reddebatur familiarior: quando etiam conuiuium tale illi exhibuit, de industria procurato apparatu sumptuosissimo, adhibitoq; omni exquisitissimarum ac lauticiarum ac voluptatum genere, vt omnes à tergo relinqueret in hoc certamine, atque ipsum etiam Cæsarem. tantum illi studium fuit demerendi Principis per omne obsequium. is demiratus eius tàm animum quàm magnificentiam, qui etiam supra vires ac facultates placere sibi contenderet, volensq; cum eo certare mutuis officijs, iam vino quoque factus hilarior, Agrippam ad lætitiam prouocantem sic allocutus est. Equidem & ante expertus sum tuam beneuolentiam, quando viuo etiam tum Tiberio ne periculis quidem à me colendo deterritus es: & nunc video te, modò mihi gratificeris, nulli rei parcere, ne facultatum quidem tuarum ratione habita. quare cum turpe mihi sit à te vinci officijs, quicquid hactenus per me cessatum est iam pensabitur: tantumq; ad pristinam meam erga te liberalitatem accedat enixè dabo operam, vt maximum ad futuram tuam felicitatem momentum allaturum sit. Sic ille benignè promittebat, ratus ampla latifundia postulaturum, aut vrbium aliquarum vectigalia. ille verò quamuis iam pridem preces parauerat, tamen hactenus dissimilata tum demum per occasionem aperuit, dicens neq; olim propter priuatum commodum prater mandatum Tiberij se illum coluisse: & nunc nihil aliud captare prater ipsius gratiam. nam & priorem munificentiam vberiorem fuisse, quàm vnquã spe concipere potuisset, quantumuis improba. etsi enim tu, inquit, maiora præstare valeas, meis tamen non solùm meritis, sed cupiditatibus etiam abundè satisfactum est. ibi Caius attonitus hominis modestia, magis vrgere cœpit, vt vellet vti sua beneficentia, nihil non polliceri perseuerans. Tum Agrippa: quandoquidem domine liberalitatem tuam tam benignè mihi offers, equidem petam, sed nihil quod ad diuitias attineat, quibus iam per tuam gratiam abundo: illud potius postulabo, quod impetratum & pietatis opinionem, & perpetuum fauorem numinis tibi conciliet. Mihi quoque glorioſum erit, si post innumeras alias, hanc vnam etiam mihi feceris gratiam. Rogo igitur vt mandatũ reuoces, quod Petronio dedisti, de statua in Iudæorum templo ponenda. hæc ille velut aleam iaciens, non ignarus quantum subesset periculum, quodq;

Poſt diuturnam ac continuam ſiccitatem repentè imber decidit.

Petronius ad Caium ſcribit.

Caium Agrippa Romæ honorat, in cuius retributionẽ Caius aliquid petere iubet, qui nihil aliud quàm vt mandatum Petronio datum reuocet, rogat.

quodq; capitale esset placitis Caij contradicere. Imperator autem simul offi- An.mũdi 4003
ciosa liberalitate delinitus, simul pudendam vanitatem ducens, si coram tot testi- A nato Chri-
bus vltrò ad petendum prouocato, repentè mutatus denegasset gratiam: suspi- sto 41.
ciens etiam virtutem hominis, qui pluris faceret pietatem suaq; gentis tranquil-
litatem, quàm incrementũ dominationis aut redituũ, fecit eum voti compotem.
Scripsit igitur Petronio, collaudans eius industriã in comparando exercitu, &
in exsequendis mandatis quæ acceperat. quod autem ad statuã attineat, si qui-
dem dedicata sit & posita, sinendã esse. sin minus, non esse cur in eo negocio plus la-
boris capiat: sed debere eum soluto exercitu reuerti ad intermissa officia. Remis-
sum enim esse hoc Iudæis in Agrippæ gratiam, cui tantum honoris à se haberi, vt
non posset voluntati eius contradicere. In hunc modum Caius scripsit Petronio,
priusquã ad defectionẽ spectare Iudæos cognosceret: allatis postea de rebellatione
rumoribus, indignè ferens gentis audaciam, & contemptum imperij, homo omni
dedecori obnoxius, nullamq; rationem honestatis habens, & impetu iracundiæ
quouis abripi solitus, quem refrenare nunquam studuit, imò ad felicitatẽ suam
pertinere putãs, si quàm maximè affectioni huic indulgeret, denuò scribit eidem
in hanc sententiam. Quoniam plus apud te valuerũt Iudæorum munera quàm
mea mandata, quibus neglectis omnia illis gratificatus es, temet iudicem facio, Caius Petronio man data imperatoria negligenti, vt sibi ipsi manus inferat, scribit.
quid de teipso statuere debeas semel indignationem meam meritus. Volo enim te
exemplum fieri & præsentibus & posteris, nullo modo irrita habenda mandata
imperatoria. Hæc epistola missa quidem est ad præsidem, non tamen Cæsare viuo
reddita, qui perferebant tardius nauigantibus, ita vt prius ille alias acceperit li-
teras, nunciantes de Caij exitio. Deus enim non immemor fuit Petronij, & pe-
riculorum quæ propter ipsius honorem atq; Iudæorũ religionem subijt: sed amoto
à Reipub. habenis Caio propter impiè affectatos diuinos honores, tanto maior
habita est illi gratia tàm à Romanis quàm à prouincialibus, maximo fauore
præcipuis senatoribus eum prosequentibus, in quos potissimùm Caius debacchari
est solitus. Is extinctus est non multò post quàm Petronio scripserat illam mor-
tis denunciatricẽ epistolam. Causam autem propter quam Caius sublatus est, Petronius prius de Caij morte literas, quàm de nece sibi ipsi inferẽda accipit.
& quemadmodum comparatæ sint in eum insidiæ, procedente stilo significabi-
mus. cæterùm Petronio prius reddita sunt literæ de cæde imperatoris, ac tum de-
mum superuenerunt illæ, quibus iubebatur mortem sibi consciscere. quare læta-
tus fortuito tyranni interitu, admiratus est Dei prouidentiam, qui sine dila-
tione mercedem habiti sibi honoris persoluerit, & Iudæis præsentem opem attu-
lerit. Et ille quidem miro hoc modo euasit mortis periculum.

CAP. XII.

Quo in statu res Iudæorum apud Babylonem fuerint, & de Asinæo ac Anilæo fratribus.

INCIDERVNT *in ea tempora graues motus Iudæorum apud* Hedio & Ruffinus Cap. 16. aliàs Cap. 20 Iudæorum apud Mesopotamiam & Babyloniam graues motus.
Mesopotamiam ac Babyloniam habitantium, cædesq; & cala-
mitates quales nusquam memorantur in superioribus narra-
tionibus: de quibus accuratè tractaturus, causas etiam ab origi-
ne repetam. Nearda dicitur vrbs Babyloniæ, frequens populo, Nearda, Nisibis Babyloniæ vrbes.
& agro fertili, qui tantam multitudinem posset alere. ad hæc non patet hostium
assultibus, cincta fluentis Euphratis & firmissimis mœnibus. eidem flumini est &
Nisibis apposita: quare Iudæi freti locorum natura, sacrum didragma quod

An. mũdi 4003
A nato Christo 41.

Deo ex more ſolent offerre, cateramq; votiuam pecuniam, in his vrbibus deponebant tanquam in communi ærario, inde ſuo tempore tranſmittendam Hieroſolyma: quæ deinde à multis hominum illò deducebatur, metuentium latrocinia Parthorum, quorum ditioni tum ſuberat Babylonia. Ex his Judæis erant Aſinæus & Anilæus fratres, Neerdenſes patria, orbati patre, & à matre ad textrini opificium adhibiti, quod non indecorum habetur illis gentibus, vbi & viri exercent lanificium. hos officinæ magiſter apud quem artem didicerant, quòd ſerius aliquando ad operandum acceſſiſſent, caſtigauit verberibus. illi credentes ſe affectos iniuria, detractis armis quæ ſeruabantur in eius domus pariete, contulerunt ſe in quendam locum, vbi fluuius ſcinditur, vberem paſcuis, & frugum fertilem cæterorumq; fructuum qui reponuntur in hyemem. ad eos mox confluxit iuuenum quiſq; egentiſſimus, quorum armis ſtipati pro ducibus ſe gerebant, nemine cohibente maleficia. cum enim facti eſſent inexpugnabiles, & arcem ſibi conſtruxiſſent, dimiſſis exactoribus tributa colligebant ab accolis, certum videlicet pecoris numerum & quantum in alimenta eorum ſat erat, promittentes amicitiam morem ſibi gerentibus, & propugnationem contra externam vim ſi qua ingrueret: contra occiſionem gregum ac paſtorum, ſi detrectarent imperata facere. quapropter neceſſitate coacti, mittebant eis quantumcunq; poſcerent. quo factum eſt vt aucta eorum potentia, validi eſſent ad incurſandum quoſlibet, nemoq; vicinorum auderet eos offendere, aut armis cum illis congredi: adeò vt ad Parthorum quoq; Regem rumor hæc detulerit. Satrapa autem Babyloniæ poſtquam hæc audiuit, volens creſcens adhuc malum opprimere, priuſquam maius aliquod inde proueniret incommodum, collecto quantum poterat è Parthis ac Babylonijs exercitu, properauit contra eos, cupiens ex improuiſò opprimere: obſeſſaq; palude ſuos iuſſit aliquantiſper quieſcere. poſtridie verò Iudæis ſabbaticas ferias ocio publico celebrantibus, ratus non auſurũ hoſtẽ in certamen deſcendere, ſed nullo negocio vinctos ſe abducturum, paulatim procedebat, vt derepente in eos irrueret. Aſinæus verò qui tum fortè poſitis propè ſe armis cum ſocijs deſidebat in ocio, Viri inquit, hinnitus equorum mihi aures perculit, non qualis eſt paſſim paſcentium, ſed qui ſeſſorem tergo vehant: nam & frenorum ſonitum ſentio, vereor ne circumuenti ſimus ab hoſtibus. ſed procurrat aliquis ſpeculatum, qui nobis quid immineat certo renunciet. optarim autem vana eſſe quæ diximus. moxq; quidã profecti viſum, celeriter redeunt, non falſam ſuſpicionem fuiſſe referentes: adeſſe vltores acceptæ iniuriæ. ex inſidijs ſe obrutos equitatu copioſo velut pecora, ne ad repugnandum quidem paratos, vetante propter ferias patria conſuetudine. at Aſinæus longè aliter quàm ſpeculatori videbatur ſtatuit, non cõcedendam cenſens hanc voluptatem hoſtibus, vt per ocium in ſe graſſarentur cædibus: quin potius virtutis & præſentis neceſſitatis memores conniti debere, vt ſi ita fors ferat, non inulti pereant: primusq; correptis armis ſuos exemplo ad ſimilem exciuit audaciam, ad conſerendas cum hoſte manus eos animans. & quia contemptim venibant rem factam ſe habere putantes, multis cæſis reliquos coëgit terga vertere. Eius pugnæ poſtquam ad Parthorum Regem fama peruenit, admiratus fratrum audaciam, concupiuit eorum aſpectum & colloquium: confeſtimq; ad eos miſit fidiſſimum è ſatellitibus qui hæc verba illis referat: Regem Artabanum tametſi iniuriam eorum violentia in ſuo regno acceperit, indignationem tamen virtuti ipſorum remittere: miſiſſeq; ſe qui fide data

Aſinæus & Anilæus Neerdenſes patria in locum quendam ſe conferunt, ad quos ingens multitudo confluit.

Aſonæus cum ſocijs à Babyloniæ ſatrapis ex improuiſo oppreſſi.

Aſinæos ſuos ad fortitudinem hortatur, & hoſtes fundit, fugatq;

Artabanus ad Aſinæum & Anilæum propter audaciam ſocietatem cum illis inire mittit.

data impunitatem & ſecuritatem itinerũ eis offerret ipſius nomine, quòd amicitiam eorũ cuperet, ſine fraude omni & inſidijs. paratã eſſe Regis munificentiã, foreq; vt hac ſua virtute poſthac Rege fauente vtantur melius. Tum Aſinæus ipſe quidem profectionem diſtulit, fratrem verò Anilæum miſit cum quibus potuit muneribus. Iuit ille ad Regem, & facilè admiſſus eſt. Artabanus autem videns Anilæum ſolum veniſſe, rogauit cúrnã domi reliquiſſet Aſinæum. cognitoq; metu illum ſe continere intra paluſtria: per patrios Deos deierauit, nihil eos ſe læſurũ in fidem venientes: idq; porrecta iuueni dextra ſancijt, quod apud barbaros conuenturos certiſſimum eſt argumentũ fiduciæ, nam poſt datã dextrã apud eos nec fallere fas eſt, nec diffidere, ceſſantibus omninò ſuſpicionibus. Tum quoq; Artabanus hoc pacto remiſit Anilæum, perſuaſurũ fratri, vt ſimul veniat. Hoc autem agebat Rex, volens conciliatis ſibi his fratribus per Iudæorũ virtutem illas ſatrapias continere in officio, quæ videbantur ad defectionem ſpectare occupato Rege alibi. Verebatur enim, ne dum ipſe rebelles perdomat, Aſinæus auctis apud Babyloniam viribus, ſiue volentibus prouincialibus, ſiue inuitis non temperaret à maleficijs. Hoc igitur conſilio illum accerſijt. Aſinæus verò facilè à fratre in eam ſententiã inductus eſt, præſertim cõmemorante quàm luculentè erga ipſos Rex affectus ſit, quodq; ad firmandam fidem iuſiurandum interpoſuerit. quare primo quoq; tempore ad Artabanũ ambo perueniunt. ille perlibenter eos excepit, imprimis miratus generoſum Aſinæi animum, quòd videret breui ſtatura hominem, & primo aſpectu contemnenda ſpecie, quaſi nullius precij, apud amicos dictitans, nihil eſſe in tantillo corpore, quod tam vaſto animo reſpondeat. & inter epulas oſtenſo magiſtro militum Abdagaſi prædicauit, denarrans quanta fortitudine bella gerere ſoleat. Is cum rogaſſet, vt bona Regis venia liceret illum interficere, pœnasq; tot maleficiorum de eo ſumere, quibus Parthos læſerat: negauit ſe hoc permiſſurum in hominem, qui ſe credidiſſet ſuæ fidei, data dextra confirmatæ & iureiurando adhibito. Quòd ſi, inquit, vir bellicoſus haberi vis, nihil opus habes meo periurio ad abolendam Parthorum ignominiam: ſed redeuntem aggreſſus per vim abſq; meo conſenſu opprime. Mane deinde accito Aſinæo, Tempus tibi eſt, inquit, iuuenis domum reuerti, ne diutius hic ducum in te odia prouoces, qui te fortaſſis etiam me inuito conarentur interficere. commendo autem tibi terram Babyloniam, vt eam tua cura tutam à latrocinijs & illæſam cuſtodias. mihi viciſſim cordi erit tua incolumitas, quandoquidem tuum caput non dubitaſti meæ fidei committere. hæc locutus, datis mox muneribus Aſinæum dimittit. ille domum reuerſus caſtella partim noua condidit, partim quæ prius habuerat firmauit munitionibus: breuiq; in tantũ auctus eſt, quantũ ante eum nemo alius, à talibus exorſus initijs: nec contentus honoribus Babyloniorum, à Parthorum quoq; obſeruabatur ducibus, qui in vicinas prouincias mittebantur cum imperio. Adeò creuit eius autoritas vnà cum potentia, vt Meſopotamia tota ab ipſius penderet nutibus. In hac felicitate florentior indies exegit annos quindecim: quæ non prius cœpit in deterius vergere, quàm neglecto priſtino virtutis ſtudio, contemptiſq; inſtitutis patrijs, voluptate victi dediderunt ſe externis libidinibus. Venerat fortè in eas regiones Parthorum quidam dux cum coniuge, tam alijs dotibus, quàm inſigni forma laudata vſque ad miraculum: hanc ſiue aſpectu, ſiue fama cognitam adamauit Aſinæi frater Anilæus: & cum neque ſuis imperare poſſet cupidinibus, neque vlla alia ſpes eſſet potiendi

An. mũdi 4003. A nato Chriſto 41.

Abdagaſus Aſinæum interficere vult, quod Artabanus permittere recuſat.

Artaban' Aſinæo terram Babyloniã commendat, datisq; muneribus cum dimittit.

Anilæus Parthorum Ducẽ trucidat, eiusq; vxorem ducit.

An mũdi 4003. A nato Christo 41.

mulière, bello maritum eius petijt: primoq́ conflictu caſo Partho, vxor in victoris poteſtatem & thalamum peruenit: quod quidem magnarum calamitatũ quàm ipſi tam fratri fuit principium. cum enim amiſſo priore marito captiua duceretur, ſimulacra patriorum numinum qua gentilicio ritu & domi ſecum habere ſolebat & in itinere, clam inter cateram ſupellectilem aduexerat. ea primum colebat ſine arbitris. Deinde in thorum recepta & nacta fiduciam, propalam operabatur ſacris qua à defuncto acceperat. id factum obiurgabatur ab amicis vtriuſque fratris primarijs, indignum facinus dictitantibus, cõtra Hebraica gentis ritus ac leges ductam vxorem barbaram, deditam impijs patria ſua ſuperſtitionibus. quare videndum ne dum nimium indulgent voluptati corporis, à principatu excidant, quem diuino fauore conſecuti ſint. Sed adeò nihil profectum eſt his admonitionibus, vt precipuus quidam confoſſus ſit dum liberius inuehitur: qui moriens iratum numen imprecatus eſt fratribus eorumq́ ſocijs, vlturum laſam & religionem & amicitiam, vtq́ ſimili & ipſi ab inimicis afficerentur exitio: illi quidem quòd autores iniuria fuerint, hi quòd patrocinatorem legum per ſummum nefas opprimi paſſi ſint. quamuis enim moleſtè ferrent talia, plus tamen apud eos valebat preterita virtutis memoria, cui acceptã ferebant præſentem felicitatem. ſed indignationem eorum accendit mulieris impietas, non ferentium pertinaciter amplexam ſacra Parthica: factoq́ concurſu ad Aſinæum vociferabantur in Anilæum: dicentes oportere eum, ſi prius parum potuit quid vtile ſit diſpicere, nunc certè erratum corrigere, priuſquã id publica expietur pernicie. nam & connubium illud nemini probari, vt parum conueniens patrijs ritibus: & ſuperſtitioſum numinum cultum quem mulier ſibi permittat, pertinere ad Dei veri iniuriam. at ille quamuis agnoſceret peccatum fratris allaturum ſibi ac ſuis magnum aliquod incommodum, victus tamen germanitatis affectu facilè ignoſcebat ſuccumbenti tam indomitis cupidinibus. Sed cum maiores indies concurſus ad eum & vociferationes fierent, tandem ſuper ea re fratrem admonuit, anteacta obiurgans, & iubens vt reſipiſcat in poſterum, mulieremq́ domum ad cognatos ipſius remittat. nihil tamen hac admonitione effectum eſt: quia mulier ſentiens propter ſe murmur eſſe in populo, & veritа ne Anilæo propter amorem ſui durius aliquid accideret, veneno Aſinæum ſuſtulit, ſecura quòd ſub amatore iudice impunè auferret hoc facinus. Caterum Anilæus ad ſe vnum iam principatu redacto, cum exercitu fecit impetum in vicos Mithridatis viri apud Parthos nobiliſſimi, qui in matrimonio habebat Artabani filiam: eosq́ magna præda abacta populatus eſt. nam & pecuniam multam & mancipia reperit: pecoraq́ & res alias quibus fortunæ poſſunt auctiores fieri. Mithridates verò qui fortè tum non procul aberat, audita vicorum expugnatione, indignè ferens vltrò ſe ab Anilæo laceſſitum iniuria, habitamq́ ludibrio ſuam dignitatem iudicans, excita iuuenum manu, tollectoq́ equitatu quàm potuit maximo, obuiã profectus eſt conflicturus cum Anilæo: & cum ad vicum quendam ex ſuis peruenisſet, ibi quieuit: quòd decreuiſſet poſtridiè Iudæos aggredi, ſabbato inſtante quod illis religioſo ocio coleretur. qua de re præmonitus Anilæus à barbaro natione Syro alterius cuiuſdam vici incola, & inter catera diligenter edoctus quo loco Mithridates celebraturus eſſet cum ſuis conuiuium: iuſſo curare corpus milite, noctu cõtra hoſtes properauit, vt inopinos opprimeret. quò delatus circa quartam vigiliam, partim ſopitos occidit, partim

Anilæus ob vxoris Idololatriam à ludęis obiurgatus quendã confodit.

Anilæus apud Aſinæũ fratre accuſatur, qui primũ conuiuet, deinde dum eum reprehendit, Anilæi vxor veneno eum tollit.

Anilæus in Mithridatis vicos cum exercitu impetũ facit, eũq; noctu opprimit, & captũ ſecũ abducit.

partim attonitos fuga coëgit ſalutem quarere. Mithridatem etiam viuum captum ſecum abduxit, nudum ſuper aſinũ impoſitum, qua apud Parthos grauiſſima habetur contumelia. quem cum ſic ad ſyluam quandam perduxiſſet, hortantibus amicis, vt illum interficeret, ipſi diuerſum viſum eſt, neganti occidendum virũ genere apud Parthos præcipuum, & honoratum affinitate regia. præteritas enim iniurias poſſe impetrare veniã. quamuis enim offenſus ſit Mithridates, habiturũ tamen pro conceſſa incolumitate gratiã. quòd ſi grauius in eum conſulant, non quieturum Regem, *niſi magnis cadibus in Iudæos Babylone degentes vindicet: quibus parcendum eſſe propter coniunctionem ſanguinis, & vt ad illos ſibi pateat refugium, ſi qua clades accidat, vt ſunt belli viciſſitudines. eam ſententiam approbauit multitudo cætera, atq; ita Mithridates dimittitur. qui domum reuerſus ab vxore exceptus eſt conuicio, quòd Regis gener poſt acceptas à Iudæis tot tam inſignes iniurias, nunc captiuus etiam vitam eis debere ſuſtineret precariam. Aut igitur, inquit, priſtinam virtutem recipe, aut Deos teſtor, quibus curæ eſt Regum dignitas, me tua conditione non vſuram poſtea. ille partim non ferens quotidianum opprobrium, partim timens mulieris elatum animum ne diuortium faceret, inuitus quidem, coëgit tamen quantas potuit copias, indignum ſeipſe vita exiſtimans, ſi homo Parthus Iudæis victoriã cederet. Anilæus verò vbi cognouit aduentare illum cum valido exercitu, turpe ducens continere ſe intra paluſtria, & ſperans fortunã contra hoſtes priori ſimilem, fretusq; milite iam aſſueto vincere, & ipſe contrà eduxit copias: cui præter veteranos multi tum etiam prædæ cupidine ſe adiunxerant, rati profligandum hoſtem quamprimum in conſpectum venerit. progreſſos autem meridiano tempore per regionem inaquoſam ad nonaginta ſtadia Mithridates adoritur, æſtu & ſiti laboreq; itineris adeò feſſos, vt arma ægrè ſuſtinerent, ipſe recentibus viribus: confeſtimq; in fugam verſis tanta cædes ſecuta eſt, vt multa virorum millia caderent. Anilæus autem ſtipatus globo iuuenum effuſiſſima fuga ſe in quandã ſyluam recepit, relicta Mithridati latiſſima victoria. Verum ad Anilæum breui confluxit magna multitudo perditorum hominũ, qui licentiam pluris quàm propriam ſalutem facerent: itaq; detrimentum quod acceperat in prælio, ſuppletum eſt duntaxat numero. neq; enim conferendi erant cum his qui ceciderãt, eò quòd eſſent rudes militiæ. Duxit tamen eos contra Babyloniorum caſtella, lateq; vaſtabat omnia. Tum Babylonij reliquiq; hoſtes miſerunt Neerdam ad Iudæos, qui Anilæum depoſcerent ad ſupplicium. quod cum non impetrarent: neq; enim illis integrum erat hominem dedere: ad pacem eos inuitauerunt. quibus tractationem de conditionibus pacis admittentibus, miſſi ſunt tam ab illis quàm à Babylonijs legati ad Anilæum. tum Babylonij perluſtrato diligenter loco in quo ſe ille continebat, clam noctu irruunt in ſopitos & grauatos crapula: & impunè quotquot adepti ſunt interficiunt, & ipſum Anilæum inter cæteros. Tum verò hoc metu exoneratus Babylonis populus, qui antehac non auſus erat odium effundere in noſtros homines, cum quibus illi propter diuerſos ritus perpetuum eſt diſſidium, nunc his nunc illis prævalentibus: ſublato inquam Anilæi ſodalitio, in Iudæos vndique coortus eſt. Itaque non ferentes eorum violentiam, & ſentientes ſe ad confligendum impares, nolentes cum eis habitare amplius, migrarunt Seleuciam vrbem eius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanore olim conditam. hæc commune eſt Macedonum, Græcorum, & Syrorum domicilium*

An. mũdi 4003. A nato Chriſto 41.

Mithridatem Anilęus dimittit.

Mithridates ab vxore, vt Anilæum bello impetat, accuſatus.

Anilæus à Mithridate fugatus.

Ad Anilæum ingens perditorum hominũ multitudo confluit, qui Babylonios inuadunt.

Anilæum Babylonij ad ſupplicium depoſcunt, qui oppreſſus interficitur.

Iudæi à Babylonijs afflicti Seleuciã migrant.

An.mũdi4003. A nato Christo 41.

domicilium. eò postquam confugerunt Iudæi, per quinquennium nulla affecti sunt iniuria. sexto autem anno peste apud Babylonem grassante, denuò inde migratum est, quam multitudinem excipiente Seleucia, secuta est Judæos maior calamitas ex huiusmodi causa. in hac vrbe semper Græcis malè cum Syris conuenit, Græcorum tamen factione præponderante. quò postquàm à Iudæis migratum est, eorum fauore conditio Syrorum cœpit esse potior, aucta viris bellicosis & periculorum contemptoribus. quare Græci succumbentes, & videntes se non posse recuperare dignitatem pristinam manente Judæorum & Syrorum consensu, suos quisque familiares Syros appellauerunt de pace & amicitia, id quod facilè impetratum est. nam cum vtrinque primatibus commissum esset negocium, secuta est reconciliatio, quam ita demum ratam fore placuit, si vtrique Iudæos communibus prosequerentur odijs: eosq; ex improuiso aggressi, occiderunt supra quinquaginta virorũ millia: nec vllus euasit, nisi si quem amici aut vicini seruauit misericordia. hi deinde secesserunt Ctesiphontem vrbem Græcanicam vicinam Seleucia, vbi quotannis Rex hibernare est solitus, habens ibi maiorem supellectilis partem repositam: ibiq; sedes fixerunt, tutos se rati Regia maiestatis reuerentia. Cæterum Babyloniorum ac Seleucensium terror omnes eius tractus Iudæos peruagatus est: quando quicquid erat Syrorum in illis regionibus, cum Seleucensibus conspirauit in eorum perniciem. quo factum est, vt plerique in Neerdam & Nisibim se receperint, securitatem suam reponentes in earum munitionibus, quæ alioquin etiam habitantur à viris bellicosissimis. Atque ita se tunc habuerunt res Iudæorum per Babyloniam.

Quinquaginta Iudeorum millia Seleuciæ occisi.

Iudæi seruati Ctesiphontem secedunt.

Iudæi in Neerdam & Nisibim se recipiunt.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XIX.

SVMMA CAPITVM LIBRI XIX. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Quomodo Caius à Chærea cæsus est.
II. Quomodo Claudius principatum adeptus sit.
III. Dissidium inter Senatum & plebem.
IIII. Quomodo Claudius Agrippæ paternũ regnũ reddidit, & edicta eius in Iudæorũ gratiam.
V. Agrippæ in Iudæam reditus.
VI. Epistola Petronij ad Doritas pro Iudæis scripta.
VII. Gesta Agrippæ vsque ad ipsius obitum.

CAP. I.

Quomodo Caius à Chærea cæsus est.

An.mũdi 4004. A nato Christo 42.
Hegio & Ruffinus Cap. I.

Caij in Iudæos tyrannis.

Caij in Senatores ac patricios sæuitia.

CAIVS porrò non in solos Judæos Hierosolymis & in vicinis regionibus degentes debacchatus est, sed terra mariq; quàm latè Romanum patet imperium, quod maioribus repleuit calamitatibus, quàm quæ vnquam veterum monumentis sunt prodita. Sed maximè Roma ipsa eius sæuitiam experta est, nihilo hac parte meliori conditione quàm vrbes cæteræ, præsertim Senatores ac patricij cæteraq; nobilitas: innumerisq; iniurijs vexabantur qui vocantur

vocantur equites, opibus & dignitate ſenatoribus proximi, vtpote ex quorum ordine ſenatorum habeatur delectus: hi enim ignominijs afficiebantur & exilijs cadibusq́ & confiſcationibus, qua tum ferè cadis accedebant pramium. Se verò pro Deo gerebat, non contentus humanis honoribus coli à ſubditis, & Capitoliũ frequentans templorum omnium in vrbe celeberrimum, Iouem eius præſidem appellatione fratris ſalutare auſus eſt. Alijs quoq́ operibus ſuam declarabat inſaniam, quando à Puteolis vrbe Campaniæ ad Miſenum alterum maritimũ oppidum grauatus triremi traijcere, & alioqui ad ſuam dominationem pertinere exiſtimans, ſi à mari eadem quæ à terra obſequia exigeret, ab vno promontorio ad alterum ponte iuncto medio ſinus ſpacio, curru vltro citroq́ vectatus eſt: id enim demum iter dignum eſſe maieſtate ſui numinis. Templorum etiam Græcanicorum nullum inſpoliatum reliquit, & omnes inſignis artificij tabulas atque ſtatuas edicto ad ſe comportari imperauit, quicquid vbique terrarũ pulchri eſſet, in pulcherrimo loco, hoc eſt, Romana vrbe ſpectari debere dictitans. his ſpolijs palatium ſuum, & hortos exornauit, aliosq́ ſuos ſeceſſus per Italiam. ad hæc Iouem, qui à loco, in quo vniuerſis Græcis colitur, cognominatur Olympius, opus Phidiæ Athenienſis ſtatuarij, auſus eſt iubere in Vrbem transferri: quod tamen factum non eſt, architectis apud Memmium Regulum, cui demandatum erat hoc negocium, negantibus loco moueri poſſe illæſum ſimulacrum & abſque vitio. aiunt etiam prodigijs fidem excedentibus Memmium vetitum, diſtuliſſe imperata facere: quæ ipſe inſeruit excuſantibus ceſſationem ſuam literis. cumq́ capite luendum eſſet neglectum mandatum, interitus Caij hominem exemit periculo. Eò denique inſania prouectus eſt, vt natam ſibi filiam in Capitolium delatam, in ſimulacri genua deponeret, quaſi communem ſibi cum Ioue prolem, in medio ſe relinquere dicens iudicium, vtra maiore parente ſit genita. atque hæc agentem tolerabant tamen homines. Permiſit etiam ſeruis licentiam deferendi ſuos dominos qualicunq́ crimine: quod eo grauius erat, quia ex ipſius Cæſaris autoritate, & in eius gratiã gerebantur omnia: adeò vt Claudium auſus ſit Pollux mancipium ipſius reum facere: & Caius ſuſtinuit inter iudices audire patruum dicentem cauſam capitis, ſperans ſumpturum ſe de illo ſupplicium: quod tamen ei non licuit. Itaq́ cum totum ſuæ ditionis orbem repleſſet ſycophantijs, & ſeruos erexiſſet contra dominos, paſſim illi tendebantur inſidiæ, alios ira ſtimulante ad vindictam acceptæ iniuriæ, alijs ipſius cæde imminentem ſibi perniciem præcauere volentibus. Certè ius publicum, niſi illo ſublato ſaluum manere non potuit, præcipuè noſtra gens eius cæde erepta eſt ex ipſis interitus faucibus. quapropter libet mihi accuratè denarrare totum negocium, vel ideò vt argumentum ſit diuinæ potentiæ, quod & in aduerſis ſoletur homines, & modeſtiæ fortunatos admoneat, ne opinione duturnæ felicitatis falſi, neglecta virtute in perpetuam corruant miſeriam. Tres in illius necem conſpirationes factæ ſunt, quarum ſingulæ autores habebant viros fortiſſimos. nam Æmilius Regulus à Corduba Hiſpaniæ ciuitate oriundus manum coniuratorum circa ſe habebat, quorum opera illum tolleret. alterius Caſſius Chærea tribunus erat caput. Annius quoque Minucianus non paucos ad opprimendum tyrannum conciuerat. His Caius inuiſus erat, Regulo quidem quòd is natura omnem iniquitatem oderat. erat enim magnanimus, & liberali ingenio præditus, ita vt non diſſimularet ſua

An. mũdi 4004 A nato Chriſto 42.

Caius Iouis fratrem ſe appellat.

Caius templorũ Græcanicorum nullũ inſpoliatum reliquit.

Iouem Olympium Caius Memmiũ Regulum Romã tranſferre iubet.

Caius Ioui ſe comparat.

Caius licentiã ſeruis deferendi ſuos dominos permittit, & Pollux Claudium reum facere audet.

Caio paſſim inſidiæ ſtructæ.

Tres in Caij necem conſpirationes factæ. Aemilius Regulus.

Caſſius Chærea. Annius Minutianus.

An. mūdi 4004
A nato Christo 42.

consilia: quæ cum multis communicauit, vel amicis, vel alioqui viris strenuis. Minucianus verò partim Lepidum vlciscendi cupidine, quem illi amicissimũ & ciuem cum primis egregium Caius occiderat: partim metu, quòd videret eius odia semper esse exosis capitalia, decreuit illum ferro inuadere. Chæreas nõ ferebat exprobratam sibi à Caio mollitiem, & alioqui quotidiana pericula quibus propter familiaritatem eius erat expositus, optimè se putabat nece ipsius euasurum. Commune autem omnium illorum erat propositũ, superbæ ac impotenti eius dominationi finem imponere. spes enim erat successurum negocium, & re bene gesta seruandam ope sua rempublicam, cuius saluti honestum esse vel vitam impendere. Sed Chæreas fuit feruentior cæteris, tum cupiditate parandi sibi clari nominis, tum quòd propter tribunatum faciliorem accessum habebat ad perpetrandum facinus. interim Circenses ludi agebãtur, quibus impendio delectatur Romanus populus, & alacriter in circum concurrens, quicquid desiderat ab imperatoribus flagitat, & illi postulatis eius perlibenter indulgent. tum quoque contentione magna rogabant, vt tributorum ac vectigalium releuaret onera. ille non ferens eorum vociferationes, dimissis militibus iubet clamatores illos passim correptos duci ad supplicium: multiq; hoc pacto capite plexi sunt. idq; tulit populus, & cessauit à clamoribus, exemplo doctus maiorem vitæ rationem habendam quàm pecuniæ, quòd viderent pro importuno eius studio multis repræsentatum interitum. Hæc magis etiam Chæream incitauerunt ad aggrediendum facinus, & compescendam immanem Caÿ ferociam. Et sæpè quidem epulantem inuadere decreuerat, certis tamen rationibus id distulit: non quòd dubius esset propositi, sed quia captabatur occasio commodior, vt non irrito conatu rem ad effectum deduceret. iam autem non modicum tempus exegerat in prætoriana militia. tum verò exactionibus præpositus, & debitis in fiscum redigendis, quorum quædam dilatione solutionis conduplicata fuerant: dum in exigendo terit tempus, & afflicta fortuna hominum miseratione exsequitur mandata negligentius, conciuit in se iram Cæsaris, non sine probro effœminati ac segnis animi. nec hoc contentus, quoties ille redeuntibus vicibus signum à se peteret, fœmineum aliquod & probrosum dabat vocabulum. atque hæc faciebat, cum ipsum non puderet in quibusdam à se institutis sacris vti amictu muliebri, Cincinnisq; & alio ornatu quo sexum mentiretur: & post hæc audebat exprobrare Chæreæ turpitudinem. qui & quoties talia signa acciperet ferebat indignissimè, & magis etiam cum rideretur tradens ea militibus, essetq; cæteris tribunis ludibrio. nam allaturo eo signum à Cæsare, prædicebant fore vt afferret tale aliquod ludicrum. quapropter ausus est sibi aliquot adsciscere, iustã iræ causam præferens. in his erat Popedius vir ordinis senatorij, omnibus ferè perfunctus honoribus, alioquin Epicureus & tum sectator ocij. hunc detulerat inimicus eius Timidius, quòd in Caium iecisset conuicia: & testem adhibebat Quintiliam mimam, propter formam adamatam cùm alijs multis tum Popedio. quæ cum nollet amatorem suum falso, vt erat, testimonio grauare in causa capitis, Timidius vrgebat tormentis eam subijci. Tum Caius exasperatus Chæream iubet sine mora torquere Quintiliam, ideo potissimũ ei solitus cædes & quæstiones iniungere, quòd putaret hæc executurum inclementius, quò mollitiæ notam effugeret. Quintilia porrò cum torquenda duceretur, conscíorum cuiusdam obiter pedem

Circenses ludi.

Caius multos tributorum ac vectigaliũ releuationem petentes capite plectit.

Chæreas multis ex causis in Caium incitatus.

Popedius apud Cæsarem à Timidio delatus.

Quintiliã Caius torquere iubet, quæ nihil fatetur, sed muneribus affecta Popedius absoluitur.

pedem calcauit, innuens vt bono esset animo, néve ad tormenta ipsius expaueſceret: se enim ea perlaturam obfirmato animo. itaque crudeliter eam examinauit Chærea, non sponte, sed necessitate coactus. cumq; illa perduraret, duxit eam in Caij conspectum, affectam modis miserabilibus. Cuius miseratione indignè lacerata imperator nonnihil flexus, Popediũ absoluit, & pecunijs solatus est mulieris calamitatem, quã fortiter aquè ac feliciter tolerauerat. Id verò indigniſsimè tulit Chærea, sic traduci putans suam sauitiam, quasi tam immodicam, vt ipsum Caium remedium eius adhibere oporteat. quamobrem sic Clementem & Papinium alloquitur, quorum hic & ipse tribunus erat, ille prefectus vrbanarum cohortium. Nos quidem Clemens in tuendo imperatore nunquam officio nostro defuimus. nam nostra opera & industria coniuratorum alij necati sunt, alij tormentis intantum lacerati, vt ipsi visi sint miserabiles. Sed haccine sunt nostræ militiæ munia? Tacente ad hac Clemente, sed vultus rubore pudorem fatente ministeriorũ talium, caterum vrbis non auso sugillare insaniã Cæsaris, Chærea iam confidentius commemorare cœpit calamitates vrbis & imperij. harum, inquit, causa vulgi sermonibus in Caium refertur: sed si rei disquiratur veritas, ego mi Clemens, & hic Papinius, & ante nos tu Romanis imò toti humano generi horum malorum causa sumus, qui mandata eius exsequimur: & cum finem imponere possimus eius tum in ciues, tum in reliquos subditos debacchationibus, per tam fœda ministeria facti sumus ex militibus satellites ac carnifices, non pro libertate Romanorum, aut imperio gestantes arma, sed pro eius incolumitate, qui eorum tàm animos, quàm corpora, in seruitutem redigit, contaminantesq; nos quotidiè cruore casorum & atrociſsimis quæstionibus, donec ipsius iussu ab alijs parimodo tractabimur. non enim hoc modo cariores ei reddimur, sed suspectiores potius: & alioqui assuetus cadibus, quas libidine moderatur non iudicio, nequaquam conquiescet prius quàm nos quoq; cateris adijciat: nimirum iam destinatos exitio, nisi maturè prospicimus & communi libertati, & nostrismet periculis. Clemens autem etsi approbaret Chærea sententiam, tacere tamen eum iussit, ne sparsis in plures his sermonibus, & euulgato ante effectum consilio, raperentur ad supplicium. exspectandam esse optabilem occasionem, fortuitò alicundè offerendam. sibi quidem ob ingraueſcentem iam ætatem non satis esse animi: & habere se tutiora consilia: nam honestiora ne cogitari quidem posse. His dictis Clemens domum se recepit, secum agitans, quæ audierat, quæq; ipse dixerat. Chæreas autem nonnihil timere incipiens, ad Cornelium Sabinum & ipsum tribunum properat, quem virum quod non contemnendũ nosset libertatisq; amatorem eximiũ, & ferentem agrè præsentem statum reipublicæ, expeditum aliquod ab eo exspectans consilium, decreuit ei rem proponere, sollicitus etiam ne per Clementem res proderetur, & omnem moram periculosam existimans in tanto negocio. hunc postquam libenter id accipere intellexit, vt qui iam antè parimodo animatus, ideo tantum hactenus siluerat, quòd cum nemine auderet communicare suam sententiam: tunc verò opem etiam polliceri non modo silentium, magis etiam confirmatus est in proposito. itaque rati nõ amplius cunctandum, ambo ad Minucianum se conferunt, magnitudine animi ipsis similem, & eodem accensum virtutis studio, Caio verò suspectum propter necem Lepidi, hominis Minuciano coniunctiſsimi, & insuper communi obnoxium periculo. omnibus enim honoratis Caius erat terribilis, præ cateris in tales

An. mũdi 4004 A nato Christo 42.

Chæreas Clementem & Papinium alloquitur.

Cornelius Sabinus.

Annius Minucianus.

An.mũdi4004 A nato Christo 42.

ſauire ſolitus: & iam antè ſignificationem aliquam inter ſe dederant, qua tum agebantur iniquo ſe ferre animo. quamuis enim metus periculi non ſineret eos manifeſtè proferre odium quo Caium proſequerentur, tamen occultus quidam eius rei ſenſus mutuam inter illos beneuolentiam conciliauerat. Et quoniã Minucianus dignitate præſtabat, homo cum primis ciuium nobilis, omnemq; laudem meritus, ſoliti etiam anteà plurimum illi deferre, in eo quoque congreſſu poſtulabant, vt ipſe initium ſermonum faceret. ille rogauit Chæream, quod nam ſignum ea die ab imperatore accepiſſet. vulgatũ enim iam erat per vrbem, quomodo ei ſoleret dãdis ſignis illudere. ibi Chæreas, cupidè arrepta occaſione, fretus Minuciani fide, at tu mihi, inquit, libertatem ſignum da: cui gratias habeo, quòd me vltro properantem excitas, neque mihi ampliori adhortatione opus eſt, ſiquidem tibi quoque idem placere video, & priuſquam conueniremus iam antè conſenſimus. gladius hic quo accinctus ſum, ambobus ſufficiet. quare age aggrediamur opus te autore, equidem volens ac libens ſequar quocunq; iuſſeris, adiutus tua prudentia. nec te debet tardare ferri inopia, dum animus tanto facinore dignus ſupereſt, à quo etiam ferrum ſolet efficaciã ſumere. ipſe certè totus feror in hoc negocium, ſecurus quid mihi poſt eueniat: quandoquidem nec libet nec vacat de me priuatim diſpicere in publica ſeruitute patriæ, ſublatis legibus, & omnib. imminente à Caio pernicie. & dignus ſum opinor vel te iudice cui credatur hoc miniſterium, quando & tibi eadem probari video. Tum Minucianus ſic animatũ ſentiens, complexus hominem collaudatũ hortatus eſt, vt pergeret, apprecatus vt ſuperi conatus eius ratos habeant: atq; ita mutuum confirmati diuerſi abeunt. Ferunt hoc conſilium quodam omine fuiſſe firmatum. Nam ingrediente curiam Charea, vox cuiuſdam è turba audita eſt, iubens eum Dijs iuuantibus deſtinata perficere. & primo ſuſpicatus eſt rem ab aliquo è coniuratis proditam: deinde intellexit incitari ſe, aut à quopiam conſcio, aut voce Dei, cui curæ ſunt res mortalium. iamq; multi participes inſidiarum armati aderant & ſenatores & equites, ſimulq; militum quotquot erant conſcij. nemo enim erat, qui non putaret necem Caij pertinere ad ſalutem publicam, & ideo pro ſe quiſque dabant operam, ne quis in hoc facinore cæteris virtute cederet, cunctis tam verbis quàm opere in exitium tyranni conſpirantibus. Nam & Calliſtus his ſe adiunxit Caij libertus: qui vnus plurimum apud eum poterat, ſocius quodãmodo tyrannidis, & formidatus omnibus, abundansq; pecunijs quas ex munerum corruptelis parauerat: vtebaturq; immodicè hac potentia, ſuſpectum nihilominus habens principem, cuius ingenium norat implacabile, & in ſemel deſtinatis pertinax. ipſi autem inter alias periculi cauſas hæc erat non poſtrema, quòd eſſet pecunioſus nimium. quare ad Claudium clam deſciſcebat, colens eum, quòd ſperaret ſucceſſurum in imperium, & iam tum obſequijs captans eius gratiam, quò tandem apud illum quoque eſſet in precio. nam & iactauit apud eum, iuſſum ſe, vt veneno ipſum tolleret, & hactenus ſemper commentum differendi cauſas innumeras. Videtur autem mihi hoc finxiſſe in gratiam Claudij. nec enim ille ſi patruum necare voluiſſet, tuliſſet excuſationes Calliſti: & liberto ceſſanti imperata facere mox repræſentatum fuiſſet meritum præmium. Claudius tamen, qui diuino quodam fauore Caij furorem euaſit, gratiam Calliſto perſuaſus habuit pro nunquam accepto beneficio. Cæterum Chæreæ conatus differebantur indies conſciorum quorundam

Chæreas cũ alijs quibuſdam Caium tollere ſtatuit.

Calliſtus, Caij libertus, Claudio à Caio ſe vt ipſum veneno tolleret iuſſum, ſignificat.

Chæreas occaſionem aggrediendi Caium expectat.

rundam ſegnicie. nam ipſe inuitus cunctabatur, omne tempus patrando huic facinori opportunum iudicans. etenim aggrediendi aſcendentẽ in Capitolium ad mactandas pro filia ſalute victimas ſæpè dabatur occaſio: vel præcipitandi in forum è faſtigio baſilicæ, nummos inde aureos & argenteos ſpargentem populo: vel opprimendi celebrantem arcana ſacra quæ ipſe inſtituerat. nam ipſe Caius incautus erat propter ſecuritatem, licet verſaretur inter continuè præparatos ad inſidias. Itaq; inter ſuos iactabat Chærea, ſi putarent illum à dijs ſeruari, ſibi vni & animum eſſe & facultatem vel abſq; ferro conficiendi hominem: adeò infenſus erat coniuratis, timens ne elaberetur occaſio. at illi videbant quidem eum pro communi libertate ſolicitum, poſtulabant tamen paulliſper differri negocium, ne, ſi parum ſuccederet, turbaretur tota ciuitas, & factis inquiſitionibus præcluderetur viris fortibus ad opprimendum tyrannum aditus. ſatius igitur eſſe dum ludi aguntur in palatio adoriri facinus. hi celebrantur in honorem Cæſaris, qui primus dominationem à populo in ſe tranſtulit. & exſtructa ante regiam ſcena, conueniunt eò ſpectatum Romanorum nobiles vnà cum vxoribus ac liberis, præſente etiam Principe. ibi concluſis tãm multis millibus intra modicum ſpatium, conatum facilè ſucceſſurum, non valentibus etiamſi velint ſuccurrere protectoribus domeſticis. Aſſenſit Chæreas, decretumq; eſt primo ludorum die rem aggredi: ſed plus fortuna potuit quàm conſilium, ita vt vix tertio ſtatuta peregerint, qui fuit ludorum dies vltimus. tum Chæreas ſocijs conuocatis: multum, inquit, elapſum eſt temporis quod nobis ſegniciem exprobrat in honeſtis conſilijs: quæ verendum eſt ne prodita in nihilum recidant, & Caius exaſperatus magis etiam ſæuiat. An non videtis quòd ad hunc modum nihil aliud ſit quàm libertatis detrimentum & tyrannidis acceſſio? cum debeamus nobis primùm ſecuritatem parare, deinde alijs perpetuam felicitatem, vnde ad nos & gloria maxima reditura ſit. illis verò tam honeſto propoſito non contradicentibus, cunctantibus tamen adhuc & per ſtuporem ſilentibus: quid, inquit, boni viri differimus? an neſcitis hunc eſſe ſpectaculorum diem vltimum, poſt quæ peracta Caium eſſe nauigaturum? Decreuit enim nauigare Alexandriam Ægypti viſendæ gratia. pulchrum verò fuerit ſi emittamus è manibus hoc propudium hominis, terra mariq; triumphaturum de Romanorum ignauia. an non ignominioſum ſit nos Ægyptio cuipiam libertatem oppreſſam non ferenti hanc gloriam cedere? ego certè deliberationes veſtras non exſpectabo amplius, ſed periculum faciam hodie, ita vt fortem virum decet, quicquid fors ferat libentius perpeſſurus, quàm vt me viuo alius laudem tyrannicidæ occupet. his dictis & ſeipſum accendit, & cæteris animum addidit, vt omnes ſine dilatione rem aggredi cuperent: moxq; palatium armatus gladio petijt, quod ita mos ſit accinctos tribunos ſignum ab imperatore petere: & fortè ea die vices petendi ad ipſum redierant. Et iam confluebat multitudo ad palatium, magno tumultu ſe inuicem pertrudendo, dum quiſque locum ſpectandi præcipere nititur, magna voluptate hanc contentionem ſpectante Caio: quòd nec ſenatoribus aſſignata eſſent loca nec equitibus, ſed promiſcuè ſedebant viri cum mulieribus, & ſerui confuſi cum ingenuis. progreſſus deinde imperator rem diuinam fecit Auguſto Cæſari, ad cuius tum honorem ludi celebrabantur: & cadente victima contigit reſpergi cruore togam Aſprenatis vnius è ſenatorum numero, quod ominoſum ei fuit, licet

An. mũdi 4005 A nato Chriſto 43.

Finale confœderatorum de Caio tollendo decretum.

Auguſto Cæſari Caius rem diuinam fecit.

Aſprenas.

An.mũdi4004 A nato Christo 42.

tum risu exceptum à Cæsare. nam & ipse in eo tumultu occisus est. Fertur Caium ea die prater naturam suam fuisse affabilem, ita vt insueta comitate omnibus fuerit miraculo. Peracto sacro cõsedit inter amicos in theatro, quod compactile instaurabatur per singulos annos hoc modo. duas habebat ianuas, alteram versus subdiualẽ aream, alterã versus porticũ, per quam actores ingrediebantur & egrediebantur, non turbato spectatorũ consessu: qua parte erat cella quedam tabulatis interscpta, vbi mimi versabãtur & Musici. cumq; iam & multitudo cætera sederet, & Charea cum reliquis tribunis non procul à Cæsare, qui dextrum theatri cornu tenebat: Batibius vir pratorius submissa voce rogauit assidentem sibi Cluuitum consularem, ecquid noui audisset. quo negante, ergo, inquit, scito instare hodie certamen tyrannicidij. tum Cluuitus, tace, inquit, bone vir, ne quis hæc Achiuorum exaudiat: alludens Homerico carmine. sparsis deinde in spectatores missilibus, quæ pomis constabant & auibus propter raritatem gratis, Caius delectabatur diripiente hæc certatim populo: moxq; duo quedam ominosa secuta sunt. Nam mimus inductus est in quo iudex deprehensus incrucẽ suffigitur: & fabula acta est Cynira, in qua & ipse & eius filia Mirra occiditur: multumq; ficticij cruoris fusum est tam circa crucifixũ, quàm circa

Theatrum.

Batibius.

Cluuitus.



Cinyram. quin & eundem diem fuisse aiunt, quo olim Philippus Amynta filius Rex Macedonum ab amico Pausania cæsus est dum theatrum introgreditur. Cæterùm Caio dubitante, permaneret ne vsq; finem spectaculi, præsertim cum dies esset vltimus: an lotus & cibo sumpto reuerteretur vt erat solitus: Minucianus supra Caium assidens, veritus ne periret occasio, iam enim Chæream egressum viderat, surrexit iturus ad confirmandum hominem. eum imperator comiter apprehendens lacinia, quó nam, inquit, bone vir. quem ille reueritus sedit denuò, sed vicit timor: & paulo post rursum surrexit: Caio non amplius retinente, quod eum putaret abire ad aliquid necessarium. Tum Asprenas etiam hortatus est Cæsarem, vt more solito lotus & pransus tum demum reuerteretur: cupiebat enim vt conscius quod statutum erat peragi. Et iam Charea coniuratos disposuerat, vt suo quisq; loco nauaret operam: agreq; moras ferebant,

ferebant, quòd iam esset hora nona diei: & Chæreas volebat in theatrum reuerti, atq; in sedentem irruere. quamuis enim intelligeret id sine multa equitum qui aderant ac senatorum cæde non posse fieri, existimabat tamen eam benè rependi libertate publica. iamq; tendebat in theatrum, cum subito strepitu significatur surrexisse Cæsarem. Tum coniurati turbam dimouent, quasi Caio hoc volenti: re autem vera captantes solitudinem quò facilius possent eadem perficere. præcedebant autem eum Claudius patruus, & M. Minucianus sororis eius maritus, & Valerius Asiaticus, quos dimoueri vetabat sua dignitas. eos ipse sequebatur cum Paulo Aruntio. mox vbi regiam ingressi sunt, relicta recta via per quam eum præstolabantur seruorum ministeria, & quà Claudius cum alijs præcesserat, deflexit ad infrequentem quandam cryptam ducentem ad balineas, pueros etiam eo loco visurus qui venerant ex Asia, partim ad concinnandos hymnos sacrorum domesticorum, partim ad saltandam pyrrichen in theatro. ibi occurrens ei Chæreas signum postulat. & illo probrosum quiddam dante, conuicio simul ac ferro eum adortus ferit grauiter, non tamen lethali vulnere: quod quidem data opera factum putant, vt multis ictibus consauciatus periret cruciabilius: mihi non fit verisimile, quia tale facinus non admittit lenta consilia. quòd si hoc animo id fecit Chæreas, videtur mihi fuisse omniũ stultissimus, qui maluerit indulgere iracundiæ, quã celeriter se ac suos eximere periculo: maximè quando non deerant qui Caio possent succurrere, nisi quamprimum exhalaret animam. alioqui videbitur se & amicos potius quã illum affligere voluisse, cum posset re benè gesta clàm se vltoribus eius subducere, non perdendo temerè tempus, vel seipsum potius. Verùm hæc quisq; vt libuerit æstimet. Caius porrò præ dolore vulneris, quod humerum inter & collum impactum ne vlterius procederet osse iugulj retentum est, neque exclamauit attonitus, neque inuocauit opem amici vllius, siue quòd nemini satis fideret, siue præ superbia: gemitu tantum edito, fuga se proripiebat vlterius. quem paratus in hoc Cornelius Sabinus impulit vt in genu procideret: moxq; circumsistentium vna vox erat, repete, atque ita confecerunt eum illatis certatim crebris ictibus. extremum autem inflixisse fertur Aquila, qui vltimum exitium illi attulit. autor autem facinoris meritò Chæreas dicendus est. quamuis enim adhibuerit socios, omnium tamen primus id concepit animo, & modum perficiendi inuenit, primusq; ausus est consilium communicare cum alijs. quod vbi probari sensit, coniuratos in vnum contraxit vsus eximia prudentia, & ad audendum accendit crebris adhortationibus: cumq; res operam posceret, hic quoque primus in eum irruit, & sua virtute cædem exorsus, trucidati cadauer proculcandum alijs præbuit. quapropter meritò quicquid & à socijs perpetratum est, ipsius prudentiæ, industriæ atque virtuti, acceptum ferendum est. Sic Caius finijt multis confossus vulneribus. Quo interfecto Chæreas cum socijs recipere se quà venerant, videbat impossibile: siue attoniti magnitudine facinoris, quòd non leue esset periculum occidisse imperatorem gratiosum apud insanam multitudinem, paratis ad vltionem militibus, siue quòd angusta erant via vbi patrata est cædes & referta famulis ac custodibus, qui omnes ea die præstò erant ad officium. proinde per aliam viam contulerunt se ad ædes Germanici, cuius filium Caium tum necauerant. hæ fuerunt contiguæ palatio: quod ita vnum erat, vt tamen excultum esset ædificijs per partes à singulis imperato-

An. mũdi 4005
A nato Christo 43.

Caius trucidatus.

Aquila Caio extremum ictum inflixit, Chæreas verò facinoris autor dicendus.

Chæreas cum socijs in Germanici ædes se recipit.

An.mũdi4004 A nato Christo 43.

imperatoribus,quorum appellationem retinebant. iamq; elapsi è turba satis tuti erant pro tempore, tantisper dum in occulto esset casus Cæsaris. primi autem Germani senserunt eius interitum, cohors satellitum ex ea gente lectorum ad Principis custodiam: homines natura iracundi, vt quiuis alij barbari, quòd plerunq; quid fiat non intelligant, robusti corpore & primos hostium impetus excipere soliti, & magnum ad victoriam momentum afferre in quamcunq; partem incubuerint. hi cognita morte Caij vehementer indoluerunt, non ipsius virtutibus rem metientes, sed suis commodis, quòd gratiosus apud illos fuerat crebris largitionibus beneuolentiam eorum sibi comparans: moxq; duce Sabino (is non sua aut maiorum virtute, vt qui gladiator fuerat, sed insigni robore ad tribunatum protectus est) strictis gladijs discurrebant per domos scrutabundi vbi nam latérent interfectores Cæsaris: & primum forte oblatum Asprenatem frustatim laceraverunt, eum cuius togam cruore victimæ respersam diximus, infausto sanè auspicio. post hunc Norbanum nacti sunt ciuem nobilissimum, & genus ducentem à multis imperatoribus: qui nihili apud furentes fieri suam dignitatem videns, homo validus extorsit gladium reluctanti ei qui primus se inuaserat: videbaturq; non inultus moriturus, ni circumdatus multorum simul obrueretur ictibus. tertius è senatoribus Anteius cum paucis mala fortuna sicut priores in Germanos incidit, pertractus eò cupidine visendi Caij cadaueris, quem vehementer oderat. eius enim patrem eodem nomine appellatum non contentus egisse in exilium, occidit postremò missis illò militibus. pascebat igitur oculos gratissimo spectaculo: verùm audito tumultu latebras quaritans, non effugit Germanorum diligentem perquisitionem, per iram sontes iuxta atq; insontes trucidantium. & illi quidem tali fato absumpti sunt. caterùm postquam in theatrum rumor de morte Caij perlatus est, plus demirationis inuenit quàm fidei. quidam enim etsi perlibenter interitum eius acciperent, quem iamdudum optauerant, præ timore tamen credere non audebant. alijs contrà ideo non libebat credere, quia verum esse nolebant, atq; etiam maius putabant, quàm vt humana virtute posset effici. hi ferè erant pueri ac fœmina atq; mancipia, tum nonnulli ex militibus: quod eius stipendia merentes simul exercerẽt tyrannidem, ministri superbia, concutientes optimum quenq; ciuium, & prædarum participes. mulieres autem & iuuentus deliniti, vt solet vulgus, spectaculis, muneribus gladiatorijs, visceration ibus, oblectamẽtisq; id genus alijs: quorum prætextus erat voluptas populi, re autem vera seruiebant crudelitati & insaniæ Principis. apud seruos item gratiosus fuerat propter licentiam contemnendi dominos, contra quos in eo paratum habebant præsidium. Facile enim erat fidem impetrare coficta calumnia, & indicata herili pecunia non libertatem solùm assequi, sed & diuitias; quòd delatoribus octaua confiscatorum bonorum esset decreta. nobilium autem etiamsi quibus credibile fieret, vel quòd aliquid præsenserant, vel quod verum esse miserè cupiebant, adeò non proferebant gaudium, vt ne audiuisse quidem se fingerent: alij ne spe frustrata prodita voluntatis pœnas luerent: insidiarum alij conscij, & tanto magis præ se ferentes ignorantiam, ne fortè suspecti his quibus expediebat tyrannum viuere, deposcerentur ad supplicium. nam & diuersus rumor sparsus est, esse quidem saucium, non tamen occisum, verùm diligenter curari à Medicis. quo factum est, vt nemo audientium declararet suum animum: aut enim amici eius erant, qui nunciabant, & hoc ipso suspecti

Germani Cæsaris satellites.

Sabinus cũ Germanis satellitibus Cæsaris interfectores quærit.

Asprenas frustatim laceratus.

Norbanus.

Anteius.

Qui homines Caij necem iniquo animo tulerint.

De morte Cæsaris rumor diuersus.

ſuſpecti quaſi fautores tyrannidis: aut contrà infenſi homini, & ideò nimis cupidè etiam falſa pro veris credita communicare cum alijs putabantur. acceſſit & alius rumor, qui maximè nobilitatis obſcurauit gaudium: eum contempto vulnerum periculo, ſic vt erat cruentatum procurriſſe in forum, atq; ibi concionari apud populum. ita illi in diuerſos affectus diſtrahebantur rumore ancipiti: non tamen loco ſe mouere auſi ſunt metu calumniæ, ſcientes non tam referre quo ipſi animo id facerent, quàm quo factum id interpretarentur delatores & iudices. Sed poſtquam Germani ſtrictis gladijs circumdedêre theatrum, nemo ſpectatorum non putabat de ſe actum, & ad cuiuſuis ingreſſum expaueſcebant quaſi iamiam contrucidandi: hærebantq; inopes conſilij, vt quibus nec manere tutum eſſet, nec egredi. tandem irrumpẽtibus militibus clamor tota theatro tolliter ſuppliciter deprecantium, & excuſantium inſidiarum ignorantiam, ſiue inſidiæ illæ fuerint ſiue quid aliud. addebant & planctus & lacrymas, deosq; innocentiæ teſtes inuocabant, & alia faciebant ac dicebant quæ eos docebat præſentaneum vitæ periculum. His flexa eſt ira militum ne quid durius in ſpectatores conſulerent: quandoquidem hoc ipſum quamuis furentibus immane videbatur, circumlata cæſorum cum aſprenate capita, & in aras depoſita, quorum aſpectu nihil miſerabilius viſum eſt ſpectatoribus, dignitatem eorum & infelicitatem reputantibus, & de ſe quoq; ſolicitis, quòd incerti eſſent etiamnum an omninò periculum euaſerint. itaq; etiam qui iuſtiſſimis odijs Caium proſequebantur, non tamen ſincerum capiebant gaudium, timentes ne auctarium eius cædis fierent, nulla certa ſpe oſtendente ſe miſeris. Tandem Aruntius homo gratioſus, qui vocalis erat vtpote præco rerum venalium, parauerat q; ſibi ex eo quæſtu diuitias ingentes cum pari potentia, theatrum ingreditur habitu quàm maximè ad luctum compoſito. quamuis enim infenſiſſimus eſſet Caio, tamen vrgente præſenti diſcrimine ad diſſimulandam lætitiam, præferens inſignia mœroris omnia quibus vti mos eſt in cariſſimorum deſiderio, nunciat eius mortem, non paſſus multitudinem diutius ignorare quæ acciderant. deinde cœpit reuocare Germanorum impetum, ſimulq; tribuni iubebant gladios recondere, ſignificantes imperatoris interitum: quæ quidem certiſſima ſalus fuit conſtipatæ in theatro multitudinis, & eorum qui quomodocunq; incidерent in Germanos: qui ſi aliquam ſpem incolumitatis illius habuiſſent, à nullo abſtinuiſſent maleficio. adeò illum diligebant, vt ſuarum animarum iactura redemptam ſalutem eius cuperent nullo reſpectu calamitatis Reipub. itaq; tum demũ cognita eius morte cohibuerunt impetum quo in vindictam ruebant, vel quòd iam non amplius erat tempus declarandæ beneuolentiæ, aut referendæ gratiæ: vel quia timebant non impunè ſibi fore tantam violentiam, ſenatu in ſe animaduerſuro ſi fortè ad eum rediret rerum regimen. Sic tandem Germanorum rabies ſedata eſt, per Caij cædem paulo antè excita. Cæterùm Chæreas qui valde timebat Minuciano, ne periret in furentes Germanos incidens, ſingulos militum prenſabat, de eo rogitans, precibusq; commendans eis ſalutem hominis: quo factũ eſt vt ille vnà cum Clemente ad eum perductus collaudarit tam egregium facinus, teſtatus id eſſe è Republica, eiq; ſenatus nomine gratias egerit, quòd nec in deliberando conſilium, nec in peragẽdo animus illi defuerit: dicens hanc eſſe naturã tyrannidis, vt elata breui voluptate ex impotentis & iniquæ dominationis licentia, infelicẽ ſortiatur vitæ exitum, vt inuiſa bonis omnibus: quod & Caio tunc accidiſſe, qui iam tum antè

An. mũdi 4005
A nato Chriſto 43.

Germani milites in theatrum veniunt.

Aruntius in theatrò imperatoris interitum nunciat.

Germanorum rabies per Caij cædem excita, ſedata.

Chæreas Minutianus & Clemens, de Cęſaris nece colloquuntur.

An. mūdi 4005 A nato Christo 43.

conſpirationem initam legum contemptu & non ferendis iniurijs etiam amiciſſimos à ſe alienauerit, à quibus nunc peremptus videatur, cum reuera ipſe ſibi exitij cauſa fuerit. Famq; & in theatro ſpectatores tumultuabundi conſurrexerant, huiuſmodi occaſione diffugiendi prabita. Arcyon medicus correptus vt curaret quoſdam ſaucios, pratextu parandorum remediorū dimiſit proximos: re autem vera vt ſeſe præſenti periculo eximerent. Interea ſenatus in curiam conuenit, populusq; in comitium confluens trucidatores Caij quærebat, & is quidem ſerio, ſenatus verò tantum in ſpeciem. cumq; Valerius Aſiaticus vir conſularis progreſſus eſſet ad tumultuantes & indignantes latere interfectores Cæſaris, multis eum rogitantibus quiſnam eſſet eius cædis autor, Vtinā ego, inquit. Conſules autem edictum propoſuerunt, in quo continebatur Caij accuſatio, iubentes vt domum redirent tàm populus quàm milites, populo quidem magnam relaxationē pollicendo, militibus verò præmia, ſi modò nihil turbarent & abſtinerent ab iniurijs. nam metus erat ne exaſperati clade aliqua ciuitatem afficerent, néue ad rapinas verterentur & ſacrilegia. iam autem totus ſenatorum ordo conuenerat, præcipuè qui cædis erant conſcij: audebantq; ſperare aliquid, quaſi ad ſe deuoluto rerum moderandarum arbitrio.

Arcyon Medicus quoſdam dimittit.

Senatus populusq; Caij trucidatores quærit.

Valerius Aſiaticus ſe Caij cædis autorem optat.

CAP. II.

Quomodo Claudius principatum adeptus ſit.

Hedio & Ruffinus Cap. 2.

IN hoc rerum ſtatu repentè Claudius domi arripitur. Conuenientes in vnum milites, & collatis de rebus gerēdis conſilijs, videbant populum non ſuffecturum tot vrgentibus negocijs ſi ad ipſum rediret rerum adminiſtratio: nec ſibi eam vtilem fore, ſi deſinerent eſſe miniſtri principatus & quodammodo ſocij. optimum igitur viſum eſt rebus adhuc turbatis Principem eligere Claudium, defuncti patruum, nemini eorum qui tum in ſenatum coiuerant nō præferendum, ſiue natalium claritatis, ſiue liberalis eruditionis habenda eſſet ratio: qui conſtitutus in rerum faſtigio præmia cuiq; pro meritis decernat. hæc ſententia ſimùl approbata eſt, & Claudius correptus à militibus: In ſenatu autem Cn. Sentius Saturninus, non neſcius Claudium raptum, & inſtare virtutis certamen, quaſi protuſus, nec tamen inuitus, intrepidè orationem dignam ingenuis & generoſis auditoribus exorſus eſt in hanc fermè ſententiam. Etſi incredibile videtur Quirites quod præter omnem ſpem nobis offertur poſt tam longum temporis ſpacium, tenemus tamen libertatem, incertum quidem quandiu manſuram, & in poteſtate deorum ſitam quorum hoc munus eſt: ſed quæ in præſens certè exhilarare nos valeat, quicunque ſequatur exitus. bonis enim viris iucundum eſt vel vnam horam liberos in libera patria viuere, veteriſq; illius & florentis Reipublicæ aliquem guſtum capere. equidem priſcæ illius libertatis nō memini, vt poſt eam ſublatam natus, præſentis ſanè ſum cupidiſſimus, & felices exiſtimo quibus datum eſt in illa naſci atq; inſtitui honeſtis ſtudijs: proximumq; poſt deos immortales honorem his viris habendum cenſeo, quorum virtute vel ſerò tandem hac ætate nobis eam deguſtare contigit: quæ felicitas vtinam perpetua propagetur ad poſteros. nam nobis vel hæc dies ſufficit, tàm iunioribus noſtrum quàm ſenioribus: his quia non omninò ignari bonorum libertatis morientur libentius: illis quia virtutis exemplum recens propoſitum eſt, quod æmulari ſit longè pulcherrimum, & non degenerare à claris maioribus. quamobrem nihil

Cn. Sentius Saturninus in Senatu orationem habet.

Libertas res preciosa.

Libertas virtute parata.

nihil nobis magis curandum est, quàm vt cum virtute viuamus, quæ sola libertatem parit suis cultoribus. mihi res veterum auditu tantum sunt cognitæ. ex his verò quæ ipsi videre licuit, satis intellexi quantum malorum in ciuitates inuehant tyrannides, virtutem omnem de medio tollentes, & opprimentes ingenuos spiritus, metum contrà atque adulationem docentes, quando non iuxta legum prudentiam, sed ad arbitratum principum administrantur omnia. Ex quo enim Julius Cæsar potestatem populi diminuit, & proculcatis legibus subuertit Rempublicam, oppresso iure seruiens suis cupiditatibus, nullum malorum genus est quo non attrita sit ciuitas, dum inter successores eius posterior quisque præcedentem studet vincere in abolendis patriæ moribus, & exhaurire vrbem generosis ciuibus: quòd existimarent hoc ad suam pertinere securitatem, si rem habeant cum deprauatis hominibus, & optimorum virorum non solùm magnanimitatem premant, sed ipsos etiam perdant non vno mortis genere: idq; cum multi iam deinceps in potestatis fastigio collocati fuerint, & singuli non ferendis grauaminibus onerauerint Rempublicam. Quorum vnus Caius qui hodie fato suo functus est, grauiora patrauit quàm cæteri, non in ciues solùm, sed & cognatos & amicos pariter immittens indomitam suam iracundiam, & iniustas pœnas eis infligens, infensus dijs simul & hominibus. Tyrannis enim non sufficit voluptatum studium & superbia, neque rapina & adulteria, sed præcipuum cõmodum ducunt, si inimicorum totas exscindant familias. pro inimicis autem habent omnes liberos, nec ad placandos eos vlla iniuriarum potentia est efficax. etenim conscij sibi quàm multis malis oppleuerint homines subditos, etiamsi illi contemptim ferant suum infortunium, ipsi tamen maleficentiæ suæ memores, ita demum securitatem sibi pollicentur, si illos possint omninò tollere. His malis leuati, & nemini nisi vobis inuicem obnoxij, id quod & præsentis concordiæ & futuræ securitatis certissimum pignus est, instaurate collapsum ciuitatis decus, & iusta cura Rempublicam in pristinam integritatem restituite. Liberum est sententias proferre de his quæ displicent, quando nullus dominus ceruicibus imminet, cui potestas sit in earum autores animaduertere. quid enim aliud nuper crescentem tyrannidem aluit, quàm istorum segnicies. qui nulli in re libidini eius refragati sunt? quietis enim voluptate victi, & assueti mancipiorum more viuere, dum honestæ morti turpem vitam præferunt, coniecerunt ciuitatem in calamitates non ferendas, quas partim audiuimus, partim vidimus. Ante omnia verò tyrãni interfectoribus honores quàm maximos decernite, Chæreæ præcipuè: qui vir dijs fauentibus tum consilio tum manu nobis libertatem peperit: cuius rationem haberi decet, vt pro adito libertatis amore periculo, à liberatis digna præmia recipiat. honestissimum enim est benefactoribus gratiam reponere, qualis & vir hic habendus est, Brutorum ac Cassiorum æmulus interfectorum Iulij Cæsaris: & hac parte anteferendus, quòd illorum opera bellis ciuilibus perturbatum est totum Romanum imperium: hic verò cæso tyranno omnibus malis ciuitatem eripuit. Hæc Sentius, senatu magna cum voluptate audiente, & quotquot equitum aderant. tum exurgens Trebellius Maximus, anulum ei detrahit, in quo lapillus erat inclusus insculptam habens Caij effigiem: quod ille tum intentus aliò non animaduerterat: statimq; ea confracta est. Et iam nox processerat, cum Chæreas signum à consulibus petijt: atq; illi libertatem dederunt. adeò autem mutatas res mirabantur, vt ipsis

An. mũdi 4005
A nato Christo 43.

Tyrannides multa mala in ciuitates inuehunt.

Iulius Cæsar.

Caius.

Adhortatio ad libertatem tuendam.

Chæreę pro facinore honos habendus.

Chæreas à Consulibus signum petit.

An. mũdi 4005
A nato Christo 43.

sibi vix satis crederent. tunc enim primùm ex quo Reipub. administratio populo est adempta, signi dandi mos ad consules rediit, penes quos ante Cæsares imperium fuit in milites. id acceptum Chæreas militibus tradidit his qui à senatu stabant, videlicet quatuor cohortes amãtiores imperij legitimi quã tyrannidis. hi mox abierunt cum suis tribunis, pauloq; post etiam populus lætus ac spei plenus, multum sibi placens ob reuersam in pristinum statum Rempub. & Chæreã nihil non tribuens. Is indignè ferens superesse vxorem Caij & filiã, mittit vnum

Chæreas Iulium Lupum, vt Caij vxorẽ & filiam interficiat, mittit.

è tribunis Julium Lupum, qui vtranq; interficiat: ideò potissimùm illi demandato hoc negocio, quòd Clementis esset cognatus, & dignus vt in partem veniret tyrannicidij, quasi totius consilij à principio conscius. non deerant tamen è coniuratis quidam, quibus crudele videretur sæuire in mulierem, quando Caius non ipsa incitante, sed suopte morem gerens ingenio ciuitatem afflixerat, & florem nobilitatis extinxerat: alij cõtrà illam potissimum malorum omnium causam asseuerabãt, à qua amatorio potionatus inciderat in insaniã, atq; ita vnam veneficam attulisse toti Romano orbi calamitates maximas. quorum sententia postremò vicit, & Lupus properauit ad hoc ministerium, ne quid moraretur publicum commodum. cumq; venisset in palatium offendit Cesoniã humi stratam iuxta mariti cadauer, inopem omnium quæ solent exhiberi mortuis, & fœdatam cruore vulnerum, afflictantem se cum iacente simul filia. nec alia vox

Cæsonia Caiũ quod vxori præmonenti non paruisset, accusat.

eius audiebatur quàm Caij accusatio, quòd amantissimæ vxori non paruisset præmonenti toties. quod quidem tum ambiguum visum est, sicut nunc quoq; duplicem interpretationem recipit: aliis sic intelligentibus, consuluisse eam vt rediret ad saniorem mentem, & in ciues sæuire desineret, moderatumq; Principem ageret, ne fortè prouocati eius crudelitate, parem ei vicem reponerent: aliis contrà, instigasse eam maritum vt sine mora coniuratos plecteret, & quamuis nihil comperti haberet quod animaduersione dignum sit, sua tamen securitati prospiceret. idq; tum exprobratum illi, quòd etiam admonitus segnior fuerit. adeò in diuersum sensum trahebantur verba mulieris. quæ dum aduenientem Lupum animaduerteret, ostenso iacentis cadauere, cum lacrymis & lamẽtis rogabat vt propius accederet: vtq; sensit cadis causa eum venisse, non magni pendentẽ verba nihil ad suum propositum facientia, confestim nudatum iugulum præbuit, miserabiliter suam conditionem deplorans, & vrgens ne differret incepta à sociis fabulæ extremum actum addere. atq; ita magno animo necem pertulit, cuius comitem habuit etiam filiam infantulam: quod mox ipse factũ renunciauit Chæreæ. Ita Caius quarto sui principatus anno finijt, vir & ante principatum

Caius vir maleficus.

maleficus, voluptatibus deditus & fautor delatorum, periculorumq; metuens atq; ea de causa sanguinarius, vnicum fructum potentiæ existimans si abuteretur ea contra immeritos, & è rapinis ac rapinis ageret: attollens se supra humanum fastigium, & diuinitatis opinionem affectans, populariq; assentatione deprauatissimus: legũ cancellos nõ secus quam virtutis impedimenta abominans, & ne intimam quidem amicitiã pili faciens, quoties ira stimularetur ad vindictam ac supplicia: osor bonorũ virorum omnium, quicquid collibuisset citra omnem contradictionem licere sibi postulans. quare ne à sororis quidem

Caius libidinosus.

germanæ stupro abstinuit, ex quo illi maxima apud ciues exorta est inuidia, propter incredibilem & multis retrò seculis inauditam libidinis licentiam. opus autem eius regale aut magnificum nullum est memorabile, aut excogitatum ad vtilita-

vtilitatem hominum, prater receptacula exſtructa circa Rhegium & Siciliam nauibus frumentarijs ex Ægypto venientibus. hoc enim citra controuerſiam maximum opus eſt & vtiliſſimum nauigantibus. ac ne id quidem abſolutũ eſt: ſed imperfectum manſit remiſſa contentione operantium. Jn cauſa fuit ſtudiũ rerũ inutilium, & quòd pecuniam in priuatas ſuas voluptates inſumere maluit, quàm in publicam magnificentiam. alioquin orator facundus, & peritus vtriuſque literatura, tàm Gracanica, quàm patria: facileq; intelligebat omnia, ad quorumuis orationes reſpondens ex tempore: & vel in maximis negocijs ſuadendi facultate praditus ſi quis alius, quam vel ingenij felicitate, vel diuturna exercitatione ſibi parauerat. ad cuius laudis amulationem magnos ſtimulos ei pater addiderat, Tiberij qui ante hunc imperauit ex fratre nepos, eximius in hoc ſtudiorum genere, à quo degenerare in hac parte erubuit, qua cateros ciues à tergo reliquerat. nec tamen ei bona inſtitutio profuit, quò minus licentiam adeptus perniciem ſibi accerſeret: in tantum ardua res eſt eos ſapere, quibus adeſt quiduis facientibus impunitas. Vſus enim honeſtiſſimis amicis à principio, quò facilius bonam opinionem ſibi pararet, tandem eos à ſe alienauit vſurpanda immodica licentia, quorũ odijs indies gliſcentibus poſtremò per inſidias eorundem oppreſſus eſt. Caterum Claudius, vt ſuprà dixi, cognito Caij caſu, & hac de cauſa perturbatione totius palatij, de ſua ſalute anxius latebat in quodam angulo, nullam periculi cauſam habens prater claritatem natalium. nam priuatam vitam agens permodeſtè ſe geſſerat, vel mediocri ſtatu contentus, literisq; ſe oblectabat Gracis maximè, omnem negociorum deuitans ſtrepitum. tum verò attonita vulgi multitudine, regia referta diſcurſantibus cum furore ac conſternatione militibus, plebe quaſi metu dominationis ſoluta vltro citroq; ruente temerè, pratoriani qui potiores habentur inter reliquos milites, conſultare cœperunt quid agendum ſit, non tam ſoliciti de nece principis, quem iure caſum exiſtimabant: quàm quomodo rebus ſuis proſpicerent, Germanis in interfectores ſæuientibus, ſuimet reſpectu magis quàm vtilitatis publica. qua omnia magis augebant trepidationem Claudij, maximè cum videret circumferri Aſprenatis & vnà cum eo caſorum capita. ſtabat enim in quodam loco gradibus aliquot acceſsibili, obſcuritate eius ſe occulẽs. ibi Gratus vnus è palatinis militibus, non valens ſatis vultum eius diſcernere prà tenebris, hominem tamen eſſe videns, qui latere cupiat, propius acceſsit, licet rogatus vt diſcederet, & tandem protractum agnouit, inclamans alios ſequentes, profectò hunc eſſe Germanicũ, dignum qui vacantem imperatoris locum occupet. Tum Claudius videns eos paratos, vt ſe rapiant, metuensq; ne iubente Caio plecteretur capite, rogabat, vt ſibi parcerent, innocentiam ſuam commemorans, & excuſans ſe inſcium rerum omnium. ad quæ Gratus ſubridens dextra prehenſum ſic alloquitur. Deſine de incolumitate eſſe ſolicitus, cum potius debeas animum ad principatum erigere, quem Dij Caio ſublato tua virtuti obtulerunt, orbem terrarum tandem reſpicientes feſſum calamitatibus. quare age maiorum tuorum ſolium recipe. moxq; attollunt eum in humeros non valentem prà metu ſimul ac gaudio pedibus inſiſtere. iam enim complures pratoriani circa Gratum verſabantur, ita vt quidam putantes Claudium rapi ad ſupplicium, miſerarentur, vt hominem innoxium, & qui totam ætatem exegiſſet in ocio, ac ſæpè ſub Caio adductus eſſet in vitæ periculum: quidam etiam dictitarent, ad cõſules pertinere de eius cauſa iudicium.

An. mũdi 4005. A nato Chriſto 43.

Caius receptacula nauibus exſtruit.

Caius orator facundus.

Hedio & Ruffinus Cap. 3.

Claudius ſe renuenti obtruditur Cæſarea dignitas.

An. mũdi 4005. A nato Christo 43.

Verum militibus magis ac magis affluentibus, & diffugiente inermi multitudine, Claudius non procedebat propter imbecillitatem corporis, quando etiam ipsius lecticarij fugerant, desperantes de salute domini quem raptim viderant. itaque cum hi soli tenerent palatium, partem vrbis, vt ferunt antiquissimam, & iam attentarent curam reipublica, maior etiam fiebat confluxus caterorum militum, Claudium libenter videntium, & magno studio conantium eum ad principatum euehere, etiam ob Germanici fratris memoriam, cuius gloria hærebat adhuc in animis hominum. ad hæc succurrebant præcipuorum senatorum cupiditates immodicæ, & quantum per eas peccatum sit ante mutatum statum reipublicæ. quem quia in pristinum restitui iudicabant impossibile, rursum non esse in rem suam videbant, si vnusquispiam citra ipsorum operam potiretur imperio, cum liceat prouecto Claudio dignam ab eo pro meritis gratiam recipere: has & alias inter se conferentes consultationes, cum alijs quoque affluentibus communicabant. cumq; idem omnibus probaretur, armatis cinctũ sublimem in castra pertulerũt, vt ibi sine impedimento reliqua peragerent. dissidium autem inter senatum & plebem inciderat: dum illi ad pristinam redire dignitatem, & inductam à tyrannis seruitutem effugere cupiunt: plebs contrà hanc felicitatem eis inuidens, & frenum eorum cupiditatibus imperatoriam potestatem esse existimans, sibiq; aduersus potentiorũ iniurias præsidium, gaudet auditis quæ Claudio contigerunt, sperans huius opera carituram se bellis ciuilibus, & alijs malis quæ olim Pompeianis temporibus ciuitatem afflixerant. Senatus porro cognito, quòd milites Claudium in castra transportauerint, lectos sui ordinis viros illò miserunt, qui eum doceant non esse per violentiam affectandum imperium: præstare vt senatui permittat curam reipublicæ, & vnus sit è senatoribus, iuxta leges prouisurus cum alijs quomodo res administrari debeant: memineritq; quàm miserè tractata sit ciuitas, vel à prioribus dominis, vel nuper Caio principe, sub quo ipse in communi fuisset periculo: neque decere, vt, qui tyrannidem in alio detestatus sit, nunc patriam sponte intemperijs eius subiiciat. quapropter si senatui pareat, & cum laude ad pristinum reuertatur ocium solitam virtutem retinens, fore vt maximis cumuletur honoribus à liberis ciuibus, & opinionem optimi viri lucrifaciat, qui non grauetur sub legibus per vices nunc præesse alijs, nunc subiici. quòd si nihil motus Caij exitu pergat in propositis, se certè obnixuros eius conatibus. nam & non contemnendam militum manum stare à suis partibus, & armorum superesse copiam seruitiorumq; multitudinem, quorum opera in promptu sit. Sed præcipuam spem esse in Deorum auxilio, qui pro recto & honesto certantes adiuuare soleant: nihil autem honestius, quàm pugnare pro libertate patria. Hæc legati Veranius & Broccus, ambo tribuni plebei: procumbentesq; ad eius genua suppliciter orabant, ne ciuitatem in bellum ciuile coniiceret. Et cum viderent eum septum magna frequentia militum, & nihil esse collatos ad hunc consules, rogabant, vt si principatum ambiret, mallet eum à senatu accipere. hoc enim æquius fore & felicius, si absque violentia, cum bona offerentium gratia habenas imperij capesseret.

Causæ milites impellentes, vt Claudium in Imperatorem eligerent.

Claudius sublimis in castra perfertur.

Dissidium inter plebem & Senatum.

Senatus Claudio suadet vt imperium delatum resignat.

Dissidium

CAP. III.

Diſſidium inter ſenatum, & plebem.

An.mũdi4005. A nato Chriſto 43.

PORRO *Claudius ſciens ſenatus arrogantiam, modeſtè legatis reſpondit pro tempore: ſed parum tutum ratus ſe in eorum fidem committere, fretus hortatibus militum operam impigram pollicentium, incitante etiam Agrippa decreuit principatum vltrò oblatũ non dimittere è manibus. Is enim poſtquã ſuæ dignitatis autorem Caium exanimem collocaſſet in lectulo, & cõpoſuiſſet, vt tum poterat, perfunctus hoc officio prodijt ad eius ſatellites, nuncians viuere quidem eum, ſed quia crucietur vulneribus, nunc ſe medicos ea de cauſa petere. Cæterum vbi cognouit raptum eſſe à militibus Claudium, agrè dimota turba ad eum peruaſit, & nactus eum turbatum, pronumq; ad cedendam poteſtatem ſenatui, confirmauit hortatus, vt magno animo in retinẽdo principatu pergeret. Iamq; vnus erat è fautoribus Claudij, cum accerſitus à ſenatu, ignarum ſe omnium ſimulans, & vnguentatus tanquam à compotatione veniens, ex ſenatoribus quæſiuit quid de Claudio factum ſit. quibus id quod verum erat reſpondentibus, & inſuper ipſius ſententiam de præſenti ſtatu poſtulantibus: ſe quidem aiebat prò ſenatus dignitate nullum recuſare periculum, ſuadere tamen, vt magis ſpectent vtilitatem reipublicæ, quàm quæ in præſens grata videantur auribus. contendentibus enim de principatu opus eſſe armis & militibus, ne imparatis in certamen deſcendentibus aliquid aduerſum accidat. illis & arma ſibi ſupereſſe dicentibus, & collaturos ſe pecuniam: nec deeſſe militem, & poſſe armari ſeruitia vocata ad pileum: ſubiunxit Rex: vtinam P. C. conatus veſter ſuccedat. non dubitabo tamen quæ in rem veſtram puto promere. ſcitis qui à Claudio ſtant veteranos eſſe & rei militaris longo vſu peritiſſimos: pro nobis autem erit mancipiorum præter omnem opinionem liberatorum colluuies intractabilis, quos ne gladium quidem ſatis ſcientes ſtringere, opponemus viris exercitatiſſimis. quamobrem mihi placet mitti ad Cladium qui ei deponere principatum ſuadeant, & ad eam legationem meipſum offero. hæc vbi perſuaſit cum alijs aliquot mittitur, & Claudio ſeorſum trepidationem ſenatus indicat: autorq; fuit, vt reſponderet, ſicut decet ad ſummam poteſtatem euectum principem.*

Claudius Principatũ vltrò oblatum deponere recuſat.

Hedio & Ruffinus Cap. 4. Alias Cap. 3.

Claudius in propoſito ſuo ab Agrippa cõfirmatur.

Agrippa ſenatui ſuã ſententiam exponit.

Agrippa cum alijs aliquot ad Claudiũ mittitur.

Reſpondit igitur, mirum non videri quòd ſenatus agrè ferat ſubeſſe vnius arbitrio, expertus aliquot principum ſæuitiam. nunc verò deguſtaturũ eum etiam æquam ac moderatã dominationem, quæ nomen quidem principatus habeat, ſed re vera omnia gerat de communi ſententia. quare non eſſe cur de eius fide dubitent, quem in varia temporũ conditione nunquam ab honeſto diſceſſiſſe ſuis ipſis oculis viderint. cum his mandatis legati dimiſſi ſunt: moxq; concionem apud prætorianos habuit, ſacramento adactos, vt in fide maneant, viritimq; diuiſit quina drachmarum millia. ſub diluculum autem Coſs. ſenatum vocauerunt in capitolini Iouis ædem: quorum alij delituerunt in vrbe, ne irent: alij rus maturè ſunt profecti, prævidentes quó nã res euaſura eſſet, optantesq; tutam ſeruitutem cum ocio potius, quàm ancipitem aleam reparandæ dignitatis priſtinæ. conuenerunt tamen centum non amplius, quibus conſultantibus de præſenti negocio, repente clamor militum pro foribus ſtantium tollitur, vnum imperatorem à ſenatu creari poſtulantium, ne quod detrimentũ patiatur imperiũ communicatum pluribus. & ſuam quidem ſententiã proferebant de vni alicui cõmittendo imperio

Claudij ad Legatos reſponſio.

Sacramentum militare.

Milites vnum Imperatorẽ à Senatu creari poſtulant.

An. mũdi 4005. A nato Christo 43.

imperio, in illorum autem potestate sinebant delectum eius qui videretur principatu dignior: quod senatui valde incommodum accidit, in locum speratæ libertatis succedente metu à Claudio. nec tamen deerant qui affectarent rerum

Quidam rerum fastigium affectant.

fastigium, propter nobilitatem generis, affinitatemq; coniunctã cum Cæsaribus. nam M. Minucianus vir cum primis clarus, & in matrimonio habens sororem Caij Juliam, seipsum offerebat, consulibus aliam ex alia causationem nectentibus. Valerium etiam Asiaticum alter Minucianus interfector Caij cohibuit, fuissetq; cades quanta vix vnquam aliàs edita, si quis permissus fuisset cum Claudio de principatu contendere. præsto enim erat gladiatorum non contemnendus numerus, & cohortes vigilum, cum magna manu remigum vltro confluentium. quapropter multi metu ab ambiendo sunt deterriti, quòd vel sibi ipsis timerent, vel populo. Deinde appetente iam die Chæreas cum socijs aderant allocuturi milites: quos illi cum viderent manu silentium innuere, concionari non passi sunt, omnibus vnũ imperatorem idq; sine dilatione poscentibus. Tum verò minimè senatus poterat expedire constitutionem reipublicæ, militibus autoritatem eius contemnentibus, & interfectoribus Caij ampliſsimum ordinem militari insolentiæ cedere non patientibus. Tandem Chæreas nõ continens iram quòd imperatorem peterent, daturum se ait, si quis signum afferret ab Eutycho. is erat auriga Prasinus Caio dilectiſsimus, cuius equitio stabulis exstruendis ille viles operas exegerat à militibus: idq; tum eo dicto exprobrabat eis Chæreas, multaq; alia, allaturum se Claudij caput minitans. indignum enim esse si post insanum stulto principatum committant. At illi verbis eius nil moti, strictis gladijs & sublatis signis tendebant ad Claudium, adiuncturi se his qui iam

Milites sublatis signis ad Claudiũ tendunt.

sacramento ipsius se obligauerant. ita senatus desertus est à suis propugnatoribus, & consules fermè in priuatorum redacti ordinem, mœstitia stuporeq; occupatis omnibus, nec scientibus quid nam agendum post irritatum in se Claudium. iamq; pœnitentes alius in alium iactabant conuicia. Tum Sabinus è tyrannicidis vnus in medium progressus, citius se eos omnes contrucidaturum ait, quàm passurum, vt se inspectante imperiũ committatur Claudio, & adsciscatur vltronea seruitus: simulq; Chæreã obiurgabat, quòd cum primus contempsisset Caium, nunc metu mortis videatur publicã libertatem prodere, quasi verò sine hac vlla voluptas vitæ possit esse viris fortibus. ille contrà hac amissa sibi certum ait mortis propositum, velle tamen prius tentare mentem Claudij. Interim in castris multi senatorum per confertos milites enitebantur ad officium exhibendũ Clau-

Sabinius citius se cõtrucidaturũ omnes, quàm passurum, vt imperiũ cõmittatur Claudio, ait.

dio, & inter cæteros alter Consul Q. Pompeius, eò magis inuisus militibus, quòd senatum ad libertatem hortatus fuerat. quamobrem strictis eum inuadentes gladijs perpetrassent cædem, nisi fuissent à Claudio cohibiti, qui ereptum periculo assidere iussit suo lateri. sed non idem honor habitus est reliquis senatoribus qui cum eo simul venerant: aliquot enim etiam plagas acceperunt, repulsi dum illum salutare properant: Aponius verò discessit saucius, & eorum nemo nõ periclitatus est. Rex Agrippa etiam autor fuit Claudio, vt mitius se erga senatores gereret: his enim sublatis non habiturum quibus imperet. Cui ille libenter

Q. Pompeius Consul cum alijs quibusdam ad Claudium peruenit.

Claudio Agrippa, vt mitius se erga senatores gereret, suadet.

paruit, iussitq; eos conuenire in palatium, quò ipse per mediam vrbem lectica delatus est, deducentibus militibus non sine vexatione plebeiæ multitudinis. è tyrannicidis autem Chæreas & Sabinus conspicui processerãt in publicum contra edictum Pollionis, quem Claudius paulo antè Prætorianis præfecerat. Ipse per-

In Caij interfectores animaduertitur

latus

latus in palatium conuocatis amicis capitalem ſententiam in Chæream protulit. Quamuis enim facinus per ſe videbatur magnificum, perfidiæ tamen crimen obiectum eſt, & exemplum erat ſtatuendum ſecuritati futurorum principum. ductus eſt igitur ad ſupplicium vnà cum Lupo alijſq; compluribus. Fertur Chæream magno animo tuliſſe id infortunium, nihil mutato vultu ad indecorũ habitum, atq; etiam Lupo exprobrantem lacrymas. cumq; is detracta veſte quereretur de frigore, ille cauillatus eſt, lupum nunquam offendi frigore. Et inſpectante corona eorum qui deduxerant, rogauit militem, num exercitatus eſſet ad cædes & num acutum haberet gladium: poſtulauitq; eum quo ipſe Caium interfecerat. denique vno ictu feliciter periit. Lupus autem deiecto animo parum fortiter ceruicem præbens pluribus ictibus demum confectus eſt. Paucis poſt diebus, quando ſolenne parentandi tempus rediit, pop. Rom. dum ſuorum quiſq; manes honoraret, eadem opera etiam Chæreæ ſuam partem in ignem conijciebant, apprecati vt propitius non iraſceretur ipſorum ingratitudini. atque hic fuit exitus Chæreæ. Sabinus autem non ſolum abſolutus à Claudio, verum etiam permiſſus eandem quam antè præfecturam gerere, iniquum ratus ſi à fide coniuratis data deſciſceret, in corpus adacto capulo tenus gladio ſuamet manu optatum quæſiuit interitum.

An. mũdi 4015. A nato Chriſto 43.

Sabinus ſibi ipſi manus infert.

CAP. IIII.

Quomodo Claudius Agrippæ paternum regnum reddidit, & edicta eius in Iudæorum gratiam.

LAVDIVS porrò ablegatis militibus quicunque ſuſpecti eſſe poterant, edictum propoſuit, quo Agrippam in regno per Caium antè conceſſo confirmabat, collaudans ſimul eius operam & induſtriam: addita inſuper Iudæa & Samaria, quòd olim ad eius aui Herodis regnum pertinuiſſent. has igitur velut familiæ debitas reſtituit. Abilam autem & finitimam eius ditionem in Libano, quæ Lyſaniæ fuerat, adiunxit de ſuo. Fœdus deinde Regis cum Rom. pop. in æs inciſum eſt in vrbis foro medio. Antiochum autem ſuo regno priuatum Comagena donauit & parte quadam Ciliciæ, dimiſit etiam Alexandrum Lyſimachum Alabarchã veterem amicum, & olim procuratorem ſuæ matris Antoniæ, quem Caius iratus vinxerat: cuius filio Marco Bernice deſponſa fuit Agrippæ filia: quo defuncto ante nuptias, Rex virginem Herodi ſuo fratri eam collocauit, impetrato illi regno Chalcidis à Claudio. Per idem tempus apud Alexandriam inter Iudæos & Græcos exorta eſt ſeditio. Occiſo enim Caio gens Iudæorum ſub eius imperio vehementer oppreſſa, & multis iniurijs ab Alexandrinis affecta, cœpit animos reſumere: moxq; ad arma ventum eſt. Tum Claudius per epiſtolam mandat Ægypti præſidi, vt ſeditionem illam compeſcat: & ad preces Agrippæ ac Herodis Regum edictum Alexandriam & in Syriam mittit ſcriptum in hanc ſententiam. Tiberius Claudius Caſ. Aug. Germanicus, trib. pot. edicit. Quoniam cognitum habemus Alexandrinos Iudæos iamdudum ab initio ius eius ciuitatis ex æquo cum Alexandrinis cæteris conſecutos à Regibus, ſicut patet ex inſtrumentis ſuper hoc conſcriptis & conſtitutionibus Regijs, poſt adiectamq; imperio noſtro per Auguſtum Alexandriam manſiſſe illis ſua iura integra conſeruata per miſſos illò diuerſis temporibus præſides, nullamq; de eorum iure controuerſiam extitiſſe etiam cum Aquila præfuit Alexandriæ: permiſſumq; eis ab

Hedio & Ruffinus Cap. 5. Alias cap. 4.

Claudius Agrippæ Iudæam, Samariam & Lyſaniæ ditionem concedit.

Antiochus Rex Comagenæ.

Alexander Lyſimachus Alabarcha.

Herodes, Agrippæ frater, Rex in Chalcide.

Seditio Alexandriæ inter Iudæos & Græcos.

Claudij pro Alexandrinis Iudęis edictũ.

An. mũdi 4005. A nato Christo 42.

Augusto, vt in defuncti ethnarchæ locũ alium suis suffragijs substituerent, vtq; quisq; in suis ritibus maneat, neq; cogatur religionem patriam deserere: cæterum Alexandrinos concitatos contra cõciues suos Iudæos C. Cæsaris temporibus, propter insolentem illius insaniam, dum contra patriam gentis religionem pro Deo coli ab eis postulat, & recusantibus infensus est: volo inconcussa esse iura eorum à Caij insania: eisq; ius esse perseuerandi in patrijs ritibus. iubeoq; vtramq; partẽ, quoad fieri potest, dare operam ne quid turbarum commoueatur, idq; proposito hoc edicto ita statuo. atque hæc erant quæ in illo edicto continebantur. in reliquum autem orbem Romanum tale missum est: Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanicus, Pont. Max. trib. pot. Coss. designatus II. *edicit. Petentibus à me Agrippa & Herode Regibus mihi amicissimis, vt permitterem Iudæis in imperio nostro degentibus vti suo iure quemadmodum antea, sicut & Alexandriam habitantibus concessimus: libenter precibus eorum annuimus, nõ deprecatorum tantum causa, sed quia ipsos dignos iudicamus hoc nostro beneficio, propter seruatam populo Romano fidem & amicitiam. Æquissimum igitur censeo, nullam ne Græcam quidem vrbem negare illis ius suum, quandoquidem & sub D. Augusti principatu conseruatum eis fuit integrum: licebitq; in posterum Iudæis per totum nostrum imperium sparsim habitantibus vti maiorum suorum moribus, quos iam nunc moneo, vt hac nostra gratia contenti modestius se gerant, neque conspuant religiones externarum gentium: suis autem suo arbitratu viuant legibus. atque hoc meum edictum ciuitatibus colonijs & municipijs Italicis ac prouincialibus per magistratus publicari volo, ad Reges quoq; atq; dynastas transmitti, non minus triginta continuis diebus ita proponendum, vt ab omnibus humi stantibus possit perlegi.*

Claudij pro Iudæis per Romanum orbem edictum.

CAP. V.

Agrippæ in Iudæam reditus.

Agrippam Claudius in regnũ suum mittit.

His edictis Alexandriam, & per totũ imperium dimissis Claudius Cæsar declarauit, quomodo in Iudæos animatus fuerit: moxq; Agrippam ad curam sui Regni misit auctum maioribus honoribus, commendatumq; per literas præsidibus prouinciarum simul & procuratoribus omnibus. at ille, vt re bene gesta magna celeritate reuersus est: & quamprimũ peruenit Hierosolyma, votiua sacrificia persoluit, nihil omittens eorũ quæ lege præscripta sunt. vnde & multos Nazaræos tonderi mandauit: & catenam auream à Caio donatam ponderi parem illi ferreæ quæ Regias manus vinxerat, monumentum aduersæ fortunæ mutatæ in prosperam suspendit in sacrario supra gazophylacium: quæ doceret spectatores & sublimia posse corruere, & Deum valere illa erigere denuo. omnes enim admonebantur per hanc consecratam catenam, quòd Agrippa leui de causa priuatus dignitate sit vinctus, paulòq; post compedibus solutus splendidiorem quàm ante principatum adeptus sit: eam esse naturam rerum humanarũ omnium vt celsissima quæq; prolabantur facile, rursumq; inclinata restituãtur in pristinum fastigium. Rite igitur votis Deo redditis Agrippa Theophilũ Anani filium submouit à summo Sacerdotio, & Boethi filium Simonem cognomine Cantharam in eius locum substituit. erãt autem Simoni fratres duo, & Boethus pater, cuius filiam Herodes Rex vxorẽ duxerat, sicut diximus: idem igitur, quod fratres & pater, sacerdotiũ Simon adeptus est: quemadmodum olim sub imperio Mace-

Agrippa catenam auream ferreæ ponderi parem in sacrario suspendit.

Simon Boethi filius in Theophili Pontificis locum surrogatur.

Macedonum idem contigit tribus filijs Simonis pontificis, eius qui Onia patre prognatus est, vt suprà meminimus. Constituto deinde pontificatu Rex Hierosolymitis beneuolentia gratiã retulit, remisso eis tributo quod soliti erant in singulas ades pendere, decorũ putans si non pateretur se vinci amore mutuo. Magistrum autem præfecit toti suæ militiæ Silam, quem multorũ & difficiliũ laborũ indiuiduum socium habuerat. Paulo post Doritæ quidam iuuenes naturæ temerarij religionis specie posuerunt in Iudæorum synagoga statuam Cæsari, quod Agrippam vehementer commouit ad iracundiam, quòd eã res perditũ iret institutã patriã. Quare sine mora ad Petronium Syriæ præsidem profectus questus est de Doritarum audacia. qui & ipse non minus ægrè ferens hoc facinus, vt impium, nouatoribus illis asperius scripsit in hanc fermè sententiam.

An. mũdi 4005. A nato Christo 43.

Hedio & Ruffinus Cap. 6.

Agrippa Iudæis ædiũ tributum remittit. Silas.

Doritæ in Iudæorum synagoga Cæsari statuam ponunt, quod Agrippam & Petronium vehementer ad iracundiã cõmouet.

CAP. VI.

Epistola Petronij ad Doritas pro Iudæis scripta.

PVBLIVS Petronius, legatus Tiberij Claudij Cæs. Aug. Germanici, magistratibus Dorienſium. Quoniam tam audax est, quorundam vestrum insolentia, vt etiam contra edictum Claudij Cæs. Aug. Germanici, quo Judæi permittuntur suis legibus viuere, synagogam eorũ profanauerint, illata Cæsaris statuã, quod religioni ipsorum non est licitum, atque hoc facto non Iudæorum tantum pietas læsa est, sed numen etiam Cæsaris, cui rectius in proprio templo statua poneretur quàm in alieno, maximè in synagoga, cum iustũ sit & imperatoris iudicio comprobatum vt sui quisque loci sit dominus: ne mea decreta cõmemorem post contemptam autoritatem Cæsaris, qui Iudæis non religionem tantum permisit, verumetiam æquum ciuitatis ius cum Græcis cohabitantibus: his ergo de causis eos qui contra edictum Augusti ausi sunt talia, indignantibus etiam propriis magistratibus, hæc furore populi, non suo consensu facta asseuerantibus, iubeo per centurionem Vitellium Proculum ad me adduci rationem reddituros. Magistratus autem hortor, vt si videri volunt his consensum suum non accessisse, centurioni sontes indicent, dentq; operam ne quid turbæ aut rixæ exoriatur, quam quidã captare videntur: cum contrà ego & mihi carissimus Rex Agrippa nihil æquè curemus, quàm ne vlla Judæis detur occasio excitandi tumultus defensionis prætextu. Quo autem melius cognoscatis, quænam sit super hos negocio voluntas Augusti, adiunximus eius edictum apud Alexandrinos propositum: quod iam antè satis notum omnibus, carissimus Rex Agrippa mihi sedenti pro tribunali recitauit, ius suum postulans, & vt suis beneficium Cæsaris maneat incolume. Quamobrem iubeo vt in posterum nullam quæratis seditionum materiam, & cæleste numen suis quisque colat ritibus. Ita tum Petronius rem curauit, vt & admissum erratum corrigeretur, & in posterum caueretur, ne quis tale quippiam audeat. Rex autem Agrippa Simonem Cantharam pontificatu priuauit, quem Ionathæ Anani filio reddere voluit, digniorem hunc tali sacerdotio existimans. Sed ille recipere noluit sic excusans: Equidem tuam Rex beneficentiam libenter amplector, contentus tua voluntate qua mihi tantus honor oblatus est, etsi me Deus indignum iudicauit summo pontificio. sed mihi sacrum illum amictum semel sumpsisse satis est: tunc enim sanctius illum accepi quàm nunc reciperem. quòd si quæris, ostendam qui honore hoc sit longè dignior. est mihi frater, & apud Deum, & apud te Rex innocentior ab

Aliàs Cap. 5. Publius Petronius Tarsiensibus, vt eos qui Cæsari statuã posuerunt sibi mittãt, scribit.

Ionathæ Anani filio Pontificatus restituitur, quem ille recipere recusat, & Matthiæ fratri deferri rogat.

An.mũdi4005. A nato Christo 43.

omniq; peccati labe mundior, quem ausim tibi commendare, vt idoneum officio pontificis. qua hominis modestia delectatus Rex, omisso Ionatha iuxta ipsius consilium fratri eius Matthia sacerdotium id detulit: nec ita multo post Petronio Marsus in administranda prouincia Syria successit.

Marsus Syriæ præfectus.

CAP. VII.

Gesta Agrippæ vsque ad ipsius obitum.

Hedio & Ruffinus Cap. 7.

SILA autem magister militiæ Regiæ, quia per omnem fortunam ei fidus nullius vnquã periculi socius esse detrectauerat, sed vel difficilimos labores pro eo sepè susceperat, fretus amicitia postulabat etiã paris honoris esse particeps. quapropter grauabatur Regi aliquo modo cedere, semperq; licentius agebat cum eo. & in familiaribus colloquijs molestus erat interdũ extollens se immodicè, & sapè prioris fortunæ aduersitates in memoriam reuocans, vt ostentaret quàm studiosus ipsius cultor fuerit, nunquam non labores in eius gratiam exhaustos memorãs: quæ cùm sine modo repeteret, opprobrare videbatur, ita, vt Rex *tandem offenderetur immodica libertate hominis. iniucunda enim est temporis inglorie acti memoria, & stultum est indesinenter exprobrare debitum. postremo in tantum exasperatus est Regis animus, vt iræ plus quàm rationi tribuens non contentus sit ademisse illi præfecturã, verumetiam vinctum in ipsius patriam adseruandum miserit. Elapso deinde aliquanto tempore lenita iam ira, & ratione defecata in consilium adhibita, reputauit quantum laborum vir ille pro se pertulisset: cumq; natalem suum celebraret, omnibus occupatis circa hilaritates ac epulas, accersiuit Silam, vt mox interesse velit Regio conuiuio. ille, vt erat moribus ingenuis non dissimulauit indignationem, cuius iustam causam habere videbatur, vocantibus se respondens, ad quem honorem me* Rex *reuocat, paulo post eo priuaturus? neq; enim prius beneuolentiæ præmium mihi diuturnum esse passus est, sed spoliauit eo me affectum contumelia. nisi fortè putat linguã mihi post hac fore minus liberam: imò fretus conscientia nunquam clamare desinam, è quantis eum eripuerim calamitatibus, quantum laborum tulerim, vt illi incolumitatem & honores parerem: pro quibus officijs nunc præmiũ retuli vincula & obscurũ carcerem. ego certè horum nunquã obliuiscar, sed etiam apud manes manebit mihi huius iniuriæ memoria. Hæc ille vociferabatur, iubens, vt eadem Regi referrent. qui cùm videret immedicabilem, reliquit eum in custodia. Conuersus autem ad Hierosolymorũ curam, muros nouæ quæ vocatur ciuitatis permunijt sumptu publico, latioresq; & altiores quàm ante fuerant reddidit: & fecisset aduersus omnem humanam vim inexpugnabiles, ni Marsus Syriæ præs. Claudio Cæs. significasset eã rem per literas. qui suspicatus molituros aliquid noui, diligenter scripsit Agrippæ, vt à munienda vrbe desisteret: atque ille mox paruit. Erat autem is* Rex *adeò natus ad liberalitatem ac beneficijs demerendos populos, vt magnis sumptibus pararet sibi celebritatem nominis, pro magna voluptate ducens quæsitam munificentia gloriam, longè alius quàm Herodes, qui ante eum regnauerat. ille enim malicioſus erat ac procliuis ad sauitiam: & propter mutuum odium manifestè præferens erga Græcos maiorem quàm erga Iudæos beneuolentiã: vt qui externas vrbes ornaret pecuniarũ largitionibus, aliàs balnea & theatra, aliàs templa & porticus exstruens: Iudæorum autem nullũ oppidum ornatu aliquo dignatus est memorabili, nec vlla liberalitate prosecutus est.*

Silã Agrippa ex carcere accersit, qui indignationem nõ dissimulans in custodia relinquitur.

Agrippa Hierosolymorum muros permunit.

Marcus Claudio, Agrippæ scriberet, vt à munienda vrbe desistat, suadet.

Agrippa quàm Herodes Iudæis magis fauet.

Agrippa

Agrippa contrà mitiſſimo fuit ingenio, in exteros omnes ex æquo beneficus, liberalis & humanus, in ſua gentis homines benignus, & promptus ad iuuandos præ cæteris in aduerſitatibus. quapropter libenter & continuè degebat Hieroſolymis, inſtitutorum ac rituum patriæ ſeruator religioſiſſimus: purus enim erat à contaminamentis omnibus, nec vlla dies ei præteribat abſque ſacrificio. An. mũdi 4005 A nato Chriſto 43.

Accidit aliquando vt quidam Hieroſolymita legiſperitus nomine Simon aduocata concione per Regis abſentiam agentis tum Cæſareæ, criminaretur illum vt impurum & arcendum templi aditu, quod non niſi dignis pateat. id vbi præfectus vrbis illi ſignificauit per literas confeſtim accerſiuit hominem: à quo fortè fortuna repertus in theatro, aßidere ſibi eum iußit, moxq; ſedata voce & placidè, dic mihi, inquit, quid tibi non probatur ex his quæ facimus. qui cum nihil haberet quod diceret, precatus eſt veniam, tum Rex citius quàm quiſquam opinaretur reconciliatus eſt, clementiam magis quàm iram decere Reges exiſtimans, & lenitatem animi magis quàm celſitudinem. itaque illum dimiſit non ſine munere. Inter alias autem multas eximijs ornamentis honorauit ciuitatem Berytum, magnis ſumptibus exſtructo ibi theatro pulcherrimo, ſimulq; æquè magnifico amphitheatro, & ad hæc balineis ac porticibus, nullis parcens impendijs modò abſolutam operibus pulcritudinem adderet. dedicatio quoque horum celebrata eſt ſplendidiſſimè, exhibitis in theatro ſpectaculis & muſicorum omne genus certaminibus, aliaq; voluptatum varietate: in amphitheatrum verò ad oſtentandam magnificentiam inductis plurimis gladiatorum paribus, volens deinde ſpectatores oblectare etiam cateruatim commiſſis pugnatoribus, ex maleficis in hoc deſtinatis duas cohortes fecit ſeptingentorum quamque hominum, vt illis per imaginem belli decernentibus, pœna noxiorum in pacis voluptatem verteret. atque ita omnes mutuis abſumpti ſunt vulneribus. Simon legiſperitus Regem criminatur, qui dum veniam precatur, eidem reconciliatur. Aliàs Cap. 6. Agrippa Berytum ciuitatem eximijs ornamentis honorat.

Poſt hæc apud Berytum peracta migrauit in vrbem Galilææ Tiberiada. ſuſpiciebatur autem ab alijs Regibus: venitq; ad eum Antiochus Comagenæ Rex, Emeſenorum Sampſigeranus, Cotys qui regnabat in minore Armenia, Polemonq; Ponti regulus: & præter hos Herodes frater Rex Chalcidis. hos omnes ſumma hoſpitalitate excipiebat oſtendens per hoc animi ſui magnitudinem, ne videretur indignus qui expeteretur à tot Regibus. quibus adhuc apud eum morantibus Marſus Syriæ præſes ſuperuenit. Seruans igitur debitam Romanis reuerentiam vſque ad ſeptimum lapidem illi obuiàm proceſſit: quod quidem ſimultatis cum Marſo initium factum eſt, dum eodem cum hoſpitibus curru vectus, ſuſpectam præſidi redderet tantã Regum concordiam. ratus enim id non eſſe è Republica, per idoneos nuncios mandauit ſingulis vt ſine mora diſcederent: quare Agrippa vehementer offenſus eſt, & Marſum quidem hac de cauſa exoſum habuit. Matthiæ verò adempto Pontificatu ſucceſſorem dedit Elioneum Cithæi filium. Jamq; tertium Judææ totius regni annum exegerat. cum peruenit in vrbem Cæſaream, quæ prius Stratonis turris dicta eſt: vbi ſolennes ludos celebrauit pro ſalute Cæſaris: ad quam feſtiuitatem magna multitudo nobilium ac procerum conuenerat ex tota prouincia. eius celebritatis die ſecunda proceßit manè in theatrum amictus veſte tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radijs exorientis ſolis perculſa & diuinum quendam fulgorem emittens, venerationem cum horrore excutiebat ſpectantibus. moxq; adulatores pernicioſi alius aliunde acclamãtes Deũ conſaluta- Hedio & Ruffinus Cap. 8. Agrippa Marſo Syriæ Præſidi, dum quidam Reges ad ſe venientes diſcedere iubet, infenſus. Aliàs Cap. 7. Elioneus Cithæi filius Pontifex. Agrippa in theatro Deus conſalutatur, Bubonem videt, & vt Germanus prædixerat, quinto die moritur.

An.mũdi4008 A nato Christo 46.

bant, rogantes vt faueret propitius. hactenus enim vt hominem reuerito's, nunc agnoſcere & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius. hanc impiam adulationem ille nec caſtigauit, nec repulit: pauloq; poſt ſuſpiciens vidit ſupra caput ſuum bubonem funi extento inſidentem: moxq; vt ſenſit hunc eſſe calamitatis nuncium qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordijs indoluit. ſecuta ſunt ventris tormina, ſtatim à principio vehementia. conuerſis igitur in amicos oculis: En, inquit, ego ille veſtra appellatione Deus vitam relinquere iubeor, fatali neceßitate coarguente veſtrum mendacium: & quem immortalem ſalutaſtis, ad mortem rapior. Sed ferenda eſt voluntas cœleſtis numinis. neq; enim malè viximus, immo tanta felicitate vt omnes me beatum prædicent. hæc locutus creſcente dolore diſcruciabatur. properè igitur relato in regiã rumor ſparſus eſt breui eſſe moriturum. quamobrem confeſtim totus populus vnà cum vxoribus atq; liberis ſaccũ indutus more patrio ſupplicabat Deo pro ſalute Regis, omnia miſcens lamentis & eiulatibus. Rex autem in celſiore decumbens cubiculo, & in faciem ſtratos humi proſpiciens, non temperabat ſibi à lacrymis. cruciatu deinde per continuos quinq; dies nihil ſe remittente confectus vitam finijt, annum natus quartum ſupra quinquageſimum, poſtquam regnaſſet per ſeptennium. quatuor enim annos ſub Caio Cæſare obtinuit regnum. primum in Philippi tetrarchia per triennium, cui quarto demum anno acceßit & Herodis tetrarchia, tribus deinde annis ſub Claudio Cæſare præter iam dictam ditionem in Iudæa quoq; regnauit & Samaria ſimulq; Cæſarea. ex annuis autem reditibus percipiebat cum plurimum MCC. *myriadas. nec his contentus, mutuum accipiebat pecunias. Cum enim eſſet munificus, impenſis non ſufficiebant reditus, quòd liberalitatem exerceret ſine parſimonia. Cæterùm priusquàm euulgaretur Regis obitus. Herodes dynaſta Chalcidis, & Chelcias magiſter regiæ militiæ conſpirantes ſimul Ariſtonem miſerunt, qui Silam communem amborum inimicum interficeret, quaſi hoc à Rege mandatum acceperit.*

Agrippa' quamdiu vixerit & regnauerit.

Mille & ducentæ Myriades quindecim tonnæ auri.

Herodes Chalcidis dynaſta & Chelcias Silam interficiunt.

Atq; hic fuit Agrippæ Regis exitus. Superſtites autem ei fuerunt, filius quidem vnus Agrippa annum agens decimumſeptimum: filiæ verò tres. ex quibus Bernice nupta erat Herodi patruo, nata annos ſexdecim: reliquæ duæ tum etiam virgines erant, Mariamme & Druſilla, hæc ſeptennis à patre deſponſata Julio Archelao Chelciæ filio, illa decennis Epiphani filio Comagenorum Regis Antiochi. Poſtquam autem cognitum eſt exceſſiſſe Agrippam, Cæſarienſes & Sebaſteni beneficiorum eius obliti peßimam ei retulerunt gratiam, conuicia non dicenda iactantes in defunctum: militum quoq; vulgus qui tum fortè aderant, protractas è palatio filiarum ſtatuas vnanimiter detulerunt in lupanaria, eisq; vt poterant illudebant modis quos turpe ſit eloqui: inſtructisq; per loca publica epulis conuiuia celebrabant coronis redimiti & delibuti vnguentis, libantes interim Charoni, & ſibi inuicem propinantes præ gaudio quod ex obitu Regis conceperant. Atq; hæc agentibus nec Agrippæ recentia merita ſuccurrebant, nec auus eius Herodes vrbium illarum conditor, quas portubus & templis magnificentißimè ornauerat. Filius porrò defuncti Agrippa Romæ erat eo tempore, educaturq; apud Claudium Cæſarem. qui audito Agrippæ obitu, & contumelijs quibus eum Cæſarienſes ac Sebaſteni poſt mortem affecerant, illius quidem cauſa indoluit, ingratis autem populis vehemẽter iratus eſt. confeſtim igitur voluit ſucceſſorem paterni regni Agrippam iuniorem mittere,

Hedio & Ruffinus Cap 9. aliàs 8. Agrippæ liberi ſuperſtites.

In Agrippam defunctum Cæſarienſes & Sebaſteni conuicia iactant.

Agrippa, Agrippæ filius. Aliàs Cap. 9.

ſimul

ſimul vt iureiurando ſatisfaceret. Sed liberti & amici qui multum apud eum poterant diſſuaſerunt, negantes tutum admodum adoleſcenti & vix dum egreſſo pueritiam tantum regnum committere, cui adminiſtrando ſit impar, quodq; etiam viriles grauare poſſit humeros. cumq; viſi eſſent æquum dicere, Cæſar præſidem Judææ totiusq; regni miſit Cuſpium Fadum, defuncto hoc honoris tribuens, ne Marſum inimicum in regnum eius induceret. Ante omnia autem Fado iniunxit, vt Cæſarienſes & Sebaſtenos acriter caſtigaret propter inflictam mortuo iniuriam, contumeliasq; illatas adhuc iuuenibus. alam verò Cæſarienſium & Sebaſtenorum cum quinq; illis cohortibus ablegaret in Pontum illic militaturas: militesq; è Romanis legionibus Syriam tuentibus delectos in eorum locum ſubſtitueret. nec tamen ei iuſſioni ſatisfactum eſt. Miſſa enim legatione flexerunt Claudium vt manere eos in Judæa permitteret: qui ſequentibus temporibus maximarum calamitatum Judæis fuerunt initium, & ſeminarium belli exorti Floro præſide. quamobrem Veſpaſianus victor, vt paulo poſt dicetur, eos ex illa regione aliò tranſtulit.

An.mũ. 4009. A nato Chriſto 47.

Claudius Agrippam in regnum paternum mittere cogitat, quod alij diſſuadent, & Cuſpium Fadum Iudææ Præſidem, & regni totius declarat.

Belli Iudaici Præſides Floro exorti ipſi Iudæi initium & ſeminarium.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XX.

SVMMA CAPITVM LIBRI XX. ANTIQVITATVM IVDAICARVM.

I. Philadelphenſium & Iudæorum diſſidium, deq; ſtola ſacerdotali.
II. Quomodo Helena Adiabenorum Regina & eius filij religionem Iudaicam complexi ſint.
III. Quomodo Tiberius Alexander procurator filios Iudæ Galilæi punijt.
IIII. Quomodo plurimi Iudæorum circa templum oppreſſi ſunt.
V. Seditio inter Samaritas & Iudæos orta.
VI. Geſta Felicis Iudææ Præſidis.
VII. De Procuratore Porcio Feſto, & de ſicarijs.
VIII. De procuratore Albino.
IX. Quomodo Florus Albini ſucceſſor tantis Iudæos affecerit iniurijs, vt coacti ſint arma ſumere.

CAP. I.

Philadelphenſium & Iudæorum diſſidium, deq; ſtola ſacerdotali.

DEFVNCTO Rege Agrippa, ſicut ſuperiore volumine diximus, Claudius Cæſar miſit ſucceſſorem Marſo Caſſium Longinum, memoriæ Regis amici hoc tribuens, à quo viuo adhuc per literas ſæpe rogatus fuerat, vt Marſum amoueret ab adminiſtratione rerum Syriæ. Fadus autem qui procurator Cæſaris, in Iudæam venit, offendit Iudæos trans amnem Iordanem habitantes, contendere cum Philadelphenſibus de Mia vici finibus, referti viris bellicoſiſſimis. Ceperant autem arma tranſamnenſes ſine conſenſu primatum & magiſtratuum, multosq; Philadelphenſium interfecerant. His cognitis Fadus vehementer iratus eſt, quòd non expectaſſent ſuum iudicium, ſi putabant ſibi factum à Philadelphenſibus iniuriam, ſed ita temerè

Hedio & Ruffinus Cap. 1. Caſſius Longinus Syriæ præſes.

Fadus Iudæos Philadelphenſium propter Miam interfectores, punit.

An.mũ. 4009. A nato Christo 47.

merè ad arma concurrissent. Comprehensis igitur tribus præcipuis seditionis autoribus vinciri eos mandauit. horum vnum Annibam nomine affecit supplicio, reliquos duos Amaramum & Eleazarum exilio punijt. Nec ita multo post capitis damnauit Tholomæum latronum principem vinctum ad se perductum, qui plurima damna intulerat Idumæis & Arabibus, deditq; operam, vt tota Iudæa purgaretur à latrocinijs. Accitis deinde Pontificibus & Hierosolymitanorũ primatibus, mandatum Cæsaris eis exposuit, vt talarem tunicam & sacerdotalem stolam, quam solum summum Pontificem induere fas est, in castellum Antoniam deponerent, vt esset in Romanorum potestate quemadmodum olim fuerat. Illi non audentes contradicere, rogabant tamen Fadum & Longinum, (venerat & ipse Hierosolyma cum copijs, timens ne ad Fadi postulata Iudæi molirentur noui aliquid) primùm vt legatos sibi ad Cæsarem liceat mittere, qui ab eò petant sacra stola seruanda ius: deinde vt expectetur super ea postulatione rescriptum illius. Responsum est permissuros vt legati mittantur, si prius darentur obsides. Quumq; promptè liberos suos dedissent legati profecti sunt. Qui postquam Romam peruenerunt, Agrippa iunior defuncti filius, qui tum fortè apud Claudium agebat vt diximus, cognito qua de causa venissent, rogauit Cæsarem vt Iudæis sacra stola custodiam petentibus annuere dignetur, & Fado super eo negocio scribere. Tum Cæsar vocatis ad se legatis, ait se hoc eis concedere, iubens vt Agrippæ gratiam habeant. hoc enim se donare illius precibus. cui responso talem epistolam addidit: Claudius Cæsar Germanicus trib. pot. v. Cos. designatus IIII. Imp. X. P. P. Hierosolymitanorum magistratibus, senatui & populo, totíque Iudæorum genti salutem. Quoniam Agrippa alumnus meus pijssimus, quem ego domi educo, adduxit ad me vestros legatos, gratias agentes quòd sedulò genti vestræ prouideam, rogantesq; enixè vt Pontificalem stolam & coronam vobis seruare liceat, concedo quod petitis, quemadmodum antè vir optimus & mihi charissimus Vitellius concesserat: vestræq; voluntati annuo primum motus pietate propria, & quia placet quemque religiosum esse more suæ patriæ: deinde vt gratificer Herodi Regi & iuniori Aristobulo, quos & mihi deuotissimos noui, & vestri studiosissimos, meritóque illorum amicitiam plurimi facio. Scripsi autem de hac re & Cuspio Fado procuratori meo per Cornelium Ceronis, Tryphonem Theudionis, Dorotheum Nathanaëlis, & Joannem Joannis filium. Data quarto calendas Julias, Rufo & Pompeio Syluano Coss. Eodem tempore & Herodes dynasta Chalcidis defuncti Agrippæ frater, petijt à Cæsare potestatem in templum & sacrum ærarium, iusq; eligendorum summorum Pontificum: impetrauitq; hæc omnia, ita vt etiam posteris eius idem ius manserit vsque ad belli Iudaici exitum. Ipse Herodes Cantharæ in ordinem redacto, Josepho Canei summum Pontificatum contulit.

Annibas supplicio affectus, Amaramus & Eleazarus in exilium missi. Tholomæus latronum princeps.

Alias Cap. 2.

Fadus à Iudæis sacerdotalẽ stolam, vt esset in Romanorum potestate postulat.

Iudæi dant obsides, ob impetratam veniam ad Cæsarem legatos mittendi.

Claudius Iudæis sacræ stolæ custodiam Agrippæ iunioris rogatu concedit.

Alias Cap. 3. Claudij Cæsaris ad Iudæos epistola.

Alias Cap. 9. Herodes dynastâ Chalcidis ius eligendorũ summorum Pontificum petit. Iosephus Canei in Cantharæ Pontificis surrogatus locum.

Quomodo

CAP. II.

Quomodo Helena Adiabenorum Regina & eius filij religionem Iudaicam complexi sint.

An.mũ. 4009. A nato Christo 47.

PER IDEM *tempus Adiabenorum Regina Helena, & Izates eius filius, ad religionem Iudæorum se transtulerunt propter causam talem. Monobazus Adiabenorum Rex, cognomine Bazeos, ororis amore captus, in vxorem ductam grauidam reddidit. Accidit deinde vt vnà cubans, & manum reclinatam habens in vxoris vterum, vocem quandam sibi videretur audire, iubentem vt manum à ventre tolleret, néue premeret fœtum, qui vt non sine diuina prouidentia incoatus sit, ita finem habiturus esset fortunatißimum. Hac voce ille territus, mox vt excitatus est, rem vxori indicauit: & natum eo partu filium Izaten nominauit. susceperat autem iam ante Monobazum hoc seniorem ex Helena, & alios filios ex alijs vxoribus, manifestè tamen omnem caritatem in hunc vnum contulit: vnde exorta est germanorum inuidia, indies magis ac magis crescentibus illorum odijs, Izatem sibi præferri dolentibus. Hac pater licet intelligeret, ignoscebat tamen filijs, quòd is affectus non à malitia procederet, sed quisque cupiebat patri esse quàm carißimus. Izatem verò cui valde timebat à fraternis odijs, cumulatum magnis muneribus misit ad Abemerigum, regnantem tunc apud castrum quod Spasini vocant accola, commendans ei salutem filij. Is libenter accepit adolescentem, quem complexus singulari beneuolentia, filiam ei collocauit, cui nomen fuit Samacho: addita nomine dotis quadam regione, vnde luculentos reditus percipiebat. Porrò Monobazus iam admodum senex, videns sibi superesse modicum vitæ spacium, concupiuit videre ante suam mortem filium. Accersitum igitur filiũ magno affectu excepit, eiq; donauit regionem quæ dicitur Cæron, amomi feracißimam. in ea seruantur arcæ reliquiæ, qua Noe fertur euasisse diluuium, ostenditurq; ibi hodie quoq; videre volentibus. In hac regione Izates vixit vsq; ad patris obitum. Qui postquam fato functus est, Helena Regina accitis eadem die magnatibus suis & satrapis, ac præfectis militum, Non ignoratis, inquit, quòd maritus meus hæredẽ sui regni Izatem optauit, eumq; hoc honore iudicauit dignißimum, attamen vestrum quoq; super hac re iudicium expecto. Beatus enim est non qui ab vno, sed qui plurium consensu principatum accipit. hæc illa, vt experiretur voluntatem concilij. Quibus auditis proceres primùm more suo Reginam adorauerũt, deinde probari sibi sententiam Reginæ dixerunt, libenterq; parituros Izatæ, quẽ scirent meritò & ex communi populariorum voto, patrisq; iudicio prælatum cæteris fratribus. offerebantq; suam operam vt primùm fratres eius atq; cognatos occiderent, quo securius nouo Regi pararetur imperium. sic enim liberum fore à metu, in quo esse posset propter illorum inuidiam & odia. ad hæc Helena gratias egit pro tanta beneuolentia, differendam tamen fratrum eius necem censuit in aduentum filij, & exspectandam ipsius sententiam. Tum proceres consuluerunt vt saltem vinctos asseruaret donec ille veniat, quò magis in tuto sit regnum Izatæ: interimaliquem cui maximè Regina fideret, procuratorem regni constituendum. Paruit his Helena, & proregem fecit grandiorem filium Monobazum, impositoei diademate, & dato patris anulo signatorio, simulq; sampsera vt ipsi vocant: iussitq; eum administrare Rempub. donec frater veniat. Is autem celeriter venit audito patris*

Hedio & Ruffinus Cap 2. Alias Cap 5. Monobazus Adiabenorum Rex cognomine Bazeos ex Helena sorore duos filios Monobazum & Izaten suscipit.

Izates ad Abemerigum Spasini Regem missus, eius filiam Samacham ducit.

Cæron, amomi feracissima in qua Noe arcę reliquię seruantur.

Izates ab Helena matre & magnatibus Rex creatur, & Monabazus Rempub. donec frater veniat, administrare iubetur.

An.mũ. 4009. A nato Christo 47.

obitu, & vltrò cedenti Monobazo fratri in Principatum succeſsit. Caterùm eo tempore quo Izates apud Spaſini caſtrum agebat, Iudæus quidam mercator Ananias nomine, familiaritatem nactus regiarum mulierum, docebat eas veri Dei cultum ritu Iudaico. per has deinde cum Izatæ innotuiſſet, ipſum quoq; in eandem opinionem traduxit: accitumq; à patre in Adiabenam comitatus eſt magnis precibus pertractus. fortè autem acciderat vt etiam Helena ab alio quodam Iudæo inſtituta leges diuinitus traditas complecteretur. Izates porrò nouus Rex poſtquam in Adiabenam reuerſus offendit fratres & cognatos in vinculis, tulit id ægerrimè. & cum occidere hos aut vinctos ſeruare vetaret pietas, contrà affectos iniuria dimittere parum totum videretur ne quãdo de vindicta cogitarent: partem eorum vnà cum proprijs filijs Romam ad Claudium Cæſarem miſit, partem ad Artabanum Parthum, futuros vtrobiq; obſides. cognito deinde quòd mater multum delectaretur Iudæorum moribus, dedit operam vt & ipſe ad eam religionem tranſiret. cumq; exiſtimaret ſe non eſſe perfectum Iudæum, niſi circumcideretur, paratus erat & hoc facere. quod poſtquam mater reſciuit, conabitur impedire, periculoſum eſſe dictitans. multũ enim eam rem à Rege alienaturam ſubditorum animos, ſi eum ad externos ritus deſciſcere cognoſcerent: neq; vllo pacto laturos Iudæum in regio ſolio. ſic illa aliquantiſper cupiditatem eius retinuit. Rex autem cum Anania contulit conſilium, qui matris ſententiam comprobans, minatus eſt ſe eum relicturum niſi ab hoc propoſito deſiſteret. timere enim ſe ne, ſi occulta proferrentur in vulgus, ipſe arriperetur daturus pœnas vt autor omnium, qui non docẽda regem docuerit. Licere autem ei etiam abſque circumciſione Deum piè colere, ſi Iudæorum inſtituta placeant. in hoc enim magis ſitam religionem quàm in circumciſione corporis: daturúmque Deum veniam ſi neceſsitate coactus ſignaculum id omitteret, metu ne qua exoriatur ſubditorum defectio. his verbis tum Regi perſuaſit quod voluit. Aliquanto autem pòſt, nondum enim omninò hæc cupiditas exciderat, alius quidam Iudæus è Galilæa profectus, Eleazarus nomine, legis valde peritus habitus, eum ad rem perficiendam impulit. ad ſalutandum enim Regem admiſſus, cum eum offendiſſet legentem ſacra Moſis volumina: neſcis, inquit, ò Rex quantam iniuriam legi & per hanc Deo facias. nec enim ſatis eſt decreta eius noſſe ſed præſtat imperata eius facere. Quamdiu manebis incircumciſus? ſi nondum legiſti legem circumcidi iubentem, nunc certè lege, vt ſcias quanta ſit impietas hanc omittere. His auditis Rex non diſtulit negocium, ſed ſecedens in aliud cubiculum, accito chirurgo fecit quod iuſſus eſt: deinde accerſita matre & præceptore Anania, indicauit eis quid actum ſit. quos continuò ſtupor ac metus non mediocris corripuit, ne ſi res perueniret ad vulgi notitiam, Rex Principatum amitteret, non ferentibus populis imperium viri alienis religionibus dediti. ſibi quoque videbant imminere periculum, vt conſcijs & autoribus eius conſilij. Sed Deus prouidit ne eueniret quod illi timuerant. nam ex multis periculis & ipſum Izatem eripuit & eius liberos, in rebus dubijs & deſperatis incolumitatem eis expediens, & oſtendens quòd ad ſe reſpicientibus, ſibiq; vni fidentibus, pietatis fructus integer maneat. Sed de his poſtea narrabimus. Helena porrò mater Regis videns res regni pacatas, & filium opinione omnium tàm domeſticorum quàm exterorum beatum diuina fauente prouidentia, deſiderio capta eſt viſendi Hieroſolyma templumq; illud

Izates & Helena veri Dei cultum ritu Iudaico diſcunt.

Izates fratres ad Claudiu Cæſarem & Artabanum mittit.

Izatem à circumciſione Helena & Ananias dehortantur.

Izatæ Eleazarus vt ſe circumcideret, perſuadet.

Ad Deum reſpicientibus, eiq; vni fidentibus, pietatis fructus integer manet.

Helena Adiabenorũ Regina Hieroſolyma proficiſcitur.

illud apud omnes mortales famosissimum, vt ibi Deum adoraret votiuasq; victimas redderet. Et quia facile commeatum impetrauit à filio, postquam magnos apparatus in eam profectionem fecisset, instructa copioso viatico descendit in Hierosolymitanam vrbem, deducente filio dierum aliquot itinere. accidit autem peropportunè eius aduentus ciuibus. cum enim per id tempus ciuitas graui fame premeretur, & multi perirent alimentorum inopia, Regina Helena ex suis alios misit Alexandriam comparaturos vim magnam tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum passarum inde adueherent. quibus omnibus breui reuersis, cibos egenis distribuit, atque hoc beneficio memoriam immortalem sibi apud nostram gentem peperit. Filius quoque eius Izates comperto quanta fame laboret ille populus, multum pecunia misit Hierosolymitanorum primatibus. Sed horum Regum beneficia quibus nostram ciuitatem iuuerunt, dicentur postea. Caterùm Parthorum Rex Artabanus, cum sensisset structas sibi insidias à satrapis, nec putaret tutum manere in suo regno diutius, decreuit ad Izatem se conferre, eius consilio quaesiturus salutem, & si fieri posset etiam reditum in patriam. assumptis igitur cognatis & familiaribus circiter mille numero, incidit in Izatem in itinere, ex regio strepitu sibi cognitum, ipse non notus ei de facie. ad quem propius accedens primum adorauit more patrio, deinde in haec verba erupit: ne despicias me Rex tuum supplicem, neue contemnas opis indigum. Deiectus enim in priuatam fortunam è regio fastigio, ad tuum auxilium confugi. Quamobrem ad instabilitatem humanae felicitatis respiciens, tuis quoque rebus prospice, cum intelligas quibus omnes simus obnoxij casibus. Si enim me inultum siueris, animabitur in cateros quoque Reges audacia incondita multitudinis. Haec ille demisso vultu lacrymans. Izates autem audito eius nomine, vidensq; astare supplicem Artabanum, ab equo desilyt, & bono, inquit, animo esto Rex, nec turberis praesenti calamitate quasi immedicabili. breui enim finem habebit tua moestitia: inueniesque amicum & socium meliorem quàm fortè speraste hactenus. aut enim te in Parthorum regnum restituam, aut meum tibi cedam. haec locutus imposito in equum Artabano, ipse eum comitabatur pedibus, vt maiori Regi hunc honorem exhibens. Id Parthus Rex tulit permolestè, iurauitq; per futuram suam fortunam ac dignitatem, descensurum se nisi ille rursum ascenderet & praecederet. Tum alter morem ei gesturus in equum insilyt, & perducto in suam regiam omnem honorem habuit, in consessibus ac conuiuijs honoratiorem locum ei cedens, habita ratione non praesentis eius status, sed dignitatis pristinae, reputansq; eadem posse cuiuis mortalium accidere. Scripsit etiam ad Parthos suadens vt suum Regem reciperent, fidem suam interponens non fore eum iniuriarum memorem, paratus & iureiurando omnem illis dubitationem eximere. Parthi verò non recusabant eum recipere, sed posse se negabant, quòd iam Principatum dedissent alteri, nomine Cinnamo. periculum enim esse ne altero reuocato omnia flagrarent bellis ciuilibus. Cinnamus autem voluntate procerum cognita, cum esset alumnus Artabani, & alioqui honesto ingenio praeditus, scribit ei vt accepta à se fide reuerteretur recepturus amissum dignitatis fastigium: à quo ille persuasus redyt. Cinnamus autem obuiàm profectus, adorato & Regis appellatione salutato diadema suo capiti detractum imposuit. Sic Artabanus Izatae opera in regnum suum restitutus est,

An. mũ. 4009. A nato Christo 47.

Alias Cap 6.

Helena Hierosolymis cibos egenis distribuit.

Izates Iudæis pecuniam mittit,

Hedio & Russinus Cap. 3. Artabanus ad Izatẽ se confert, auxiliumque ab eo petit.

Izates Artabanum consolatur, eiq; auxilium pollicetur,

Izates ad Parthos scribit, & vt suum Regem reciperent, suadet.

Cinnamus Artabano amissum dignitatis fastigium restituit.

An.mũ. 4009. A nato Christo 47.

vnde eiectus fuerat è magnatibus. Nec fuit beneficiorum immemor, sed affecit Izatem maximis qui apud ipsos habentur honoribus. nam & tiaram rectam ei gestare permisit, & in aureo lecto cubare, quæ honoris insignia concessa sunt solis Parthorum Regibus. donauitq; ei regionem magnam ac bonam, ademptam ditioni Regum Armeniæ, cui nomen est Nisibis. in ea olim Macedones condiderant vrbem Antiochiam Mygdoniam cognomine. atque hos honores Izates accepit à Parthorum Rege præmium. Non multo post Artabanus moriens regnum reliquit Vardani suo filio: hic ad Izatem profectus, suasit ei vt vellet sibi belli aduersus Romanos gerendi esse socius, quod tamen impetrare non potuit. Adiabenus enim non ignorans quanta esset Romanorum fortuna ac potentia, censebat illũ tentare impossibilia. ad hæc quia quinq; adolescentes filios miserat vt linguam nostram & disciplinas diligenter discerent, simulq; matrem adoraturam in templo sicut diximus, segnior erat, & Vardanem quoque conabatur deducere à proposito, continenter denarrans ei Romanorum gesta & potentiam, ratus se hoc modo absterriturum eum à lacessendi eos cupidine. Parthus autem his offensus continuò bellum indixit Izatæ, ex quo tamen nullum retulit operæ præmium, Deo frustrante spes eius vanissimas. Parthi enim postquam cognouerunt mentem Vardanis, & quòd Romanis bellum inferre statuerit, illo cæso principatum eius fratri Gotarzæ commiserunt. huic quoque paulo post sublato per insidias Vologesus frater successit, qui duobus germanis eodem secum patre genitis regna distribuit, Pacoro grandiori Mediam, Tiridati minori Armeniam. Porrò Monobazus Regis frater & cognati cæteri videntes Izatæ propter eximiam erga Deum pietatem res prosperè succedere, prædicariq; eum passim tantæ felicitatis nomine, cœperunt & ipsi cogitare de relinquenda religione patria, & assumendis Iudaicis ritibus. id vbi olfecerunt eius regni magnates, ægrè ferentes dissimulauerunt tamen indignationem, opportunitatem expectantes per quam ab eis pœnas repeterent. Scribunt igitur Abiæ Regi Arabum, magnam pecuniam ei pollicentes, si expeditionem contra suum Regem susciperet: promittebantq; primo statim conflictu se eum deserturos. Esse enim sibi animum pœnas de eo sumere propter contemptum ritus patrij. ictóque cum Arabe fœdere, hortabantur ne differret negocium. Paruit ille, & cum magno exercitu contra Izatem venit. Cumq; iam hostes in conspectu essent inituri prælium, priusquam ad manus veniretur omnes sui ex composito eum deserunt: tergáque vertentes hostibus, tanquam panico terrore perciti fugam celeriter ineunt. Nec tamen Izatæ animus concidit: sed sentiens se à magnatibus proditum, ipse quoque intra castra sese recipit, vbi inquisitione facta in autores ignominiæ, postquam deprehendit quosdam de fuga pactos cum Arabe, his supplicio deditis, postera die cum hoste conflixit: cæsisq; plurimis reliquos veram fugam coegit capessere. ipsum Regem acriter persecutus in castrum Arsamum compulit: impetúque facto in mœnia, vi illud cepit. eo direpto ingenti præda potitus in Adiabenam triumphabundus reuersus est, quamuis Abiam viuum in suam potestatem redigere non valuerit, quia captiuitatem voluntaria morte præuenerat. Proceres autem Adiabenorum primo conatu frustrati, & à Deo in manus sui Regis traditi, ne sic quidem quiescebant: sed denuò scribunt Vologeso Regi Parthorum, rogantes vt Izatem interficiat, & dynastam alium quempiam

Izates ab Artabano maximis honoribus & donis affectus.

Antiochia Mygdonia a Macedonibus condita.

Vardanes post patris Artabani obitu Romanos bello impetere cogitat, id quod Izates dissuadet.

Vardane cæso principatus Gotarzę eius fratri committitur. Vologesus Parthorum Rex.

Monobazus & cognati Iudaicam religionem assumere cogitant.

Adiabenorum magnates cum Abia Arabum Rege contra Izatem fœdus faciunt.

Izates in proditores animaduertit, Arabes in fugam vertit, Arsamum vi capit, & Abia seipsum interficit.

quempiam genere Parthum sibi praficiat. exosum enim suum Regem aiebant, eò quòd patria religioni externam pratulerit. His auditis Parthus ad bellandum excitus, cùm nullam haberet iustam occasionem, honores quos ipsius pater ei cõcesserat, repetijt: bellum interminatus si imperatis contradiceret. Quo nuncio Izates supra modum est territus, turpe ducens honoris gratia sibi concessus permetum cedere. sciensq; quòd etiamsi ipse imperata faceret, Parthus tamen non quiesceret, decreuit totam rem Deo committere iacturus extremam de capite aleam: fretusq; huius auxilio liberos & vxores in munitissimum quoddã castellum deposuit, frumentum autem in arces: quo facto fœnum omne flammis corrupit & pabulum: atque ita praparatus exspectabat aduentum hostium. Cumq; Parthus numerosas equitum atque peditum secum propere trahens copias opinione citius venisset, posuissetq; castra ad fluuium, qui Adiabenam à Media dirimit: Izates quoque non longè inde castra metatus est, habens circa se equitum sex millia. in ea castra Vologesus pramisit nuncium, qui hosti indicaret quantis ipse stiparetur copijs, contractis è toto imperio quàm latè patet Bactria inter & Euphratem fluuium. minabaturq; daturum eum pœnas ingratitudinis erga dominos: ac ne Deum quidem quem coleret, posse eum è suis manibus eripere. hac referente nuncio, Izates respondit, scire quidem se nullo modo conferendum esse Parthorum viribus, nec tamen ignorare Deum esse longè potentiorem vniuersis mortalibus. atque ita dimisso nuncio supplex humi ante Deum procidit, cinere caput turpatus, & indicto sibi vnà cum vxore ac liberis ieiunio, his precibus Deum inuocans: Si non frustra me dominator domine tua bonitati dedidi, teq; merito solum & primum habeo dominum, veni in auxilium, non tam me defensurus ab hostibus, quàm illorum repressurus audaciam, qui nefaria lingua immanes voces non horruerunt iactare contra tuam potentiam. Sic implorantem & lamentantem exaudiuit Deus: illaq; ipsa nocte Vologesus receptis literis, significantibus Daharum & Sacarum validam manum contempta Regis absentia, populari regionem Parthicam, infecto negocio retrorsum cum exercitu abijt: ita, vt euidenter appareret Izatem tum seruatum diuina prouidentia. Non multò autem post exacto ætatis anno quinto supra quinquagesimum, regni vigesimo quarto, superstitibus quatuor liberis masculis, successionem tamen regni reliquit fratri Monobazo, referens ei gratiam bona fide seruati sibi absenti principatus olim post communis patris obitũ. Mater porrò Helena mortem eius compertam tulit grauiter, vt par erat orbatã amantissimo filio: magnam tamen consolationem habuit cum audiret successisse suum maiorem natu filium, ad quem conueniendum sine mora profecta est: reuersaq; in Adiabenam, non multo tempore Izata superuixit. Monobazus autem ossa eius & fratris sui misit Hierosolyma, condenda in exstructis ab ipsa pyramidibus tribus numero, tertio ab vrbe Hierosolymitana stadio dissitis. Sed qua Monobazus regni sui tempore gesserit, dicemus postea.

An. mũdi 4009 A nato Christo 47.

Vologesum Parthorũ Regem Proceres, vt Izatem interficiat, rogant.

Fado porrò procuratore apud Iudæam præstigiator quidam nomine Theudas persuasit magna vulgi multitudini, vt assumptis suis facultatibus sequerentur se ad Iordanem fluuium. prophetam enim se iactabat, pollicens scissurũ se verbo fluuium, & facilem præburũ transitum, taliq; promissione permultis imposuit. At Fadus effecit, vt nihil lucrifacerent ex sua insipientia, immissis in eos turmis equitum: qui ex improuiso irruentes ex his multos interemerunt, multos

Izates Deũ inuocat, qui Dahas & Sacas in Parthicam regionem mittit, ijsque Vologesus cum exercitu occurrit.

Izates, Monobazo fratri regni successione relicta moritur.

Hedio & Ruf. cap. 4. Aliàs cap. 7.

Theudas se verbo Iordanem scissurũ pollicetur, & cum asseclis interficitur.

An.mũdi4010. A nato Christo 48.

uiuos ceperunt, & in his ipſum Theudam, cuius caput abſciſſum reportarunt Hieroſolyma. atque hæc ſunt quæ Iudæis contigerunt adminiſtrationis Cuſpij Fadi tempore.

CAP. III.

Quomodo Tiberius Alexander procurator filios Iudæ Galilæi punijt.

Hedio & Ruffinus Cap. 5. Aliàs cap. 8. Tiberius Alexander Iudææ Præſes.

EADO autem ſucceſsit Tiberius Alexander, eius Alexandri filius, qui Alabarchæ magiſtratum geſsit Alexandriæ, omnium in ea urbe ſuo tempore ditiſsimi, qui etiam erga Deum pietate ſuperauit filium, deſertorem religionis patriæ. horum tempore magna illa fames Iudæam tenuit, quando Regina Helena frumentum ingenti ſumptu ex Ægypto comparatum in egenos diſtribuit, vt iam dictum eſt. eodem tempore etiam filij Galilæi, Iudæ Iacobus & Simon ſublati ſunt de medio, eius qui agente Syriæ cenſum Quirinio Iudæos ſolicitabat ad defectionem à Rom. populo: hos enim Alexander crucis affecit ſupplicio. Herodes autem Rex Chalcidis Ioſephum Camydæ filium priuauit ſummo pontificio, eiq; ſuccedere iuſsit Ananiam Nebedæi filium. Tiberio Alexandro ſucceſsit Cumanus, quo tempore idem Herodes Agrippæ magni frater vita excеſsit octauo anno principatus Claudij, ſuperſtitibus tribus filijs: quorum Ariſtobulus ex priore vxore natus eſt, è Bernice verò fratris filia Bernicianus & Hyrcanus. eius principatum Claudius Cæſar Agrippæ iuniori donauit. Sub eodem Cumano exorta ſeditione Hieroſolymis multi Iudæorum deſiderati ſunt, cuius cauſam primùm explicabimus.

Iacobus & Simon, Iudæ Galilęi filij, crucis ſupplicio affecti. Aliàs cap. 9.

Ananias Nebedæi filius, Camydæ pontifici ſuccedit.

Cumanus Præfectus Iudææ.

An.mũdi 4011. A nato Christo 49.

Herodes Rex in Chalcide moritur, eiq; in regno Agrippa ſuccedit.

Hedio & Ruffinus Cap. 6. Aliàs 10.

CAP. IIII.

Quomodo plurimi Iudæorum circa templum oppreſſi ſunt.

In Paſchæ feſto miles genitalia nudans ſeditionem concitat, in qua viginti millia Iudæorum ſunt extincti.

INSTANTE Paſchæ feſto per quod noſtris hominibus veſci panibus infermentatis mos eſt, concurrentibus vndiq; ad ſolennitatem turbis plurimis, veritus Cumanus ne inde naſceretur motus aliquis, iuſsit cohortem vnam armatam ſtare ſupra templi porticus, cohibituram tumultum ſi quis fortè exiſteret. nam idem & alij ante illum præſides factitauerunt feſtiuitatum temporibus. eius feſti die quarta miles quidam oſtendit populo nudata genitalia: qua contumelia furentes vociferabantur non ſe affectos ſed ipſum Deum quem honoraret ea celebritas. & quidam audaciores in Cumanum iactabant conuicia, dicentes ab illo ſubmiſſum petulantem illum militem. his auditis Cumanus & ipſe non mediocriter iritatus eſt: rogabat tamen, vt deſinerent mouere ſeditionem feſto tempore. cumq; illi adeò non parerent, vt maioribus etiam impeterent eum conuicijs, iubet totum exercitum cum armis conuenire in Antoniam caſtellum templo imminens, vt ſuprà docuimus. vulgaris autem multitudo viſo aduentu militum territa, cœpit magno impetu fugere. & cum eſſent anguſti viarum exitus, rati à tergo hoſtem inſequi, comprimebant ſe inuicem inter fugiendũ, & conculcabant in anguſtijs, ita vt perirent plurimi. viginti enim millia extinctorum illo tumultu numerata ſunt: verſaq; in luctum feſta lætitia, omnes ſacrificiorum & precationum obliti, dediderunt ſe lamentis ac eiulatibus: tantam cladem intulit vnius militis impudentia. Vix hic luctus deſierat, cum aliud malũ accidit. Quidam enim qui ex illa turba fugientes euaſerant, in publica via centeſimo ab vrbe ſtadio Stephanum Cæſaris ſeruum iter facientem aggreſsi ſunt latrocinio

Stephanus Iudæorũ ſeruus à Iudęis in itinere ſpoliatur, qua occaſione arrepta Cumanus vicos propinquos diripere iubet.

trocinio, omnesq́ eius diripuerunt ſarcinas. quo audito Cumanus, confeſtim eò miſit milites, iuſſos, vt vicos loco propinquos diriperent. in hac populatione miles quidam libros Moſaicos in quodam vico inuentos protulit, eosq́ lacerauit in conſpectu omnium, multis debacchatus, & in legem & in gentem totã conuicijs. Hoc vbi ad Judæos perlatum eſt, facto concurſu agmine magno petunt Cæſaream, in qua tum Cumanus agebat, ſupplicantes, vt non ſuam, ſed læſi numinis vlciſceretur iniuriam. Tum præſes veritus defectionem populi, de amicorum conſilio militem illum violatorem legis ſecuri ferijt, atque hoc modo tumultum iam repullulantem ſedauit.

An.mũdi 4011. A nato Chriſto 49.

Moſaicos libros miles quidem lacerat, propterea Cumanus ſecuri eum ferit.

CAP. V.

Seditio Samaritas inter & Iudæos orta.

POST hac inter Samaritas & Judæos oritur diſſidium initijs talibus. Mos erat Galilæis, per dies feſtos, Hieroſolyma petentibus, iter facere per Samariam. Aliquando igitur, cùm tranſirent vicum Samaritarum ditionis, qui Nais dicitur, in Magno campo ſitus, commiſſa inter viatores & vicanos pugna multi Galilæorum deſiderati ſunt. Id indignè ferentes eorum primates Iudæos ad arma conciuerunt, hortantes, vt ſe in libertatem aſſererent. Seruitutem enim etiã per ſe moleſtã, tum verò fieri intolerabilem, ſi cum ſubditorũ iniurijs coniuncta ſit. Cumq́ magiſtratus lenire eos conarentur, pollicerẽturq́ ſe Cumano perſuaſuros, vt pœnas de cædis autoribus ſumeret: vulgus contemptis pacificatoribus, arma corripit, adſcito in auxilium Eleazaro Dinæi filio. Is ex profeſſo latro multis iam annis in montibus errans vicos Samaritanorũ incendijs & rapinis vaſtauerat. At Cumanus cognitis, quæ geſta fuerant, aſſumit Sebaſtenorũ alam & quatuor cohortes peditum: armatisq́ etiã Samaritanis cõtra Iudæos proficiſcitur: quos aſſecutus, multos perimit, plures viuos captos abducit. Tum verò Hieroſolymitanorũ primi genere atq́ honoribus, vt viderũt ad quantam calamitatem ventum ſit, induti ſaccos & capita ſparſi cinere, modis omnibus conabãtur flectere multitudinem, præ oculis ei ponentes diruendam patriam, & templi incendium, liberosq́ cum vxoribus captiuos abducendos, vt profanis nationibus ſeruiant: rogabantq́, vt mutato cõſilio, & abiectis armis quieſcerent in poſterũ, & ſuas quiſq́ domos repeterent. His verbis tandem perſuaſi dilapſi ſunt, latrones verò ad loca munita reuerſi ſunt denuo. Atque ex eo tempore vniuerſa Iudæa repleta eſt latronum receptaculis. Porrò Samaritanorum primates Numidium Quadratum Syriæ præſidem tunc Tyri degentem conueniunt, & Judæos accuſant, quòd vicos eorum diripuerint ac incenderint, addentes non tam ſe ægrè ferre propriam iniuriam, quam contemptam Romanorum poteſtatem, ad quorum cognitionem ſpectaret de iniurijs prouincialium decernere: nunc iſtos quaſi nulli vſquam eſſent Romanorum magiſtratus, vicinos infeſtaſſe excurſionibus. quamobrem nunc ſe veniſſe, vt vindictam impetrarent à præſide. Hæ fuerunt querelæ gentis Samaritica. Iudæi contrà & ſeditionis & pugnæ cauſam in Samaritas referebant, ſed maximè in Cumanum, qui muneribus illorũ corruptus tantam cædem diſſimulanter tulerit. His auditis Quadratus iudiciũ diſtulit, dicens ſe prolaturum ſententiam, poſtquam præſens apud Iudæam rei veritatem exactius cognouerit. Ita tum infecto negocio diſceſſum eſt. Paulo verò poſt Quadratus venit in Samariam, vbi quum iuſſiſſet reos cauſam ſuã dicere, comperit

Hedio & Ruffinus cap. 7. Aliàs cap. 11. Samaritæ aliquot Galilæos Hieroſolyma petentes, interficiũt.

An.mũdi 4014. A nato Chriſto 52.

Galilæi ſeſe vindicãtes Samaritanorũ vicos incendijs & rapinis vaſtant.

Cumanus multos Iudæos perimit plures viuos captos abducit.

Hieroſolymitanorũ Primores multitudinem flectunt.

Hedio & Ruffinus Cap. 8. Aliàs cap. 12. Samaritæ Iudæos apud Numidiũ Quadratum accuſant.

Iudæi ſeditionis & pugnæ cauſam in Samaritas & Cumanũ referunt.

An.mũdi4014. A nato Christo 52.

comperit Samaritanorum culpa tumultum illum excitatum. Cognito deinde quòd & Iudæorum quidam res nouas moliti sint, in crucem egit quos Cumanus viuos ceperat. Inde profectus in vicum Lyddam instar vrbis amplũ, sedens pro tribunali & iterum Samaritanorum causam audiens, didicit è quodã Samarita, Dortum Iudæorum primatem cum alijs quatuor socijs Iudæos ad defectionem solicitasse: quos præses affecit supplicio. Ananiam verò summum pontificem & Ananum ducem vinctos Romam misit, vt apud Claudium Cæsarem facti sui rationem redderent. Primores etiam Samaritanorum atque Iudæorũ, simulq; Cumanum procuratorem & tribunum Celerem ire in Italiam iussit ad imperatorem, vt sub eo iudice decerneretur de his quas inter se habebant controuersiis. Ipse veritus ne nouum aliquid Iudæi molirentur adijt Hierosolyma: vbi pacata inuenit omnia, populumq; occupatum patrio festo & operantem sacrificijs. Credens igitur nihil nouaturos, reliquit agentes festa, & Antiochiam repetijt. Cumanus porrò & Samarita Romã missi statuta die iubentur causam suam dicere. Comparauerant autem sibi fauorem libertorum & amicorum Cæsaris: quorum opera vicissent aduersarios Iudæos, nisi Agrippa iunior tum Romæ degens, & Iudæorum primores premi fauore potentum videns, multis precibus obtinuisset ab Agrippina vxore Claudij, vt marito persuaderet legitimè causam cognoscere, & in deprehensos tumultus autores iustam proferre sententiam. Claudius igitur his precibus præmollitus, auditis partibus, vt comperit à Samaritanis factum tumultus principium, eos qui tum ad iudicium venerant supplicio tradidit. Cumanum verò mulctauit exilio. Celerem verò tribunum iussit perductum Hierosolymam inspectante toto populo raptari per vias, atque ita enecari hominem. Procuratorem deinde in Iudæam misit Claudium Felicem, fratrem Pallantis. Post hæc anno imperij sui duodecimo Agrippam donauit Philippi tetrarchia & Batanæa, adiuncta his Trachonitide cum Abila: quæ tetrarchia Lysaniæ fuerat. Chalcidem verò ei abstulit, cum iam dynasta illius fuisset quadriennio. His donationibus ornatus à Cæsare iuuenis collocauit Azizo Emesenorum Regi circumciso sororem Drusillam. Epiphanes enim Antiochi Regis filius recusauit eius nuptias, quòd mutata sententia Iudæorum religionem amplecti nollet, vt erat pollicitus puellæ parentibus. Mariammen quoque matrimonio coniunxit Archelao Chelciæ filio, cui ab Agrippa patre iam ante desponsata fuerat: ex quibus nata est filia Bernice nomine. Drusilla autem non multò post dimissa est ab Azizo ex causa huiusmodi. Felix cum esset Iudææ procurator, visa hac fœminarum omnium pulcherrima amore eius captus, Simonem amicum suum, Iudæum genere Cyprium, pro mago se gerentem ad eam misit, qui mulierẽ solicitaret, vt relicto priore marito ipsi nuberet, beatã fore pollicens si non fastidiret hominem. illa malè consulta volens euadere molestationes sororis Bernices, inuidentis sibi formæ præcellentiam, consensit calcata religione patria Felici nubere: natoq; ex hoc marito filio nomen Agrippæ imposuit: qui iam adultus quomodo cum vxore perierit Vesuuiani clade incẽdij tempore Titi Cæsaris, dicemus postea. Porrò Bernice post Herodis obitum, qui idem maritus eius & patruus fuerat, aliquanto tempore vitæ in viduitate acta, cum spargeretur rumor cum fratre eam congredi, suasit Polemoni Regi Cilicia, vt circumcisus prius se duceret, rata sic se coarguturam mendacium. Nec recusauit Polemon inductus maximè mulieris diuitijs: id tamen cõiugium diuturnum non

Dortus cũ quatuor socijs supplicio affectus.

Ananias, Ananus, Cumanus, Celer alijque nõnulli Romã missi.

Aliàs Cap. 13.

Agrippa ab Agrippina, vt Claudius Iudæorum causam cognoscat, precibus obtinet.

Hedio & Ruffinus Cap. 9.
Aliàs Cap. 14.
Claudius Felix Iudææ Procurator.

An.mũdi 4015. A nato Christo 53.

Drusilla.

Mariamme.

Felix Drusillam à priore marito abducit.

Polemoni Ciliciæ Regi in matrimonium collocatur Bernice.

non fuit, propter intemperantiã, vt fertur discedente ab eo Bernice: qui mox de- An. mũdi 4018. A nato Christo 56.
sertus ab vxore, & ipse Iudaicæ religionis desertor factus est. Eodemq; tempore
etiam Mariamme dedignata Archelaum migrauit in thalamum Demetrij, Mariamme Archelaũ dedignata in Demetrij thalamũ migrat.
primi inter Alexandrinos Iudaos, tam opibus quàm genere, & tum Alabarchiæ
magistratum gerentis, ex quo filiũ nomine Agrippinum genuit. Sed de horũ sin-
gulis post dicemus diligentius. Cæterum Claudius Cæsar exactis in imperio tre- Hedio & Ruffinus Cap. 10. Aliàs 15. Claudij mors.
decim annis & octo mensibus, diebusq; viginti fato functus est, asseuerantibus qui-
busdam sublatum esse vxoris veneficio. huius mulieris pater fuit Germanicus
imperatoris frater, maritus verò Domitius Aenobarbus vnus ex Romanis il-
lustrioribus: post cuius mortem diu viduam tandem Claudius duxit, adducen-
tem in familiam filium patri cognominem Domitium: priorem autem vxorem
Messalinam ob zelotypiam occiderat, matrem communium filiorum Britan- Agrippina, Messalina & Pætina Claudij vxores.
nici & Octauij. nam Octauiam omnium suorum liberorum natu maximam ex
Patina prima vxore sustulerat: quam Neroni collocauit. sic enim nomen priui-
gno adoptato mutauerat. Agrippina autẽ verita ne Britannicus adultus à patre
acciperet successionẽ imperij, volensq; principatũ suo filio quærere, procurata,
vt fertur, morte Claudij, confestim ad prætorianos milites misit præfectũ eorũ
Burrum cum tribunis & libertorũ potentissimis, qui Neronem ad eos perductũ Nero Imperator.
Imperatorem consalutarent. At Nero principatum sic adeptus Britannicum An. mũdi 4019. A nato Christo 57.
clàm veneno sustulit, nec multo post Agrippinam matrem suã ferro propalam,
hanc illigratiam non pro natiuitate solum referens, verumetiam quòd eius ar-
tibus ad imperiũ prouectus sit. Occidit & vxorem Octauiam, multosq; viros il- Nero Tyrannus.
lustrissimos, quasi coniuratos in suam perniciem. Sed de his rebus scribere super-
sedeo. non desunt enim qui res Neronis scripserunt: quorũ aliqui in gratiã eius,
vt bene de se meriti, veritatem neglexerunt: alij indulgentes suis odijs, tam impu-
dentibus mendacijs in eius famam debacchati sunt, vt meritò damnandi sint in
historia. quos equidem non miror de Nerone mentitos, quando ne superiorum
quidem imperatorum gesta scribentes rationem veritatis habuerunt, quos tan-
to post nati nulla iusta de causa odisse poterant. sed istis veritatis contemptoribus
liceat vt libet scribere, quando delectari videntur hac licentia. nos verò quibus
propositum est à veritate nusquã discedere, quæ à nostro argumento aliena sunt
paucis attingimus: quæ verò nobis Iudæis acciderunt, ea non tanquã obiter tra-
ctamus, ne calamitatum quidem ac erratorum commemoratione vitata.

Ergo ad res nostras narrandas reuertamur. Primo Neronis principis an- Hedio & Ruffinus Cap. 11.
no, Regi Emesorum Azizo defuncto frater in principatu successit: minoris au- Aristobulus Herodis Regis Chalcidis filius.
tem Armeniæ dominium Aristobulus Herodis Regis Chalcidis filius à Nero-
ne accepit. Agrippæ quoque idem princeps partem Galilææ donauit, iubens Ti- Agrippæ ditio ampliatur.
beriadã & Tarichæas parere eius imperio: additis his & Juliade trans Iorda-
nem sita, agroq; eius habitato vicis XIIII.

CAP. VI.

Gesta Felicis Iudææ præsidis.

Æternvm Iudææ res prolabebãtur vsq; in deteriùs. tota enim Aliàs cap. 16. Felix latrones, Magos vulgiq; seductores supplicijs afficit.
referta erat latronum receptaculis, & magicis præstigiatoribus
imperitiq; vulgi seductoribus. quorum multos, sicut & latrones,
Felix quotidiè comprehensos afficiebat supplicijs: & in his Elea- Eleazarus Dinæi filius Romam missus.
zarũ Dinæi filiũ qui non mediocrem latronũ globum circa se ha-

An.mũdi4019. A nato Christo 57.

bebat dolo viuum in potestatem suam redegit: data enim ei fide quòd nihil mali esset passurus, persuasit, vt ad se veniret: moxq; vinctum Romam transmisit. cumq; odio prosequeretur Jonatham summum pontificem, vt admonitus ab eo sæpè de administrandis melius rebus Iudaicis, ne omnium erratorum inuidia publica in ipsum recideret, ad cuius preces Cæsar hunc procuratorem miserat, rationem excogitauit, qua liberaretur ab eius molestis interpellationibus. Graue enim est nocendi cupidis, si admoneantur crebrius. Qua de causa Felix amicũ Ionathæ fidissimum Doram Hierosolymitam genere induxit promissa pecunia, vt sicarios ipsi pontifici immitteret: quod ille in gratiam præsidis perfecit his artibus. Quidam quasi religionis ergò in vrbem ascenderunt sicis clam succincti sub vestibus, qui permixti Ionathæ famulicio peremerunt hominem. cuius facinoris, quia nemo vltor extitit, inuitati hac licentia sicarij per singula festa ventitantes, & tela celantes pari modo immixti turbis, alios confodiebant propter priuatas inimicitias, alios conducti pecunia, idq; non modo in reliquis vrbis partibus, sed in ipso templo etiã. nam & ibi interdũ ausi sunt cædes patrare, ac si nihil hoc modo pietatem læderent. vnde fas est credere Deũ tanta impietate offensum auersatum esse Hierosolyma: temploq;, vt non amplius puro domicilio, Romanos induxisse purificaturos id flammis lustralibus: gentiq; cum liberis simul & vxoribus seruitutis iugum imposuisse, quo castigatiores redderentur hoc infortunio. Et vrbs quidem talibus incestabatur latrocinijs. Impostores autem & Magi, turbas illectas post se trahebant in solitudines, pollicentes se diuinitus ostensuros eis clarissima signa & prodigia: persuasaq; multitudo mox. pœnas luit dementiæ. retractos enim eos Felix neci dedidit. Eodem tempore quidam ex Ægypto venit Hierosolyma vatem se esse profitens & plebi suadens, vt secuta se in montem Oliueti ascenderet, qui è regione vrbis ad quintum abest stadium, illic enim visuros suo iussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita vt per eorum ruinas aditus in ciuitatem pateat. Quo cognito Felix iubet milites arma sumere: stipatusq; multis equitibus ac peditibus erumpens inuadit turbam seductam ab Ægyptio: quorũ quadringentis occisis, ducentos viuos cepit: Ægyptius ipse pugna elapsus disparuit. Post hæc latrones rursum ad rebellandum Romanis incitabant populum, dictitantes excutiendum illorum imperium, & non assentientium vicos direptos absumebant incendijs. Apud Cæsaream quoque inter Iudæos habitatores & Syros de pari iure ciuitatis rixa exorta est. nam Iudæi potiore conditione volebant esse, quòd vrbis eius conditor Herodes Rex fuerit Judæus genere: id Syri non inficiabantur quidem, sed aiebant vrbem turrim Stratonis dictam à principio, quo tempore nullũ Iudæum habitasse inibi. Quæ res post peruenit ad cognitionem præsidum, correptisq; ex vtraq; parte tumultus autoribus affecerunt eos verberibus, atq; hoc modo seditionem cõpresserunt aliquandiu. rursum enim oppidani Iudæi freti diuitijs per contumeliam Syros lacessebãt conuicio. qui tametsi inferiores quod ad facultates attinet, ferocientes tamen eò quòd plurimi Romanis per ea loca militantium Cæsarienses essent & Sebasteni patria, aliquantisper & ipsi regerebant in Iudæos conuicia. deinde ad lapides ventum est, ita vt multi vtrinq; vel sauciarentur vel caderent. penes Iudæos tamen fuit victoria. Felix autem, vt vidit contentionem progressam vsq; ad belli speciẽ, prosiliens rogabat Iudæos, vt desinerent: quibus nõ parentibus immisit armatos milites: multisq; cæsis, plures captiuos fecit: & multas eorũ domos diuitijs refertas

Felix Ionathæ insidiatur.

Laniena.

Impostores & Magi.

Hedio & Ruffinus Cap. 12. Alias cap. 17. Pseudopropheta ex Aegypto Iudæos in Oliueti monte prodit.

Hedio & Ruffinus Cap. 13. Alias cap. 18. Cæsareę inter Iudęos & Syros, de pari iure ciuitatis rixa.

An.mũdi 4020 A nato Christo 58.

refertas in prædam concessit militibus. Iudæorum verò honoratiores ac modestiores sibi ipsis timentes rogauerunt Felicem vt militibus receptui caneret, parceretq; iam & resipiscendi facultatem concederet: id quod præses indulsit eorum precibus. Per idem tempus Agrippa Rex summum Sacerdotium Ismaeli contulit Phabei filio: & ipsi summi pontifices dissidere cœperunt à sacerdotibus & primatibus Hierosolymitanorum ciuium, singuliq; incedebant stipati manu audacissimorum & seditiosorum hominum, conflictantesq; inter se mutuis certabant conuicijs & lapidationibus: nec erat qui compesceret, quasi vacante vrbe magistratibus. In tantum autem exarsit summorum pontificum impudentia, vt auderent seruos suos in areas mittere, qui auferrent debitas Sacerdotibus decimas, aliquotq; pauperiores è sacerdotum ordine alimentorum inopia fame deficerent. Tanto plus tum pollebat violentia seditiosorum quàm iustitia.

An. mūdi 4020 A nato Christo 58.

Ismael Phabei filius Pontifex.

Pontificum cum Sacerdotibus dissidiū.

CAP. VII.

De Procuratore Porcio Festo, & de sicarijs.

Æternvm postquàm Felici successor Porcius Festus à Nerone missus est, primores Iudæorum Cæsaream incolentium Romã profecti sunt Felicem accusaturi: dedissetq; omnino pœnas iniuriarum quibus Iudæos affecerat, nisi Nero eum donasset Pallantis fratris precibus, qui tum in precio erat apud principem. Cæsariensium etiam Syrorum duo præcipui, Beryllum qui pædagogus Neronis fuerat, tunc verò Græcis epistolis scribendis præerat, magna pecunia corruperunt, vt impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Iudæis eius ciuitatis ius, hactenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facile obtinuit. ex his literis postea calamitatum nostrarum omnium causæ ortæ sunt. Iudæi enim Cæsarienses vbi cognouerunt, quæ scripta sunt, magis etiam perstabant in seditionibus, donec initium belli conflatum est. Cum autem venisset in Iudæam Festus, offendit totam afflictam à latronibus vicos passim populantibus. quorum ferocissimi appellati sicarij tunc ad maximum numerũ excreuerant, vtentes gladiolis instar acinacis Persici, incuruis quales sicas Romani nominant, vnde latronibus ipsis cognomen est inditum, multorum cæde infamibus: qui, vt iam dictum est, festis diebus admixti turbæ vndiq; in vrbem confluenti religionis gratia, nullo negocio quotquot collibuisset tollebant de medio. aliquando etiam armati inuadebant inimicorum vicos, direptosq; tradebant incendio. Festus autem equestres & pedestres copias misit contra quendam impostorem magum, qui homines post se trahebat in solitudinem, deceptos vanis promissis, quasi ope eius incolumes euasuri essent è malis omnibus. hi vniuersi vnà cum seductore ab immissis militibus oppressi sunt. Eodem tempore Agrippa Rex exstruxit insigni amplitudine domũ prope porticũ in regia Hierosolymitana qua Assamonæorum fuerat, sitam in edito loco vnde amœnissimus prospectus patebat contemplari vrbem volentibus, cuius voluptatis Rex cupidus è cubiculo spectabat quicquid circa templũ fieret. id vbi viderunt Hierosolymitani proceres tulerunt indignissimè. neq; enim leges nostræ concedunt spectari quid agatur in templo, præsertim sacrificia. quamobrem altum parietem excitauerũt supra exhedram, quæ erat in interiore templo versa ad solem occiduum. hæc non solum Regij triclinij prospectum arcebat opposita, verumetiam occidentalis extra templum sita porticus, vbi festis diebus Romani stationes habebant ad templi

Aliàs cap. 19. Felix accusatur.

Hedio & Ruffinus Cap. 14. Seditio Iudæorum.

Sicarij.

Festus impostorem magum cum assectis opprimit.

Hedio & Ruffinus Cap. 15. Aliàs cap 20. Domus ab Agrippa exstructa prospectu priuatur à Iudæis.

An. mũdi 4024 A nato Christo 62.

custodiam. quo facto tam Rex offensus est, quàm Festus præses prouincia. qui etiã iussit parietem dirui. ciues autem rogauerunt, vt liceret sibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negantes se posse viuere, si quid demoliretur de templi ædificijs. quo impetrato miserunt ad imperatorem decem ciues eximios, & Ismaelem summum pontificem, & Chelciam custodem sacri ararij. Qui audita legatione non solum ignouit, sed permisit etiam sic manere parietem, gratificatus in hoc vxori suæ Poppeæ piæ fœminæ, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerat: quæ decem illos viros redire permisit, Chelciam verò & Ismaelem apud se detinuit tanquam obsides. Id postquam Agrippa resciuit, pontificatum detulit Josepho cognomine Cabi, Simonis quondam summi Pont. filio.

Iosephus Cabi Simonis filius Pontifex.

CAP. VIII.

De Procuratore Albino.

Albinus Iudææ Procurator.

Ananus, Anani filius, Pontifex.

Ananus quinq; filios summi Dei Pontificio potitos habet.

ÆSAR autem de Festi morte accepto nuncio, Albinum in Iudæam misit præsidem. Rex verò Iosepho, iusso priuatam vitam agere, Sacerdotium eius dedit Anani filio, & ipsi vocato Ananoeodem quo pater nomine. Seniorem istum Ananũ aiunt fuisse omnium felicissimum, vt qui filios habuerit quinq;, omnes potitos summi Dei pontificio, cum prius ipse ad satietatẽ hac dignitate esset perfunctus: quod ad eam ætatem nulli antè summorum pontificum contigerat. Iunior autem Ananus, is quem nunc summũ pontificatũ accepisse diximus, audax erat & ferox ingenio, secta Sadducæus, quod hominũ genus apud Iudæos in iudicando est seueriſsimum, vt antè docuimus. Talis igitur cum esset, tempus opportunum se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, concilium iudicum aduocat: statutumq; coram eo fratrem Iesu Christi Iacobum nomine, & vnà quosdam alios, reos impietatis peractos lapidandos tradidit: quod factũ omnibus in ea ciuitate bonis & legum studiosis vehementer displicuit: missusq; ad Regem clàm nuncijs rogauerunt mandaret Anano, ne quid tale posthac ageret. nam ne nunc quidem rectè egisse. Quidam etiam Albino occurrentes venienti ab Alexandria, docuerunt eum non licuisse Anano sine ipsius consensu aduocare concilium. horum verbis ille persuasus iracundè scripsit pontifici, daturũ sibi pœnas minitans: & Agrippa Rex eam ob causam post tertiũ mensem ablatum ab eo pontificatum Iesu Damnei filio concessit. Albinus porrò, vt venit Hierosolyma, omnem curam & diligentiam adhibuit, vt pacaret prouinciam, interfectis multis sicarijs. Ananias autem pontifex indies apud populum celebrior fiebat & carior, honorabaturq; ob liberalitatem ab omnibus: quotidieq; Albinum donis venerabatur & summum pontificem. Sed habebat seruos pessimos, qui adiuncto sibi audacissimo quoq; obeuntes areas vi auferebant sacerdotum decimas, pulsantes eos, qui cunctarentur reddere. alij quoque pontifices faciebant similia, nemine valente compescere: multiq; Sacerdotum, quibus antè ex decimis alimenta fuerant, tunc absumebantur inedia. At sicarij die festo, qui tum superuenerat noctu vrbem ingressi viuum ceperunt scribam ducis Eleazari. is erat Ananiæ pontificis filius. hunc vinctum abduxerũt, ac deinde miserunt ad Ananiam, qui eorum nomine promitteret scribam dimittendũ, si pater Albino persuaderet, vt ex eorũ numero decem captiuos solueret: tum Ananias vrgente necessitate ab Albino impetrauit quæ latrones illi postulauerãt, id quod maiorũ calamitatũ fuit initium. Latrones enim semper aliquã artem comminiscebãtur, qua

Hedio & Ruffinus Cap. 16 Alius cap. 21. Iacobus frater Domini lapidatur.

An. mũdi 4025. A nato Christo 63.

Ananus apud Albinũ accusatus.

Iesus Damnei Anano Pontifici succedit.

Sacerdotum decimas vi quidam auferunt.

qua ex Ananiæ cognatis quempiam interciperent, nec prius dimittebant quàm è suis aliquot reciperent: auctiq; denuò magno numero & recepta audacia, totam eam regionẽ vastabant. Hoc tempore Agrippa Rex prolatis pomœrijs Cæsaream qua Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorem vocauit eam Neroniada: & theatrum apud Berytios impendijs magnis exædificatum ornauit spectaculis annuis, assignata in eum vsum ingenti vi pecunia. Frumẽtum enim donauit ei populo, & oleum viritim distribuit: totamq; eam vrbem ornauit statuis passim dispositis atq; expressis ad antiqua clarorum artificum archetypa imaginibus: & omnia penè sui regni ornamenta in eam ciuitatem transtulit: vnde magnam sibi apud subditos parauit inuidiam, quòd suos spolians externam vrbem excoleret. eodem Rege iubente Iesus Gamalielis filius in summo Pontificatu An. mun. 4026 A nato Christo 64.

Latrones Ananię cognatos captant, Cæsarea Philippi ab Agrippa Neronias appellata

Berytij ab Agrippa multis donis affecti.

Iesus Gamalielis filius Pontifex.

successit Iesu Damnei filio non libenter sibi cedenti, vnde natũ est inter vtrunq; dissidium. adscitis enim globis audaciũ iuuenum sæpè à conuicijs prorumpebant ad lapides. Sed inter alios eminebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos sibi reconcilians. Costobarus quoq; & Saulus suam quisq; circa se manum habebat sceleratorum hominum, orti genere regio, & propter Agrippæ cognationem fauorabiles, alioqui violenti & ad spoliandos infirmiores promptissimi. atq; ex illo maximè tẽpore labare cœpit nostra Respub. & indies in deterius ruere. Porrò Albinus audito Gessium Florum sibi successurum venire, videri volens gratificatus Hierosolymitanis ciuibus, productis vinctis, quotquot erant in manifestè capitali culpa, iussit interimi: reliquos qui leuioribus de causis coniecti erant in vincula, reductos in carcerem pecunijs mulctatos dimittebat alium post alium. atq; in hunc modũ vacuato vinctis carcere Iudæa repleta est latronibus. Interea Leuiticæ tribus homines quorum erat sacros hymnos in templo canere, adito Rege induxerunt eum precib. vt aduocato concilio decerneret eis vsum stolæ lineæ, quæ tum solis erat concessa sacerdotibus. hanc enim nouationem pertinere ad perpetuam ipsius regni memoriam. neq; frustra fuit eorum postulatio. Rex enim de concilij sententia permisit hymnorum cantoribus, vt deposito priore habitu, lineum vt voluerunt sumerent. Aliam etiam eiusdem tribus partem addictam templi ministerijs, ipsorum precibus motus permisit sacros hymnos canendos edisscere: quæ omnia fiebant contra instituta legis patriæ, nunquam violata absq; piaculo. Iam absolutum erat & templi ædificiũ. Populus igitur cum videret esse in ocio circiter octodecim opificum millia, solitorum hactenus in templo ex operarum mercedibus victum quærere, nolensq; sacram pecuniam repositam habere, ne quando præda Romanis fieret, simulq; opificibus inde prouisum cupiens: quod vel vna hora operato statim merces repræsentaretur: suasit Regi vt orientalem instauraret porticũ. ea templi extima claudebat profunda valli & angustæ imminens, ac proinde subnixa muro quadringentos alto cubitos, saxis constructo quadratis valde candidis: eratq; cuiusq; saxi longitudo cubitorũ viginti, sex verò altitudo: opus Solomonis Regis qui primus integrum templum condidit. Rex autem cuius curæ Claudia Cæs. fabricam templi commiserat, reputans quodcunq; opus demoliri facilè, reparari difficilè, maximè talem porticum egentem & tempore longo & pecunijs plurimis, non annuit populi precibus: sed vrbem candido saxo consternere si liberet non vetuit. Post hæc Iesu Gamalielis filio Pontificatum abrogatum concedit Matthiæ Theophili filio, quo Pontifice Iudaicum bellum habuit initium.

Ananias, Costobarus & Saulus ad spoliandos infirmiores promptissimi.

Hedio & Ruffinus Cap 17. aliàs 22. Albinus vinctos interimit.

Leuiticæ tribus hominibus Agrippa lineæ stolæ vsum decernit.

Templi ministris Agrippa hymnos sacros canere permittit.

Iudaicus populus Regi vt orientalem instauraret porticum, suadet.

Matthias Theophili filius Pontifex.

An. mũ. 4026. A nato Christo 64.

Hedio & Ruffinus Cap. 18.

Pontificum in populo Iudaico numerus & ordo.

Aaron eiusq; progenies.

Põtifices in vniuersum octuaginta tres.

Conueniens videtur præsenti historiæ narrare de Pontificibus, quæ origo eorum, & qui ad hunc honorem admittantur, & quot vsque ad finem eius belli fuerint. Primus igitur omnium hoc Dei sacerdotium gessisse fertur Mosis germanus Aaron Pontifex: quo defuncto successisse mox filios, ac deinde illorum posteritati mansisse hunc honorem perpetuum. vnde consuetudo obtinuit accepta à maioribus, neminem Dei Pontificem fieri nisi descendentem ab Aaronis sanguine, nec eam dignitatem concedi vel Regibus oriundis alio genere. Fuerunt igitur vniuersi à primo Aarone vsq; Phanasum, quem belli tempore seditiosi declarauerunt Pontificem, LXXXIII. *numero, horum* XIII. *præfuerunt sacris ab eo tempore quo primum in deserto Moses erexit Deo tabernaculum, vsq; dum in Iudæam ventum est, vbi Deo templum ædificauit Rex Solomon. nam à principio Pontificibus non succedebatur nisi mortuis: deinde viuentibus etiam subrogari cœperunt alij. Itaq; hi* XIII. *cum essent duorum Aaronis filiorum posteri, per continuatas successiones hoc honore potiti sunt: sub his primò penes optimates administratio fuit Reipublicæ, post ad monarchas, postremò ad Reges transiit. ex quo autem die patres nostri ductu Mosis Ægyptum sunt egressi, vsque ad templum à Solomone Rege conditum, elapsi sunt anni* DCXII. *post* XIII. *illos Pontifices alij* XVIII. *secuti sunt à tempore Solomonis Regis sibi succedentes vsque dum Nabuchodonosor Babyloniorum Rex contra nostram vrbem expeditione facta templum incendit, & translata tota gente Babylonem, Iosedecum quoque Pontificem illò abduxit. horum Pontificatus tempus* CCCCLXVI. *annorum fuit, mensium sex, dierum decem, Rempublicam Iudæorum gubernantibus Regibus. post septuagesimum autem Babylonicæ captiuitatis annum Cyrus Persarum Rex dimissis Babylone Iudeis, & reuersis in antiquam patriam permisit templum denuò condere, quando Iesus Iosedeci filius assumpsit summum sacerdotium. Hic & eius posteri quindecim vniuersi vsq; ad Regem Antiochum Eupatora statum* Reipub. *popularem rexerunt per annos* CCCCXIIII. *Caterùm iam dictus Antiochus cum suo duce Lysia primus Oniam cognomento Menelaum apud Berytum vita simul priuauit & sacerdotio, repulsoq; à successione eius filio, Iacimum constituit summum Pontificem, natum quidem ex Aaronis progenie, sed non ex eadem familia. quamobrem Onias defuncti Onia* Pontificis *filius nomine patrem referens, in Ægyptum profectus & insinuatus in* Ptolemæi Philometoris *ac Cleopatræ eius coniugis amicitiam, persuasit eis vt in Heliopolitica præfectura Deo templum instar Hierosolymitani extruerent, seq; illic* Pontificem *constituerent: de quo templo sæpè aliâs diximus. Iacimus autem triennio in* Pontificatu *exacto mortuus neminem successorem habuit, sed per septennium sine* Pontifice *mansit ciuitas. Dein postquam Assamonæorum familiæ* Principatus *nostræ gentis est creditus, rebellantes Macedonibus Ionathan creauerunt summum* Pontificem, *qui septennio toto præfuit. quo per insidias Tryphonis sublato è viuis, frater eius Simon obtinuit id sacerdotium. cui dolo generi oppresso inter epulas, filius Hyrcanus in honore successit. eum cum per vnum & triginta annos gessisset, iam decrepitus successori Iudæ reliquit suo filio, qui alio nomine Aristobulus est dictus. huic frater hæres fuit tàm regni quàm sacerdotij, postquam ille sumpto tum primum diademate vnum annum vtraq; dignitate potitus est. Is nomine Alexander & ipse regnum coniungens* Pontificatui *cum viginti septem annis præfuisset rebus Iudaicis moriens*

riens Alexandræ vxori permiſit deligendi Pontificis arbitrium. illa Hyrcano id addixit, exactoq; in regia poteſtate nouennio è viuis exceſſit: quo toto tempore Hyrcanus eius filius Pontificatum tenuit. nam poſt matris obitum Ariſtobulus frater moto bello victum Pontificem ad priuatam vitam redegit, & ſibi ipſe regnum ſimul vſurpauit ac ſacerdotium: exactisq; in vtraq; dignitate tribus annis & totidem menſibus, cum ſuperueniens Pompeius vi cepiſſet Hieroſolyma, à victore vinctus Romam miſſus eſt cum liberis: & Hyrcanus reſtitutus in Pontificatum, principatũ quoq; ſuæ gentis accepit, ſed abſq; diademate: præterq; priores illos nouem, per alios XXIIII. *annos ſummum ſacerdotium obtinuit. Poſt quos completos Barzapharnes & Pacorus dinaſtæ Parthorum traiecto Euphrate bellum Hyrcano inferunt, eoq; viuo abducto Ariſtobuli filium Antigonum Regem conſtituunt: qui poſt tres annos & totidem menſes expugnatus ab Herode & Soſio, apud Antiochiam iuſſu Antonij dedit ſupplicium. Herodes autem accepto à Romanis regno non amplius ex Aſamonæo genere creauit Pontifices, ſed eum honorem quibuſuis ex ſacerdotum ordine conceſſit etiam obſcuris, abſque vno Ariſtobulo. hunc enim Hyrcani à Parthis capti nepotem, & Mariammes ſuæ vxoris fratrem, ob fauorem populi & Hyrcani aui memoriam ſummo ſacerdotio dignatus eſt. deinde veritus ne omnes in illum eſſent propenſiores, apud Hierichuntem arte necauit natantem in piſcina vt ſuprà diximus: neq; poſtea vlli ex Aſamonæorum poſteritate hoc ſacerdotium committere voluit. idem fecit in ordinandis Pontificibus Archelaus eius filius, & Romani qui poſt illum cum poteſtate præfuerunt prouinciæ. Sunt igitur qui ab Herodis principatu vſq; in diem qua templum & vrbs, incendente Tito, cõflagrauit, Pontificatum geſſerunt, in vniuerſum numero viginti octo: tempusq; eorum ſacerdotij centum anni & ſeptem inſuper: quorum aliqui ſub Herode fuerunt & Archelao huius filio: defunctis autem his penes optimates fuit Reſpub. collocatis in eius faſtigio Pontificibus: de quibus hactenus dixiſſe ſufficit.*

An. mũ. 4026. A nato Chriſto 64.

Ariſtobulus ab Herode interfectus, ſuprà lib 15. Cap. 3.

CAP. IX.

Quomodo Florus Albini ſucceſſor tantis Iudæos affecerit iniurijs, vt coacti ſint arma ſumere.

ESSIVS autem Florus Albino ſucceſſor à Nerone miſſus plurimis Judæos replcuit calamitatibus. is Clazomenius erat genere, adduxitq; ſecum Cleopatram coniugem non minus improbam, per quam vt Poppeæ Auguſtæ amicam, Iudææ adminiſtrationem impetrauerat. adeò verò poteſtate violenter abuſus eſt, vt Albinum Iudæi deſiderarent quaſi beneficum. nam ille quantum poterat clàm erat malus & nocens: Florus contrà quaſi oſtentandã miſſus maliciã, publicè traducebat noſtræ gentis iniurias, nihil ſibi ad ſummam in rapinis & ſupplicijs iniquitatem reliquum faciens. erat enim inflexibilis ad miſericordiam, nullis vnquam lucris ſatiabilis, vndecunq; paruæq; è captans ac magna, vt etiam latronum eſſet particeps. multi enim illum quæſtum exercebant ſecuri de incolumitate, quam ab eo redimebant deciſis-prædarum partibus: adeoq; nullus erat iniuriarum vel modus vel finis, vt miſeri Judæi non ferentes rapacem latronum inſolentiam cogerentur laribus relictis & patrijs ceremonijs ad exteros fugere, iudicantes vbiuis etiam apud barbaros ſe viuere poſſe commodius. Et quid multis verbis opus eſt? Bellum contra Romanos ſuſcipere ſolus

Geſſius Florus Iudææ procurator. An. mũdi 4028. A nato Chriſto 66.

Geſſius Florũs peiot Albino.

Florus

An. mũdi 4030 A nato Christo 68.

Florus belli Iudaici causa.

Florus nos compulit, malens ſemel vniuerſos quàm paulatim perdere. Itaq; ſecundo anno poſtquam is venit procurator in prouinciam; duodecimo verò Neronis imperij, bellum id cœptum eſt: quo tempore quanta vel coacti fecimus, vel perpeſſi ſuſtinuimus, exactè cognoſcere poterunt qui dignabuntur legere libros à nobis conſcriptos de bello Iudaico. atq; hic dicendi finem faciam de antiquitatibus, quas belli argumentum ſequitur. Præſentis autem operis textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum Neronis principis duodecimum: quaq; per tot ſecula Iudæis vel in Ægypto obuenerunt vel in Palæſtina cæteraq; Syria, tum quas clades ab Aſſyrijs & Babylonijs accepimus, quóue modo tractati ſimus à Perſis & Macedonibus, & poſtremò à Romano populo. his enim omnibus accuratè deſcriptis etiam Pontificum ſucceſſiones recenſuimus continuatas per annorum duo millia. pari diligentia Regum quoque res ordine tradidimus, & ſtatus Reipublicæ monarcharumq; potentiam, per omnia ſecuti autoritatem ſacrorum voluminum, ita vt à principio ſumus polliciti. auſimq; addere quòd nemo alius ſcriptor, Iudæus, externúsve potuiſſet hoc argumentum tanta fide Græcis hominibus prodere. ego enim tribuliumm eorum confeſſione diſciplinas patrias egregiè calleo, Græcanica quoque literatura non ſine profectu dedi operam, quamuis exquiſitam pronunciandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinem non licuit. noſtri enim homines non ſuſpiciunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur & ſeruis commune cum ingenuis. ſolos autem ſapientes ſuo ſuffragio pronunciant, qui legis & ſacrarum literarum tantam aſſecuti ſunt peritiam, vt eas etiam interpretari valeant. qua in re cum multi collocarint operam, vix vni ſucceſſit atq; alteri, quibus mox dignum præmium contigit.

Initium belli Iudaici.

Antiquitatum Iudaicarum Epilogus.

Ioſephus Hebraicæ & Græcanicæ literaturæ peritus.

Hoc volumen ſcriptum eſt anno mundi 4057. à nato Chriſto 95.

Fortaſſis autem nulla inuidia prohibet etiam de meo genere geſtisq; per totam vitam rebus pauca exponere, dum adhuc ſuperſunt qui vel atteſtari poſſunt vel coarguere: atque ita concludetur harum antiquitatum tractatio comprehenſa viginti voluminibus, verſuum verò ſexaginta millibus. Quòd ſi Deus conceſſerit, compendio rurſum referam belli caſus & quæ nobis in præſentem vſq; diem euenerunt, quæ incidit in decimum tertium annum Principatus Domitiani Cæſaris, ætatis verò meæ ſextum & quinquageſimum. Promiſi etiam ſcripturum me quatuor libros de Iudæorum opinionibus, quas habent de Deo eiusq; eſſentia, & de legibus, quare per eas alia liceat nobis facere, alia non liceat.

FLAVII

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN HOC FLAVII IOSEPHI OPERE MEMORABILIVM fideliſſimus ac locupletiſſimus.

A

AARON mortuus. 95.
Aaronis virga germinat. 94.
Aaronis filij. 78.
Aaroni Moſis fratri ſacerdotiũ confertur à Deo. 78.
Ab Athenienſibus honor Hyrcano habitus. 409.
Abraham Lothum captum cũ Sodomitis reducit. 18.
Abrahamus primus verbi diuini concionator. 16.
Abrahamus egregius Aſtronomus. 17.
Abrahamus AEgyptios religionem docuit & artes. 17.
Abraham moritur ætatis anno 175. 25.
Abrahami obedientia. 22.
Abrahamo Deus progeniem eius malos vicinos in AEgypto habituram prænunciat. 18.
Abaneth. 75.
Abel à Cain interfectus. 6.
Abdagaſus Aſinæum interficere vult, quod Artabanus permittere recuſat. 541.
Abdon Iudex. 138.
Abdemonus. 881.
Ab Apione quædam valde frigida conſcripta. 895.
Abiæ ad Hebræos oratio, qua deſertionem & impietatem eis exprobrat. 243.
Abenerus Neri filius Sauli filium Ieboſthum populi Regem conſtituit. 185.
Abenerus contra Iudæ tribum copias educit, cui Ioabus cum vniuerſo Dauidis exercitu occurrit. ibid.
Abenerus apud ſeniores populi, præfectoſq; militiæ, vt ad Dauidem deſciſcerent, loquitur: 186.
Abnerus à Dauide comiter exceptus, amicè dimittitur. 187.
Abenerus ad Dauidem in Hebronem mittit legatos, qui ſuo nomine fœdus cum eo ferirent. 186.
Abenerus in fugam conuerſus, Aſael trucidat. 185.
Abeſalomus ſororẽ Thamaram ſolatur. 200.
Abeſalomus vindictæ opportunitatem exſpectat. ibi.
Abeſalomus patrem ac fratres ad ſolenne conuiuium inuitat, & Ammonem vino ſepultum trucidari curat. ibid.
Abeſalomus reductus patris Dauidis conſpectum deuitare iubetur. 201.
Abeſalomus patris ſui affectat regnum aſtutè ſatis & callidè. 201.
Abeſalomus Rex ab vniuerſis ſalutatur. 202.
Abſalomus Iordanem trajcit. 205.
Abſalon callidè per mulierem à Ioabo ſubornatam reuocatur Hieroſolyma. 200.
Abſalomi Hieroſolymis nati liberi. 201.
Abſalomi columna marmorea. 206.
Abias contra Ieroboamum exercitum collegit. 243.
Abias victoria potitur. 243.
Abigæa Nabali vxor muneribus Dauidẽ placat. 176.
Abiathar manus Sauli elapſus, Dauidi patris & ſacerdotum nunciat cædem. 173
Abiatharus ſacerdotali honore priuatur. 226.
Abilamarodachus Iechoniam è vinculis dimittit. 302.
Abimelechus ſeptuaginta nouem fratres interficit. 135.
Abimelechus Thebas capit. 136.
Abimelechus in Sicimitas mouet. 136.
Abimelech Iſacum inuidia motus expellit. 26.
Abimelech amicitiam renouat cum Iſaco. 26.
Abimelech amore Saræ captus. 20.
Abilmelechum mulier ferit, & armiger eum occidit. 137.
Abimelechum Sicimitæ expellunt. 136.
Abiſæus. 212.
Acerræ. 227.
Achas quintus ex fratribus antequam protrahi inberetur, in medium prorumpit. 928.
Achabus & Ioſaphatus in Syros mouent. 255.
Achabus in prælio vulneratus, moritur. 256.
Achabus ob dimiſſum ab ipſo Adadum taxatur. 253.
Achabus in gratiam receptо Adado fœdus cum eo facit. 253.
Achabus Eliam quærit. 248.
Achabi ſeptuaginta liberi Samariæ trucidati. 268.
Achabi pœnitentia. 251.
Achabi cruorem canes iuxta Eliæ prædictionem lambunt. 256.
Achabum Elias impietatis accuſat. 248.
Achazes aurum & argentum templi, Damaſcum Aſſyriorum Regi defert. 279.
Achazes Syrorum Deos, templo Hieroſolymorum clauſo colit. 279.
Achazæ impietas. 278.
Achazæ mors. 279.
Achar quædam ex prædâ contra Dei mandatum abſcondit. 118.
Achor ſorte deprehenditur & punitur. 118.
Achia propheta Hieroboamum decem tribuum Regem futurum oſtendit. 237.
Achimelechi proditionis à Saulo inſimulati apologia. 172.
Achitophel Abeſalomo vt cum paternis pellicibus congrederetur ſuadet. 203.
Achitophelis conſilio ſuadentis Dauidem bello proſequendum Chuſim ſe opponit. 203.
Achitophel, ſuo conſilio explоſo, laqueo ſibi vitam finit. 204.
Achitophel ad Abeſalomum deficit, cuius conſilia ne ſuccedant, Dauid precatur. 202.
Acmes literæ ad Antipatrum. 500.
Accuſatio & epiſtolæ falſæ Legatorum contra Ioſephũ. 602.
Adar, Martius. 361.

Adadus Damasci & Syrorũ rex à Dauide prælio vincitur. 193.
Adamus iram Dei deprecatur. 5.
Adami & Euæ lapsus. 5
Adami pœna. 6.
Adami ætas 930. anni 8
Adamum Deus alloquitur. 5.
Aderus Solomoni infensus. 236
Aderus in Aegyptum profugit. ibid.
Aderus Pharaonem vt sibi in patriam reuerti permittat, orat. ibid.
Aderus in Idumæam reuertitur, inde in Syriam se confert. ibid.
Ad mortẽ nati sumus, eamq; fugere ne fortissimi quidem possunt. 868.
Ad Alexandrum sex millia hominum confluunt. 391
Ad Lothum angeli diuertunt. 19.
Ad Manethonis de Moyse maledicta responsio. 892.
Ad Deum respicientibus eiq; vim fidentibus pietatis fructus integer manet. 570.
Ad Anilæum, ingens perditorum hominum multitudo confluit, qui Babylonios inuadunt. 543.
Adhortatio ad contemnendam mortem, à tempore & rei statu desumpta. 867.
Adhortatio ad considerationem auxilij & beneficij Dei Israelitis exhibiti. 157.
Adiabenorum magnates cum Abia Arabum rege cõtra Izatem fœdus faciunt. 572.
Adiutores Solomonis in templo exædificando. 214.
Adonias cum Abisace coniugium expetit. 219.
Adonias interficitur. 220.
Adonias ex conuiuio se proripiens ad altaris cornua confugit. 216.
Adonias affectat regnum. 214.
Adulterij leges & Zelotypiæ. 83.
Adulteræ accusatio contra Iosephum. 38.
Agar Saram contemnit. 19.
Agatharchidis de Iudæis testimonium. 886.
Agrippa ad Flaccum Syriæ Præsidem se confert. 528.
Agrippa quàm Herodes Iudæis magis fauet. 564.
Agrippa per Marsyam à Proto pecuniam mutuatur. 528.
Agrippa dum Herennius Capito pecuniam ab eo extorquet noctu Alexandriam nauigat. 528.
Agrippa cum alijs aliquot ad Claudium mittitur. 559.
Agrippa Hierosolymis Hecatonbem immolat. 463.
Agrippa ab Agrippina, vt Claudius Iudæorum causas cognoscat, precibus obtinet. 576
Agrippa senatui suam sententiam exponit. 559.
Agrippa Fortunatum libertum cum muneribus & literis contra Herodem ad Imperatorẽ mittit. 537.
Agrippa à Lesbo digressus. 466.
Agrippa ab Antonia Germanici & Claudij matre trecenta millia mutuo petit. 529.
Agrippa Iudæis adium tributum remittit. 563.
Agrippa Agrippæ filius. 566.
Agrippa Marso Syriæ Præsidi dum quinque reges ad se venientes discedere iubet, infensus. 565.
Agrippa in theatro Deus consalutatur, Bubonem videt, & vt Germanus prædixerat, quinto die moritur. 567.
Agrippa quamdiu vixerit & regnauerit. 566.
Agrippa domum præaltam exstruit vnde tuncta quæ circa templum fierent contemplari poterat: Iudæi altiorem parietem excitant qui regis prospectum arcet, & apud Neronem Poppeæ precibus illum illa sum impetrant. 579.
Agrippa Tiberiade habitat. 528.
Agrippa in Italiam Puteolis, inde ad Tiberium Cæsarẽ peruenit. 529.
Agrippa ad audiendum Eutychum instat, quo facto propter verba quædam ei vincula sunt iniecta. 530
Agrippa Alexandriæ pecuniam mutuatur. 528.
Agrippa Iudæorum immunitatem confirmat. 466
Agrippa Berytiam ciuitatem eximijs ornamentis honorat. 565.
Agrippa terrestri itinere Ephesum peruenit. 464.
Agrippa in Asiam missus. 456.
Agrippa sex menses in custodia seruatus. 532.
Agrippa in suum regnum nauigat. 534.
Agrippa Romæ degens ob liberalitatem immodicam ad inopiam redactus. 527.
Agrippa Hierosolymorum muros permunit. 564.
Agrippæ ditio ampliatur. 577.
Agrippæ Herodes Antipatrum Romam ducendũ tradit. 468.
Agrippæ Germanus quidam fortunam florentem & vitæ terminum prædicit, 531.
Agrippæ liberi superstites. 566.
Agrippam Herodes apud Sinopen Ponticam vrbem offendit, & ab eo honorifice excipitur. 463.
Agrippam Caius Tetrachiæ regem constituit 534.
Agrippina Messalina & Petina Claudij vxores. 577.
Agrippium. 650.
Aggæus & Zacharias propheta. 314.
Ain expugnata atque combusta. 119.
Albinus Iudææ procurator. 580.
Alcimus siue Iacimus pontifex. 359.
Alcimus pontifex cum perfugis Iudã apud Demetriũ accusat. 359.
Alcimus popularem auram sibi concilians, eos qui sunt Iudæ partium occidit. 360.
Alcimus Iudam apud Demetrium accusat. 360.
Alcimus Pontifex mortuus. 361
Alexander in templo Hierosoly: sacrificans, vaticinio de ipso Danielis ostenso maximam Iudæis libertatẽ concedit. 330.
Alexander Aristobuli filius contra Hyrcanum magnam manum congregat. 626.
Alexander & Aristobulus crebrò matrem implorãt, id quod Herodis animum succendit. 655.
Alexander Herodi parenti Eunuchus corrumpit, & quod regni sit futurus successor prædicat. 656
Alexander ad DCCC crucibus suffigi & in eorundem conspectu vxores & liberos trucidari iubet. 392.
Alexã. Thracidæ cognomẽ apud Iudæos inuenit. 392.
Alexander in vinculis quatuor libros aduersus inimicos conscribit. 657.
Alexander Ptolemæo, vt Zoilũ tolleret persuadet. 388.
Alexander. 897.
Alexander quartano febriũ recursu fatigatur. 622.
Alexander suo & fratris nomine parentis accusationem diluit. 469.
Alexand. Hierosolyma obsidere volẽs, pontificẽ obuiã euntem honorifice excipit, ob visionem eodem habitu ante oblatam. 330.

Alexander cum Demetrio armis decernit, cunctosq; conductitios milites amittit. 391.
Alexander & Aristobulus omnes lachrimis etiã parẽ tem accusatorẽ ad misericordiam commouẽt. 460.
Alexander à Iudæis bello petitus, potentissimos eorum in Bethoma oppugnat. 392.
Alexander coniugi quomodo secure regnare possit, ostẽdit. 394
Alexander Aristobuli filius ad defectionẽ Iudæos iterum reducit. 628.
Alexander Polyhistor. 24.
Alexander & Aristobulus à Salome ac Pherora ad cõuicia illecti, apud Herodem traducuntur. 466.
Alexander obiecta crimina non inficiatur, sed per scripturam parenti structas insidias fatetur, quarum Pheroras, Salome, Ptolemæus, & alij regis fidelissimi participes essent. 479.
Alexander per sex annos quinquaginta millia Iudæorum interfecit. 620.
Alexander ad Præfectum arcis Alexandrij, vt se reciperet, scribit. 484.
Alexander Herodi quod ab Archelaum discedere decreuit, fatetur. 484.
Alexander victoriam ab Theodoro amittit. 620.
Alexander 100000. peditum & 1500. equitum congregat. 626.
Alexander Ionathan in suas partes traducere conatur pontificatum deferendo. 367.
Alexander Aristobuli filius principatum inuadit. 405.
Alexander Antiochi Epiphanis filius in Syriam veniens, Ptolemaidem occupat. 366.
Alexander rex Syriæ Cleopatram Philometoris filiam ducit. 370.
Alexander & Aristobulus in quib. peccauerint. 489.
Alexander ad Ptolemaidem exercitum ducit, eamq; oppugnat. 388.
Alexand. in conflictu cũ Antiocho Grypho cæsus. 383.
Alexander alterum fratrum interficit, alterum in honore habet. 388.
Alexander à Gabinio victus. 405
Alexander dona Ionathæ mittit. 371.
Alexander post obitũ Philippi Macedonum rex. 328.
Alexander cum hostibus prælio decertat, & sex millia militum amittit. 626.
Alexander ab armis requiescit. 621.
Alexander & Aristobulus Sebaste strangulati in Alexandrium sepeliuntur. 488.
Alexander cum Obada regi Arabum congressus totũ exercitum amittit. 620.
Alexander Arabiæ & Amathunti castello bellum infert, illudq; captum funditus eruit. 620.
Alexander Lysimachus Alabarcha. 561.
Alexandri & Aristobuli impatientia. 475.
Alexandri victi in Arabiam fuga, & cædes. 572.
Alexandri cum Demetrio pugna & victoria. 368.
Alexandri copias Arabum Rex in fugam vertit, maximamq; partem trucidat. 621.
Alexandri familia magnum infortuniũ incurrit. 396
Alexandri morbus. 393
Alexandri mors. 394.
Alexandrum quidam quod Romã cõtra parentem ad amicos literas miserit, accusat. 478.
Alexandrum filium Herodes timet. 656
Alexandrum, Aristobuli fratrem Regina Regem constituit, qui è vestigio crudeliter agit. 620.
Alexandra Pharisæis vltro paret. 622.
Alexandra, Alexandri cõiunx pietatis opinione principatum obtinet. 622.
Alexandra Herodi suspecta obseruatur. 435.
Alexandra in Aegyptum aufugere cogitat, insidiæ vero Herodi patefiunt. 436.
Alexandra sese excusat & Herodi reconciliatur, dum Pontificatum filio promittit. 425.
Alexandra Iudæis castellorum custodiam credit. 395.
Alexandra, Herode absente, vrbis arces in suam potestatem redigere conatur. 449.
Alexandra Hyrcani filia, vxor Alexandri Aristobuli Regis filij, Cleopatræ vt Pontificatum filio suo petat ab Antonio scribit. 434.
Alexandra Hyrcanum patrem solicitat, & vt à Malcho tutelam peteret, monet. 444
Alexandra moritur, & Hyrcanum regni successorem constituit. 623.
Alexandra Cleopatræ Herodis insidias, & filij miserabilem interitum, indicat. 437.
Alexandra interfecta. 450.
Alexandra Damascum nulla re memorabili gesta, capit. 622.
Alexandra indecore se filia criminis non conscium vult ostendere. 449.
Alexandrium & alia castella diruta. 404.
Alexandri mater. 404.
Alexandriæ pars ora maritima. 897.
Alani mediam terram prædandi causa peruadũt. 861
Allus Cæsaris libertus Agrippæ mutuo dat pecuniã. 529
Altare & vasa ad illud pertinentia. 227.
Altare æreum. 228.
Altitudo, longitudo, & latitudo templi. 225.
Amalecita Dauidi Regem Saulem cæsum nunciat; & eius cædis argumenta armillas aureas & insigne regium affert. 184.
Amalecitæ mouent in Israelitas. 66.
Amalecitarum rex Samuelis iussu interficitur. 162.
Amalecitarum gens expugnata & incensa Sicella, prædam abegerunt. 181.
Amalecitas internecione delendos prædictio. 68.
Amalecitas plectendos. 112.
Amalecitas fundunt fugantq; Israelitæ. 67.
Aman ab omnibus, exceptis Iudæis, adoratur. 321.
Aman odio & consilijs eius in Iudæos in conuiuio patefactis, suspenditur. 325.
Amor multitudinis erga Iosephum. 603.
Amos rex Iudæ impius. 287.
Ammanitarum spolia. 258
Amnon morbum simulans, patrem vt sororem ad se mittat, petit. 199
Amnon sorori vt sui copiam faceret, suadet. ibid.
Amnon sororem reluctantem per uim opprimit, mox exosam & fastiditam extrudit. ibid.
Amnon Dauidis filius, Thamaram Absolonis sororem deperiens, in morbum incidit. 199.
Amanis facultates Mardochæo dantur. 326.
Amonius & Cæsar cum Herode in Capitolium ascendunt. 423.
Amanis in Mardochæum odium. 324.
Ammanitæ exterorum societate mercede impetrata in Dauidem copias parant. 195.

Ammanita & confœderati ſeipſos inuicem trucidant. 258.
Amplitudo Iudæa. 88.b
Ampliatio regni Iſraeliticus. 275
Amarinus Rex Iſraeliticus. 246
Amarames futurus Moſis parens Deum orat pro Hebræis. 50
Amarinus moritur, eiq; Achabus filius in regno ſuccedit. 241.
Amoræos Hebræi fundunt fugantq; 96.
Amoræorum terræ ſitus. 97.
Amaſias à propheta propter Idolatriam reprehenditur. 274.
Amaſias Rex Hieroſolymitanus. 273.
Amaſia ab Iſraelitarum Rege captus: Hieroſolyma diruta & templum ſpoliatum. 275.
Amaſiæ Hieroſolymorum Regis in Ioam Iſraelitarũ Regem expeditio. 274.
Amaſiæ de Idumæis victoria. 274.
Amaſiæ cædes. 275.
Amathus diruta. 391
Amathenorum Rex Dauidis ſocietatem petit. 193.
Ananias Nebedæi filius, Camydæ pontifici ſuccedit. 574.
Ananias Coſtobarus & Saulus ad ſpoliandos infirmiores promptiſſimi. 581.
Ananias vnus ex legatis, vir malus & maleficus. 602.
Ananias, Ananus, Cumanus, Celer aliiq; nonnulli Romam miſſi. 576.
Ananus apud Albinum accuſatus. 580.
Ananus quinque filios ſummi Dei pontificio potitos habet. 580.
Ananus Sethi filius in Ioazari pontificis locum ſurrogatus. 519.
Ananelo Herodes dat ſummum ſacerdotium. 434.
Ananelo Herodes pontificatum abrogat. 435.
Anna Helcanæ vxor liberos à Deo petit. 145.
Anaxagoras. 913.
Anchus ſecum Dauidem contra Hebræos educit, quia à Palæſtinorum Ducibus reprobatur. 181.
Anchus Dauidem remittit. ibid.
Anchus Dauidem cum ſexcentorum cohorte euocat. 178.
Ancillas ingenui non ducant. 108.
Angelus Dei occurrit Agar. 21.
Angeli Abrahamo filium naſciturum nũciant, & delendos Sodomitas. 19.
Anni ætatis & regiminis, item virtutes & diuitiæ Dauidis. 218.
Annibas ſupplicio affectus: Amaramus & Eleazarus in exilium miſſi. 568.
Anileus ob vxoris Idololatriam à Iudæis obiurgatus quendam confodit. 542.
Anileus in Mithridatis vicos cum exercitu impetũ facit, eumq; noctu opprimit, & captum ſecum abducit. 542.
Anilæus Parthorũ Ducem trucidat eiusq; vxorem ducit. 541.
Anilæus à Mithridate fugatus. 543.
Anilæum Babylonij ad ſupplicium depoſcunt, qui oppreſſus interficitur. 543.
Anima mortali corpore vincta. 866.
Animus Herodis hypocriticus. 437.
Annius Minucianus. 547.
Annius Rufus Iudæa præſes. 520.
Annona caritas in Aegypto. 48.
Annona caritas principatu Claudij. 88.
Annus iobelus. 84.
Ananus apud Albinum accuſatus. 580.
Antigonus auriculas Hyrcani dentibus truncat. 636.
Antigonus Ariſtobuli filius ab Herode fugatus. 633.
Antigonus Maſſadam obtinet. 638.
Antigonus Parthis, ſi ab Hyrcano in illum regnum transferrent pecuniam pollicitur. 419.
Antigonus quoſdam qui Herodianos frumentatores per inſidias interciperent mittit. 425.
Antigonus apud Ariſtobulum falsò accuſatus. 386.
Antigonus à Parthis in Iudæam reductus Hyrcano ne in regnum reſtitueretur, auriculas amputat. 422.
Antigonus Romanum exercitum alere recuſat. 426.
Antigonus Herodi quod non ex ſtirpe Regia prognatus, ſed ſemiIudæus ſit exprobrat. 425.
Antigonus Ariſtobuli filius apud Cæſarem Hyrcanũ & Antipatrum accuſat. 409.
Antigonus ſecuri obtruncatur. 644.
Antigonus Ariſtobuli filius ad Cæſarem, Pompeij ſtudioſos de morte patris accuſaturus, venit. 629.
Antigonus de fratre nihil mali ſuſpicatur. 619.
Antigonus interficitur. 619.
Antigonus Hyrcanum & Antipatrum falsò accuſat. 629.
Antigonus apud Ariſtobulum falsò accuſatur. 619.
Antigoni in Ioſephi cadauer immanitas. 641.
Antigonum Ariſtobuli filium Ptolemæus Mennæus adoptat. 417.
Antipater precibus Herodem vt pacta cõnubialia mutentur flectit. 491.
Antipater Malichi inſtinctu venenum bibit. 632.
Antipater Iudæorum potentiores in Ariſtobulum cõcitat. 398.
Antipater pecunia & donis hominũ fauorem ſibi conciliare conatur. 662.
Antipater Herodem & aulicos calumnijs in fratres inflammat. 654.
Antipater omnium malorum fax. 478.
Antipater Cæſari ex Syria milites conſcribit. 407.
Antipater Mithridati in capiendo Peluſio operã navat. 407.
Antipater obiecta crimina diluit. 409.
Antipater Iudæa procurator declaratus. 409.
Antipater contra Malichum colligit exercitum. 632.
Antipater præſens calumnijs & abſens per literas Herodis in filios exacerbat. 468.a
Antipater Pherorã mortem vehementer luget. 667.
Antipater Cæſareæ omnibus inuiſus. ibid.
Antipater expectatione regni certa nititur. 663.
Antipater in Iudæa nouarum rerum cupidos cõpeſcit. 410.
Antipater Idumæus, 398. primum Antipas dictus. ibid.
Antipater Phaſaelo Hieroſolymorũ, Herodi Galilææ regimem committit. 410.
Antipater omnem in Antiphilum culpam confert. 501.

Antipater Gabinium Ptolemæum in Aegyptum reducentem adiuuat. 405.
Antipater exclusis reliquis fratribus, patris successor declaratur. 653.
Antipater Hyrcani, Nicodemus Aristobuli legati ad Pompeium. 400.
Antipater scriptoribus epistolarum, quas in fratrum perniciem simulat, ingentem pecuniæ summam erogat. 666.
Antipater Hyrcani pecunijs Romanos sibi deuinctos, Iudæos verò inuisos reddit. 411.
Antipater in demerendis paternis amicis nullis sumptibus parcit. 490.
Antipater ab Herode accusatus. 497.
Antipater Herodem fratribus magis infensum reddit. 467.
Antipater subditos suos vt cum Hyrcano sentirent admonet. 630.
Antipater cum copijs Alexandro obuiam procedit. 626.
Antipater Samarita Herodi Antipatrum, filium venenum patri paratum habere exponit. 495.
Antipater patrem vitam finisse ratus cum carceris custode de missione agit, quod dum Herodes audit, sine mora eum occidere, & in Hyrcanio castello cõdi iubet. 504.
Antipater nocte cum Hyrcano ex ciuitate profugit, & ad Aretam Arabiæ regem peruenit. 623.
Antipater innocentiam suam precibus ad Deum testatam facere conatur. 500.
Antipater multa præclara facinora committit, & ad subeunda pro Cæsare pericula seſe offert. 629.
Antipater cum patre res Iudæorum ministrat. 490.
Antipater fratribus sublatis populo & militibus inuisus. 490.
Antipater se reuersis in gratiam gratulari simulat. 470.
Antipater veste proiecta multitudinem vulnerum demonstrat. 629.
Antipater parentis accusationem diluit. 498.
Antipater Salomes filius apud Augustum Cæsarem Archelaum accusat. 508
Antipater parentis vltimum diem optat. 490.
Antipater patriæ muros reparat. 630.
Antipater à cunctis accusatur. 499.
Antipater amitam fallere non potest. 491.
Antipater in carcerem coniectus. 500.
Antipater domum reuersus à nemine excipitur. 497.
Antipater Romæ illustris factus. 468.
Antipas Herodis filius parandi sibi regni spe Romam nauigat. 507.
Antipatri coniunx nobilis ex Arabia fœmina. 628.
Antipatri in Alexandrum fratrem dolus & insidiæ. 654.
Antipatri in Archelaum & Philippum fratres insidiæ. 666.
Antipatri vxor & filij. 407.
Antipatri contra fratres artificiosa machinatio. 475.
Antipatrum & Herodem apud Hyrcanum Iudæi accusant. 411.
Antipatrum Cæsar Romana ciuitate simul & immunitate donat. 629.
Antipatrum Herodes ad Cæsarem mittit. 494.
Antipatris extructa. 472.
Antipatris. 650.
Antiochus abrogato Dei cultu, summa cum tyrannide falsum illis obtrudit, arcit in hoc præsidio impositio. 349.
Antioch. Mag. Rex Asiæ & Syriæ Iudæos vexat. 341.
Antiochus prius regno cum coniuge ac liberis egredi, quàm cum Romanis pugnare decreuit. 861.
Antiochus in Iudæam irrumpere parat. 352.
Antiochus capitur. 861.
Antiochus cum Cæsare reconciliatur. 861.
Antiochus cum Iuda fœdus facit. 358.
Antiochus murum quo templum septum erat, solo æquat. 359.
Antiochus suis ciuibus perfidus. 852.
Antiochus acceptis ab Hyrcano trecentis talentis ab obsidione discedit. 618.
Antiochus auxiliaturus Samaritis, ab Aristobulo caditur & fugatur. 384.
Antiochus Rex Damascenorum. 393.
Antiochus Seleucum fugat. 391.
Antiochus cum coniuge & filiabus in Ciliciam fugit. 861.
Antiochus Tryphonem eiectum Syria in Dora obsidione cingit. 380.
Antiochus regno à fratre exuitur. 393.
Antiochus Gryphus occisus. 390.
Antiochi ad Zeuxidem epistola, in qua Iudæorum honorificam mentionem facit. 342.
Antiochus & Ptolemæus amicitiam & fœdus faciunt. 342.
Antiochus cur templi depredationem fecerit. 900.
Antiochus Philippum regni gubernatorem constituit, eiq; Antiochum filium tradit. 357.
Antiochus vrbe Hierosol. occupata templum spoliat. 348.
Antiochus in conflictu cum Parthis interemptus. 382.
Antiochus squalidis fœtoribus conflictatus exspirat. 934.
Antiochus Lysiæ rerum administrationem: prouincias & filium committens in Persidem proficiscitur. 352.
Antiochus contra Iudæos in furorem vertitur. 921.
Antiochus cognito, quod Philippus vsurpato sibi regno aduentaret è Perside, obsidione soluta illi occurrit. 358.
Antiochus Scenopegiæ gratia septem dierum inducias Iudæis concedit. 382.
Antiochus septem illustres pueros Hebræorum cum matre Antiochiam adduci præcipit. 924.
Antiochus peditum sibi legiones ex Hebræorum numero congregat. 933.
Antiochus Iudæus seditiosus magna calamitatis in Antiochia autor. 851.
Antiochus septimi diei feriam Iudæis edicit. 852.
Antiochus Eupator cum copijs in Iudæam profiscitur. 357.
Antiochus Epiphanes curis implicitus, morbum contrahit, & moritur. 356.
Antiochus Aegypto cedere cogitur. 348.
Antiochus Hyrcanum in vrbem compellit. 381.
Antiochus Epiphanes Rex Syriæ. 348.
Antiochus Dianæ templum spoliare volens, Elymaida

da mouet, & turpiter inde se Babylonem recipit. 356.
Antiochus Seleuci frater Antiochum Cyziceni filium bello aggreditur. 391.
Antiochus moritur, & principatum Antiocho filio relinquit. 616.
Antiochus post patris obitum cum numeroso exercitu Iudæorum fines ingreditur. 616.
Antiochus ad Hierosolymam proficiscitur, præsidiumq; ibi relinquit. 616.
Antiochus à Thobiæ filijs motus cum exercitu in Iudæam irrumpit, ac Hierosolyma deuincit. 616.
Antiochus Epiphanes belli Iudaici fons & autor. 614.
Antiochus mores Iudaicos abrogat. 615.
Antiochus rex Comagenæ. 501.
Antiochi Magni in honorem templi edictum. 342.
Antiochi ad Ptolemæum de Iudæorum libertate epistola. 341.
Antiochi ad Eleazarum exhortatio. 921.
Antiochi mors & fames exercitui immissa. 393.
Antiochi & Iudæ pugna. 358.
Antiochum Cesennius Petus Syriæ administrator coram Cæsare accusat. 860.
Antiochum Demetrij fratrem Alexander timet. 621.
Antiochia Mygdonia à Macedonibus condita. 572.
Antiquitatum Iudaicarum Epilogus. 584.
Antiquitatum historia quinq; millium annorum. 873.
Antonius Herodem & Phasaelum tetrarchas declarat. 634.
Antonius in Tyro commoratur. 634.
Antonius Antigonum ad Triumphum seruare volens, propter Iudæos seditiosos securi eum percutit. 433.
Antonius captiuos trucidat. 634.
Antonius multis donis ab Herode affectus. 433.
Antonius Phasaelum & Herodem Tetrarchas constituit. 419.
Antonius Hyrcano de Cassij & Bruti rebus & morte scribit. 417.
Antonius Herodis virtutem miratur. 641.
Antonius Cleopatræ maritus. 899.
Antonius & Cleopatra extincti. 447.
Antonius Armeniæ regno potitur. 440.
Antonia in magno apud Tiberium honore habita. 530.
Antonium Herodes muneribus placat, & amicis res suas saluas esse scribit. 438.
Antonia turris. 460.
Antoniam Agryppæ, efficeret, vt tandem audiretur Eutychus rogat. 530.
Anteius. 551.
Apion contumeliosam Iudæorum insectationem, qua si mercedem Alexandrinis reddere voluisse videtur. 897.
Apion veram patriam & genus suum abiurat. 897.
Apion de Mose & gente Iudaica. 895.
Apion Iudæis seruitutem exprobrat. 903.
Apion seipsum laudat & magnificat. 904.
Apionis de Mose & templo Iudaico mendacium arguitur. 895.
Apologia Hyrcani apud Regem accusati. 346.
Apollodotus ex Gaza noctu in Iudæorum castra erumpit. 390.
Apollonius cum Ionatha prælium committit, & ab eo fugatur. 371.
Apollonius Syriæ Dux collecto exercitu Hierosolymã venit. 920.
Apostata à Matthia transfigitur. 350.
Apostatæ à religione Iudaica. 348.
Apostasia sacerdotum. 329.
Apsanes per septennium Iudex. 138.
Apud Græcos nulla conscriptio poemate Homeri vetustior. 874.
Aquæ calidæ apud Calliroe quæ in lacum bituminis feracem effluunt. 503.
Aquarum calidarum fontes. 858.
Aquarum in Hebræorum exercitu penuria. 260.
Aquilo auertens flammam in Romanos abigit. fol. 865.
Aquilo Caio extremum ictũ inflixit, Chæreas verò facinoris autor dicendus. 551.
Aquila aurea super maiorem templi portam. fol. 501.
Aquilam auream detractam iuuenes securibus concidunt. 501.
Ara suffumigatoria. 74.
Arabs Scauro reconciliatur. 626.
Arabes ardescente siti vltrò se Iudæis tradunt. fol. 647.
Arabes ab Herode deuicti. 443.
Arabes Herodis exercitum in fugam vertunt. fol. 645.
Arabes Cæsare irato Herodi neq; latrones dedere, neque pecuniam mutuo acceptam persoluere volunt, 482.
Arabes siti compulsi ab Herode pacem petunt. fol. 443.
Arabes & Trachonitæ scientes Herodi Cæsarem iratum, illi insultant. 482.
Arabes in prælium reuersi, fugientes trucidant, & castra capiunt. 441.
Arabes in fugam versi. 440.
Arabum circiter septem millia cadunt, priusquam in Herodis clientelam sese dedunt. 443.
Arabum contra Ioramum expeditio. 266. Mors Ioramí. 266.
Arabici belli causa. 480.
Arbores frugiferæ non excindendæ. 112.
Arborum de rege deligendo consilium. 135.
Arca Noe. 9.
Arca sacra à Palæstinis in fanum Dei sui Dagonis defertur. 147.
Arca in Cariathiarim transfertur. 149.
Arca Dei in templum transportatur. 228.
Arca sacra Bethsamæ peruenit. 149.
Arca in vrbem reducta, in tabernaculum reponitur. 191.
Arcyon medicus quosdam dimittit. 554.
Architecti templi extruendi. 213.
Archelaus Herodi sese excusat. 485.
Archelaus fratrum liberos odit. 491.
Archelaus Herodem generum benignissimè suscipit. 653.
Archelaus Herodem vltrò pro Alexandro deprecari compellit. 658.
Archelaus rex Cappadocia in Iudæam ad Alexandrum generum venit. 657.

Archelaus & Herodes de libris Alexandri deliberant. ibid.
Archelaus Cappadocum Rex Herodem indignationem in generum simulant, eumq; ad paternos affectus reducit. 480.
Archelaus si à Cæsare in Imperio cõstabilitus esset, cuta sibi fore, vt beneuolentia omnium videatur dignissimus pollicetur. 506.
Archelaus Alexandri crimina in amicos, præcipuè verò in Pherorem transfert. Pherorae Archelaũ reconciliatorem adit. 480.
Archelaus Romam profiscitur, multisq; eidem obnixuri eum comitantur. 507.
Archelaus Lazaro Boethi filio Pontificatum abrogat, eamq; dignitatem in Eleazarum collocat. fol. 516.
Archelaus epulum multitudini præbet. 505.
Archelaus & Iudæorum legati coram Cæsare comparent. 513.
Archelaus & Philippus instinctu Antipatri accusantur. 496
Archelais condita. 516.
Archelai visionem Simon vir Essæus interpretatur. 516.
Archelao regi acclamatum. 505.
Archelaum accusatum Cæsar pecunia multat, eumq; Viennam in exilium mittit. 516.
Archelaum Cæsar ethnarcham constituit, regnique dimidium in duos Herodis filios Philippum & Antipam partitur. 514.
Archelaum Nicolaus excusat. 508.
Ardens studium in reparandis manibus. 319.
Ardentes faces in murum iaculantur. 865.
Aretas ad Arabum regem legatus. 486.
Aretas rex Cœlesyriæ. 393.
Aretas contra Aristobulum expeditionem suscipit, eumq; Hierosolyma confugere cogit. 397.
Aretas rex Arabum Gazæis auxilij spem ostendit. 390.
Areta Hyrcano quinquaginta millia militum tradit. 623.
Aretas ex augurijs impossibile esse exercitum ad Petram peruenire colligit. 526.
Aretas Syllæum, quod Fabatum aliosq; interfecerit accusat. 494.
Arietem ad victimam loco Isaci Deus offert Abrahamo. 23.
Aristobulus cum filio Pompeij studiosis peremptus. 628.
Aristobulus Roma reuersus Alexandrium denuo munire conatur. 405.
Aristobulus à Romanis in prælio vincitur. 405.
Aristobulus captiuus cum Antigono filio Romam remittitur. 405.
Aristobulus Iturææ habitatores circumcisionem cæteroſq; Iudaicos ritus admittit. 387.
Aristobulus Herodis ductu submergitur, & Ananelum pontificatus ducit. 436.
Aristobulus contra Aretam & Hyrcanum proficiscitur. 400.
Aristobulus multa castella occupat. 396.
Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius. 577.
Aristobulus & Hyrcanus à Iudæis apud Pompeium accusati. 401.
Aristobulus eiusq; assectæ Phariſæorum tyrannidem accusant. 394.
Aristobulus bello congredi cum Pompeio cogitat. 624.
Aristobulus & Hyrcanus de regno contendunt. 398.
Aristobulus vinculis solutus veneno tollitur. 407.
Aristobulus Antigonum in regni societatem admittit, cæteros in vincula conijcit, & matrem fame necat. 386.
Aristobulus ad Pompeium descendit. 624.
Aristobulus Damascum contra Ptolemæum missus. 395.
Aristobulus Antigonum fratrem interficit. 386.
Aristobulus Hyrcani filius post captiuitatem Babylonicam diadema sibi primus imponit. 386.
Aristobulus ex arce ad Pompeium descendit. 401.
Aristobulus castella à Pompeio tradit. 402.
Aristobulus cum familia Romam vectus. 626.
Aristobulus vxori humilitatem generis obijcit. fol. 655.
Aristobulus matrem ac fratrem vinctos custodiæ tradit. 618.
Aristobulus matrem vinctam fame necat. 619.
Aristobulus fratrem Antigonum plurimum amat. 619.
Aristobulus seipsum regem declarat. 623.
Alexandra coniugem Aristobuli cum filijs carceri includit. 623.
Aristobulus Flaccum Agrippæ fratri infensum reddit. 528.
Aristobulus amitam suam ac sororum monet. 484.
Aristobulus ab Herode interfectus, supra lib. 15. cap. 3. 583.
Aristobulus elapsus Roma iterum turbas concitat. 627.
Aristobulus cum Romanis dimicat. 627.
Aristobulus Agrippæ Regis frater & Elcias Magnus apud Petronium Iudæorum causam agunt. 537.
Aristobulus Hyrcani filius natu maior principatum in regnum transfert. 618.
Aristobulus in honorem fratris in templum ascendit. 619.
Aristobulus Pompeio supplex occurrit. 624.
Aristobulus satellitibus vt Antigonum si eum armis adiret occiderent, præcipit. 619.
Aristobulus misere moritur. 620.
Aristobuli coram Pompeio apologia. 401.
Aristobuli coniunx versuta, Antigonum dolo trucidari curat. 386.
Aristobuli liberi remissi. 405.
Aristobuli necem cuncti deflent, præcipuè verò Alexandra, quæ nullum præ se fert suspicionem. fol. 436.
Aristobuli cum Hyrcano fœdus. 398.
Aristobuli fratricidæ pœna. 387.
Aristobuli apud matrem deprecatio. 622.
Aristobulo fratricidij pœnitudine morbus ingrauescit. 619.
Aristobulo Herodes insidiatur. 438.
Aristobulum in templo Arabs oppugnat. 399.
Aristobulum Pompeius descendere prouocat. 624.
Aristobulum captiuum Cæsar vinculis soluit. fol. 628.
Aristocratia optimum regimen. 106.

Argumenta, Iudæorum genus antiquius Græcorum genere. 877.
Arma quibus Ioſaphatus victoriam parauit. 258.
Artabanus Tiberio filium Darium obſidem & virum quinque cubitorum ſtatura mittit. 525.
Artabanus à Dahis & Sacis in imperium reſtitutus. 525.
Artabanus Aſinæo terram Babyloniam commendat, dotiſq; muneribus eum dimittit. 541.
Artabanus ad Aſinæum & Anilæum propter audaciam ſocietatem cum illis inire mittit. 540.
Artabanus ad Izatem ſe confert, auxiliumq; ab eo petit. 571.
Aruntius in theatro Imperatoris interitum nunciat. 553.
Arx in Apamia diruta. 401.
Aſanus Rex Iudæ. 244.
Aſanus Damaſcenos in Baſanem concitat. 246.
Aſanus rex moritur. 247.
Aſani pietas. 245.
Aſani victoria. 245.
Aſael Ioabi frater Abenerum inſequitur. 185.
Aſiatici & Cyrenenſes Iudæi ab earum regionum ciuitatibus multum afflicti. 473.
Aſinæus & Anilæus Neerdenſes patria in locum quendam ſe conferunt, ad quos ingens multitudo confluit. 540.
Aſinæus cum ſocijs à Babyloniæ ſatrapis ex improuiſo oppreſſi. 540.
Aſinæus ſuos ad fortitudinem hortatur, & hoſtes fundit fugatq;. 540.
Aſinius. 409.
Aſini apud Iudæos alioſq; ſapientes viros qui dicantur. 901.
Aſſamonæi Principatus & Pontificatus finis. 432.
Aſcalonitæ & Scythopolitæ ob tributum non ſolutum puniti. 344.
Aſphaltites lacus. 17.
Aſtus ſerpentis. 5.
Aſorus. 232.
Aſſyriorum imperium diſſolutum. 286.
Aſuerus, rex Perſarum, Vaſten ad conuiuium venire nolentem repudiat. 320.
Eſther puella fit Regina. 321.
Athenio Herodem, eiuſq; exercitum inuadit. fol. 440.
Athronges vir corpore & manuum robore inſignis dignitatem regiam attentat. 511.
Auranitidis ditio à Zenodoro Arabibus elocata, & à Cæſare Herodi donata eſt cauſa belli. fol. 456.
Aurus ab Arabibus incenſus. 512.
Aureum dictum de hos ſeculo. 935.
Auguſtus Herodem Syriæ procuratorem conſtituit. 648.
Auguſto Cæſari Caius rem diuinam facit. 549.
Aſprenas. 549.
Autoritas Simonis. 379.
Azariæ Prophetæ ad populum adhortatio. fol. 245.
Azymorum feſtum. 59.
Azoti propter arcam ereptam horribiliter cruciantur. 147.
Aedificia ab Herode condita. 648.
Aedificatio Hieroſolimæ. 879.
Aegyptus vnde dicta. 880.
Aegypti rex auxiliaturus Iudæis prælio vincitur. 292.
Aegypti regis de Iudæorum libertate ab Ariſtæo impetrata edictum. 334.
Aegypti & Aethiopiæ regina ad Salomonem venit. 233.
Aegyptij beſtias naturæ repugnantes colunt. 899.
Aegyptiorum libido. 16.
Aegyptiorum rex in Aethiopiam fugit, cumq; Aethiopum rex honorifice ſuſcepit. 889.
Aegyptiorum ſacerdotes circumciduntur, à porcinis carnibus abſtinent. 905.
Aegyptiorum arma ventus in Hebræorum caſtra expellit. 62.
Aegyptiorum Idolatria. 888.
Aegyptiorum reges cur Pharaones dicti. 232.
Aegyptiorum rex in Aethiopes. 58.
Aegyptiorum erga Hebræos inuidia. 50.
Aemilius Regulus. 545.
Aetas Saræ 127. anni. 83.
Aethiopes arma contra Aſanum capiunt. 245.

B.

Baaras radix quomodo euellenda. 858.
Baalitarum mactatio. 269.
Babæ liberi à Coſtobaro ſeruati. 450.
Babæ liberi alijq; accuſati ab Herode interfecti. fol. 451.
Babylon à Cyro Perſarum rege capta. 303.
Babylon à Semiramide non ædificatam. 882.
Babyloniæ muri ex latere cocto & bitumine conſtructi. 883.
Babylonicæ captiuitatis poſt ſeptuaginta annos finis. 307.
Babyloniorum rex Herculem fortitudine & rerum geſtarum magnitudine præceſſit. 882.
Babyloniorum regis ad Ezeciam legatio. 286.
Bacchides aciem inſtruit, & cum Iuda ſigna confert. 362.
Bacchides cum 22000. militum Iuda occurrit. 361.
Bacchides Ionathan Sabbatho aggreditur, & duo millia militum amittit. 364.
Bacchides copias contra Ionatham ducit. 364.
Bacchides iratus transfugis dum Ionathæ poteſtas ipſi non datur, quinquaginta ex eis interficit. fol. 365.
Bacchides indignationem in transfugas effundit, & quomodo exercitum ſine ignominia poſſet reducere cogitat. 365.
Bacchides magnam tyrannidem in Bethzecho exercet. 360.
Bachides cum Ionatha fœdus facit. 366.
Bacchides Iudæ fautores interficit. 364.
Bacchides multos ſibi credentes interficit. fol. 259.
Bacchidis in Iudæos crudelitas. 616.
Bacchidi Demetrius Alcimum commendat, eiq; vt Iudam internecione deleat, mandat. 359.
Bacchidem Demetrius cum copijs in Iudæam mittit. 361.

Bagoas, Carus & alij ab Herode necati. 493.
Baiæ sunt thermæ Campaniæ, non procul à Puteolis. 533.
Baleth. 232.
Balthasar siue Naboandel Babyloniæ rex. 302.
Balthasar manum è pariete prominentem & syllabas quasdam scribentem videt. 302.
Bal Tyriorum Deus. 270.
Balamus obiurgatur ab angelo. 98.
Balamus ad Balacum peruenit. 98.
Balami responsio. 98.
Balami de rebus futuris vaticinium. 99.
Balami aduersus Hebræos consilium. 99.
Balami asina loquitur. 98.
Balami de Israelitico populo vaticinium. fol. 98.
Balacus iratus reprehendit Balamum. 98.
Balaci Moabitarum regis ad Madianitas legatio. fol. 97.
Balamo angelus resistit. 98.
Banaias. 212.
Banaias Aegyptium hasta ex ipsius manibus extorta confodit. 212.
Banaias leonem exanimat. ibid.
Baracus 40. annis Israelitarum imperium tenuit. 132.
Baracus contra hostes Imperator designatur. fol. 131.
Barasa oppugnata & concremata. 355.
Baruchus è carcere dimissus. 296.
Basanes Ramathonem captam munit. 246.
Basanis impietas. 245.
Basilica. 230.
Batibius. 550.
Bathillus se venenum attulisse fatetur. 496.
Belus primus rex Assyriorum. 882.
Beli sacerdotes interfecti. 249.
Beleazari calamitas Iudæos ad deditionem commouet. 859.
Bellum Adadi contra Achabum. 251.
Bellum inter Asaelem & Ieum. 271.
Belli Iudaici Præside Floro exorti ipsi Iudæi initium & seminarium. 567.
Belli leges. 111.
Beniamin vt reus capitur. 44.
Beniamitæ in Abneri sententiam concedunt, ipse ad Dauidem proficiscitur, & hac de re certiorem facit. 187.
Beniamitæ quadringentas virgines Iabiticas ducunt. 129.
Beniamitarum 25000. trucidantur, tantum sexcenti incolumes euadunt. 128.
Beniamitis, vt virgines rapiant, conceditur. fol. 129.
Bernice, Agrippæ soror, cuius Herodes patruus & maritus Polemoni Ciliciæ Regi in matrimonium collocatur. 576.
Bernicen Salomes filiam Aristobulo, Glaphyram Archelai Cappadocum regis filiam Alexandro Herodes vxores coniungit. 463.
Berytij ab Agrippa multis donis affecti. 581.
Berosus historiographus genere Chaldæus. 881.
Berosus de Nabuchodonosoro. 301.
Berosus. 16.
Bersabe iuramenti puteus. 21.
Berzelæus Hierosolymam, patre eò proficisci nolente, cum Dauide contendit. 208.
Berzellei filios Solomoni Dauid commendat. fol. 218.
Bezeleel & Eliab Architecti tabernaculi. 71.
Betachora. 232.
Betaramptha Iulias appellata. 519.
Bethsabe studium Adonia, sic suadente Nathane, Dauidi indicat. 215.
Bethsabe Regi se grauidam esse nunciat. fol. 196.
Bethsura obsessa. 357.
Bethsurita deditionem faciunt. 358.
Bethsaida. 519.
Biblia Satan abolere conatur. 349.
Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi. 333.
Bozus Naami & Ruth amicus. 144.
Bozus, Ruth cognatum, eam vt ducat, hortatur. fol. 144.
Bozus ex Ruth Obedem Danidis auum genuit. fol. 144.
Boues triturantes. 107.
Buccinæ duæ ex argento factæ. 85.
Blasphemiarum inter Iudæos & Aegyptias causa. fol. 888.

C.

Cain regione extorris. 7.
Cain Dei castigatione haud melior redditur. fol. 7.
Cain hypocritarum & sceleratorum parens. fol. 8.
Caduceatores ablegandi. 111.
Caius ad tria millia Iudæorum in seruitium abducit. 628.
C. Norbanus Flaccus pro Iudæis scribit. 474.
Caius Senatui ac Pisoni vrbis Præfecto se in imperiũ defuncti successisse significat, & vt Agrippam è custodia dimitterent mandat. 534.
Caius Caligula quartus Romanorum Imperator. 533.
Tiberius Tyrannus. 533.
Caius Tiberium fratrem tollit. 533.
Caius, Germanici filius, gratiosus. 532.
Caius Petronio mandata imperatoria negligente, vt sibi ipsi manus inferat scribit. 539.
Caius Templorum Græcanicorum nullum inspoliatum relinquit. 545.
Caius Iouis fratrem se appellat. 545.
Caius vir maleficus. 556.
Caius orator facundus. 557.
Caius primò egregiè Rempub. administrat, postea diuinos quoq; honores vsurpare audet. 535.
Caij in Iudæos Tyrannis. 544.
Caij in senatores ac patricios sæuitia. 544.
Caius licentiam seruis deferendi suos dominos permittit, & Pollux Claudium reum facere audet. 545.
Caius Agrippæ commendatus. 529.
Caius multos tributorum ac vectigalium releuatio petentes capite plectit. 546.
Caius Caligula post Tiberij obitum Princeps Roman. 526.
Caius à Charea trucidatus. 551.

Caius receptacula nauibus exstruit. 557.
Caius se Ioui comparat. 545.
Caium Agrippa Romæ honorat, in cuius retributionem aliquid petere Caius iubet, qui nihil aliud, quàm vt mandatum Petronio datum reuocet, rogat. 538.
Caij stuprum & libidinis licentia. 556.
Caio passim insidiæ structæ. 545.
Candelabrum aureum. 74.
Chananæorum gentem extirpandam. 112.
Chananæorum Reges mouent in Hebræos. fol. 120.
Chananæorum ingens exercitus. 120.
Chananæorum Reges omnes ad vnum trucidati. fol. 121.
Chananæorum regionem totam Iosua deuastat. fol. 121.
Chananæorum decem millia trucidantur, & Adonibezeck capitur. 125.
Calamitas Iudæorum Scythopoli. 867.
Calamitates omnium à mundo condito cum Iudæorum collatæ, superantur. 613.
Callistus, Caij libertus, Claudio à Caio se vt ipsum veneno tolleret iussum, significat. 548.
Chaldæorum ac Tyriorum scripta cum Iudæis consonant. 883.
Chaspoma & Bosora. 355.
Cambysis rescriptum, in quo Iudæos ab ædificando templo deterret. 309.
Campus regius. 18.
Candelabra. 227.
Canthari & Phialæ. 227.
Captiuitas Babylonica ab Esaia prædicta. 286.
Captiuitas Babylonica. 295.
Captiuorum, & per tempus obsidionis mortuorum numerus. 847.
Caprosaba Antipatris dicta. 393.
Carmen & gratiarum actio Mosis & Israelitarum pro præsenti liberatione. 62.
Carnibus cruentis Hebræi vescuntur. 159.
Carthago à Didone Pygmalionis sorore in Africa extructa. 881.
Cassius Herodi, si bellum desisset Iudæa, regnum delaturum pollicetur. 632.
Cassius in Syriam venit, & plus quàm septingenta argenti talenta à Iudæis exigit. 415.
Cassius Herodi, vt in Malicho mortem patris vlciscatur, rescribit. 632.
Cassius stipendium ciuitatibus indicit. 631.
Cassius & Marius Herodem Cælesyriæ ducem faciũt. 415. 415.
Cassius Longinus Syriæ Præses. 567.
Cassius Charea. 545.
Cassij & Bruti dolo I. Cæsar interfectus. 631.
Caspius portus. 524.
Castra hostium à Samaritanis diripiuntur. fol. 264.
Castella muniuntur. 404.
Castoris Iudæi dolus erga Titum. 807.
Catullus tria simul Iudæorum millia trucidat. fol. 872.
Causæ diuersitatis apud Iudæos. 874.
Causæ, cur Iosephus hos libros contra Apionem conscripserit. 915.
Causæ milites impellentes, vt Claudium in Imperatorem eligerent. 558.
Causa impulsiua conscribendi hos libros. 873.
Causæ, ob quas Iosephus has historias conscriptas in lucem ediderit. 2.
Causa extructi templi. 228.
Causa belli contra Arabes. 441.
Cisus Sauli pater. 152.
Citharæ quis inuentor. 7.
Ciuitatem quis primus instituerit. 7.
Clades Ismaelis à Ioanna accepta. 297.
Clades Alexandri. 389.
Claudius Principatum vltro oblatum deponere recusat. 559.
Claudius in proposito suo ab Agrippa confirmatur. 559.
Claudius Felix Iudææ procurator. 576.
Claudius milites vt in fide maneant sacramento adigit. 559.
Claudius Agrippam in regnum paternum mittere cogitat, quod alij dissuadent, & Cuspium Fadum Iudææ Præsidem & regni totius declarat. 567.
Claudius Agrippæ Iudæam, Samariam, & Lysaniæ ditionem contedit. 561.
Claudius Principatum vltrò oblatum deponere recusat. 559.
Claudius Iudæis sacræ Stolæ custodiam Agrippæ iunioris regatu concedit. 568.
Claudius renuenti obtruditur Cæsarea dignitas. 557.
Claudius Tiberius Nero Romanorũ Imperator. 520.
Claudius sublimis in castra perfertur. 558.
Claudius fato functus. 577.
Claudij Cæsaris ad Iudæos epistola. 568.
Claudij pro Alexandrinis Iudæis edictum. 561.
Claudij pro Iudæis per Romanum orbem edictum. fol. 562.
Claudij ad legatos responsio. 559.
Claudium Agrippa, vt magno animo in retinendo principatu pergeret, hortatur. 559.
Claudium milites in Principem eligunt. 554.
Crassus in Parthia perit. 407.
Crassus Parthis resistit. ibid.
Crassus Iuramenti dati violator. 406.
Crateres. 227.
Cratera aurea dua. 337.
Cratera argentea. 337.
Cæcilius Bassus sex. Cæsarem interficit. 415.
Cædes assidua Hierosolymis. 634.
Cædes latrocinia seditio & fames in Iudæa. fol. 518.
Cædes Zachariæ regis. 277.
Cædes in Hierosolymis. 644.
Cædes cognatorum 42. Ochoziæ. 869.
Cædes filij Aristobuli. 407.
Cædes, latrocinia, seditio & fames in Iudæa. 517.
Cæsar in Syriam venit, apud eum Gadarenses Herodem accusant, qui seipsos iugulant. 457.
Cæsar Augustus Herodi in Parricidas animaduertere liberam potestatem permittit. 486.
Cæsar Herodis ditionem ampliorem reddit. 448.
Cæsar Augustus, Herodis studiosus. 423.
Cæsar è Syria proficiscitur. 410.
Cæsar Ægypto potitur. 447.
Cæsar in hoc iuuenes peccasse pronunciat, quòd se à suspicio-

ſuſpicione immunes non ſeruauerint, ac parentem vt filijs reconcilietur, hortatur. 470.
Cæſar ab Herode offenſus. 482.
Cæſar Herodi dimidium redituum è Cyprijs metallis donat. 470.
Cæſar Herodis Principatum confirmat. 446.
Cæſar Arabum legatos non audit. 482.
Cæſar Trachonitidis, Batanea, & Auranitidis ditionem Herodi donat. 456.
Cæſar Archelaum regno dignum pronunciat. 509.
Cæſar & Agrippa Herodis Magnanimitatem celebrant. 472.
Cæſar Auguſtus fato functus. 520.
Cæſaris ad Herodem reſponſio. 647.
Cæſari & Iuliæ Cæſaris vxori ab Herode legatum. 505.
Cæſari Herodes quingentos ex ſuo Satellitio mittit. 454.
Cæſarem Hyrcanus octingentis talentis donat. 446.
Cæſares. 232.
Cæſarea, Stratonis turris antea dicta, ab Herode condita. 650.
Cæſarea Philippi ab Agrippa Neroniæ appellata. 581.
Cæſarea perfecta. 471.
Cæſarea inter Iudæos & Syros de pari iure ciuitatis rixa. 578.
Cæſareæ portus. 455.
Chæreas cum ſocijs in Germanici ades ſe recipit. 551.
Chæreas Iulium Lupum vt Caij vxorem & filiam interficiat mittit. 556.
Chæreas à conſulib. ſignum petit. 555.
Chæreas multis ex cauſis in Caium incitatus. 546.
Chæreas, Minutianus & Clemens, de Cæſaris nece colloquuntur. 553.
Cæreas cum alijs quibuſdam Caium tollere ſtatuit. 548.
Chæreas Clementem & Papinium alloquitur. 547.
Chæreas occaſionem aggrediendi Caium expectat. 548.
Chæremon. hiſtoriographus. 892.
Chærili antiqui Poetæ de Iudæorum gente teſtimonium. 884.
Caron, amomi feracißima, in qua Noæ arcæ reliquiæ ſeruantur. 569.
Chelcias & Ananias Cleopatræ copijs duces præpoſiti. 384.
Cherubini duo. 225.
Cherubin. 74.
Chebron & Mariſſa expugnata. 356.
Ceſennius Antiochum ſubito inuadit. 861.
Cellæ in circuitu templi conſtructæ. 225.
Chetomene. 75.
Celenderis in Cilicia. 497.
Clearchi Ariſtotelis diſcipuli de Iudæis teſtimonium. 884.
Cleopatra Regina alieni appetens. 438.
Cleopatra in Ciliciam ad Antonium venit. 419.
Cleopatra fratrem & ſororem interficit. 439.
Cleopatra contra filium exercitum parat. 389.
Cleopatra ad Antonium peruenit, qui Arabiæ partem & Hierichuntini agri reditus ei locat. 439.
Cleopatræ in cognationem ſuam ſæuitia. 644.
Cleopatræ auaritia. 645.
Cleopatræ in Herodem inſidiæ. ibid.
Cleopatræ Antonius partes de Iudæa & Arabia ablatas largitur. 439.
Cleopatram Herodes occidere conatur, quod eius amici auertunt. 439.
Cleopatram Antonius verſus Aegyptum deducit. 440.
Creatio mundi. 4.
Cenſores. 288.
Centum legati Hieroſolyma reuerſi. 603.
Certamen quinquennale. 471.
Cinnamus Artabano amiſſum dignitatis faſtigium reſtituit. 571.
Clitus Tiberiade ſeditionis autor. 595.
Clitus ſiniſtram ſibi præcidit. 595.
Circa hoſtes quomodo agendum. 910.
Circa Maſſadam vnus tantum locus, qui aggerum iactum excipere poteſt. 864.
Circenſes ludi. 546.
Circumciſio inſtituta. 19.
Cyrenæorum magiſtratus. 474.
Ciuilis Germanos ad ſobrietatem cogit. 853.
Ciuilis belli inter Hebræos initium. 186.
Ciues in Iabiſſa, Sauli & filiorum cadauera dempta ſepeliunt. 183.
Ciuitatis munitiones ac turrium cautes, quas tyranni per dementiam deſeruerant, inſuperabiles. 846.
Ciuium contra Iudæos ad Titum preces. 854.
Ciuibus directa bona reſtituuntur. 605.
Cyrus Nabonidum expellit à Babylone. 883.
Cyrus Iudæis reditum in patriã vrbis ac templi ædificationem permittit. 307.
Cyri Perſarum regis edictum. 307.
Cyri ad Syriæ Satrapas mandatum. 307.
Cyri de Iudæis eorumq; templo decretum. 314.
Cyprus. 650.
Cypros, Agrippæ vxor, ad Herodiadem ſororem eius ſcribit, & auxilium petit. 528.
Cypron conditum. 472.
Criminum à Iuſto Ioſepho obiectorum depulſio. 605.
Crypta ſubterranea ab Antonia. 461.
Cochlea. 225.
Columnæ duæ excitatæ. 8.
Columnæ duæ ingentes. 226.
Colloquium Dei cum Cain. 6.
Copiæ in partes duodecim congeſtæ. 216.
Coponius Præfectus Syriæ. 517.
Comitas & Benignitas Agrippæ erga Philippum. 596.
Comminatio grauis Iſraelitis à vera pietatis tramite exorbitantibus propoſita. 230.
Concupiſcentiæ ſepulchra. 86.
Conditio obſidionis ſoluendæ à Ioabo propoſita. 210.
Conflictus Aegyptiorum & Mithridatis ad Delta. 408.
Conſonantia Iudæorum religione & vita. 907.

Conscientiæ labes. 387.
Contra mendacium impudenter expositum nihil dicendum. 894.
Contra furtum & usuras. 910.
Contra illos, qui Mosen & Israelitas propter lepram profugisse ex Aegypto contendunt. fol. 83.
Contra legislatores gentium. 914.
Contemptus mortis. 502.
Conuicium Deo faciens. 105.
Conuiuium Iudæorum apud Ptolemæum, & eorundē ante cibum preces. 338.
Corban, donum Dei. 884.
Cores populum excitare aduersus Mosen conatur. 90.
Core factionem ducenti quinquaginta viri sequuntur. 90.
Corem cum 250. viris ignis absumit. 93.
Corinthus à Syllæo, vt Herodem è medio tolleret, pecunijs corruptus. 494.
Corona. 227.
Cornelius Sabinus. 547.
Chosbi. 100.
Costobarus, Lysimachus, Antipater & Dositheus apud Herodem accusati. 450.
Costobarus, cui Herodes in matrimonium Salomen sororem dederat, Idumææ Principatum inuadit. 450.
Costobarus intercessione seruatus. 450.
Cubicula ad voluptatem facta aurea suppellectili referta. 231.
Cumanus Præfectus Iudææ. 574.
Cumanus multos Iudæos perimit, plures viuos captos abducit. 575.
Cum quibus iustitia, cum illis etiam Deus est. fol. 442.
Cum capta coniugium. 108.
Cur Iudæi animalia consueta sacrificent, nec carnibus suillis vescantur. 904.
Cur quidam Historiographi Iudæorum mentionem omiserint. 887.
Cura pro sacerdotibus. 320.
Cura Dei pro suis. 250.
Chusis victoriæ nuncius ad Dauidem missus ab Achima anteuertitur. 206.
Chusi consilium, quod etiam, Achitophelis reiecto, recipitur. 204.
Chusim simulatè offert Abesalomo studium ac fidem suam. 203.
Custos carceris amicè agit cum Iosepho. 39.
Chutæi cultum Dei amplexi, Iudæorum amicos, rebus tantum secundis se profitentur. 282.

D.

Dabaritteni Ptolemæi vxorem spoliant. 592.
Dalale meretrix è Samsone causam tanti roboris expiscari conatur, & ter deluditur. fol. 142.
Damasceni & Aretas contra Alexandrum. 621.
Damasceni à Dauide vincuntur. 193.
Dana extructa. 129.
Daniana tribus à Chananæis pressa. 129.
Danita locum inhabitandum quærunt. 129.
Daniel cum sociis ad honorem euectus. 300.
Daniel Regi scripturam interpretatus. 302.
Daniel in leonum fouiam conijcitur. 304.
Danielis rex dona promissa exhibet. 303.
Daniel Regis somnium & interpretationem exponit. 299.
Danielis cognati statuam adorare nolentes, in ignem coniecti, diuina prouidentia seruantur. 300.
Danielis vaticinia. 304.
Danielis visio de ariete & hirco, per quos Medorum & Persarum Regnum præfiguratum fuit. 305.
Danielis inimici à leonibus dilaniati. 304.
Danielis & sociorum eius in Chaldaica disciplina institutio & profectus. 298.
Danieli somnium eiusque interpretatio reuelatur. 299.
Darius tribus satellitibus tres quæstiones proponit. 309.
Darius se sacra vasa Hierosolyma remissurum vouet. 309.
Darius Hystaspis filius rex Persarum. 309.
Darius admonitus voti, templi restaurationē mandauit. 311.
Darij regis scriptum & mandatum de libertate, possessionibus, templo & sacrificijs Iudæorum. fol. 311.
Darij ad Syriæ præfectos epistola. 315.
Dathan & Abiran contumaces. 92.
Dathan & Abiram absorbet terra. 93.
Dauid Cillanos contra Palæstinorum incursiones defendit. 173.
Dauid tribus malis propositis pestem eligit. fol. 212.
Dauid Sibæ Ionathæ facultates commendat, eumq; omnes reditus Hierosolyma referre iubet. fol. 194.
Dauid in siti crebrò expetitam aquam bibere recusat. 212.
Dauid vxorem Melcholen ab Abenero postulat. fol. 186.
Dauid Hierosolymæ partem inferiorem occupat. fol. 190.
Dauid alsiosus factus Abisate eum recalefecit. fol. 214.
Dauid cognito Regis aduentu fuga sibi consulit. fol. 174.
Dauid à proposito Nabalum euertendi desistit. fol. 177.
Dauid Ioabum cum lectissimo milite contra Ammanitas mittit. 195.
Dauid de Absalomi conatibus certior factus, cum suis Iordanem transit. 204.
Dauid contra Nabalum cum 400. armatis proficiscitur. 176.
Dauid Syriæ subiugatæ tributum imponit. fol. 193.
Dauid in vitæ discrimen vocatus ab Abisæo liberatur. 210.
Dauid Ammanitarum iniuriam fert indignissimè, eamq; vindicare cogitat. 195.
Dauid Abigaam Nabali viduam ducit. 177.
Dauid Saulo innocentiam suam declarat. fol. 178.

Dauid cum sexcentorum manu & duabus vxoribus in Palæstinam ad Anchum Gittæ Regem se confert. 178.

Dauid Saritas & Amalecitas incursionibus infestat, de manubijs munera Regi mittit, eiq; meridionalē Iudæorum regionem se incursare persuadet. 178.

Dauid cum Goliath congredi cupit. 164.

Dauid agnum raptum ex ore Leonis recipit, ipsamq; feram occidit. 165.

Dauid vrsum trucidat. 165.

Dauid armis quibus ad pugnam à Saulo instructus erat, depositis, funda armatus in hostem properat. 165.

Dauid hostem accedens, contemnitur. 165.

Dauid, Sauli & Ionathæ necem deplorat. 184.

Dauid Amalecitam Sauli interfectorem affici supplicio iubet. ibid.

Dauid ex Dei iussu Hebronem commigrans, à Iudæ tribu Rex declaratur. 185.

Dauid Iabisenos quod Saulum cum filijs sepelissent, collaudat. 185.

Dauid se viuente Solomonem filium suum regnum auspicari voluit. 214.

Dauid Solomonem vt Deum colat, hortatur. ibid.

Dauid Mahanaim peruenit, vbi cum summa reuerentia ab optimatibus excipitur. 204.

Dauid arcam in ædes Obadami Leuitæ deponit, cuius domus multis felicitatibus cumulatur. 191.

Dauid Semeim occidi vetat. 203.

Dauid famæ suæ consulit nemine suspicante ipsius voluntate cæsum fuisse Abenerum. 188.

Dauid à Michol irridetur. 192.

Dauid Deo templum ædificare decernit. ibid.

Dauid Deo promissa per Nathanem felicitate gratias agit. ibid.

Dauid in Palæstinos mouet, eisq; bonam agrorum partem adimit. ibid.

Dauid Sophenorum Regem vincit. 193.

Dauid à rege petit vt agri partem ad incolendum ei cum suis attribueret, Rex Secellam ei donat. 178.

Dauid Ionathæ de patris insidijs cōqueritur, Ionathas autem parentem excusat. 169.

Dauid orat Ionathan, vt parentis erga se animum explscari & significare velit. 169.

Dauid Nabam ad Achimelechum sacerdotem peruenit. 171.

Dauid Goliathi gladio accepto, in Gittam Palæstinorum ad Anchum se confert. 171.

Dauid regem Anchum timens furorem ac rabiem simulat. ibid.

Dauid ad speluncam Adullamæ peruenit, vbi illius tota cognatio, nec non & alij multi ad eum se conferunt. ibid.

Dauid ad Moabitarum Regem proficiscens, parentes ei commendat. ibid.

Dauid ad Sarim oppidum peruenit. 172.

Dauid Memphibosto veniam, & dimidiæ partis bonorum Sibæ donatorum restitutionem promittit. 208.

Dauid oraculo monitus fugit. 173.

Dauid in Cœnam cum suis se confert, quò & Ionathas perueniens, eum consolatur, & fœdus cum eo renouat. 174.

Dauid Vriam accersit, eumq; vt profectus ad vxorē, ibi pernoctaret, iubet, quod tamen non facit. 196.

Dauid Ioabo, vt in Vriam animaduertat, scribit. 197.

Dauid magnam vim ferri, æris & lignorum comportat. 213.

Dauid Amasa veniam & vniuersarum copiarū Præfecturam concedit. 207.

Dauid Idumæos, vt viritim tributa persoluerent, cogit. 194.

Dauid num quis ex Ionathæ genere superesset scitatur. ibid.

Dauid fassus peccatum, à DEO veniam consequitur. 198.

Dauid per septem dies, infantes ex Bethsabe suscepti, vicem dolenter ferens, ieiunat. 198.

Dauid puerum extinctum sentiens surgit, ac lotus cibum capit. 198.

Dauid causam, cur mortuo puero cibum capiat, quorum nihil puero adhuc agrotante fecerat, indicat. 198.

Dauid laciniam regij pallij præcidit. 174.

Dauid regi Saulo, quod sibi insonti insidias struat, exprobrat. ibid.

Dauid cum toto populo Abenerum deflet ac luget & solennibus funeralibus ei parentat. 188.

Dauid Vriæ nece audita, ira sci desinit. 197.

Dauid Bethsabe coniugem sibi asciscit, ex qua puer ei nascitur. 198.

Dauid Principibus tribuum conuocatis Solomonem commendat. 216.

Dauid Chusim vt Achitophelis consilijs se opponeret, obnixè precatur. 202.

Dauid Hierosolymis excedit. 202.

Dauid fugiens sacerdotes in vrbe manere vult, vt per eos, quid in ea agatur, cognoscat. 202.

Dauid Samueli Regis erga se animum indicat. folio 169.

Dauid Solomoni Ioabum puniendum mandat. folio 218.

Dauid Deum consulit, num ab Amalecitis vxores ac liberos recipere sit concessurus. 181.

Dauid Aegyptio seruo ductore, Amalecitas assequitur. ibid.

Dauid in Amalecitas irruit, magnam eorum stragem edit, omnemq; prædam recuperat. ibid.

Dauid custodes impedimētorum, obstrepentibus pugnæ socijs, in prædæ partem admittit. 182.

Dauid cum duobus in hostium castra penetrans, Sauli spiculum & lecythum aqualem aufert. 177.

Dauid Sauli Imperatori Abenero quod regium spiculum & aquæ lecythum auferri passus sit exprobrat. ibid.

Dauid Palæstinos magna eorum edita strage vincit. 168.

Dauid Leuitas numerat, eorumq; officia distribuit. 216.

Dauid Ioabum ad peragendum censum ire iubet. 212.

Dauid Iebusæos ex arce & Hierosolymis ejcit, & ciuitatem Dauidis appellat. 190.

Dauid Syris occurrens, 47000. cum Sabeco eorum Imperatore cædit. 196.

Dauid vt plurimum propitium numē experitur. 166.

Dauid cognita filij cade à Chusi, acriter eum deflet. 207.
Dauid Proceres & præfectos comiter atq; benignè excipit. 189.
Dauid Rabatham vi captam militi diripiendam permittit. 199.
Dauid pro innocente orat populo. 213.
Dauid Poeta. 211.
Dauidis & Salomonis potentia. 904.
Dauidis legatis petentibus aliquid commeatus, durè respondetur à Nabalo. 176.
Dauidis cum Goliatho ante congressum colloquium. 165.
Dauidis legati ad Ammanitarum Regem ob patris obitum consolandi causa missi, contumeliosè tractantur. 194.
Dauidis victoria de Goliatho. 165.
Dauidis ad Solomonem postremum alloquium. 218.
Dauidis filij ad patrem, Abesalomus verò ad auum cõfugit. 200.
Dauidis liberi Hierosolymis susceptí. 190.
Dauidis adulterium. 196.
Dauidis concubinæ à filio stupratæ, aliò traducuntur. 209.
Dauidis ob cladem acceptam indignatio. 197.
Dauidi omnes filios ab Abesalomo cæsos nũciatur. 200.
Dauidi, vt præljs abstineat, suadetur. 211.
Dauidem adesse volentem in exercitu amici prohibent. 205.
Dauidem Ionathas excusans, à parente spiculo petitur. 170.
Dauidici generis Reges, quot & quandiu regnauerint, 295.
De arca in qua tabulas legis Moses collocauit. 74.
De arca sacra consultatio. 148.
De adulterio & incestu. 84.
De aduentu Vespasiani in Galilæam & obsidione Iotapæ vide Iosephum lib. 4. cap. 5. de bello Iudaico. 609.
De afflictionibus Hebræorum in Aegypto per annos 400. 50.
De bello Iudaico quidam historias conscripsere. 876.
De bello Iudiaco. 369.
Debitus vitæ finis Iudæorum. 863.
Debora & Baracus in hostes mouent. 131.
Debora Prophetissa. 131.
De boue cornupeta. 110.
Decem tribuum ad reliquos Israelitas legatio. 123.
De Chami filijs ipsorumq; progenie. 14.
De Cain & Abel fratribus. 6.
Decem coniurati necati, delator eorũ interfectus frustatim concisus est. 452.
Decem præcepta, & quomodo diuidenda. 70.
Decem Aegypti plagæ. 58.
Decemuiri contra Herodem conspirant. 452.
Decem bases æreæ labrorum. 226.
Decem labra rotunda. ibid.
Decimæ egenorum. 107
De Cleopatra vltima Alexandrinorum Regina, eiusq; sceleribus. 898.
Dei contemptus in quibus consistat. 161.
De Deo & prouidentia diuina. 908.
Deorum apud gentiles ingens numerus. 912.
De Isaci filijs Esáo & Iacobo, & natiuitate eorum ac educatione. 25.
De Isaco legitimo Abrahami filio. 22.
De Iacobo metu fratris in Mesopotamiam perfugo. 27
De Ismahele Abrahami filio, eiusq; posteris Arabibus. 21.
Defectus Lunæ. 302.
Defectionis Germanorum & Gallorum ab Romanis causa. 853.
Defectionis autores circiter duo millia in cruces acti. 51.
De filijs Sem, tertij Noe filij, & de progenie ipsorum & Abrahami. 15.
De funeribus mortuorum. 909.
Defuncti fratris vxor ducenda. 108.
Demetrius ab Alexandro victus, trucidatur. 383.
Demetrius se promissis in amicitiam Ionathæ insinuare conatur. 367.
De morte Cæsaris rumor diuersus. 552.
Demetrius Iudæis in auxilium venit. 620.
Demetrius Philippum fratrẽ in Beroa oppugnat. 392
Demetrius solicitantibus transfugis Bacchidem cum copijs contra Ionathan mittit. 365.
Demetrius Demetrij filius ex Creta in Ciliciam trajicit, Syriamq; occupare conatur. 370.
Demetrius Tripolim aliasq; Syriæ vrbes occupat, & Antiochum & Lysiam necat. 359.
Demetrius Eucærus contra Alexandrum proficiscitur. 391.
Demetrius in Alexandrum mouet. 366.
Demetrius Eucærus à Ptolomæo Lathuro Damasci rex constitutus. 391.
Demetrius militum odium concitat stipendium pacis tempore minuendo. 373.
Demetrius in Arsacem Parthorũ regem mouet, præliog; superatus, capitur. 377.
Demetrius Nicanorem contra Iudam mittit. 360.
Demetrij ad Lasthenem diploma, in quo Iudæis immunitates promittit. 373.
Demetrij ad Ptolemæum de bibliotheca adhortatio. 335.
Demetrij duces iterum in Ionathan mouent: nihil sibi successurum videntes noctu discedunt. 376.
Demetrij & Alexandri pugna, qua Demetrius superat, Iudæi à Demetrio victore deficiunt. 621
Demetrio in Parthia morbo absumpto Philippus totius Syriæ regno potitur. 392.
Demetrio Anciochia adimitur. 374.
De mundi creatione, & elementorum dispositione. 4.
Deliberationis de Arca sacra conclusio. 148.
De leprosis. 83.
De nuptijs. 909.
De Nazaræis. 94.
De obitu Abrahami. 25.
De posteritate Adami, & decem ætatibus vsque ad diluuium. 6.
Depulsio argumenti Apionis, Iudæos seditionis Alexandriæ causam extitisse. 899.
Depulsio figmenti Apionis de sex dierum itinere. 896.
Descriptio donorum à Ptolemæo rege templo Hierosolymitano missorum. 335.
Descriptio speluncæ in qua latrones habitabant. 640.
Descriptio rationis & sapientiæ. 918.
De Sole, Luna & Stellis Iosephi somnium. 35.
De Regis electione. 106.
De tabernaculo per Mosem in terra deserta facto, quod simili-

similitudinem templi portatilis referebat. 72.
Deus immensus. 228.
Deus non corporis formam, sed animi virtutes spectat 162.
Deus Abrahamo filium pollicetur. 18.
Deus propter inobedientiam Saulī offenditur. folio 161.
Deus verax in promissis. 328.
De uxoribus ducendis. 107.
Dij alieni. 105.
Diluuium. 9.
Dimissio Israelitarum. 274.
Dina Iacobi filia historia. 32.
Diocles. 302.
Diodorus cognomine Tryphon Apamenus à Malcho Arabe Antiochum Alexandri filium petit. 373.
Diophantes regis Notarius Alexandri nomine falsas literas conscribit. 659.
Diophantes scriba aliorum characteres imitatur. 484.
Direptio urbis impedita. 431.
Discrimen Mosis & aliorum legislatorum. 3.
Discordia Iudæorum & ciuium Alexandrinorum in religione. 899.
Dispositio castrorum. 85.
Dissidium inter plebem & senatum. 558.
Dissidium in domo Herodis. 475.
Distinctio gubernationis in populo Israelitico. 156.
Diuersa populi studia. 246.
Diuisio agri Abrahami & Lothi. 17.
Diuisio Sacerdotum in 24. cognationes. 216.
Diuini auxilij promissio. 103.
Dius Iromi meminit. 232.
Dius de Solomone. ibid.
Doecus Saulo, se Dauidē in Nabo apud Achimelechū vidisse significat. 172.
Dolabella Ephesiorum ciuitati scribit. 414.
Dolor & voluptas aut faciunt aut impedunt passionē. 919.
Domicilium Abrahami. 16.
Domitia Domitiani Cæsaris uxor. 611.
Domitianus, Titi frater. 853.
Dona interpretibus dimissis data & Eleazaro missa. 340.
Dona Scauro data. 400.
Dora Phoenicia ciuitas & non Idumæa. 903.
Dora & Ioppe non portuosæ. 455.
Doris prior Herodis coniunx non ignobilis ex quā Antipatrum filium suscipit. 633.
Doris, Herodis uxor. 417.
Doridem Antipatri matrem Herodes ejcit è regia. 495.
Dorita in Iudæorum synagoga Cæsari statuam ponūt, quod Agrippā & Petronium vehementer ad iracūdiam commouet. 563.
Dortus cum quatuor socijs supplicio affectus. folio 576.
Duodecim Ismahelis liberi. 21.
Duo totius disciplina & moralis institutionis modi. 907.
Duo sacrificiorum genera. 80.
Duo de quibus agit Iosephus. 877.
Duo & viginti libri sacri. 875.
Duodecim Iudæorum millia in templo occumbūt. 625
Duodecima legio Cestio duce Iudæis cesserat. folio 849.
Duodeni milites congrediuntur, qui ad vnū se conficiunt, & Abeneri partes succumbunt. 185.
Duæ tabulæ Mosis. 71.
Duæ mulieres sese inuicem de infante permutato accusant. 221.

E

EDictum quantum Mannæ quotidiè quilibet colligeret. 65.
Edicto plebs cohercenda, ne quicquam amplius ad tabernaculi structuram conferant. 72.
Eglon Rex Moabitarum Israelitas subiugat. 130.
Emortuæ dextræ sanitas restituitur. 239.
Enosa urbs prima. 7.
Enochi finis in sacris literis non inuenitur conscriptus. 10.
Eques Iosepho literas affert. 598.
Equi Aegyptiaci. 235.
Ephraimi tribus mouet in Iaphthem. 138.
Eleazarus. 2.
Eleazarus Pharisæus Hyrcano matris captiuitatem exprobrat. 385.
Eleazarus ad Antiochum adducitur. 520.
Eleazarus iram DEI in populum Iudaicum fatetur. 866.
Eleazarus ab Elephanto oppressus moritur. 616.
Eleasar. 211.
Eleazarus moritur. 125.
Eleazarus capitis eumq; Dux nudum extendi & verberibus cædi præcipit. 859.
Eleazarus vitam gloriæ posthabet. 616.
Eleazarus Iudæ frater elephantum occidit. 358.
Eleazarus horribiliter flagellatur. 922.
Eleazarus Dinai filius Romam missus. 577.
Eleazarus Iudæus audacia ferox & manu strenuus. 859.
Eleazari ad socios oratio. 865.
Eleazari ad Antiochi exhortationem responsio. 320.
Eleazari constantia. 922.
Eleazari de immortalitate animæ oratio. 866.
Eleazarus Iudæis Romanorum crudelitatem exponit 868.
Elias sicut Enochus ex hominibus exemptus. 259.
Elias pluuiam venturam prædicit. 249.
Elias Achabo & Iezabelæ vindictam diuinam prædicit. 251.
Elias ad Achabum venturam pluuiā ei indicaturus, mittitur. 248.
Elias populi superstitionem arguit. 248.
Eliæ doctrina & officium miraculo confirmatur, victima igni cælitus absumpta. 249.
Eliam Deus in deserto alloquitur. 250.
Eliam coruus cibat. 247.
Elis Pontificis filij Ophnes & Phinees nefarij. 145.
Eli sacerdotis tempore annonæ caritas. 143.
Eli in Silo filiorum cædes & Arcæ amissio significatur. 146.
Eli audita arcæ amissione exspirat. 147.
Eli Pontificis Genealogia & progenies. 147.
Elisæus in Dothaim hostibus cingitur. 262.
Elisæus pluuiam venturam & victoriam prædicit. 260.

INDEX RERVM ET VERBO-
RVM IN HOC FLAVII IOSE-
PHI OPERE MEMORABILIVM
fidelissimus ac locupletissimus.

A

AARON mortuus. 95.
Aaronis virga germinat. 94.
Aaronis filij. 78.
Aaroni Mosis fratri sacerdotiũ confertur à Deo. 78.
Ab Athenienſibus honor Hyrcano habitus. 409.
Abraham Lothum captum cũ Sodomitis reducit. 18.
Abrahamus primus verbi diuini concionator. 16.
Abrahamus egregius Aſtronomus. 17.
Abrahamus AEgyptios religionem docuit & artes. 17.
Abraham moritur ætatis anno 175. 25.
Abrahami obedientia. 22.
Abrahamo Deus progeniem eius malos vicinos in AEgypto habituram prænunciat. 18.
Abaneth. 75.
Abel à Cain interfectus. 6.
Abdagaſus Aſinæum interficere vult, quod Artabanus permittere recuſat. 541.
Abdon Iudex. 138.
Abdemonus. 881.
Ab Apione quædam valde frigida conſcripta. 895.
Abia ad Hebræos oratio, qua deſertionem & impietatem eis exprobrat. 243.
Abenerus Neri filius Sauli filium Ieboſthum populi Regem conſtituit. 185.
Abenerus contra Iudæ tribum copias educit, cui Ioabus cum vniuerſo Dauidis exercitu occurit. ibid.
Abenerus apud ſeniores populi, præfectos q militia, vt ad Dauidem deſciſcerent, loquitur: 186.
Abnerus à Dauide comiter exceptus, amicè dimittitur. 187.
Abenerus ad Dauidem in Hebronem mittit legatos, qui ſuo nomine fœdus cum eo ferirent. 186.
Abenerus in fugam conuerſus, Aſael trucidat. 185.
Abeſalomus ſororẽ Thamaram ſolatur. 200.
Abeſalomus vindictæ opportunitatem exſpectat. ibi.
Abeſalomus patrem ac fratres ad ſolenne conuiuium inuitat, & Ammonem vino ſepultum trucidari curat. ibid.
Abeſalomus reductus patris Dauidis conſpectum deuitare iubetur. 201.
Abeſalomus patris ſui affectat regnum aſtutè ſatis & callidè. 201.
Abeſalomus Rex ab vniuerſis ſalutatur. 202.
Abſalomus Iordanem traijcit. 205.
Abſalon callidè per mulierem à Ioabo ſubornatam reuocatur Hieroſolyma. 200.
Abſalomi Hieroſolymis nati liberi. 201.
Abſalomi columna marmorea. 206.
Abias contra Ieroboamum exercitum collegit. 243.
Abias victoria potitur. 243.
Abigæa Nabali vxor muneribus Dauidẽ placat. 176.
Abiathar manus Sauli elapſus, Dauidi patris & ſacerdotum nunciat eadem. 173
Abiatharus ſacerdotali honore priuatur. 226.
Abilamarodachus Iechoniam è vinculis dimittit. 302.
Abimelechus ſeptuaginta nouem fratres interficit. 135.
Abimelechus Thebas capit. 136.
Abimelechus in Sicimitas mouet. 136.
Abimelech Iſacum inuidia motus expellit. 26.
Abimelech amicitiam renouat cum Iſaco. 26.
Abimelech amore Saræ captus. 20.
Abilmelechum mulier ferit, & armiger eum occidit. 137.
Abimelechum Sicimitæ expellunt. 136.
Abiſæus. 212.
Acerræ. 227.
Achas quintus ex fratribus antequam protrahi tuberetur, in medium prorumpit. 928.
Achabus & Ioſaphatus in Syros mouent. 255.
Achabus in prælio vulneratus, moritur. 256.
Achabus ob dimiſſum ab ipſo Adadum taxatur. 253.
Achabus in gratiam recepto Adado fœdus cum eo facit. 253.
Achabus Eliam quærit. 248.
Achabi ſeptuaginta liberi Samariæ trucidati. 268.
Achabi pœnitentia. 251.
Achabi cruorem canes iuxta Eliæ prædictionem lambunt. 256.
Achabum Elias impietatis accuſat. 248.
Achazes aurum & argentum templi, Damaſcum Aſſyriorum Regi defert. 279.
Achazes Syrorum Deos, templo Hieroſolymorum claudo colit. 279.
Achazæ impietas. 278.
Achazæ mors. 279.
Achar quædam ex præda contra Dei mandatum abſcondit. 118.
Achor ſorte deprehenditur & punitur. 118.
Achia propheta Hieroboamum decem tribuum Regem futurum oſtendit. 237.
Achimelechi proditionis à Saulo inſimulati apologia. 172.
Achitophel Abeſalomo vt cum paternis pellicibus congrederetur ſuadet. 203.
Achitophelis conſilio ſuadentis Dauidem bello proſequendum Chuſim ſe opponit. 203.
Achitophel, ſuo conſilio exploſo, laqueo ſibi vitam finit. 204.
Achitophel ad Abeſalomum deficit, cuius conſilia ne ſuccedant, Dauid precatur. 202.
Acmes literæ ad Antipatrum. 500.
Accuſatio & epiſtolæ falſæ Legatorum contra Ioſephũ. 602.
Adar, Martius. 361.

Adadus Damasci & Syrorũ rex à Dauide prælio vincitur. 193.
Adamus iram Dei deprecatur. 5.
Adami & Euæ lapsus. 5
Adami pœna. 6.
Adami ætas 930. anni 8
Adamum Deus alloquitur. 5.
Aderus Solomoni infensus. 236
Aderus in Aegyptum profugit. ibid.
Aderus Pharaonem vt sibi in patriam reuertiper-mittat, orat. ibid.
Aderus in Idumæam reuertitur, inde in Syriam se confert. ibid.
Ad mortẽ nati sumus, eamq; fugere ne fortissimi quidem possunt. 868.
Ad Alexandrum sex millia hominum confluunt. 391
Ad Lothum angeli diuertunt. 19.
Ad Manethonis de Moyse maledicta responsio. 892.
Ad Deum respicientibus eiq; vim fidentibus pietatis fructus integer manet. 570.
Ad Anilæum, ingens perditorum hominum multitudo confluit, qui Babylonios inuadunt. 543.
Adhortatio ad contemnendam mortem, à tempore & rei statu desumpta. 867.
Adhortatio ad considerationem auxilij & beneficij Dei Israelitis exhibiti. 157.
Adiabenorum magnates cum Abia Arabum rege cõtra Izatem fœdus faciunt. 572.
Adiutores Solomonis in templo exadificando. 214.
Adonias cum Abisace coniugium expetit. 219.
Adonias interficitur. 220.
Adonias ex conuiuio se proripiens ad altaris cornua confugit. 216.
Adonias affectat regnum. 214.
Adulterij leges & Zelotypia. 83.
Adulteræ accusatio contra Iosephum. 38.
Agar Saram contemnit. 19.
Agatharchidis de Iudæis testimonium. 886.
Agrippa ad Flaccum Syriæ Præsidem se confert. 528.
Agrippa quàm Herodes Iudæis magis fauet. 564.
Agrippa per Marsyam à Proto pecuniam mutuatur. 528.
Agrippa dum Herennius Capito pecuniam ab eo extorquet noctu Alexandriam nauigat. 528.
Agrippa cum alijs aliquot ad Claudium mittitur. 559.
Agrippa Hierosolymis Hecatonbem immolat. 463.
Agrippa ab Agrippina, vt Claudius Iudæorum causas cognoscat, precibus obtinet. 576
Agrippa senatui suam sententiam exponit. 559.
Agrippa Fortunatum libertum cum muneribus & literis contra Herodem ad Imperatorẽ mittit. 537.
Agrippa à Lesbo digressus. 466.
Agrippa ab Antonia Germanici & Claudij matre trecenta millia mutuo petit. 529.
Agrippa Iudæis adium tributum remittit. 563.
Agrippa Agrippæ filius. 566.
Agrippa Marso Syriæ Præsidi dum quinque reges ad se venientes discedere iubet, infensus. 565.
Agrippa in theatro Deus consalutatur, Bubonem videt, & vt Germanus prædixerat, quinto die moritur. 567.
Agrippa quamdiu vixerit & regnauerit. 566.
Agrippa domum prealtam exstruit vnde tunc circa templum fierent contemplari poterat: altiorem parietem excitant qui regis prospectum arcet, & apud Neronem Poppeæ precibus illum impetrant.
Agrippa Tiberiade habitat.
Agrippa in Italiam Puteolis, inde ad Tiberium Cæperuenit.
Agrippa ad audiendum Eutychum instat, quem propter verba quædam ei vincula sunt inuicta
Agrippa Alexandriæ pecuniam mutuatur.
Agrippa Iudæorum immunitatem confirmat.
Agrippa Berytiam ciuitatem eximijs ornamentis honorat.
Agrippa terrestri itinere Ephesum peruenit.
Agrippa in Asiam missus.
Agrippa sex menses in custodia seruatus.
Agrippa in suum regnum nauigat.
Agrippa Romæ degens ob liberalitatem immodicam ad inopiam redactus.
Agrippa Hierosolymorum muros permunit.
Agrippæ ditio ampliatur.
Agrippæ Herodes Antipatrum Romam ducendum dit.
Agrippæ Germanus quidam fortunam florentem & vitæ terminum prædicit,
Agrippæ liberi superstites.
Agrippam Herodes apud Sinopen Ponticam urbem offendit, & ab eo honorifice excipitur.
Agrippam Caius Tetrachiæ regem constituit
Agrippina Messalina & Patina Claudij uxores.
Agrippium.
Aggæus & Zacharias propheta.
Ain expugnata atque combusta.
Albinus Iudææ procurator.
Alcimus siue Iacimus pontifex.
Alcimus pontifex cum perfugis Iudã apud Demetrium accusat.
Alcimus popularem auram sibi concilians, eos qui sanctæ Iudææ partium occidit.
Alcimus Iudam apud Demetrium accusat.
Alcimus Pontifex mortuus.
Alexander in templo Hierosoly: sacrificans, vaticinium de ipso Danielis ostenso maximam Iudæis libertatem concedit.
Alexander Aristobuli filius contra Hyrcanum magnam manum congregat.
Alexander & Aristobulus crebrò matrem implorat, id quod Herodis animum succendit.
Alexander Herodi parenti Eunuchus corrumpit, & quod regni sit futurus successor prædicat.
Alexander ad DCCC crucibus suffigi & in eorundem conspectu vxores & liberos trucidari iubet.
Alexã. Thracidæ cognomẽ apud Iudæos inuenit
Alexander in vinculis quatuor libros aduersus Iudæos conscribit.
Alexander Ptolemæo, vt Zoilũ tolleret persuadet
Alexander.
Alexander quartano febrium recursu fatigatur.
Alexander suo & fratris nomine parentis accusationem diluit.
Alexand. Hierosolyma obsidere volẽs, pontificẽ obuiã euntem honorifice excipit, ob visionem eodem habitu ante oblatam.

Alexander cum Demetrio armis decernit, cunctosq; conductitios milites amittit. 391.
Alexander & Aristobulus omnes lachrimis etiã parẽtem accusatorẽ ad misericordiam commouẽt. 460.
Alexander à Iudæis bello petitus, potentissimos eorum in Bethoma oppugnat. 392.
Alexander coniugi quomodo secure regnare possit, ostẽdit. 394
Alexander Aristobuli filius ad defectionẽ Iudæos iterum reducit. 628.
Alexander Polyhistor. 24.
Alexander & Aristobulus à Salome ac Pheroræ adcõuicia illecti, apud Herodem traducuntur. 466.
Alexander obiecta crimina non inficiatur, sed per scripturam parenti structas insidias fatetur, quarum Pheroras, Salome, Ptolemæus, & alij regis fidelissimi participes essent. 479.
Alexander per sex annos quinquaginta millia Iudæorum interfecit. 620.
Alexander ad Præfectum arcis Alexandrij, vt se reciperet, scribit. 484.
Alexander Herodi quod ab Archelaum discedere decreuit, fatetur. 484.
Alexander victoriam ab Theodoro amittit. 620.
Alexander 100000. peditum & 1500. equitum congregat. 626.
Alexander Ionathan in suas partes traducere conatur pontificatum deferendo. 367.
Alexander Aristobuli filius principatum inuadit. 405.
Alexander Antiochi Epiphanis filius in Syriam veniens, Ptolemaidem occupat. 366.
Alexander rex Syriæ Cleopatram Philometoris filiam ducit. 370.
Alexander & Aristobulus in quib. peccauerint. 489.
Alexander ad Ptolemaidem exercitum ducit, eamq; oppugnat. 388.
Alexand. in conflictu cũ Antiocho Grypho cæsus. 383.
Alexander alterum fratrum interficit, alterum in honore habet. 388.
Alexander à Gabinio victus. 405
Alexander dona Ionathæ mittit. 371.
Alexander post obitũ Philippi Macedonum rex. 328.
Alexander cum hostibus prælio decertat, & sex millia militum amittit. 626.
Alexander ab armis requiescit. 621.
Alexander & Aristobulus Sebaste strangulati in Alexandrium sepeliuntur. 488.
Alexander cum Obada regi Arabum congressus totũ exercitum amittit. 620.
Alexander Arabiæ & Amathunti castello bellum infert, illudq; captum funditus eruit. 620.
Alexander Lysimachus Alabarcha. 561.
Alexandri & Aristobuli impatientia. 475.
Alexandri victi in Arabiam fuga, & cædes. 572.
Alexandri cum Demetrio pugna & victoria. 368.
Alexandri copias Arabum Rex in fugam vertit, maximamq; partem trucidat. 621.
Alexandri familia magnum infortuniũ incurrit. 396
Alexandri morbus. 393
Alexandri mors. 394.
Alexandrum quidam quod Romã cõtra parentem ad amicos literas miserit, accusat. 478.
Alexandrum filium Herodes timet. 656
Alexandrum, Aristobuli fratrem Regina Regem constituit, qui è vestigio crudeliter agit. 620.
Alexandra Pharisæis vltro paret. 622.
Alexandra, Alexandri cõiunx pietatis opinione principatum obtinet. 622.
Alexandra Herodi suspecta obseruatur. 435.
Alexandra in Aegyptum aufugere cogitat, insidiæ vero Herodi patefiunt. 430.
Alexandra sese excusat & Herodi reconciliatur, dum Pontificatum filio promittit. 425.
Alexandra Iudæis castellorum custodiam credit. 395.
Alexandra, Herode absente, vrbis arces in suam potestatem redigere conatur. 449.
Alexandra Hyrcani filia, vxor Alexandri Aristobuli Regis filij, Cleopatra vt Pontificatum filio suo petat ab Antonio scribit. 434.
Alexandra Hyrcanum patrem solicitat, & vt à Malcho tutelam peteret, monet. 444
Alexandra moritur, & Hyrcanum regni successorem constituit. 623.
Alexandra Cleopatræ Herodis insidias, & filij miserabilem interitum, indicat. 437.
Alexandra interfecta. 450.
Alexandra Damascum nulla re memorabili gesta, capit. 622.
Alexandra indecore se filia criminis non consciam vult ostendere. 449.
Alexandrium & alia castella diruta. 404.
Alexandri mater. 404.
Alexandriæ pars ora maritima. 897.
Alani mediam terram prædandi causa peruadũt. 861
Allus Cæsaris libertus Agrippa mutuo dat pecuniã. 529
Altare & vasa ad illud pertinentia. 227.
Altare æreum. 228.
Altitudo, longitudo, & latitudo templi. 225.
Amalecita Dauidi Regem Saulum cæsum nunciat; & eius cædis argumenta armillas aureas & insigne regium affert. 184.
Amalecitæ mouent in Israelitas. 66.
Amalecitarum rex Samuelis iussu interficitur. 162.
Amalecitarum gens expugnata & incensa Sicella, prædam abegerunt. 181.
Amalecitas internecione delendos prædictio. 68.
Amalecitas plectendos. 112.
Amalecitas fundunt fugantq; Israelitæ. 67.
Aman ab omnibus, exceptis Iudæis, adoratur. 321.
Aman odio & consilijs eius in Iudæos in conuiuio patefactis, suspenditur. 325.
Amor multitudinis erga Iosephum. 603.
Amos rex Iudæ impius. 287.
Ammanitarum spolia. 258
Amnon morbum simulans, patrem vt sororem ad se mittat, petit. 199
Amnon sorori vt sui copiam faceret, suadet. ibid.
Amnon sororem reluctantem per uim opprimit, mox exosam & fastiditam extrudit. ibid.
Amnon Dauidis filius, Thamaram Absolonis sororem deperiens, in morbum incidit. 199.
Amanis facultates Mardochæo dantur. 326.
Amonius & Cæsar cum Herode in Capitolium ascendunt. 423.
Amanis in Mardochæum odium. 324.
Ammanitæ exterorum societate mercede impetrata in Dauidem copias parant. 195.

Ammanita & confederati ſexcẽtos mancem trucidant. 258.
Amplitudo Iudæa. 83 b
Ampliatio regni iſraeliticus. 275
Amarinus Rex Iſraeliticus. 246
Amarames futurus Moſis pareus Deum erat pro Hebræis. 50
Amarinus moritur, cui Achibus filius in regnus ſuccedit. 241.
Amoræos Hebræi fundunt fugantq; 95.
Amorræorum terra ſitus. 97.
Amaſias à propheta propter Idolatriam reprehenditur. 274.
Amaſias Rex Hieroſolymitanus. 273.
Amaſia ab Iſraelitarum Rege captus: Hieroſolyma diruta & templum ſpoliatum. 275.
Amaſiæ Hieroſolymorum Regis in Ioam Iſraelitarũ Regem expeditio. 274.
Amaſia de Idumæis victoria. 274.
Amaſiæ cades. 275.
Amathus diruta. 391
Amathenorum Rex Danidis ſocietatem petit. 193.
Ananias Nebedei filius, Camyda pontifici ſuccedit. 574.
Ananias Coſtobarus & Saulus ad ſpoliandos infirmiores promptiſſimi. 581.
Ananias unus ex legatis, vir malus & maleficus. 602.
Ananias, Ananus, Cumanus, Celer alíq; nonnulli Romam miſſi. 576.
Ananus apud Albinum accuſatus. 580.
Ananus quinque filios ſummi Dei pontificio potitos habet. 580.
Ananus Sethi filius in Ioazari pontificis locum ſurrogatus. 519.
Ananelo Herodes dat ſummum ſacerdotium. 434.
Ananelo Herodes pontificatum abrogat. 435.
Anna Helcanæ vxor liberos à Deo petit. 145.
Anaxagoras. 913.
Anchus ſecum Dauidem contra Hebræos educit, quia Palæſtinorum Ducibus reprobatur. 181.
Anchus Dauidem remittit. ibid.
Anchus Dauidem cum ſexcentorum cohorte euocat. 178.
Ancillas ingenui non ducant. 108.
Angelus Dei occurrit Agar. 21.
Angeli Abrahamo filium naſciturum nũciant, & delendos Sodomitas. 19.
Anni ætatis & regiminis, item virtutes & diuitiæ Dauidis. 218.
Annibas ſupplicio affectus: Amaramus & Eleazarus in exilium miſſi. 568.
Anilæus ob vxoris Idololatriam à Iudæis obiurgatus quendam confodit. 542.
Anilæus in Mithridatis vicos cum exercitu impetũ facit, eumq; noctu opprimit, & captum ſecum abducit. 542.
Anilæus Parthorũ Ducem trucidat eiusq; vxorem ducit. 541.
Anilæus à Mithridate fugatus. 543.
Anilæum Babylonij ad ſupplicium depoſcunt, qui oppreſſus interficitur. 543.
Anima mortali corpore vincta. 866.
Animus Herodis hypocriticus. 437.
Annius Minucianus. 547.
Annius Rufus Iudeæ præſes.
Annæne caritas in Aegypto.
Annæne caritas principatu Claudij.
Annus icbelus.
Annæus apud Albinum accuſatus.
Antigonus auriculas Hyrcani dentibus tru 636.
Antigonus Ariſtobuli filius ab Herode fugi 633.
Antigonus Maſſadam obtinet.
Antigonus Parthis, ſi ab Hyrcano in illum regn transferrent pecuniam pollicitur.
Antigonus quoſdam qui Herodianos frumentu per inſidias interciperent mittit.
Antigonus apud Ariſtobulum falsò accuſatus.
Antigonus à Parthis in Iudæam reductus Hyrca in regnum reſtitueretur, auriculas amp 422.
Antigonus Romanum exercitum dere re 426.
Antigonus Herodi quod non ex ſtirpe Regia pro tus, ſed ſemi Iudæus ſit exprobrat.
Antigonus Ariſtobuli filius apud Cæſarem Hyrca & Antipatrum accuſat.
Antigonus ſecuri obtruncatur.
Antigonus Ariſtobuli filius ad Cæſarem, Pomp dioſos de morte patris accuſaturus, venit.
Antigonus de fratre nihil mali ſuſpicatur.
Antigonus interficitur.
Antigonus Hyrcanum & Antipatrum falsò accuſ 629.
Antigonus apud Ariſtobulum falsò accuſatur.
Antigoni in Ioſephi cadauer immanitas.
Antigonum Ariſtobuli filium Ptolemæus Mennæ adoptat.
Antipater precibus Herodem vt pacta cõnubialium tentur flectit.
Antipater Malichi inſtinctu venenum bibit.
Antipater Iudæorum potentiores in Ariſtobulum ci 398.
Antipater pecunia & donis hominũ fauorem ſibi cu ciliare conatur.
Antipater Herodem & aulicos calumnijs in frat inflammat.
Antipater omnium malorum fax.
Antipater Cæſari ex Syria milites conſcribit.
Antipater Mithridati in capiendo Peluſio operã u uat.
Antipater obiecta crimina diluit.
Antipater Iudææ procurator declaratus.
Antipater contra Malichum colligit exercitum.
Antipater præſens calumnijs & abſens per literas H rodis in filios exacerbat.
Antipater Pheroræ mortem vehementer luget.
Antipater Cæſareæ omnibus inuiſus.
Antipater expectatione regni certa nititur.
Antipater in Iudæa nouarum rerum cupidos cõpeſcit 410.
Antipater Idumæus, 398. primum Antipas dictus. ibid.
Antipater Phaſaelo Hieroſolymorũ, Herodis Galilæ regimem commitit.
Antipater omnem in Antiphilum culpam confert. 501.

Antipater Gabinium Ptolemæum in Aegyptum reducentem adiuuat. 405.
Antipater excluſis reliquis fratribus, patris ſucceſſor declaratur. 653.
Antipater Hyrcani, Nicodemus Ariſtobuli legati ad Pompeium. 400.
Antipater ſcriptoribus epiſtolarum, quas in fratrum perniciem ſimulat, ingentem pecuniæ ſummam erogat. 666.
Antipater Hyrcani pecunijs Romanos ſibi deuinctos, Iudæos verò inuiſos reddit. 411.
Antipater in demerendis paternis amicis nullis ſumptibus parcit. 490.
Antipater ab Herode accuſatus. 497.
Antipater Herodem fratribus magis infenſum reddit. 467.
Antipater ſubditos ſuos vt cum Hyrcano ſentirent admonet. 630.
Antipater cum copijs Alexandro obuiam procedit. 626.
Antipater Samarita Herodi Antipatrum, filium venenum patri paratum habere exponit. 495.
Antipater patrem vitam finiſſe ratus cum carceris cuſtode de miſſione agit, quod dum Herodes audit, ſine mora eum occidere, & in Hyrcanio caſtello cõdi iubet. 504.
Antipater nocte cum Hyrcano ex ciuitate profugit, & ad Aretam Arabiæ regem peruenit. 623.
Antipater innocentiam ſuam precibus ad Deum teſtatam facere conatur. 500.
Antipater multa præclara facinora committit, & ad ſubeunda pro Cæſare pericula ſeſe offert. 629.
Antipater cum patre res Iudæorum miniſtrat. 490.
Antipater fratribus ſublatis populo & militibus inuiſus. 490.
Antipater ſe reuerſis in gratiam gratulari ſimulat. 470.
Antipater veſte proiecta multitudinem vulnerum demonſtrat. 629.
Antipater parentis accuſationem diluit. 498.
Antipater Salomes filius apud Auguſtum Cæſarem Archelaum accuſat. 508
Antipater parentis vltimum diem optat. 490.
Antipater patriæ muros reparat. 630.
Antipater à cunctis accuſatur. 499.
Antipater amitam fallere non poteſt. 491.
Antipater in carcerem coniectus. 500.
Antipater domum reuerſus à nemine excipitur. 497.
Antipater Romæ illuſtris factus. 468.
Antipas Herodis filius parandi ſibi regni ſpe Romam nauigat. 507.
Antipatri coniunx nobilis ex Arabia fœmina. 628.
Antipatri in Alexandrum fratrem dolus & inſidiæ. 654.
Antipatri in Archelaum & Philippum fratres inſidiæ. 666.
Antipatri vxor & filij. 407.
Antipatri contra fratres artificioſa machinatio. 475.
Antipatrum & Herodem apud Hyrcanum Iudæi accuſant. 411.
Antipatrum Cæſar Romana ciuitate ſimul & immunitate donat. 629.
Antipatrum Herodes ad Cæſarem mittit. 494.
Antipatris extructa. 472.
Antipatris. 659.
Antiochus abrogato Dei cultu, ſummæ eum tyrannidi falſum illis obtrudit, arci in hoc præſidio impoſito. 349.
Antioch. Mag. Rex Aſiæ & Syriæ Iudæos vexat. 341.
Antiochus prius regno cum coniuge ac liberis egredi, quàm cum Romanis pugnare decreuit. 861.
Antiochus in Iudæam irrumpere parat. 352.
Antiochus capitur. 861.
Antiochus cum Cæſare reconciliatur. 861.
Antiochus cum Iuda fœdus facit. 358.
Antiochus murum quo templum ſeptum erat, ſolo æquat. 359.
Antiochus ſuis ciuibus perfidus. 852.
Antiochus acceptis ab Hyrcano trecentis talentis ab obſidione diſcedit. 618.
Antiochus auxiliaturus Samaritis, ab Ariſtobulo cæditur & fugatur. 384.
Antiochus Rex Damaſcenorum. 393.
Antiochus Seleucum fugat. 391.
Antiochus cum coniuge & filiabus in Ciliciam fugit. 861.
Antiochus Tryphonem eiectum Syria in Dora obſidione cingit. 380.
Antiochus regno à fratre exuitur. 393.
Antiochus Gryphus occiſus. 390.
Antiochi ad Zeuxidem epiſtola, in qua Iudæorum honorificam mentionem facit. 342.
Antiochus & Ptolemæus amicitiam & fœdus faciunt. 342.
Antiochus cur templi depræda tionem fecerit. 900.
Antiochus Philippum regni gubernatorem conſtituit, eiq; Antiochum filium tradit. 357.
Antiochus vrbe Hieroſol. occupata templum ſpoliat. 348.
Antiochus in conflictu cum Parthis interemptus. 382.
Antiochus ſqualidis fœtoribus conflictatus exſpirat. 934.
Antiochus Lyſiæ rerum adminiſtrationem: prouincias & filium committens in Perſidem proficiſcitur. 352.
Antiochus contra Iudæos in furorem vertitur. 921.
Antiochus cognito, quod Philippus vſurpato ſibi regno aduentaret è Perſide, obſidione ſoluta illi occurrit. 358.
Antiochus Scenopegiæ gratia ſeptem dierum inducias Iudæis concedit. 382.
Antiochus ſeptem illuſtres pueros Hebræorum cum matre Antiochiam adduci præcipit. 924.
Antiochus peditum ſibi legiones ex Hebræorum numero congregat. 933.
Antiochus Iudæus ſeditioſus magnæ calamitatis in Antiochia autor. 851.
Antiochus ſeptimi diei feriam Iudæis edicit. 852.
Antiochus Eupator cum copijs in Iudæam proficiſcitur. 357.
Antiochus Epiphanes curis implicitus, morbum contrahit, & moritur. 356.
Antiochus Aegypto cedere cogitur. 348.
Antiochus Hyrcanum in vrbem compellit. 381.
Antiochus Epiphanes Rex Syriæ. 348.
Antiochus Dianæ templum ſpoliare volens, Elymaida

da monet, & turpiter inde se Babylonem recipit. 356.
Antiochus Seleuci frater Antiochum Cyciceni filium bello aggreditur. 391.
Antiochus moritur, & principatum Antiocho filio relinquit. 616.
Antiochus post patris obitum cum numeroso exercitu Iudæorum fines ingreditur. 616.
Antiochus ad Hierosolymam proficiscitur, præsidiumq; ibi relinquit. 616.
Antiochus à Thobiæ filijs motus cum exercitu in Iudæam irrumpit, ac Hierosolyma deuincit. 616.
Antiochus Epiphanes belli Iudaici fons & autor. 614.
Antiochus mores Iudaicos abrogat. 615.
Antiochus rex Comagenæ. 561.
Antiochi Magni in honorem templi edictum. 342.
Antiochi ad Ptolemæum de Iudæorum libertate epistola. 341.
Antiochi ad Eleazarum exhortatio. 921.
Antiochi mors & fames exercitui immissa. 393.
Antiochi & Iudæ pugna. 358.
Antiochum Cesennius Petus Syriæ administrator coram Cæsare accusat. 860.
Antiochum Demetrij fratrem Alexander timet. 621.
Antiochia Mygdonia à Macedonibus condita. 572.
Antiquitatum Iudaicarum Epilogus. 584.
Antiquitatum historia quinq; millium annorum. 873.
Antonius Herodem & Phasaelum tetrarchas declarat. 634.
Antonius in Tyro commoratur. 634.
Antonius Antigonum ad Triumphum seruare volens, propter Iudæos seditiosos securi eum percutit. 433.
Antonius captiuos trucidat. 634.
Antonius multis donis ab Herode affectus. 433.
Antonius Phasaelum & Herodem Tetrarchas constituit. 419.
Antonius Hyrcano de Cassij & Bruti rebus & morte scribit. 417.
Antonius Herodis virtutem miratur. 641.
Antonius Cleopatræ maritus. 899.
Antonius & Cleopatra extincti. 447.
Antonius Armeniæ regno potitur. 440.
Antonia in magno apud Tiberium honore habita. 530.
Antonium Herodes muneribus placat, & amicis res suas saluas esse scribit. 438.
Antonia turris. 460.
Antoniam Agryppa, efficeret, vt tandem audiretur Eutychus rogat. 530.
Anteius. 551.
Apion contumeliosam Iudæorum insectationem, qua si mercèdem Alexandrinis reddere voluisse videtur. 897.
Apion veram patriam & genus suum abiurat. 897.
Apion de Mose & gente Iudaica. 895.
Apion Iudæis seruitutem exprobrat. 903.
Apion seipsum laudat & magnifacit. 904.
Apionis de Mose & templo Iudaico mendacium arguitur. 895.
Apologia Hyrcani apud Regem accusati. 346.
Apollodotus ex Gaza noctu in Iudæorum castra erumpit. 390.
Apollonius cum Ionatha prælium committit, & abo fugatur. 3
Apollonius Syriæ Dux collecto exercitu Hierosolym venit. 9
Apostata à Matthia transfigitur. 3
Apostatæ à religione Iudaica. 34
Apostasia sacerdotum. 32
Apsanes per septennium Iudex. 19
Apud Græcos nulla conscriptio poemate Homeri u tustior. 17
Aqua calidæ apud Calliroe qua in lacum bituminu racem effluunt. 8
Aquarum calidarum fontes. 15
Aquarum in Hebræorum exercitu penuria. 26
Aquilo auertens flammam in Romanos abigit. fo 865.
Aquilo Caio extremum ictum inflixit, Cherea facinoris autor dicendus. 55
Aquila aurea super maiorem templi portam. fol 501.
Aquilam auream detractam iuuenes securibus cæ dunt. 50
Ara suffumigatoria. 74
Arabs Scauro reconciliatur. 61
Arabes ardescente siti vltrò se Iudæis tradunt. fol 647.
Arabes ab Herode deuicti. 44
Arabes Herodis exercitum in fugam vertunt. fol 645.
Arabes Cæsare irato Herodi neq; latrones dedere, u que pecuniam mutuo acceptam persoluere volunt, 482.
Arabes siti compulsi ab Herode pacem petunt. fol 443.
Arabes & Trachonitæ scientes Herodi Cæsarem ir tum, illi insultant. 45
Arabes in prælium reuersi, fugientes trucidant, & castra capiunt. 44
Arabes in fugam versi. 44
Arabum circiter septem millia cadunt, priusquam i Herodis clientelam sese dedunt. 44
Arabum contra Ioramum expeditio. 266. Mors Io rami. 26
Arabici belli causæ. 45
Arbores frugiferæ non excindendæ. 11
Arborum de rege deligendo consilium. 13
Arca Noe. 9
Arca sacra à Palæstinis in fanum Dei sui Dagonis de fertur. 14
Arca in Cariathiarim transfertur. 14
Arca Dei in templum transportatur. 22
Arca sacra Bethsamæ peruenit. 14
Arca in vrbem reducta, in tabernaculum reponitur. 191.
Arcyon medicus quosdam dimittit. 55
Architecti templi extruendi. 23
Archelaus Herodi sese excusat. 45
Archelaus fratrum liberos odit. 45
Archelaus Herodem generum benignissimè suscipit. 653.
Archelaus Herodem vltrò pro Alexandro deprecan compellit. 65
Archelaus rex Cappadociæ in Iudæam ad Alexan drum generum venit. 6

Archelaus & Herodes de libris Alexandri deliberant. ibid.
Archelaus Cappadocum Rex Herodem indignationem in generum simulant, eumq; ad paternos affectus reducit. 480.
Archelaus si à Cæsare in Imperio cõstabilitus esset, curaſibi fore, vt beneuolentia omnium videatur dignissimus pollicetur. 506.
Archelaus Alexandri crimina in amicos, præcipuè verò in Pherorem transfert. Pherorus Archelaũ reconciliatorem adit. 480.
Archelaus Romam profitiscitur, multiq; eidem obnixuri eum comitantur. 507.
Archelaus Eazaro Boethi filio Pontificatum abrogat, eamq; dignitatem in Eleazarum collocat. fol. 516.
Archelaus epulum multitudini præbet. 505.
Archelaus & Iudæorum legati coram Cæsare comparent. 513.
Archelaus & Philippus instinctu Antipatri accusantur. 496
Archelais condita. 516.
Archelai visionem Simon vir Essæus interpretatur. 516.
Archelao regi acclamatum. 505.
Archelaum accusatum Cæsar pecunia multat, eumq; Viennam in exilium mittit. 516.
Archelaum Cæsar ethnarcham constituit, regniq; dimidium in duos Herodis filios Philippum & Antipam partitur. 514.
Archelaum Nicolaus excusat. 508.
Ardens studium in reparandis mœnibus. 319.
Ardentes faces in murum iaculantur. 865.
Aretas ad Arabum regem legatus. 486.
Aretas rex Cœlesyriæ. 393.
Aretas contra Aristobulum expeditionem suscipit, cumq; Hierosolyma confugere cogit. 397.
Aretas rex Arabum Gazæis auxilij spem ostendit. 390.
Areta Hyrcano quinquaginta millia militum tradit. 623.
Aretas ex augurijs impossibile esse exercitum ad Petram peruenire colligit. 526.
Aretas Syllæum, quod Fabatum alioq; interfecerit accusat. 494.
Arietem ad victimam loco Isaci Deus offert Abrahamo. 23.
Aristobulus cum filio Pompeij studiosis peremptus. 628.
Aristobulus Roma reuersus Alexandrium denuo munire conatur. 405.
Aristobulus à Romanis in prælio vincitur. 405.
Aristobulus captiuus cum Antigono filio Romam remittitur. 405.
Aristobulus Ituræa habitatores circumcisionem cæteroq; Iudaicos ritus admittit. 387.
Aristobulus Herodis ductu submergitur, & Ananelum pontificatus ducit. 436.
Aristobulus contra Aretam & Hyrcanum proficiscitur. 400.
Aristobulus multa castella occupat. 396.
Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius. 577.
Aristobulus & Hyrcanus à Iudæis apud Pompeium accusati. 401.
Aristobulus eiusq; assecla Pharisæorum tyrannidem accusant. 394.
Aristobulus bello congredi cum Pompeio cogitat. 624.
Aristobulus & Hyrcanus de regno contendunt. 398.
Aristobulus vinculis solutus veneno tollitur. 407.
Aristobulus Antigonum in regni societatem admittit, cæteros in vincula conijcit, & matrem fame necat. 386.
Aristobulus ad Pompeium descendit. 624.
Aristobulus Damascum contra Ptolemæum missus. 395.
Aristobulus Antigonum fratrem interficit. 386.
Aristobulus Hyrcani filius post captiuitatem Babylonicam diadema sibi primus imponit. 386.
Aristobulus ex arce ad Pompeium descendit. 401.
Aristobulus castella à Pompeio tradit. 402.
Aristobulus cum familia Romam vectus. 626.
Aristobulus vxori humilitatem generis obijcit. fol. 655.
Aristobulus matrem ac fratrem vinctos custodiæ tradit. 618.
Aristobulus matrem vinctam fame necat. 619.
Aristobulus fratrem Antigonum plurimum amat. 619.
Aristobulus seipsum regem declarat. 623.
Alexandra coniugem Aristobuli cum filijs carceri includit. 623.
Aristobulus Flaccum Agrippæ fratri infensum reddit. 528.
Aristobulus amitam suam ac sororum monet. 484.
Aristobulus ab Herode interfectus, supra lib. 15. cap. 3. 583.
Aristobulus elapsus Roma iterum turbas concitat. 627.
Aristobulus cum Romanis dimicat. 627.
Aristobulus Agrippæ Regis frater & Elcias Magnus apud Petronium Iudæorum causam agunt. 537.
Aristobulus Hyrcani filius natu maior principatum in regnum transfert. 618.
Aristobulus in honorem fratris in templum ascendit. 619.
Aristobulus Pompeio supplex occurrit. 624.
Aristobulus satellitibus vt Antigonum si eum armis adiret occiderent, præcipit. 619.
Aristobulus misere moritur. 620.
Aristobuli coram Pompeio apologia. 401.
Aristobuli coniunx versuta, Antigonum dolo trucidari curat. 386.
Aristobuli liberi remissi. 405.
Aristobuli necem cuncti deflent, præcipuè verò Alexandra, quæ nullum præ se fert suspicionem. fol. 436.
Aristobuli cum Hyrcano fœdus. 398.
Aristobuli fratricidæ pœna. 387.
Aristobuli apud matrem deprecatio. 622.
Aristobulo fratricidij pœnitudine morbus ingrauescit. 619.
Aristobulo Herodes insidiatur. 438.
Aristobulum in templo Arabs oppugnat. 399.
Aristobulum Pompeius descendere prouocat. 624.
Aristobulum captiuum Cæsar vinculis soluit. fol. 628.
Aristocratia optimum regimen. 106.

Argumenta, Iudæorum genus antiquius Græcorum genere. 877.
Arma quibus Ioſaphatus victoriam parauit. 258.
Artabanus Tiberio filium Darium obſidem & virum quinque cubitorum ſtatura mittit. 525.
Artabanus à Dahis & Sacis in imperium reſtitutus. 525.
Artabanus Aſinæo terram Babyloniam commendat, dotiſq; muneribus eum dimittit. 541.
Artabanus ad Aſineum & Anilæum propter audaciam ſocietatem cum illis inire mittit. 540.
Artabanus ad Izatem ſe confert, auxiliumq; ab eo petit. 571.
Aruntius in theatro Imperatoris interitum nunciat. 553.
Arx in Apamia diruta. 401.
Aſanus Rex Iuda. 244.
Aſanus Damaſcenos in Baſanem concitat. 246.
Aſanus rex moritur. 247.
Aſani pietas. 245.
Aſani victoria. 245.
Aſael Ioabi frater Abenerum inſequitur. 185.
Aſiatici & Cyrenenſes Iudæi ab earum regionum ciuitatibus multum afflicti. 473.
Aſineus & Anilæus Neerdenſes patria in locum quendam ſe conferunt, ad quos ingens multitudo confluit. 540.
Aſinæus cum ſocijs à Babyloniæ ſatrapis ex improuiſo oppreſſi. 540.
Aſineus ſuos ad fortitudinem hortatur, & hoſtes fundit, fugatq;. 540.
Aſinius. 409.
Aſini apud Iudæos alioſq; ſapientes viros qui dicantur. 901.
Aſſamonæi Principatus & Pontificatus finis. 432.
Aſcalonitæ & Scythopolitæ ob tributum non ſolutum puniti. 344.
Aſphaltites lacus. 17.
Aſtus ſerpentis. 5.
Aſorus. 232.
Aſſyriorum imperium diſſolutum. 286.
Aſuerus, rex Perſarum, Vaſten ad conuiuium venire nolentem repudiat. 320.
Eſther puella fit Regina. 321.
Athenio Herodem, eiuſq; exercitum inuadit. fol. 440.
Athronges vir corpore & manuum robore inſignis dignitatem regiam attentat. 511.
Auranitidis ditio à Zenodoro Arabibus elocata, & à Cæſare Herodi donata eſt cauſa belli. fol. 456.
Aurus ab Arabibus incenſus. 512.
Aureum dictum de hos ſeculo. 931.
Auguſtus Herodem Syriæ procuratorem conſtituit. 648.
Auguſto Cæſari Caius rem diuinam facit. 549.
Aſprenas. 549.
Autoritas Simonis. 379.
Azariæ Prophetæ ad populum adhortatio. fol. 245.
Azymorum feſtum. 59.
Azoti propter arcam ereptam horribiliter cruciantur. 147.

Aedificia ab Herode condita. 64.
Aedificatio Hieroſolimæ. 1[illegible].
Aegyptus vnde dicta. 1[illegible].
Aegypti rex auxiliaturus Iudæis prælio vincitur. 292.
Aegypti regis de Iudæorum libertate ab Ariſtea impetrata edictum. 3[illegible].
Aegypti & Aethiopiæ regina ad Salomonem venit. 233.
Aegyptij beſtias natura repugnantes colunt. 1[illegible].
Aegyptiorum libido. 1[illegible].
Aegyptiorum rex in Aethiopiam fugit, cumq; Aethiopum rex honorifice ſuſcepit. 1[illegible].
Aegyptiorum ſacerdotes circumciduntur, à porcinis carnibus abſtinent. 9[illegible].
Aegyptiorum arma ventus in Hebræorum cæde expellit. 6[illegible].
Aegyptiorum Idolatria. 1[illegible].
Aegyptiorum reges cur Pharaones dicti. 2[illegible].
Aegyptiorum rex in Aethiopes. 3[illegible].
Aegyptiorum erga Hebræos inuidia. 5[illegible].
Aemilius Regulus. 5[illegible].
Aetas Sara 127. anni. 2[illegible].
Aethiopes arma contra Aſanum capiunt. 24[illegible].

B.

Baaras radix quomodo euellenda. 15[illegible].
Baalitarum mactatio. 26[illegible].
Babæ liberi à Coſtobaro ſeruati. 45[illegible].
Babæ liberi alijq; accuſati ab Herode interfecti. fol. 451.
Babylon à Cyro Perſarum rege capta. 39[illegible].
Babylon à Semiramide non adificatam. 81[illegible].
Babyloniæ muri ex latere cocto & bitumine conſtructi. 11[illegible].
Babylonicæ captiuitatis poſt ſeptuaginta annos finis. 307.
Babyloniorum rex Herculem fortitudine & rerum geſtarum magnitudine præceſſit. 81[illegible].
Babyloniorum regis ad Ezeciam legatio. 21[illegible].
Bacchides aciem inſtruit, & cum Iuda ſigna conferit. 362.
Bacchides cum 22000. militum Iudæ occurrit. 361.
Bacchides Ionathan Sabbatho aggreditur, & duo millia militum amittit. 364.
Bacchides copias contra Ionatham ducit. 364.
Bacchides iratus transfugis dum Ionathæ potestas ipſi non datur, quinquaginta ex eis interficit. fol. 365.
Bacchides indignationem in transfugas effundit, & quomodo exercitum ſine ignominia poſſet reducere cogitat. 365.
Bacchides magnam tyrannidem in Bethzecho exercet. 360.
Bachides cum Ionatha fœdus facit. 366.
Bacchides Iudæ fautores interficit. 364.
Bacchides multos ſibi credentes interficit. fol. 259.
Bacchidis in Iudæos crudelitas. 6[illegible].
Bacchidi Demetrius Alcimum commendat, eiq; Iudam internecione deleat, mandat. 35[illegible].
Bacchidem Demetrius cum copijs in Iudæam mittit. 361.

Bagoas, Carus & alij ab Herode necati. 493.
Baia sunt therma Campaniæ, non procul à Puteolis. 533.
Baleth. 232.
Balthasar siue Naboandel Babyloniæ rex. 302.
Balthasar manum è pariete prominentem & syllabas quasdam scribentem videt. 302.
Bal Tyriorum Deus. 270.
Balamus obiurgatur ab angelo. 98.
Balamus ad Balacum peruenit. 98.
Balami responsio. 98.
Balami de rebus futuris vaticinium. 99.
Balami aduersus Hebræos consilium. 99.
Balami asina loquitur. 98.
Balami de Israelitico populo vaticinium. fol. 98.
Balacus iratus reprehendit Balamum. 98.
Balaci Moabitarum regis ad Madianitas legatio. fol. 97.
Balamo angelus resistit. 98.
Banaias. 212.
Banaias Aegyptium hasta ex ipsius manibus extorta confodit. 212.
Banaias leonem exanimat. ibid.
Baracus 40. annis Israelitarum imperium tenuit. 132.
Baracus contra hostes Imperator designatur. fol. 131.
Barasa oppugnata & concremata. 355.
Baruchus è carcere dimissus. 296.
Basanes Ramathonem captam munit. 246.
Basanis impietas. 245.
Basilica. 230.
Batibius. 550.
Bathillus se venenum attulisse fatetur. 496.
Belus primus rex Assyriorum. 882.
Beli sacerdotes interfecti. 249.
Beleazari calamitas Iudæos ad deditionem commouet. 859.
Bellum Adadi contra Achabum. 251.
Bellum inter Asaelem & Ieum. 271.
Belli Iudaici Præside Floro exorti ipsi Iudæi initium & seminarium. 567.
Belli leges. 111.
Beniamin vt reus capitur. 44.
Beniamitæ in Abneri sententiam concedunt, ipse ad Dauidem proficiscitur, & hæc de re certiorem facit. 187.
Beniamitæ quadringentas virgines Iabiticas ducunt. 129.
Beniamitarum 25000. trucidantur, tantum sexcenti incolumes euadunt. 128.
Beniamitis, vt virgines rapiant, conceditur. fol. 129.
Bernice, Agrippæ soror, cuius Herodes patruus & maritus Polemoni Ciliciæ Regi in matrimonium collocatur. 576.
Bernicen Salomes filiam Aristobulo, Glaphyram Archelai Cappadocum regis filiam Alexandro Herodas vxores coniungit. 463.
Berytij ab Agrippa multis donis affecti. 581.
Berosus historiographus genere Chaldæus. 881.
Berosus de Nabuchodonosoro. 301.
Berosus. 16.
Bersabe iuramenti puteus. 21.
Berzelaus Hierosolymam, patre eò proficiscì nolente, cum Dauide contendit. 208.
Berzellai filios Solomoni Dauid commendat. fol. 218.
Bezeleel & Eliab Architecti tabernaculi. 71.
Betachora. 232.
Betaramptha Iulias appellata. 519.
Bethsabe studium Adoniæ, sic suadente Nathane, Dauidi indicat. 215.
Bethsabe Regi se grauidam esse nunciat. fol. 196.
Bethsura obsessa. 357.
Bethsurita deditionem faciunt. 358.
Bethsaida. 519.
Biblia Satan abolere conatur. 349.
Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi. 333.
Bozus Naami & Ruth amicus. 144.
Bozus, Ruth cognatum, eam vt ducat, hortatur. fol. 144.
Bozus ex Ruth Obedem Dauidis auum genuit. fol. 144.
Boues triturantes. 107.
Buccina duæ ex argento factæ. 85.
Blasphemiarum inter Iudæos & Aegyptias causa. fol. 888.

C.

Cain regione extorris. 7.
Cain Dei castigatione haud melior redditur. fol. 7.
Cain hypocritarum & sceleratorum parens. fol. 8.
Caduceatores ablegandi. 111.
Caius ad tria millia Iudæorum in seruitium abducit. 628.
C. Norbanus Flaccus pro Iudæis scribit. 474.
Caius Senatui ac Pisoni vrbis Præfecto se in imperiũ defuncti successisse significat, & vt Agrippam è custodia dimitterent mandat. 534.
Caius Caligula quartus Romanorum Imperator. 533.
Tiberius Tyrannus. 533.
Caius Tiberium fratrem tollit. 533.
Caius, Germanici filius, gratiosus. 532.
Caius Petronio mandata imperatoria negligente, vt sibi ipsi manus inferat scribit. 539.
Caius Templorum Græcanicorum nullum inspoliatum relinquit. 545.
Caius Iouis fratrem se appellat. 545.
Caius vir maleficus. 556.
Caius orator facundus. 557.
Caius primò egregiè Rempub. administrat, postea diuinos quoq; honores vsurpare audet. 535.
Caij in Iudæos Tyrannis. 544.
Caij in senatores ac patricios sæuitia. 544.
Caius licentiam seruis deferendi suos dominos permittit, & Pollux Claudium reum facere audet. 545.
Caius Agrippæ commendatus. 529.
Caius multos tributorum ac vectigalium releuatio petentes capite plectit. 546.
Caius Caligula post Tiberij obitum Princeps Roman. 526.
Caius à Chærea trucidatus. 551.

Caius receptacula nauibus exſtruit. 557.
Caius ſe Ioui comparat. 545.
Caium Agrippa Roma honorat, in cuius retributionem aliquid petere Caius iubet, qui nihil aliud, quàm vt mandatum Petronio datum reuocet, rogat. 538.
Caÿ ſtuprum & libidinis licentia. 556.
Caio paſſim inſidiæ ſtructæ. 545.
Candelabrum aureum. 74.
Chananæorum gentem extirpandam. 112.
Chananæorum Reges mouent in Hebræos. fol. 120.
Chananæorum ingens exercitus. 120.
Chananæorum Reges omnes ad vnum trucidati. fol. 121.
Chananæorum regionem totam Ioſua deuaſtat. fol. 121.
Chananæorum decem millia trucidantur, & Adonibezeck capitur. 125.
Calamitas Iudæorum Scythopoli. 867.
Calamitates omnium à mundo condito cum Iudæorum collatæ, ſuperantur. 613.
Calliſtus, Caÿ libertus, Claudio à Caio ſe vt ipſum veneno tolleret iuſſum, ſignificat. 548.
Chaldæorum ac Tyriorum ſcripta cum Iudeis conſonant. 883.
Chaſpoma & Boſora. 355.
Cambyſis reſcriptum, in quo Iudæos ab ædificando tẽplo deterret. 309.
Campus regius. 18.
Candelabra. 227.
Canthari & Phiala. 227.
Captiuitas Babylonica ab Eſaia prædicta. 286.
Captiuitas Babylonica. 295.
Captiuorum, & per tempus obſidionis mortuorum numerus. 847.
Caproſaba Antipatris dicta. 393.
Carmen & gratiarum actio Moſis & Iſraelitarum pro præſenti liberatione. 62.
Carnibus cruentis Hebræi veſcuntur. 159.
Carthago à Didone Pygmalionis ſorore in Africa extructa. 881.
Caſſius Herodi, ſi bellum deſiiſſet Iudæa, regnum delaturum pollicetur. 632.
Caſſius in Syriam venit, & plus quàm ſeptingenta argenti talenta à Iudæis exigit. 415.
Caſſius Herodi, vt in Malicho mortem patris vlciſcatur, reſcribit. 632.
Caſſius ſtipendium ciuitatibus indicit. 631.
Caſſius & Marius Herodem Cœleſyriæ ducem faciũt. 415. 415.
Caſſius Longinus Syriæ Præſes. 567.
Caſſius Chærea. 545.
Caſſij & Bruti dolo I. Cæſar interfectus. 631.
Caſpius portus. 524.
Caſtra hoſtium à Samaritanis diripiuntur. fol. 264.
Caſtella muniuntur. 404.
Caſtoris Iudæi dolus erga Titum. 807.
Catullus tria ſimul Iudæorum millia trucidat. fol. 872.
Cauſæ diuerſitatis apud Iudæos. 874.
Cauſa, cur Ioſephus hos libros contra Apionem conſcripſerit. 915.
Cauſæ milites impellentes, vt Claudium in imperatorem eligerent.
Cauſa impulſiua conſcribendi hos libros.
Cauſa, ob quas Ioſephus has hiſtorias conſcripſit lucem ediderit.
Cauſa extructi templi.
Cauſa belli contra Arabes.
Ciſus Sauli pater.
Citharæ quis inuentor.
Ciuitatem quis primus inſtituerit.
Clades Iſmaelis à Ioanna accepta.
Clades Alexandri.
Claudius Principatum vltro oblatum deprecatus.
Claudius in propoſito ſuo ab Agrippa confirmatus 559.
Claudius Felix Iudææ procurator.
Claudius milites vt in fide maneant ſacramento adigit.
Claudius Agrippam in regnum paternum mittit, quod aliÿ diſſuadent, & Caſſium Fidum Iudææ Præſidem & regni totius declarat.
Claudius Agrippæ Iudæam, Samariam, & Lyſ. ditionem concedit.
Claudius Principatum vltrò oblatum deprecatus.
Claudius Iudæis ſacra Stola cuſtodiam Agrippinæ regatu concedit.
Claudius renuenti obtruditur Cæſarea dignitas.
Claudius Tiberius Nero Romanorũ Imperator.
Claudius ſublimis in caſtra perfertur.
Claudius fato functus.
Claudÿ Cæſaris ad Iudæos epiſtola.
Claudÿ pro Alexandrinis Iudæis edictum.
Claudÿ pro Iudæis per Romanum orbem edictum 562.
Claudÿ ad legatos reſponſio.
Claudium Agrippa, vt magno animo in retinendo principatu pergeret, hortatur.
Claudium milites in Principem eligunt.
Craſſus in Parthia perit.
Craſſus Parthis reſiſtit.
Craſſus Iuramenti dati violator.
Crateres.
Cratera aurea duæ.
Cratera argentea.
Cæcilius Baſſus ſex. Cæſarem interficit.
Cædes aſſiduæ Hieroſolymis.
Cædes latrocinia ſeditio & fames in Iudæa. 518.
Cædes Zachariæ regis.
Cædes in Hieroſolymis.
Cædes cognatorum 42. Ochoziæ.
Cædes filÿ Ariſtobuli.
Cædes, latrocinia, ſeditio & fames in Iudæa.
Cæſar in Syriam venit, apud eum Gadarenſes Eudemon accuſant, qui ſeipſos iugulant.
Cæſar Auguſtus Herodi in Parricidas animadvertendi liberam poteſtatem permittit.
Cæſar Herodis ditionem ampliorem reddit.
Cæſar Auguſtus, Herodis ſtudioſus.
Cæſar è Syria proficiſcitur.
Cæſar Ægypto potitur.
Cæſar in hoc iuuenes peccaſſe pronunciat, quòd ſe ſuſpicatus

picione immunes non ſeruauerint, ac parentem
t filijs reconcilietur, hortatur. 470.
r ab Herode offenſus. 482.
r Herodi dimidium redituum è Cyprijs metallis
onat. 470.
r Herodis Principatum confirmat. 446.
ir Arabum legatos non audit. 482.
ir Trachonitidis, Batanea, & Auranitidis ditio-
nem Herodi donat. 456.
ir Archelaum regno dignum pronunciat. 509.
ir & Agrippa Herodis Magnanimitatem cele-
rant. 472.
ar Auguſtus fato functus. 520.
aris ad Herodem reſponſio. 647.
ari & Iuliæ Cæſaris vxori ab Herode legatum.
505.
ari Herodes quingentos ex ſuo Satellitio mittit.
454.
arem Hyrcanus octingentis talentis donat.
446.
ares. 232.
area, Stratonis turris antea dicta, ab Herode con-
dita. 650.
area Philippi ab Agrippa Neronias appellata.
581.
area perfecta. 471.
area inter Iudæos & Syros de pari iure ciuitatis
rixa. 578.
area portus. 455.
hareas cum ſocijs in Germanici ædes ſe recipit.
551.
hareas Iulium Lupum vt Caij vxorem & filiam in-
terficiat mittit. 556.
hareas à conſulib. ſignum petit. 555.
hareas multis ex cauſis in Caium incitatus.
546.
hareas, Minutianus & Clemens, de Cæſaris nece
colloquuntur. 553.
areas cum alijs quibuſdam Caium tollere ſtatuit.
548.
hareas Clementem & Papinium alloquitur.
547.
hareas occaſionem aggrediendi Caium expectat.
548.
haremon. hiſtoriographus. 892.
herili antiqui Poeta de Iudæorum gente teſtimoni-
um. 884.
aron, amomi feraciſſima, in qua Noæ arcæ reliquiæ
ſeruantur. 569.
helcias & Ananias Cleopatræ copijs duces prepo-
ſiti. 384.
herubini duo. 225.
herubin. 74.
hebron & Mariſſa expugnata. 356.
Ceſennius Antiochum ſubito inuadit. 861.
Cellæ in circuitu templi conſtructæ. 225.
Chetomene. 75.
Celenderis in Cilicia. 497.
Clearchi Ariſtotelis diſcipuli de Iudais teſtimonium.
884.
Cleopatra Regina alieni appetens. 438.
Cleopatra in Ciliciam ad Antonium venit. 419.
Cleopatra fratrem & ſororem interficit. 439.
Cleopatra contra filium exercitum parat, 389.
Cleopatra ad Antonium peruenit, qui Arabiæ par-
tem & Hierichuntini agri reditus ei locat.
439.
Cleopatræ in cognationem ſuam ſæuitia. 644.
Cleopatræ auaritia. 645.
Cleopatræ in Herodem inſidiæ. ibid.
Cleopatræ Antonius partes de Iudæa & Arabia abla-
tas largitur. 439.
Cleopatram Herodes occidere conatur, quod eius a-
mici auertunt. 439.
Cleopatram Antonius verſus Aegyptum deducit.
440.
Creatio mundi. 4.
Cenſores. 388.
Centum legati Hieroſolymæ reuerſi. 603.
Certamen quinquennale. 471.
Cinnamus Artabano amiſſum dignitatis faſtigium
reſtituit. 571.
Clitus Tiberiade ſeditionis autor. 595.
Clitus ſiniſtram ſibi præcidit. 595.
Circa hoſtes quomodo agendum. 910.
Circa Maſſadam vnus tantum locus, qui aggerum
iactum excipere poteſt. 864.
Circenſes ludi. 546.
Circumciſio inſtituta. 19.
Cyrenæorum magiſtratus. 474.
Ciuilis Germanos ad ſobrietatem cogit. 853.
Ciuilis belli inter Hebræos initium. 186.
Ciues in Iabiſſa, Sauli & filiorum cadauera dempta
ſepeliunt. 183.
Ciuitatis munitiones ac turrium cautes, quas ty-
ranni per dementiam deſeruerant, inſuperabi-
les. 846.
Ciuium contra Iudæos ad Titum preces. 854.
Ciuibus directa bona reſtituuntur. 605.
Cyrus Nabonidum expellit à Babylone. 883.
Cyrus Iudæis reditum in patriã vrbis ac templi ædifi-
cationem permittit. 307.
Cyri Perſarum regis edictum. 307.
Cyri ad Syriæ Satrapas mandatum. 307.
Cyri de Iudais eorumq; templo decretum. 314.
Cyprus. 650.
Cypros, Agrippæ vxor, ad Herodiadem ſororem eius
ſcribit, & auxilium petit. 528.
Cypron conditum. 472.
Criminum à Iuſto Ioſepho obiectorum depulſio.
605.
Crypta ſubterranea ab Antonia. 461.
Cochlea. 225.
Columnæ duæ excitatæ. 8.
Columnæ duæ ingentes. 226.
Colloquium Dei cum Cain. 6.
Copiæ in partes duodecim congeſtæ. 216.
Coponius Præfectus Syriæ. 517.
Comitas & Benignitas Agrippæ erga Philippum.
596.
Comminatio grauis Iſraelitis à veræ pietatis tramite
exorbitantibus propoſita. 230.
Concupiſcentiæ ſepulchra. 86.
Conditio obſidionis ſoluendæ à Ioabo propoſita.
210.
Conflictus Aegyptiorum & Mithridatis ad Delta.
408.
Conſonantia Iudæorum religione & vita. 907.

Conſcientia labes. 387.
Contra mendacium impudenter expoſitum nihil dicendum. 894.
Contra furtum & vſuras. 910.
Contra illos, qui Moſen & Iſraelitas propter lepram profugiſſe ex Aegypto contendunt. fol. 83.
Contra legislatores gentium. 914.
Contemptus mortis. 502.
Conuicium Deo faciens. 105.
Conuiuium Iudæorum apud Ptolemæum, & eorundē ante cibum preces. 338.
Corban, donum Dei. 884.
Cores populum excitare aduerſus Moſen conatur. 90.
Core factionem ducenti quinquaginta viri ſequuntur. 90.
Corem cum 250. viris ignis abſumit. 93.
Corinthus à Syllæo, vt Herodem è medio tolleret, pecunijs corruptus. 494.
Corona. 227.
Cornelius Sabinus. 547.
Chosbi. 100.
Coſtobarus, Lyſimachus, Antipater & Doſitheus apud Herodem accuſati. 450.
Coſtobarus, cui Herodes in matrimonium Salomen ſororem dederat, Idumæa Principatum inuadit. 450.
Coſtobarus interceßione ſeruatus. 450.
Cubicula ad voluptatem facta aurea ſuppellectili referta. 231.
Cumanus Prefectus Iudæa. 574.
Cumanus multos Iudæos perimit, plures viuos captos abducit. 575.
Cum quibus iuſtitia, cum illis etiam Deus eſt. fol. 442.
Cum capta coniugium. 108.
Cur Iudæi animalia conſueta ſacrificent, nec carnibus ſuillis veſcantur. 904.
Cur quidam Hiſtoriographi Iudæorum mentionem omiſerint. 887.
Cura pro ſacerdotibus. 320.
Cura Dei pro ſuis. 250.
Chuſis victoriæ nuncius ad Dauidem miſſus ab Achimaa anteuertitur. 206.
Chuſi conſilium, quod etiam, Achitophelis reiecto, recipitur. 204.
Chuſim ſimulatè offert Abeſalomo ſtudium ac fidem ſuam. 203.
Cuſtos carceris amicè agit cum Ioſepho. 39.
Chutæi cultum Dei amplexi, Iudæorum amicos, rebus tantum ſecundis ſe profitentur. 282.

D.

DAbaritteni Ptolemæi vxorem ſpoliant. 592.
Dalale meretrix è Samſone cauſam tanti roboris expiſcari conatur, & ter deluditur. fol. 142.
Damaſceni & Aretas contra Alexandrum. 621.
Damaſceni à Dauide vincuntur. 193.
Dana extructa. 129.
Daniana tribus à Chananæis preſſa. 129.
Danitæ locum inhabitandum quærunt. 129.
Daniel cum ſocijs ad honorem euectus.
Daniel Regi ſcripturam interpretatus.
Daniel in leonum fouiam conijcitur.
Danieli rex dona promiſſa exhibet.
Daniel Regis ſomnium & interpretationem expo... 299.
Danielis cognati ſtatuam adorare nolentes, in ign... conijcti, diuina prouidentia ſeruantur.
Danielis vaticinia.
Danielis viſio de ariete & hirco, per quos Chal... rum & Perſarum Regnum præſiguratum fu... 305.
Danielis inimici à leonibus dilaniati.
Danielis & ſociorum eius in Chaldaica diſciplina ... ſtitutio & profectus.
Danieli ſomnium eiuſque interpretatio reuelatur 299.
Darius tribus ſatellitibus tres quæſtiones propo... 309.
Darius ſe ſacra vaſa Hieroſolyma remiſſurum vou... 309.
Darius Hyſtaſpis filius rex Perſarum.
Darius admonitus voti, templi reſtauratione mu... dauit.
Darij regis ſcriptum & mandatum de libertate, poſſeſſionibus, templo & ſacrificijs Iudæorum fa... 311.
Darij ad Syriæ præfectos epiſtola.
Dathan & Abiran contumaces.
Dathan & Abiram abſorbet terra.
Dauid Cillanos contra Paleſtinorum incurſiones defendit.
Dauid tribus malis propoſitis peſtem eligit. fo... 212.
Dauid Sibæ Ionathæ facultates commendat, cum omnes reditus Hieroſolyma referre iubet. fo... 194.
Dauid in ſiti crebrò expetitam aquam bibere recuſa... 212.
Dauid vxorem Melcholen ab Abenero poſtulat. fol. 186.
Dauid Hieroſolymæ partem inferiorem occupat. fol. 190.
Dauid alſioſus factus Abiſate cum recalefecit. fol. 214.
Dauid cognito Regis aduentu fuga ſibi conſulit. fol. 174.
Dauid à propoſito Nabalum euertendi deſiſtit. fol. 177.
Dauid Ioabum cum lectiſſimo milite contra Ammanitas mittit.
Dauid de Abſalomi conatibus certior factus, cum ſuis Iordanem tranſit.
Dauid contra Nabalum cum 400. armatis proficiſcitur.
Dauid Syriæ ſubiugata tributum imponit. fol. 193.
Dauid in vitæ diſcrimen vocatus ab Abiſæo liberatur.
Dauid Ammanitarum iniuriam fert indignißimè, eamq; vindicare cogitat.
Dauid Abigæam Nabali viduam ducit.
Dauid Saulo innocentiam ſuam declarat. fol. 178.

Dauid cum sexcentorum manu & duabus vxoribus in Palæstinam ad Anchum Gittæ Regem se confert. 178.

Dauid Saritas & Amalecitas incursionibus infestat, de manubijs munera Regi mittit, eiq; meridionalẽ Iudæorum regionem se incursare persuadet. 178.

Dauid cum Goliath congredi cupit. 164.

Dauid agnum raptum ex ore Leonis recipit, ipsamq; feram occidit. 165.

Dauid vrsum trucidat. 165.

Dauid armis quibus ad pugnam à Saulo instructus erat, depositis, funda armatus in hostem properat. 165.

Dauid hostem accedens, contemnitur. 165.

Dauid, Sauli & Ionathæ necem deplorat. 184.

Dauid Amalecitam Sauli interfectorem affici supplicio iubet. ibid.

Dauid ex Dei iussu Hebronem commigrans, à Iudæ tribu Rex declaratur. 185.

Dauid Iabisenos quod Saulum cum filijs sepelissent, collaudat. 185.

Dauid se viuente Solomonem filium suum regnum auspicari voluit. 214.

Dauid Solomonem vt Deum colat, hortatur. ibid.

Dauid Mahanaim peruenit, vbi cum summa reuerentia ab optimatibus excipitur. 204.

Dauid arcam in ædes Obadami Leitæ deponit, cuius domus multis felicitatibus cumulatur. 191.

Dauid Semeim occidi vetat. 203.

Dauid famæ suæ consulit nemine suspicante ipsius voluntate cæsum fuisse Abenerum. 188.

Dauid à Michol irridetur. 192.

Dauid Deo templum ædificare decernit. ibid.

Dauid Deo pro promissa per Nathanem felicitate gratias agit. ibid.

Dauid in Palæstinos mouet, eisq; bonam agrorum partem adimit. ibid.

Dauid Sophenorum Regem vincit. 193.

Dauid à rege petit vt agri partem ad incolendum ei cum suis attribueret, Rex Secellam ei donat. 178.

Dauid Ionathæ de patris insidijs cõqueritur, Ionathas autem parentem excusat. 169.

Dauid orat Ionathan, vt parentis erga se animum explscari & significare velit. 169.

Dauid Nabam ad Achimelechum sacerdotem peruenit. 171.

Dauid Goliathi gladio accepto, in Gittam Palæstinorum ad Anchum se confert. 171.

Dauid regem Anchum timens furorem ac rabiem simulat. ibid.

Dauid ad speluncam Adullamæ peruenit, vbi illius tota cognatio, nec non & alij multi ad eum se conferunt. ibid.

Dauid ad Moabitarum Regem proficiscens, parentes ei commendat. ibid.

Dauid ad Sarim oppidum peruenit. 172.

Dauid Memphibosto veniam, & dimidiæ partis bonorum Sibæ donatorum restitutionem promittit. 208.

Dauid oraculo monitus fugit. 173.

Dauid in Cœnam cum suis se confert, quò & Ionathas perueniens, eum consolatur, & fœdus cum eo renouat. 174.

Dauid Vriam accersit, eumq; vt profectus ad vxorẽ, ibi pernoctaret, iubet, quod tamen non facit. 196.

Dauid Ioabo, vt in Vriam animaduertat, scribit. 197.

Dauid magnam vim ferri, æris & lignorum comportat. 213.

Dauid Amasæ veniam & vniuersarum copiarũ Præfecturam concedit. 207.

Dauid Idumæos, vt viritim tributa persoluerent, cogit. 194.

Dauid num quis ex Ionathæ genere superesset scitatur. ibid.

Dauid fassus peccatum, à DEO veniam consequitur. 198.

Dauid per septem dies, infantes ex Bethsabe suscepti, vicem dolenter ferens, ieiunat. 198.

Dauid puerum extinctum sentiens, surgit, ac lotus cibum capit. 198.

Dauid causam, cur mortuo puero cibum capiat, quorum nihil puero adhuc ægrotante fecerat, indicat. 198.

Dauid laciniam regij pallij præcidit. 174.

Dauid regi Saulo, quod sibi insonti insidias struat, exprobrat. ibid.

Dauid cum toto populo Abenerum deflet ac luget & solennibus funeralibus ei parentat. 188.

Dauid Vriæ nece audita, irasci desinit. 197.

Dauid Bethsabe coniugem sibi asciscit, ex qua puer ei nascitur. 198.

Dauid Principibus tribuum conuocatis Solomonem commendat. 216.

Dauid Chusim vt Achitophelis consilijs se opponeret, obnixè precatur. 202.

Dauid Hierosolymis excedit. 202.

Dauid fugiens sacerdotes in vrbe manere vult, vt per eos, quid in ea agatur, cognoscat. 202.

Dauid Samueli Regis erga sese animum indicat. folio 169.

Dauid Solomoni Ioabum puniendum mandat. folio 218.

Dauid Deum consulit, num ab Amalecitis vxores ac liberos recipere sit concessurus. 181.

Dauid Aegyptio seruo ductore, Amalecitas assequitur. ibid.

Dauid in Amalecitas irruit, magnam eorum stragem edit, omnemq; prædam recuperat. ibid.

Dauid custodes impedimẽtorum, obstrepentibus pugnæ socijs, in prædæ partem admittit. 182.

Dauid cum duobus in hostium castra penetrans, Sauli spiculum & lecythum aqualem aufert. 177.

Dauid Sauli Imperatori Abenero quod regium spiculum & aquæ lecythum auferri passus sit exprobrat. ibid.

Dauid Palæstinos magna eorum edita strage vincit. 168.

Dauid Leuitas numerat, eorumq; officia distribuit. 216.

Dauid Ioabum ad peragendum censum ire iubet. 212.

Dauid Iebusæos ex arce & Hierosolymis ejcit, & ciuitatem Dauidis appellat. 190.

Dauid Syris occurrens, 47000. cum Sabeco eorum Imperatore cædit. 196.

Dauid vt plurimum propitium numẽ experitur. 166.

Dauid cognita filij cade à Chusi, acriter eum deflet. 207.
Dauid Proceres & præfectos comiter atq; benignè excipit. 189.
Dauid Rabatham vi captam militi diripiendam permittit. 199.
Dauid pro innocente orat populo. 213.
Dauid Poeta. 211.
Dauidis & Salomonis potentia. 904.
Dauidis legatis petentibus aliquid commeatus, durè respondetur à Nabalo. 176.
Dauidis cum Goliatho ante congressum colloquium. 165.
Dauidis legati ad Ammanitarum Regem ob patris obitum consolandi causa missi, contumeliosè tractantur. 194.
Dauidis victoria de Goliatho. 165.
Dauidis ad Solomonem postremum alloquium. 218.
Dauidis filij ad patrem, Absalomus verò ad auum cõfugit. 200.
Dauidis liberi Hierosolymis suscepti. 190.
Dauidis adulterium. 196.
Dauidis concubinæ à filio stupratæ, aliò traducuntur. 209.
Dauidis ob cladem acceptam indignatio. 197.
Dauidi omnes filios ab Absalomo cæsos nũciatur. 200.
Dauid, vt præljs abstineat, suadetur. 211.
Dauidem adesse volentem in exercitu amici prohibent. 205.
Dauidem Ionathas excusans, à parente spiculo petitur. 170.
Dauidici generis Reges, quot & quandiu regnauerint, 295.
De arca in qua tabulas legis Moses collocauit. 74.
De arca sacra consultatio. 148.
De adulterio & incestu. 84.
De aduentu Vespasiani in Galilæam & obsidione Iotapæ vide Iosephum lib. 4. cap. 5. de bello Iudaico. 609.
De afflictionibus Hebræorum in Aegypto per annos 400. 50.
De bello Iudaico quidam historias conscripsere. 876.
De bello Iudiaco. 369.
Debitus vitæ finis Iudæorum. 863.
Debora & Baracus in hostes mouent. 131.
Debora Prophetissa. 131.
De boue cornupeta. 110.
Decem tribuum ad reliquos Israelitas legatio. 123.
De Chami filijs ipsorumq; progenie. 14.
De Cain & Abel fratribus. 6.
Decem coniurati necati, delator eorũ interfectus frustatim concisus est. 452.
Decem præcepta, & quomodo diuidenda. 70.
Decem Aegypti plagæ. 58.
Decemuiri contra Herodem conspirant. 452.
Decem bases æreæ labrorum. 226.
Decem labra rotunda. ibid.
Decima egenorum. 107
De Cleopatra vltima Alexandrinorum Regina, eiusq; sceleribus. 898.
Dei contemptus in quibus consistat. 101.
De Deo & prouidentia diuina. 908.
Deorum apud gentiles ingens numerus. 912.
De Isaci filijs Esao & Iacobo, & natiuitate eorum ac educatione. 25.
De Isaco legitimo Abrahami filio. 2
De Iacobo metu fratris in Mesopotamiam perfug
De Ismahele Abrahami filio, eiusq; posteris Arabi 21.
Defectus Lunæ. 51
Defectionis Germanorum & Gallorum ab Roma causa. 13
Defectionis autores circiter duo millia in crucem ag 51.
De filijs Sem, tertij Noe filij, & de progenie ipsorum Abrahami. 1
De funeribus mortuorum. 90
Defuncti fratris vxor ducenda. 101
Demetrius ab Alexandro victus, trucidatur. 34
Demetrius se promissis in amicitiam Ionathæ insinu re conatur. 36
De morte Cæsaris rumor diuersus. 552
Demetrius Iudæis in auxilium venit. 622
Demetrius Philippum fratrẽ in Beroa oppugnat. 332
Demetrius solicitantibus transfugis Bacchidem cum copijs contra Ionathan mittit. 36
Demetrius Demetrij filius ex Creta in Ciliciam tra cit, Syriamq; occupare conatur. 370
Demetrius Tripolim aliasq; Syriæ vrbes occupat, & Antiochum & Lysiam necat. 353
Demetrius Eucærus contra Alexandrum proficisc tur. 391
Demetrius in Alexandrum mouet. 386
Demetrius Eucærus à Ptolomæo Lathuro Damasci constitutus. 395
Demetrius militum odium concitat stipendium pau tempore minuendo. 373
Demetrius in Arsacem Parthorũ regem mouet, pr liog. superatus, capitur. 377
Demetrius Nicanorem contra Iudam mittit. 362
Demetrij ad Lasthenem diploma, in quo Iudæis im munitates promittit. 373
Demetrij ad Ptolemæum de bibliotheca adhortatio. 335.
Demetrij duces iterum in Ionathan mouent: nihil fi succes surum videntes noctu discedunt. 376
Demetrij & Alexandri pugna, qua Demetrius sup rat, Iudæi à Demetrio victore deficiunt. 621
Demetrio in Parthia morbo absumpto Philippus in tius Syriæ regno potitur. 39
Demetrio Anciochia adimitur. 374
De mundi creatione, & elementorum dispositione. 1
Deliberationis de Arca sacra conclusio. 141
De leprosis. 82
De nuptijs. 90
De Nazaræis. 94
De obitu Abrahami. 25
De posteritate Adami, & decem ætatibus vsque ad diluuium. 1
Depulsio argumenti Apionis, Iudæos seditionis Al xandriæ causam extitisse. 891
Depulsio figmenti Apionis de sex dierum itinere. 896
Descriptio donorum à Ptolemæo rege templo Hieros lymitano missorum. 331
Descriptio speluncæ in qua latrones habitabant. 640
918
Descriptio rationis & sapientiæ. 35
De Sole, Luna & Stellis Iosephi somnium. 196
De Regis electione.
De tabernaculo per Mosem in terra deserta facto, quod simili

similitudinem templi portatilis referebat. 72.
Deus immensus. 228.
Deus non corporis formam, sed animi virtutes spectat 162.
Deus Abrahamo filium pollicetur. 18.
Deus propter inobedientiam Sauli offenditur. folio 161.
Deus verax in promissis. 328.
De uxoribus ducendis. 107.
Dij alieni. 105.
Diluuium. 9.
Dimissio Israelitarum. 274.
Dina Iacobi filia historia. 32.
Diocles. 302.
Diodorus cognomine Tryphon Apamenus à Malcho Arabe Antiochum Alexandri filium petit. 373.
Diophantes regis Notarius Alexandri nomine falsas literas conscribit. 659.
Diophantes scriba aliorum characteres imitatur. 484.
Direptio urbis impedita. 431.
Discrimen Mosis & aliorum legislatorum. 3.
Discordia Iudæorum & ciuium Alexandrinorum in religione. 899.
Dispositio castrorum. 85.
Dissidium inter plebem & senatum. 558.
Dissidium in domo Herodis. 475.
Distinctio gubernationis in populo Israelitico. 156.
Diuersa populi studia. 246.
Diuisio agri Abrahami & Lothi. 17.
Diuisio Sacerdotum in 24. cognationes. 216.
Diuini auxilij promissio. 103.
Dius Iromi meminit. 232.
Dius de Solomone. ibid.
Doecus Saulo, se Dauidē in Nabo apud Achimelechū vidisse significat. 172.
Dolabella Ephesiorum ciuitati scribit. 414.
Dolor & voluptas aut faciunt aut impedunt passionē. 919.
Domicilium Abrahami. 16.
Domitia Domitiani Cæsaris uxor. 611.
Domitianus, Titi frater. 853.
Dona interpretibus dimissis data & Eleazaro missa. 340.
Dona Scauro data. 400.
Dora Phœnicia ciuitas & non Idumæa. 903.
Dora & Ioppe non portuosæ. 455.
Doris prior Herodis coniunx non ignobilis ex quâ Antipatrum filium suscipit. 633.
Doris, Herodis uxor. 417.
Doridem Antipatri matrem Herodes ejicit è regia. 495.
Dorite in Iudæorum synagoga Cæsari statuam ponūt, quod Agrippā & Petronium vehementer ad iracūdiam commouet. 563.
Dortus cum quatuor socijs supplicio affectus. folio 576.
Duodecim Ismahelis liberi. 21.
Duo totius disciplina & moralis institutionis modi. 907.
Duo sacrificiorum genera. 80.
Duo de quibus agit Iosephus. 877.
Duo & viginti libri sacri. 875.
Duodecim Iudæorum millia in templo occumbūt. 625
Duodecima legio Cestio duce Iudæis cesserat. folio 849.
Duodeni milites congrediuntur, qui ad vnū se conficiunt, & Abeneri partes succumbunt. 185.
Duæ tabulæ Mosis. 71.
Duæ mulieres sese inuicem de infante permutato accusant. 221.

E

EDictum quantum Manna quotidiè quilibet colligeret. 65.
Edicto plebs cohercendà, ne quicquam amplius ad tabernaculi structuram conferant. 72.
Eglon Rex Moabitarum Israelitas subiugat. 130.
Emortua dextra sanitas restituitur. 239.
Enosa urbs prima. 7.
Enochi finis in sacris literis non inuenitur conscriptus. 10.
Eques Iosepho literas affert. 598.
Equi Aegyptiaci. 235.
Ephraimi tribus mouet in Iaphthem. 138.
Eleazarus. 2.
Eleazarus Pharisæus Hyrcano matris captiuitatem exprobrat. 385.
Eleazarus ad Antiochum adducitur. 520.
Eleazarus iram DEI in populum Iudaicum fatetur. 866.
Eleazarus ab Elephanto oppressus moritur. 616.
Eleasar. 211.
Eleazarus moritur. 125.
Eleazarus capitur eumq; Dux nudum extendi & verberibus cædi præcipit. 859.
Eleazarus vitam gloriæ posthabet. 616.
Eleazarus Iudæ frater elephantum occidit. 358.
Eleazarus horribiliter flagellatur. 922.
Eleazarus Dinai filius Romam missus. 577.
Eleazarus Iudæus audacia ferox & manu strenuus. 859.
Eleazari ad socios oratio. 865.
Eleazari ad Antiochi exhortationem responsio. 320.
Eleazari constantia. 922.
Eleazari de immortalitate animæ oratio. 866.
Eleazarus Iudæis Romanorum crudelitatem exponit 868.
Elias sicut Enochus ex hominibus exemptus. 259.
Elias pluuiam venturam prædicit. 249.
Elias Achabo & Iezabelæ vindictam diuinam prædicit. 251.
Elias ad Achabum venturam pluuiā ei indicaturus, mittitur. 248.
Elias populi superstitionem arguit. 248.
Eliæ doctrina & officium miraculo confirmatur, victima igni cælitus absumpta. 249.
Eliam Deus in deserto alloquitur. 250.
Eliam coruus cibat. 247.
Elis Pontificis filij Ophnes & Phinees nefarij. 145.
Eli sacerdotis tempore annonæ caritas. 143.
Eli in Silo filiorum cædes & Arcæ amissio significatur. 146.
Eli audita arcæ amissione exspirat. 147.
Eli Pontificis Genealogia & progenies. 147.
Eliseus in Dothaim hostibus cingitur. 262.
Eliseus pluuiam venturam & victoriam prædicit. 260.

Eliſæus viduam vt ex olei fidelia plurima vaſa adimpleat, iubet. 261.
Eliſæus ab Adado aegrotante conſulitur. 265.
Eliſæi vocatio. 250.
Eliſæi mors & cadaueris in ipſius monumentum conjecti reſuſcitatio. 273.
Eliſæum Reges conſulunt. 260.
Eliacimus Ioacimus nominatus, Iudæ rex. 290.
Eiectorum contra Aegyptios bellum. 889.
E Iudæis duodecim millia cadunt. 403.
Epaphroditus. 2.
Epicureorum error coarguitur. 306.
Ephraimitæ proditione occupant Bethel. 126.
Ephron oppidum expugnatum. 356.
Epilogus huius partis genus Iudæorum ex Aegypto non oriundum. 892.
Epilogus ſecundi libri contra Apionem. 915.
Epicedium à Ieremia Ioſiæ ſcriptum. 289.
Epitome belli Iudaici. 614.
Epiſtola Ptolemæi, in qua à Pontifice Eleazare Bibliorum petit interpretes. 335.
Epictetes pecunia corruptus Scythopolim Iudæis prodit. 384.
Ephod. 75.
Eſau ſibi quoque benedictionem poſtulat. 27.
Eſau primogeniti Ius ob lenticulam cedit. 34.
Eſau Edom dictus. 34.
Eſau filij & poſteri. 34.
Eſdras Iudæos qui apud Babylonem degunt, conuocat. 316.
Eſdras Hieroſolyma præfectus, vaſa aliaque pretioſa gazophylacij cuſtodibus tradit. 317.
Eſdras legis peritus. 316.
Eſaiæ de Cyro vaticinium. 307.
Eſſen ſiue Logion. 76.
Eſſenorum placitum. 518.
Eſſenorum vita & mores. 519.
Eſthmonitis. 452.
Eſther Regem pro Iudæis interceſſura accedit. 324.
Ebutius contra Ioſephum. 554.
Ebutius infecto negocio diſcedit. 592.
Euæ mater omnium viuentum. 5.
Euæ poena. 6.
Eurycles Alexandri dicta & facta obſeruans Antipatro & Herodi exponit. 483.
Eurycles Lacon Alexandrum apud parentem clàm accuſat, autorq; necis ipſius exiſtit. 685.
Eurycles amicitia ſimulata fallit Alexandrum, eiusq; fit proditor. ibid.
Eurycles necis Alexandri & Ariſtobuli redempta opera, accuſatoris partibus fungitur. 659.
Eurycles Alexandrum apud Herodem falsò accuſat, & in pericula præcipitat. ibid.
Euangelium Iudæis allatum. 311.
Euphrates. 5.
Eutychus Agrippæ libertus, herum apud Cæſarem accuſare cogitat. 529.
Ex arca Noe coruum emittit. 10.
Exciſio ſtirpis Nadabi. 244
Excuſatio hiſtoriographi, cur legum ſeriem innouarit 104.
Exemplum ab Iudæis Cæſareæ interfectis petitum. 867.
Exemplũ, nõ ſemper patribus ſimiles naſci filios. 151
Exemplum vltionis diuinæ in Iezabela vidua 268.
Explicatio nominis Moab & Ammon.
Exploratores.
Exploratores terræ Chanaan mittit Moſes.
Exploratores Iſraelitis terrorem incutiunt.
Expoſitio belli Arabici & pecuniæ mutuo 485.
Externi Iudæi inferiorem ciuitatem occupant.
Exteri quoque vt exaudiantur in hoc loco 229.
Ex tribu Ephraim circiter 42000. cæſi.
Extirpatio ſtirpis Baſanis.
Extirpatio Iudæorum Amani conceſſa.
Extructio templi Solomoni mandatur.
Ezecias ab Aſſyriorum rege deficit.
Ezeciæ legati ad Iſraelitas Azymorum feſti cauſa miſſi occiduntur.
Ezeciæ in aduerſis ad Deum refugium & per Eſaiam in ſpem melioris fortunæ erectio.
Ezeciæ Regis Iudæ pietas.
Ezeciæ mors.
Ezechiam primarium latronẽ cum ſocijs Herodes ſupplicio afficit

F.

Fabatus procurator Cæſaris apud Herodem ſecretorum Sillæi proditor.
Fabulæ de Ioue & Pallade.
Fabulæ ſuperius recitatæ depulſio.
Facinus deteſtandum Gabaenorum.
Fames ob iuramentum violatum, Iſraelitis immiſſa 210.
Fames & peſtilentia.
Fames in Samaria tanta, vt mulier mulieri filium medederet.
Fanum.
Falſa matris ac ſororis Herodis aduerſus Mariammen accuſatio.
Falſi teſtis pœna.
Fatum & prouidentia diuina.
Fati neceſſitas inſuperbilis.
Fratres ob regnum decertantes certis conditionibus in concordiam redeunt.
Fratricidij à Ioanne pontifice perpetrati taxatio.
Fadus à Iudæis ſacerdotalem ſtolam, vt eſſet in Romanorum poteſtate poſtulat.
Fadus Iudæos Philadelphenſium propter Miamnem fectores, punit.
Fœdus Dei cum Noe.
Felix Hieroſolymis Phaſaelum adoritur, à quo tamen ſuperatur.
Felix Druſillam à priore marito abduxit.
Felix accuſatur.
Felix in Phaſaelum exercitum mouet.
Felix latrones Magos vulgiq; ſeductores ſupplicijs afficit.
Feſtus impoſtorem magnum cũ aſſeclis opprimit.
Feſtum azymorum.
Feſtiuitas templi recepti inſtituta.
Filij pontificum ad Dauidem miſſi, in puteũ ſeſe abſcondunt.

ij oblatio. 278.
ij Chananai. 14.
lucia Adadi in milite. 252.
liorum apud Iudæos educatio. 877.
liorum Israel numerus. 59.
nale confœderatorum de Caio tollendo decretum. 549.
orus belli Iudaici causa. 584.
ns Iordanis. 649.
rma templi extruendi Solomoni datur. 217.
rma & habitus Eliæ propheta. 259.
rtunæ monumentum. 846.
ga hostium ob terrorem à DEO immissum. folio 264.
ga & strages exercitus Absolomi. 206.
nus Alexandri. 394.
luia, Saturnini coniunx Romæ quatuor Iudæis purpuram & aurum, vt in templum Hierosolymitanũ deponerent tradit, ipsi verò in proprios vsus conuertunt, quod dum Tiberius cognoscit vniuersos Iudæos ex vrbe pelli iubet. 523.
irtum. 110.
uctus ad centum annos incorrupti. 864.

G.

Abala. 452.
Gabaonitæ ministerijs publicis deputati. 120.
abaonitæ legatos mittunt ad Iesum. 119.
abaonitarum ad Hebræos oratio. 119.
abareni Ioanni sese addicunt. 592.
abinius aliquot vrbes dirutas in Iudæa ædificari iubet. 404.
abinius Nabathæos pugna superat. 628.
abinium mater Alexandri beneficijs lenire studet. 627.
abinio bellum Parthis inferre parato Hyrcanus & Antipater suppetias ferunt. 627.
abinio pecuniã Pompeio ab Aristobulo promissam exacturo portæ clauduntur. 402.
adara instaurata. 403.
adaram Alexander capit. 390.
adarenses Herodem accusaturos, Agrippa vinctos ad Regem mittit. 456.
ales ab Abimelecho fugatus, à Sicimitis vrbe pellitur. 136.
alatæ à Gomar oriundi. 13.
aladenorum ad Israelitas legatio. 155.
alilæi sese vindicantes Samaritanorum vicos incendijs & rapinis vastant. 575.
alilæi ab Herode deficiunt. 428.
alilæi cum Tiberiensibus sedati. 608.
alilæi Tiberiada inuadere postulant. 591.
alilæorum multitudo Iosephum, ne se deserat, petit. 597.
alilæorum erga Iosephum fides ac beneuolentia. folio 590.
algal, libertas. 118.
amala in Romanorum fide perstant. folio 587. & 488.
Glaphyra Alexandri coniunx, num paratas Herodi insidias ignorasset, interrogatur. 484.
Glaphyra vxor Alexandri suspicionem ante conceptam oratione multum auget. 655.
Glaphyra quondã vxor Alexandri Archelao Cappadocum Regi remissa, 491.
Glaphyræ somnium. 516.
Gratus cum alijs militib. Claudium latentem protrahit, eumq; vacantem Imperatoris locum occupare iubet. 557.
Grati cum Simone conflictus. 511.
Gratitudo Solomonis erga Iromum pro acceptis beneficijs. 231.
Gratulatio Bethsamitarum super arca sacra. folio 149.
Gaudium beatorum in vita æterna. 932.
Græcorum de Iudæorum Antiquitate testimonium. 883.
Græcorum cum Iudæis comparatio. 876.
Græcorum regionem innumeræ corruptiones inuasere 873.
Gedeon per 40. annos regnat. 135.
Gedeon duos Duces Zebim & Hezarbunim capit. 135.
Gedeon ad Madianitarum tentoria accedit, & ab illis somnio confirmatur. 143.
Gedeon cum trecentis viris pugnam adornat. folio 134.
Geon, Nilus. 5.
Gedeoni, vt Israelitas à Madianitis liberet Deus mandat. 133.
Gedeonem exiguas copias DEVS eligere iubet. folio 133.
Gellius Alexandræ vt Aristobuli & Mariammæ effigies depictas ad Antonium mitteret, persuadet. 434.
Gemmarum in Pontificali ornatu miraculum. folio 80.
Genealogia Abrahami. 15.
Genealogia Noe. 9.
Germani & Galli sub Herode stipendia fecerunt. folio 505.
Germani Cæsaris satellites. 552.
Germanicus Pisonis opera sublatus. 521.
Germanorum rabies per Caij cædem excita, sedata. 553.
Gessius Florus Iudææ Procurator. 583.
Gessius Florus peior Albino. 583.
Gessij Flori iniuriæ. 519.
Gesta inter Vitellium & Artabanum. 524.
Gibea & aliæ Beniamitarum vrbes incensæ. folio 128.
Gaza oppugnata. 390.
Gazara. 232.
Gischala incensa atque diruta. 587.
Godolia transfugarum dux. 296.
Godoliæ cædes, & plebis Masphatensis abductio. 296.
Gotholia omne semen Regum tollit vno solummodo Ioaso, Ozochiæ filio seruato. 270.
Gotholiæ pœna. 279.
Goliath vir prodigiosa statura inter Palæstinos. folio 164.
Goliath singulare, certamen Hebræis denunciat. 164.

H.

HEbræorum origo. 15.

Hebræus ſeruus anno ſeptimo manu mittendus. folio 110.
Hebræi mulierum cupidine ducti à patrum religione deſciſcunt. 100.
Hebræi in aciem proferunt arcam fœderis. 146.
Hebræi iumentis & pecoribus hoſtium in prædam contra Dei mandatum abactis parcunt. 161.
Hebræi vallem vltra Iordanem ſitam habitantes, relictis ſuis oppidis in munitiſſimas urbes confugiũt. 183.
Hebræi terram Amoræorum occupant. 97.
Hebræi pugnam parant aduerſus Amoræos. 96.
Hebræorum contra Moabitas victoria. 261.
Hebræorum ob Moſis obitum planctus. 113.
Hebræorum ſeruitus intolerabilis. 50.
Hebræorum libertas, & Chananæorum ſeruitus. folio 233.
Hebræos Chananæi cædunt. 89.
Hecatæus. 16.
Hecatæus Abderita cum Alexandro Rege nutritus. 885.
Helena Hieroſolymis cibos egenis diſtribuit. folio 571.
Helena Adiabenorum Regina Hieroſolyma proficiſcitur. 570.
Helon per decennium iudex. 138.
Hermippi de Pythagora teſtimonium. 883.
Heroes tres per hoſtium caſtra excurrunt in Bethlehem: aquam hauriunt, & Dauidi afferunt. folio 212.
Heroes Dauidis. 211.
Herodes iterum cum Arabibus ad Cana Cœleſyriæ pugnat. 440.
Herodes in itinere ad Agrippam Chium peruenit, eiq; ingentem pecuniæ vim ad porticum vrbis reparandam, confert. 463.
Herodes ex aurea & argentea ſupellectile pecuniam conficiens, frumentum pro ea comparat. 453.
Herodes prope Panium templum ædificat. 457.
Herodes apud Cæſarem filios accuſat.
Herodes vt alienus videretur Ariſtobuli nece eum honorifice ſepeliri curat. 436.
Herodes Reſſa capto & è Maſſada domeſticis receptis, Hieroſolyma petit. 424
Herodes Maſſadam petens, in itinere à Parthis impugnatur. 421.
Herodes cum Archelao Antiochiã vſque iter fecit. fol. 480.
Herodes cum Galilæis pugnat, eoſque victos in caſtellũ compellit. 428.
Herodes in Trachonitarum regione caſtellum condit, eiq; Zamarin Iudæum Babylonicum præfecit. folio 492.
Herodes ab Hyrcano admonitus fuga ſibi conſulit & in iudicio amplius non comparet. 412.
Herodes ex Daphne Antiochiæ ſuburbio in Galilæam proficiſcitur. 420.
Herodes inexpectatam & apertam vxoris auerſationem videns, contriſtatur. 447.
Herodes nobiliores Iudæorum poſt obitum ſuum trucidari mandat. 503.
Herodes Maſſadam petens in itinere à Parthis impugnatur. 421.
Herodes anno primo à nato Chriſto moritur. 505.
Herodes Arabas ſibi hoſtes eſſe deprehendit. fo. 637.
Herodes cum magno vitæ diſcrimine Romam tra... ibid.
Herodes Romam profectus, Antonium conueni... 673.
Herodes Antonium & Cæſarem ſibi beneuolos ... nit.
Herodes coram ſenatu Romano laudatur.
Herodes circa Hieroſolymorum mœnia ſe bo... blico & ad ſalutem vrbis veniſſe, clarigarru... 425.
Herodes Saturnino & Volumnio permittentibus ... exercitu Arabiam inuadit, & Raptam caſ... ruit.
Herodes Archelaum & cognatos precioſiſſimis ... neribus donat.
Herodes Caſſij amicus.
Herodes cur in exteros liberalis in ſuos ſeuus fu... 472.
Herodes fratrem Ioſephum in Idumæam mittit, ... copias in Galilæã ducit, vrbemque Sepphori... pit.
Herodes Caſſium & Galilæa pecunia ſibi deuinxi... 415.
Herodes quadraginta quinque ex Antigoni factio... interfecit.
Herodes vehiculo, in quo mater erat, euerſo ſibi ipſi... lentas manus inferre cogitat.
Herodes donatiuum militibus diſtribui iubet. fo... 503.
Herodes ab Hyrcano in Ius vocatus.
Herodes Alexandro coniugis ſuæ fratri regnum pe... turus ipſemet eo potitur.
Herodes ante pugnam ſacra DEO celebrat. fo... 646.
Herodes hoſtes adoritur. ibid.
Herodes omnem rem geſtam priuſquam Vitellij lit... ſuperuenirent, Cæſari aperit.
Herodes, Agrippæ frater Rex in Chalcide. fo... 561.
Herodes Artabano Partho fauet.
Herodes ad Pheroram ægrotantem viſendum ven... eoque mortuo Hieroſolyma ſepelit, & publico lu... honorat.
Herodes Agrippæ inopiam exprobrat.
Herodes à Syris latrones depellit.
Herodes per vniuerſum terrarum orbem claruit. 650.
Herodes venator ſummus.
Herodes præter animi corporiſq; virtutem fortu... quoque ſecunda vſus eſt. ibid.
Herodes Antipatrum filium expellit ciuitate, ac Hyr... canum auum coniugis interficit. ibid.
Herodes Alexandrum & Ariſtobulum filios pra... focari, cum Alexandro materno auo ſepeliendos iubet.
Herodes in Pheroram fratrem excitatur. fo... 657.
Herodes ſuos in fuga conſolatur.
Herodes ab Arabibus latrones ſibi dedi poſtulat, & mutuum creditum repetit.
Herodes Antipatri & mulierum ſecreta omnia ex... torquet.

Herodes cum hostibus pugnat in suburbio. 420.
Herodes Romam nauigat & Cæsarem Aquileiam vsque persequitur. 468.
Herodes Antigonum ex Iudæa expellit. 417.
Herodes fautores suos promouet, aduersæ verò factionis homines quotidianis supplicijs absumit. 433.
Herodes conflatam militum multitudinem, vt Hyrcanum regno deponat in Hierosolymam ducit. 631.
Herodes contra latrones in speluncis degentes militem ducit. 426.
Herodes cum Antigono rem decernere in Samariam proficiscitur. 427.
Herodes, Iehu à Pontificatu remoto Simonem cuius etiam filiam duxit subrogat. 454.
Herodes coniurationem expiscatur. 452.
Herodes ad Malachum Arabum regem pecuniam accepturus proficiscitur. 422.
Herodes multis pecunijs Antonium vt Antigonũ tolleret, inducit. 432.
Herodes grauem morbum contrahit. 449.
Herodes morbo correptus testamentum condit, ac regni successionẽ filijs, nepotibus ac amicis relinquit. 501.
Herodes populi partem dimittit cum reliquis Massadam peruenit.
Herodes Antipatri matrem in regiam inducit, eumque Cæsari commendat. 468.
Herodes malum simul & cultellum poscens sibi ipsi manus violentas inferre cogitat, Achiabus nepos verò ictum præuenit. 504.
Herodes Sosio, Præfectis ac militibus ne vrbem diriperent pecuniam numerat. 431.
Herodes apud Diospolim cum Arabibus pugnat eosq; vincit. 440
Herodes Iesu Phabetis filio Pontificatum abrogat in cuius locum Simonem Boethi filium subrogat, eiusque filiam in vxorem ducit. 454.
Herodes Antipatro Pheroræ consuetudinem, & mulieribus conuenticula interdicit. 493.
Herodes, audito quod Hyrcanus recluso Dauidis sepulchro tria millia talentorum argenti extulisset, idẽ facere conatur. 474.
Herodes quotquot visum est Cæsari, vno Archelao excepto, conuocat. 486.
Herodes ad seditiosos compescendos in arces præsidia collocat. 472.
Herodes Antonio deuicto subtristis. 440.
Herodes odio in filium flagrat. 501.
Herodes Dei templum denuò construere animo concipit. 458.
Herodes Manahemum de imperij diuturnitate rogat & Essenos propter eum in pretio habet. 458.
Herodes ducturus Alexandri filiam Samariam proficiscitur. 430
Herodes filiorum liberos educat. 491.
Herodes Pappi caput Pharoræ fratri mittit. 430.
Herodes Hierosolyma oppugnat. 430.
Herodes à Cæsare & Agrippa in magno honore habitus. 457.
Herodes filiam quam Salomes filio nato è Costobaro collocaturus erat, Pheroræ filio collocat. 477.
Herodes ad Cæsarem venit, eique beneficia in Antonium collata prædicat similia in eũ collaturus si in amicitiam eum reciperet. 445.
Herodes latrocinijs agit & excursionibus in Arabiã 441.
Herodes 300. talentis Cæsarem donat. 470.
Herodes in Italiam nauigat, & liberos suos Roma domum reducit. 462.
Herodes Syriæ & Græciæ vrbibus ingentem pecuniæ in ædificia contulit.
Herodes dynasta Chalcidis ius eligendorum summorũ Pontificum petit. 568.
Herodes multos in itinere adiuuat pecunia, plurimorum est apud Agrippam mediator. 464.
Herodes quibusuis calumnijs fidem adhibens multos iniustè interficit. 478.
Herodes Cæsarem & exercitum honorificè excipit. 446.
Herodes Antoninum adire Macheram accusaturus cogitat, eidem reconciliatur & Iosephum fratrem attribuit. 428.
Herodes Chalcidis dynasta & Helcias Silam interficiunt. 566.
Herodes Iudæorum Primores conuocat, eisq; facinus hoc commemorat. 502.
Herodes Hierosolyma redit multitudinem in concionem aduocat, rationem eis suæ peregrinationis exponit, ac quartam tributorum partẽ remittit. 466
Herodes duos satellites in Dauidis monumento amittit. 474
Herodes ab Antonio & exercitu honorificè exceptus. 428.
Herodes ad Antonium Samosatam oppugnantem properat, in itinere multos barbaros trucidat. 428.
Herodes Antipatri blanditijs adductus, sponsalia reformat. 663.
Herodes Macharuntem magno muro ac turribus amplectitur. 858.
Herodes Cæsari reconciliatus. 485.
Herodes regno excedere iussus, in Aegyptum abit, dehinc in mari diu iactatus, tandem Romam peruenit, vbi Antonio quæ ipsi contigerat, recenset. 422.
Herodes duplex periculum suspicans castellum sibi ad refugium parauit. 864.
Herodes Dauidis sepulchrum spoliat. 219.
Herodes Alexand. & Aristobuli criminationib. aurẽ præbet. 483.
Herodes à centum Iudæis apud Antonium accusatus. 419.
Herodes cum in difficilibus tum in iucundis rebus solus Agrippæ proximus. 464.
Herodes Hierosolymis, Phasaelus verò extra vrbem constitutus, in capitis discrimine versantur. 635.
Herodes in ius vocatus cum comitatu comparet. 411.
Herodes in compescendis alienigenarum auxilijs multum negotij habet. 431.
Herodes in Galilæa cum hostibus pugnat, eos vincit, ac vniuersam Galilæam in suas partes traducit. 426.
Herodes consolatur & cohortatur milites. 441.
Herodes in senio impatiens & amarulentus. 501.
Herodes ex Italia donum reuersus contra Antigonum copias ducit. 424.
Herodes à Parthis accitus in venatione occiditur. 520.
Herodes Mariammen Hyrcani ex filia neptem ducit. 417.

Herodes fratrem in Idumeam mittit, ipse copias in Galilæam ducit, vrbemque Sepphorim capit. 425.
Herodes cibaria exercitui procurat. 425.
Herodes populum sacramento obstringit. 458.
Herodes Aristobulo Ananeli loco Pontificatum conferre cogitat. 435.
Herodes filios accusat. 487.
Herodes Pherora vxorem accusat, eumq; vt illam ableget iubet. 493.
Herodes varia fortuna vsus. 505.
Herodes ab Antipatro patre persuasus à bello contra Hyrcanum desistit. 637.
Herodes Antonio contra Augustum auxilia pollicetur. 440.
Herodes filijs reconciliatus. 470.
Herodes à Mariamme vxore non blandè exceptus. 447.
Herodes plurima peregrina instituta introducit. 451.
Herodes nouam legem sancit, vt perfossores parietum in seruitutem extra regni terminos vendere liceat 462.
Herodes Hierosolymis duas arces munit. 452. Antonia. 432. Samaria. 452. vel Sebaste.
Herodes Quintilio Varo iudice filium in ius vocat. 497.
Herodes à defectoribus in Galilæa pœnas exigit. folio 427.
Herodes in Alexandram vt clàm regno suo insidiatam inuehitur. 435.
Herodes Cæsarem plurimis muneribus donatum in Aegyptum deducit. 446.
Herodes tertiam tributorum partem remittit. 457.
Herodes Antonio rescribit, & causas cur Aristobulum mittere non possit, indicat. 405.
Herodes foris bona, domi verò aduersa fortuna vtitur. 467
Herodes Alexandrum & Aristobulum Romam ad Cæsarem mittit. 456.
Herodes Antipatro amicas literas, vt eum Roma domum retrahat, scribit. 496.
Herodes Antipatrum ad minuendam filiorum arrogantiam honoribus euehit. 467.
Herodes populo se templum extructurum exponit. 459.
Herodes ab hostibus vulneratur. 429.
Herodes Rex in Chalcide moritur, eiq; in regno Agrippa succedit. 574.
Herodes Antipatro, ne cum Pherora veleius coniuge vnquam colloqueretur, edicit. 663.
Herodes militibus de suis facultatibus multum pecuniæ largitur. 644.
Herodes à Salome motus vtrunque filium vincit, & separatos asseruari præcipit. 660.
Herodes contra Alexandrum & Aristobulum iudicium cogit. ibid.
Herodes in iudicio filios accusat. ibid.
Herodes Antipatrum præ reliquis filijs amauit, plurimaq; in eum beneficia contulit. 668.
Herodes Sepphorim ciuitatem capit. 639.
Herodes aduersus latrones in speluncis degentes animum dirigit. ibid.
Herodes Hierosolymam cingit obsidione, ac præconis voce cur aduenerit, declarari iubet. 638.
Herodes splendida oratione ad populum tribus filijs regni honorem attribuit.
Herodes filijs non regnum, sed regni honorem tr... ibid.
Herodes ad filios orationem deflectit.
Herodes oratione sua fratrum dissensionem redu... non sustulit.
Herodes nepotes despondet.
Herodes in Antigonum mouet.
Herodes Pappum Antigoni militum Ducem ob... cat.
Herodes coram Augusto dissimulatione remot... rum ingenuè fatetur.
Herodes propter vxoris necem misere affectus... 449.
Herodes commeatus copiam parat.
Herodes decem cohortibus comitatus, Hiericho... peruenit.
Herodes Andromacho & Gemello amicitiã ren... 478.
Herodes Pheroram cum vxore eijcit.
Herodes Pirao maiorem portum fabricat.
Herodes Ioseph o vt vxorem interficiat, clàm mand... 652.
Herodes Romam in Senatum intromissus. Rex declar... tur.
Herodes Alexandrum in vincula conijcit, & in ... corum eius tormenta pergit.
Herodes Alexandrum apud Cæsarem accusat.
Herodes Antipatri vt reuersionem suam maturet, scribit.
Herodes vehiculo in quo mater erat, euerso, filio... manus violentas inferre cogitat.
Herodes clàm nocte ad Idumeam proficiscitur. fu... 635.
Herodes grauiores in fuga Parthis Iudæos experi... 636.
Herodes Doridem Alexandri matrem omnibus ... spoliatam expellit.
Herodes ex spectaculis nõ magnam gratiam reportat. 451.
Herodes patris necem in Malicho cogitat vlcis... 632.
Herodes accuratam diligentiam & sumptus non ex... guos in structuras confert.
Herodis in Augustum Cæsarem merita.
Herodis regno Augustus Cæsar finium partem ad... 648.
Herodis de latronibus victoria.
Herodis ex Mariamme liberi suscepti.
Herodis cœnaculum dimisso conuiuio confestim ... dit.
Herodis mater ac soror Mariammen calumnijs ... ctantur.
Herodis ad milites perterritos oratio.
Herodis propositum Massada & Ioppe captis, Hier... lymam petere.
Herodis in iudicio contra Antipatrum accusa... 668.
Herodis consiliarij Alexandri institutum ei per nu... cios significant.
Herodis copias hostes à mœnibus arcent.
Herodis legatos Cæsar infecto negocio dimittit.
Herodis vxor in patris ædes peruenit.
Herodis duæ filiæ virgines Pherora filijs elocata. 514

Herodis de Mariamme ac Iosepho suspicio. 652.
Herodis filij ex septem vxoribus suscepti. 662.
Herodis familia ab Antigono in Masada oppugnata. 424.
Herodis error pudendus & inexcusabilis. 489.
Herodis milites cum Iudæi per quinque menses obsidionem tolerauerant, ciuitatem irrumpunt. fol. 644.
Herodis beneficentia & liberalitas in cunctos. fol. 650.
Herodis nouem vxores. 491.
Herodis coram Augusto Cæsare oratio. 647.
Herodis ad Cæsarem properantis mandata. 445.
Herodis tres Eunuchi, Alexandrum innatum cõtra parentem odium alere, fatentur. 477.
Herodis progenies intra 100. annos penitus sublata. 526.
Herodis testamentum mutatum. 504.
Herodis ad milites gratiarum actio & testamentum lectum. 505.
Herodis in Euphratis medio conuiuium. 525.
Herodis regnum. 455.
Herodis morbus horrendus. 503.
Herodis cadauer magna pompa Herodium defertur. 505.
Herodis fortitudo. 630.
Herodis erga Phasaelum fratrem amor. 636.
Herodi Augustus Arabiam quoq; vult tradere, quod consilium ipsius literæ redditæ mutant. 486.
Herodi mortem fratris somnia manifesta significant. 641.
Herodi insidiæ structæ. 635.
Herodi à Roma literæ veniunt, quæ Acmen à Cæsare occisam, & Herodi liberam potestatem Antipatri puniendi relictam esse ostendunt. 504.
Herodi Antonius vt Aristobulum ad se mitteret scribit. 434.
Herodē in aula calumnij & cædibus referta vitæ suæ tædet. 479.
Herodem Antonius in Arabum bellum vertere iubet. 440.
Herodem Antonius ad se accersit, qui regni curam Iosepho committit, eiq; clam vt Mariammen interficeret, mandat. 437.
Herodem Romani Iudæorum regem creant. 637.
Herodem Hyrcanus absoluit. 639.
Herodem Antonius amore, Antigonum verò odio prosequitur. 423.
Herodias cui Imperator propter Agrippam fratrem pepercerat, Herodē vltrò in exilio comitatur. 535.
Herodion. 636.
Herodium castellum pro rerum omnium copia ciuitas esse videbatur. 650.
Herodotus Halicarnasseus de Iudæorum circumcisione. 884.
Herodotus Aegyptiorum Regum nomina non recenset. 232.
Herodotus de Senacheribo. 284.
Hirami & Salomonis amicitia. 896.
Hirami & Salomonis problemata. 880.
Hirami regis geneologia. 881.
Hyrcanus ab inuidis contra Antipatrum eiusq; filios instigatur. 630.
Hyrcanus à Pharisæis ad Sadducæos deficit. 385.
Hyrcanus expiscatus, quid alij sint donaturi, plus reliquis omnibus donat ob quod alio honorifico afficitur munere. 346.
Hyrcanus rursum ab improbis irritatur. 631.
Hyrcanus & Pharisæi hostes. 385.
Hyrcanus ingentem pecuniæ vim ex Dauidis monumento profert. 382.
Hyrcanus Pontifex declaratur. 625.
Hyrcanus munitum castrum ædificat. 347.
Hyrcanus Alexandri filius, nàtu maximus Pontifex declaratur, post ad regiã dignitatẽ euehitur. 622.
Hyrcanus à fratribus in itinere circumuẽtus, strenue se defendit, quosdam etiam è medio tollit. 347.
Hyrcanus moritur. 385.
Hyrcanus paternum honorem Pontificis assequitur. 617.
Hyrcanus cognito, quod Herodes regnum assecutus sit, ad eum reuertitur. 433.
Hyrcanus & Phasaelus à Parthis capti. 421.
Hyrcanus obsidet Samariam. 384.
Hyrcanus ingentem pecuniæ summam ex Dauidis sepulchro aufert. 218.
Hyrcanus amicitiam cum Romanis renouat. 383.
Hyrcanus assiduum cum Arabibus bellum gerit. fol. 347.
Hyrcanus dum fratres intestinis bellis laborant, In pace viuit. 384.
Hyrcanus Pontifex. 394.
Hyrcanus insons perit. 445.
Hyrcanus Samariam capit. 384.
Hyrcanus & Antipater Pompeij auxilium implorãt. 624.
Hyrcanus patriæ amans gratiam ab Herode expectat. 433.
Hyrcanus cum Antiocho soluta obsidione fœdus facit. 382.
Hyrcanus multas Syriæ vrbes capit, & templum in monte Garizin desolatur. 382.
Hyrcanus sibi ipsi manum infert. 348.
Hyrcanus & seniores Reginam anteueniunt, & Aristobulum accusant. 396.
Hyrcanus Pontifex, Antipater verò Iudææ procurator declaratur. 630.
Hyrcani matris magnanimitas & constantia. 617.
Hyrcani facetiæ. 346.
Hyrcani & Iudæorum legatio Antonio coronam auream offerens, vt Iudæos à Cassio captos in libertatem vindicaret, rogat. 417.
Hyrcani ad Cæsarem legati. 412.
Hyrcani & ortus & indoles. 344.
Hyrcani legatos M. Antonius & P. Dolobella in senatum introducunt. 414.
Hyrcani vita. 445.
Hyrcano Babylone à Iudæis ingẽs honor habetur. 433.
Hyrcano in templo per vocem filiorum de Antiocho victoria nunciatur. 384.
Hyrcanum Cæsar in pontificatu confirmat, Antipatrum ciuitate Romana donat. 408.
Hyrcanum Hierosolymis Cæsare permittente, mœnia restituit. 409.
Hyrcanum Herodes occidi imperat. 444.
Hyrcanum Antipater vt ad Aretam regem Arabiæ confugeret, eiusq; auxilio regnum repeteret, hortatur. 623.

Hyrcanum Herodes in ſummo honore habet. 434.
Hyrcanum Herodes è medio tollere ſtatuit. 444.
Hieremias ciuitatem Babylonicam prædicit. 290.
Hieremias à Babylonio duce exemptus, è carcere magni pretij muneribus afficitur. 296.
Hieremias Hieroſolymorum ſubuerſionem prædicit. 290.
Hieremias quando vixerit. 290.
Hieremiæ liber exuſtus. 290.
Hieremiæ accuſatio & abſolutio. 290.
Hieroboamus in Aegyptum profugit, vbi vſq; ad Solomonis obitum manet. 237.
Hieroboamus Solomonem infeſtat. 236.
Hieroſolyma & templum depredatur. 241.
Hieroſolyma quondam Solyma vocata, tuius nominis & Homerus meminit. 190.
Hieroſolyma ab Herode obſeſſa. 643.
Hieroſolyma à Suſaco Aegyptiorum Rege ſpoliata. 193.
Hieroſolyma Titus obſidet. 614.
Hieroſolyma ab Herode eo die quo ante 27. annos à Pompeio expugnata. 432.
Hieroſolyma quinquies prius capta, tunc iterum vaſtata eſt. 847.
Hieroſolyma Romano populo ſtipendiaria. 403.
Hieroſolyma Iudææ metropolis radicitus fundamentis eruta. 868.
Hieroſolymina Pompeio partim tradita partim obſeſſa. 402.
Hieroſolyma per decem & octo menſes obſeſſa, tãdem capiuntur. 293.
Hieroſolyma obſeſſa. 241. & 292.
Hieroſolyma expugnata. 431.
Hieroſolymæ pars capta, eiuſq; habitatores interfecti. 125.
Hieroſolymis dolo captis Iudæi in Aegyptum abducuntur. 332.
Hieroſolymitani legati in Galilæa haud accepti. 599.
Hieroſolymorum mœnia abſoluta. 319.
Hieroſolymitanum templum luſtratum. 354.
Hieroſolymitana arx munita. 365.
Hieroſolymitanorum legati in Iehu domicilium ſeſe recipiunt. 600.
Hieroſolymitanos fundit fugatq; Ieſus. 120.
Hiericho. 97.
Hiericho capta, homines trucidati, vrbs proſtrata & incenſa. 117.
Hierichuntis mœnia ſponte ſua collapſa. 117.
Hierichuntem ab habitantibus, relictam Romani diripiunt, inq; ea Herodes præſidium reliquit. 425.
Hierichuntem ſpeculatores explorant. 115.
Hiſtoria de vxore Leuitæ. 126.
Hiſtoria Nabuthi ob prædium Achabo denegatum lapidati. 250.
Hiſtoria de Antiocho Epiphane. 348.
Hiſtoria libri Exodi. 50.
Hiſtoria Deuteronomij. 102.
Hiſtoriarum Biblicarum finis. 381.
Hiſtoriographi quidam perfidiã ac ſacrilegium Antiochi tegere conantur. 901.
Hiſtoriographi quidam Hiſpaniam vnam tantummodo eſſe ciuitatem arbitrati ſunt. 877.
Hiſtoriæ huius conſcribendæ cauſa. 614.
Hiſtoriographus qui dicendus. 614.
Hiſtoriographi Græci bellum Iudaicum ſilentio pr[æ]tereunt. [illegible]
Homicidæ lex. [illegible]
Homo ſui interitus autor, non Deus. [illegible]
Homines ambitioni & auaritiæ dediti, nihilum [illegible]dent. [illegible]
Homines quidam nocentiſſimi neceſſitate debitor[illegible]forum & ſcripta publica concremant. [illegible]
Honos Mardochæo oblatus. [illegible]
Honor Danielis. [illegible]
Honor parentum. [illegible]
Honor magiſtratus. [illegible]
Horrendus in hoſtium acie terræ motus. [illegible]
Horrenda fulmina in monte Syna. [illegible]
Hoſtiæ veteris teſtamenti. [illegible]
Hoſtes ſepeliendi. [illegible]
Holocautoma. [illegible]
Humanæ vitæ terminus anni.120. [illegible]
Hypſicrates. [illegible]

I.

Iabes in Gileal, quæ auxilium contra Beniamitas negauerat, deſtruitur, [illegible]
Iabin Rex Chananæorum Iſraelitas ſubiugat. [illegible]
Iacimus & Philippus Zamaris filij. [illegible]
Iacob Ioſephum tanquam iam extinctum luget. [illegible]
Iacob filios cum muneribus mittit in Aegyptum. [illegible] 43.
Iacobus propter abſentem Simeonem & Beniamin delegandum ſolicitus. [illegible]
Iacob deſoſſis Labani Dijs Bethel proficiſcitur. [illegible]
Iacobus & Simon Iudæ Galilæi filij, crucis ſupplicio affecti. 574.
Iacobus mercedis loco petit Rachelis coniugium. [illegible]
Iacobus ſe ſacrificaturum votum Deo facit, locum nominat Bethel, id eſt, domicilium Dei. [illegible]
Iacobus in Meſopotamiam peruenit Carras ad cognationem matris. [illegible]
Iacob ad Eſau fratrem nuncios mittit. [illegible]
Iacob fratrem muneribus reconciliat. [illegible]
Iacob luctatur cum ſpectro, & vocatur Iſrael. [illegible]
Iacob Eſau fratrem accedit. [illegible]
Iacobus peruenit ad Scenas. [illegible]
Iacobus ætatis anno 147. moritur. [illegible]
Iacobus in Hebrone ſepultus. [illegible]
Iacobus dum Ioſephi ſtatum ex filijs cognoſcit, maximo perfunditur gaudio. [illegible]
Iacobus in Aegyptum filios frumentatum mittit. 42.
Iacobus cum vxoribus, filijs & gregibus inſcio ſocero proficiſcitur. [illegible]
Iacobus quin expiraret præ nimia lætitia parum abfuit. [illegible]
Iacob ſeptimus frater iunior cæteris ad ſupplicium ducitur. [illegible]
Iacobus Domini noſtri Ieſu Chriſti frater ad lapidandum traditus. [illegible]
Iacobus cum Pharaone Rege loquitur, & inhabitandam accipit Heliopolin. [illegible]
Iacobi ad Labani accuſationem reſponſio. [illegible]
Iacobi contra Labanum accuſatio. [illegible]
Iacobi cum Labano colloquium. [illegible]
Iacobi filij, præſertim Iuda vt Beniamin peregrinationi committat, vrgent. [illegible]

Iacobi filij veniunt in Aegyptum, & Simeon liberatur. 43.
Iacobi cum Rachel colloquium. 28.
Iacobi progenies. 47.
Iacobi filij accusantur furti. 44.
Iacobo Rachelis loco Lia in thalamum inducitur. fol. 29.
Iacobo Deus apud iuramenti puteum apparet. 47.
Iaddus Pontifex, cuius frater Manasses Sanaballetis filiam vxorem ducit. 328.
Iadonis prophetiam Ieroboamo Pseudopropheta offuscat. 239.
Iael Sisseram ferreo clauo interficit. 132.
Iaphtes dux Israelitarum creatur. 137.
Iaphtes legatos mittit ad regem Ammanitarum. fol. 137.
Iaphtes votum facit. 137.
Iaphtes Ammanitas fundit fugatq;. 137.
Iaphtes filiam mactat. 138.
Iaphtes moritur. 138.
Iapheti Noe primogeniti progenies. 13.
Iardes sylua ab Romanis cincta. 860.
Iason & Menelaus seditionem concitant. 348.
Iazethes in proditores animaduertit, Arabes in fugam vertit, Arsamum vi capit, & Abia seipsum interficit. 572.
Iazetes fratres ad Claudium Cesarem & Artabanum mittit. 570.
Iazetes & Helena veri Dei cultum ritu Iudaico discunt. ibid.
Iazetem à circumcisione Helena & Ananias dehortantur. ibid.
Ieiunium & supplicationes ad Deum pro salute sui populi. 323.
Ieiunium, preces & supplicatio Israelitarũ in Maspha tim. 150.
Ieboslhi caput ad Dauidem defertur. 188.
Iesus Iordanem traijcit cum copijs. 116.
Iesus monumentum extruit ad Iordanem. 116.
Iesus exploratores mittit in Hierichuntem. 115.
Iesus ab Antiocho Epiphane in Pontificem electus. 348.
Iesus sacerdotio priuatur, in cuius locum Onias Menelaus dictus surrogatur. 348.
Iesus cum copijs vrbem circumambulat. 117.
Iesus nemini præter Rachab parcere iubet. 117.
Iesus Pontifex & Zorobabel princeps altare ædificant. 312.
Iesus cum Gabaonitis fœdus facit. 120.
Iesus à Iosepho arte captus. 591.
Iesus Siæ filius Pontifex. 516.
Iesus latronum Princeps. 501.
Iesus Gamalielis Pontifex. 581.
Iesus Damnei Anano Pontifici succedit. 580.
Iesus Saphiæ filius Iosepho insidias struit. 593.
Iesus Christus à Pilato crucifixus. 522.
Ieremias suadet deditionem. 292.
Ieroboam idololatriæ suasor. 238.
Ieroboami impietas. 242.
Ieroboami contra Abiam Iudæ regem expeditio. 243.
Ieroboami mors. 244.
Ieroboami filio ægrotante mater ad Achiam Prophetam mittitur. 242.
Iethræ Mosis soceri posteris ager attributus. 125.
Ieus in regem vngitur, Deo sic mandante. 267.
Ieus rex Israelis. 250.
Ieu posteris regnum promittitur. 270.
Iezabela. 247.
Iezabelam Elias fugit. 250.
Iezeciel templi vastationem prædicit. 292.
Ioabus Præfecturæ suæ metuens, Abnerum primum calumnijs, mox insidijs adortum, vita dolosè priuat. 187.
Ioabus iussu regis Vriam in hostes mittit. 197.
Ioabus per literas Dauidem ad Rabatha excidium vocat. 199.
Ioabus & Abisæus vsq; ad solis occasum Abnerum persequuntur. 186.
Ioabus dato receptui signo suos cohibet. ibid.
Ioabus contra Sabæum paucis copijs, Amasa in colligẽdo exercitu cunctante, mittitur. 209.
Ioabus Amasam iugulat. ibid.
Ioabus Sabæum in vrbe Abelmachea circumuallat. 210.
Ioabus interficitur, in cuius locum Banaias surrogatur. 220.
Ioabus Absalomum interimit. 206.
Ioabus incendio agri reuocatus, reconciliat Absolomũ patri. 201.
Ioabus cum exercitu lugens vrbem ingreditur. fol. 207.
Ioabi & Abisæi acies. 195.
Ioabi victoria. 196.
Ioachimus siue Iechania rex Iuda. 291.
Ioannes in Gischala. 589.
Ioannes Hyrcanus optimè rebus per annos triginta tres administratis moritur. 618.
Ioannes apud Tiberiadem aquis calidis foueri cupit. 590.
Ioannes Iosephi successus animo fert iniquo. 592.
Ioannes Iosepho imperio abrogato Galilææ præesse cupit. 596.
Ioannes Giscala. 862.
Ioannes & Simon in cloacis viuenti capiuntur. 847.
Ioannes matris amore effœminatus victoriam amittit. 617.
Ioannes qui & Hyrcanus Simonis filius. 617.
Ioannes Iudæ frater ab Amaræi filijs interfectus. fol. 364.
Ioannes Iosephum interficere conatur. 592.
Ioannis lucri cupidus. 589.
Ioannis insidiæ. 590.
Ioas Israelitarum & Samariæ rex. 273.
Ioasus, Ioado Pontifice auxiliante, in regem creatur. 270.
Ioasi sublatio. 273.
Ioasi, viuente Ioado, pietas. 271.
Ioasi, Ioado mortuo, impietas, eiusq; per Prophetam taxatio. 272.
Iodes siue Ehud in Eglonis familiaritatem sese insinuat. 130.
Iodes Palonem trucidat. 131.
Ionathas è conuiuio profugit. 170.
Ionathas & Dauid in agro conueniunt. 170.
Ionathas. 211.
Ionathas prius verberatus viuus exustus est. 872.
Ionathas Iudæ fratri communibus Iudæorum suffragijs succedit. 364.

Ionas à Ceto deuoratus ac reuomitus, Niniuitis prædicat. 276.

Ionathas Dauidem consolatur, mortem caterorum negans, de solo Ammone diligentius perquirẽdum censet. 200.

Ionathas apud Machmam degit, patriæq; desertores punit. 366.

Ionathas amicitiam cum Dauide iureiurando confirmat. 169.

Ionathas Dauidi signa Regis animum declarantia cõstituit. 170.

Ionathas & Iudas Hierosolyma & arcem reficiunt. 376.

Ionathas & Simon in Amarei filijs Ioannis fratris mortem vlciscuntur. 365.

Ionathas legatione cum muneribus missa ad Demetrium, vt præsidia de Iudææ castellis eiiceret, rogat. 373.

Ionas à Deo in Nini regnum proficiscens iussus nauigium conscendit, & in mare præcipitatur. fol. 275.

Ionathas in Arabiam proficiscitur, & Nabatæos vastat. 376.

Ionathas Demetrium muneribus placat. 373.

Ionathas Dauidem amat, patris voluntatem ei nunciat, simulq; consulit, vt saluti suæ fuga prospiciat. 167.

Ionathas parenti præclaras Dauidis res gestas commemorat, orans ne tantopere in eiusmodi virum sæuiat. ibid.

Ionathas Dauidi mollitum patrem indicat. ibid.

Ionathas Pontifex exercitum colligit. 367.

Ionathas ob accepta beneficia operam suam Tryphoni contra Demetrium offert & præbet. 374.

Ionathus Sadducæus Hyrcanum contra Pharisæos inflammat. 385.

Ionathas victos Azotum vsq; persequens Dagonis fanum concremat, octo millia hominum in eo exurens. 371.

Ionathas à Tryphone interficitur. 379.

Ionathas renouat amicitiam cum Romanis & Lacedæmonijs. 375.

Ionathas armigero clam hostium castra ingreditur. 158.

Ionathas in Palæstinorum exercitu quosdam trucidat, reliqui se inuicem inuadunt, & dant se in fugam. 159.

Ionathas Ptolemæo occurrit, & ab eo honorificè excipitur. 371.

Ionathas Ammoni dat consilium, quomodo optatis potiri valeat. 199.

Ionathas cum fratre in Bethlaga obsessus. 365.

Ionathas fugat Demetrii milites. 375.

Ionathas cum suis captus. 604.

Ionathas à Tryphone per insidias captus interficitur. 617.

Ionathas Ioanni vt ad se veniat scribit. 602.

Ionathæ Anani filio Pontificatus restituitur, quem ille recipere recusat, & Matthiæ fratri deferri rogat. 563.

Ionathæ & collegarum aduersus Iosephum concilium. 604.

Ionathæ sociorum pars manibus interit, nonnulli vi-ui capti ad Catulum perducuntur. 871.

Ionathæ desiderium omnes Hierosolymi capit.

Iosephus ex Galilæa discedere cogitat.

Iosephus Ionathæ epistolas perlegit.

Iosaphatus cultum verum renouat.

Iosaphatus magistratus & iudices constituit.

Iosaphati exercitus.

Iosaphati cum Achabo in Syros expeditio.

Iosaphati mors.

Iosaphatum Ieus Propheta, quod Achabo auxilium tulerat, reprehendit.

Iosephus & Azarias à Gorgia victi, ad duo millia militum amittunt.

Iosephus in carcerem fratres includit.

Iosephus regis facultates recuperat.

Iosephus bello Iudaico semper interfuit.

Iosephus Romæ belli Iudaici historiam conscripsit. 876.

Iosephus collegas Hierosolyma remittit.

Iosephus à Ionatha hortatu Catulli falso accusatur. 872.

Iosephus cum quinq; fratribus Pharaonem Regem accedit.

Iosephus Ptolemæo obuiam profectus, honorificè excipitur.

Iosephus Iudæ consilio Arabibus negociatoribus venditur.

Iosephus in Galilæa mansurus annuit.

Iosephus vxorẽ ducit in Aegypto, ex qua genuit Manassem & Ephraim.

Iosephus à fratribus agnoscitur.

Iosephus quintam fructuum partem regi pendere iubet.

Iosephus fratres tentat, vt parentis statum & Benjamin explorari queat.

Iosephus hanc historiam non Hebraica, sed peregrina lingua, Græca nimirum, conscripsit.

Iosephus adulterium iterum deuitat.

Iosephus vestibus mulieri relictis aufugit.

Iosephus fratribus incognitus eos salutat & Benjamin.

Iosephus fratres num in aduersis Beniamin essent subsidio, tentat.

Iosephus in carcerem conijcitur.

Iosephus libros suos plurimis venum dedit.

Iosephus Hyrcanum filium ad Ptolemæum regem mittit.

Iosephus fratres Simeone retento dimittit.

Iosephus & Mariamme apud Herodem accusantur. 438.

Iosephus liberatur vinculis.

Iosephus cum Tito Romam proficiscitur, & à Vespasiano honorificè excipitur.

Iosephus Galilææ Præses septuaginta viros sibi assumit.

Iosephus in discrimen incidit.

Ionathæ eiq; adhærentium dolus.

Iosephus Cabi Simonis filij Pontifex.

Iosephus seditionem absq; sanguine effuso compescit. 601.

Iosephus Sepphoritarum ciuitatem seruat.

Iosephus conscenso nauigio Tiberiada petit.

Iosephus sacerdotibus captiuis absolutionem impetrat.

Iosephus secum deliberat.

Ioſephus Galilæorum primatibus Ionatha & Tiberiẽſium iniurias denarrat. 603.
Ioſephus Hieroſolymitanorum concilij iuſſu in Galilæa manet. 489.
Ioſephus relicto Iuſto ad hiſtoriam redit. 607.
Ioſephus legatorum fucum intelligit. 602.
Ioſephus Ellemi per vnum diem Pontifex. 502.
Iudas Sariphei & Matthias Margaloti exuſti. fol. 502.
Ioſephus propter Tiberienſes periculis expoſitus. 595.
Ioſephus ſeditioſos, vt à bello Romanis inferendo deſiſtant, dehortatur, vnde in odium & ſuſpicionem incidit. 586.
Ioſephus in alio periculo verſatur. 594.
Ioſephus legatis iterum ſcribit. 599.
Ioſephus mulieribus Herodis mandatum de Mariamne interficienda aperit. 437.
Ioſephus frumentum in Galilæam tranſmittit. 592.
Ioſephus in Neopolitanum. 592.
Ioſephus Tiberienſes ex cuſtodia dimittit. 595.
Ioſephus ex Pontificali Aſamonæorum genere. 475.
Ioſephus Ptolemæo ſpolia reddere conatur. 593.
Ioſephus populum ad miſericordiam mouet. 593.
Ioſephus tres in crucem ſuffixos liberat. 610.
Ioſephus regios clàm dimittit. 594.
Ioſephus ipſe bello Iudaico interfuit. 613.
Ioſephus ex ſolitudine in vrbem redit, & Phariſæorum placitis ſeſe addicit. 585.
Ioſephus pene oppreſſus inopinato periculo euadit. fol. 603.
Ioſephus omnes Iudæorum ſectas cognoſcit. 585.
Ioſephus annos triginta natus nulli mulieri vim infert, & nihil ſibi obtrudi patitur. 590.
Ioſephus Canei in Cantharæ Pontificis ſurrogatus locum. 568.
Ioſephus Tiberiadem capit. 605.
Ioſephus defectionis autores iniectis vinculis Iodapatam mittit. ibid.
Ioſephus Hebrææ & Græcæ literaturæ peritus. 584.
Ioſephus hiſtoriam hanc in Hebraica lingua antea cõſcripſit. 613.
Ioſephus centum legatos Hieroſolyma mittit. 601.
Ioſephus inſidias euadit. 594.
Ioſephus regios in fugam compellit. 601.
Ioſephus Mathiæ filius natus. 585.
Ioſephus cum copijs contra Gabaram proficiſcitur. 599.
Ioſephus in Galilæa vias obſeruat. 599.
Ioſephus inuidorum calumnijs appetitus. 610.
Ioſephus cognominatus Caiaphas Pontifex. 520.
Ioſephus in Aegypto Potiphari venditur. 37.
Ioſephus ætatis anno 110. moritur. 49.
Ioſephi patientia in vinculis. 39.
Ioſephi conſilio tolerabilior euadit ventura ſterilitas. 41.
Ioſephi calliditas. 598.
Ioſephi oſſa. 59.
Ioſephi libros quidam blaſphemant. 876.
Ioſephi oſſa in Chananæam translata. 49.
Ioſephi diuitiæ & liberi. 344.
Ioſephi ſomnij interpretatio. 35.
Ioſephi fratres eum tollere decernunt. 35.
Ioſephi fratres peccata in eum commiſſa deplorant. 42.
Ioſephi ſomnium. 34.
Ioſephi cum Ieſu de 20. aureis rixa. 603.
Ioſephi cum Ieſu colloquium. 603.
Ioſephi oratio & confeſſio coram aduerſarijs. 593.
Ioſephi ad Ionathan reſponſoriales. 598.
Ioſephi infortunium hoſtibus animos addit. 609.
Ioſephi erga hoſtes benignitas. 590.
Ioſephi erga Ieſum benignitas. 593.
Ioſephi religionis cura. 594.
Ioſephi ad Ionathan mandata. 599.
Ioſephi naufragium. 586.
Ioſephi ſomnium mirabile. 597.
Ioſephi ſtratagema. 594.
Ioſephi fratres eum à feris deuoratum patri perſuadent. 37.
Ioſephi fratres in via Aegyptij prehendunt. 44.
Ioſephi ad lectorem adhortatio. 2.
Ioſephi ad ciues Tiberienſium adhortatio. 590.
Ioſepho parens rem totam ſignificat. 597.
Ioſepho Ieſus bellum infert. 591.
Ioſepho Tiberienſis plebs obuiam venit. 590.
Ioſepho perpetua Cæſarum beneuolentia manet. fol. 610.
Ioſepho Potipharis vxor ſecundas machinas admouet. 37.
Ioramus, Ioſaphati filius, Rex Hieroſolymorum. fol. 261.
Ioramus Eliſæo mortem minatur. 263.
Ioramus à Moabitarum Rege auxilium petit. fol. 259.
Iorami cades. 267.
Iorami ſcelera ab Elia per literas accuſantur. 266.
Iorami impietas. 266.
Iorami expeditio in Ramatham. 267.
Ioramum Eliſeus, vt Syrorum inſidias caueat, admonet. 261.
Ioæ Eliſæus à ſe Syros ter vincendos prædicit. 273.
Ioſias verum Dei cultum reſtaurat. 287.
Ioſias rex Iudæ. 287.
Iophum Herodes interfici, & Alexandrum in carcere conijci iubet. 438.
Ionici Iudæi apud Agrippam de indigenarum iniurijs conqueruntur. 464.
Ioſua in duas partes copias diuidit. 121.
Ioſua diuidendam regionem, & duas tribus cum dimidia remittendas hortatur. 121.
Ioſua ad metiendam & diuidendam terram quoſdam mittit. 122.
Ioſua Chananæorum regionem nouem tribubus & dimidiæ Manaſſis diuidit. 122.
Ioſua vnicuiq; tribui, vt ex ſua ſorte Chananæorum reliquias tolleret, præcipit. 122.
Ioſua Iſraelitarum dux deſignatur. 67.
Ioſua & Caleb populum compeſcunt. 87.
Ioſua moritur. 126.
Ioſuæ domicilium ad Sicima. 124.
Ioſuæ poſtrema ad Seniores & Magiſtratus Hebræorum adhortatio. 125.
Ioſuæ ad eos, qui ex regione vltra Iordanem ſita militabant, oratio. 123.
Ioſua ad Deum precatio. 118.
Ioſuam Moſes ſibi ſucceſſorem deſignat. 102.
Ioſuam Moſes hortatur. 113.
Iothan apologo Sicimitis in Gedeonem ingratitudinẽ obijcit. 135.

Iouem Olympium Caius Memmium Regulum Romã transferre iubet. 545.
Ioazus rex Iudæ. 290.
Iubal Muſicæ inuentor. 7.
Iucundus & Tyrannus ſe ſolicitatos ab Alexandro, vt inter venandum Herodem interficerent, fatentur. 483.
Iudaicus populus regi vt orientalem inſtauraret porticum ſuadet. 581.
Iudas hoſtium phalangem trucidat, ipſe circumuentus vulneratur & interficitur. 362.
Iudas fœdus facit cum Romanis. 361.
Iudas oppidum egreſſus, noctu in Bacchidis caſtra irruit. 365.
Iudas Eſſæus vates. 387.
Iudas Eſſæus Propheta. 619.
Iudas Hieroſolyma ſe recipit, eumq; ſequitur Antiochus. 358.
Iudas Lyſiæ exercitum vincit. 353.
Iudas ingenti præda potitur. 353.
Iudas Alcimi potentiæ reſiſtit. 360.
Iudas & Saddocus quartæ ſectæ autores. 518.
Iudas paucis militibus innumeroſum exercitum aggredi conatur. 362.
Iudas obſeſſis Iudæis in auxilium venit. 355.
Iudas quartus frater adducitur. 926.
Iudas aſſiduè cum finitimis gentibus bellum gerit. 354.
Iudas copias inter fratres diuidit. 355.
Iudæis victis Simon hoſtibus in Galilæa captiuos liberat. 355.
Iudas Propheta Antigoni necem prædicit. 619.
Iudas cum copijs ad Bethzacharia regi obuiam proficiſcitur. 357.
Iudas & Ionathas Iudæis in oppidis Galatidicis ſuppetias ferunt. 355.
Iudas Maccabæus Apollonium prælio vincit. 352.
Iudas in Modim ſepultus. 363.
Iudas Maccabæus arcem oppugnat. 357.
Iudas & Matthias cum 40. iuuenibus ad regem perducti ouantes ſeſe excuſant, eoſq; vinctos rex Hierichuntem mittit. 502.
Iudas Ezeciæ latronum ductoris filius. 511.
Iudas Sariphæi filius Matthias Margalothi iuuentutem, vt opera quæ rex præter patriæ conſuetudinẽ fecerat, tollerent, concitat. 501.
Iudas Galilæus quartæ ſectæ auctor. 519.
Iudæ ad Ioſephum pro Beniamin oratio. 45.
Iudæ ad milites oratio. 353.
Iudæ tribus ad Iordanem vſq; Dauidi occurrit, & põte fluminis ripas iungit. 208.
Iudæa per ſeptuaginta annos deſerta. 298.
Iudææ claẽs. 283.
Iudæam finitimæ gẽtes, ſicut & Tryphon inuadunt. 378.
Iudæus Dæmones eijcit. 223.
Iudæi inter media tela verſantes nihil ceremoniarũ intermittunt. 625.
Iudæi in caſtellum Gamala ſeſe recipiunt, quo & Philippus ſe confert. 588.
Iudæi permulti in lacunarijs pereunt. 510.
Iudæi à Babylonijs afflicti Seleuciam migrant. 543.
Iudæi ſeditionis & pugnæ cauſam in Samaritas & Cumanum referunt. 575.
Iudæi veriti ne Herodes demolitus vetus ædificium nouum abſoluere non poſſet, eis Herodes vetus leſum manſurum, donec ad nouum materia comparetur promittit. 49.
Iudæi Ptolemaidem ad Petronium perueniunt, deprecaturi, ne quid contra leges patrias facere cogantur. 58.
Iudæi dant obſides ob impetratam venium ad Cæſarem legatos mittere. 58.
Iudæi in ſeditionibus quaſi furioſi. 52.
Iudæi in Neerdam & Niſibim ſeſe recipiunt. 54.
Iudæi ſeruati Cteſiphontem ſecedunt. 54.
Iudæi neceſſitate ad bellum coacti. 58.
Iudæi Aegyptij in Oniæ regione ab Antipatro Cæſare conſociati. 49.
Iudæi ſolennia ſacrificia expeditionis tempore protegunt. 49.
Iudæi Syriorum, Idumæorum & Phœnicum vrbem tenent. 58.
Iudæi Carmelum montem incolentes Antigono ſe adiungunt. 49.
Iudæi vlciſcuntur inimicos ſuos. 57.
Iudæi octauo die circumciſionem celebrant, Antiochus poſt decimum tertium annum. 21.
Iudæi in templũ & ſuperiorem vrbem refugiunt. 49.
Iudæi contra ſicariorum temeritatẽ conueniunt. 49.
Iudæi vniuerſis bonis in vnum congeſtis ignem iniciunt. 58.
Iudæi vndiq; collecti ad Godoliam Maſphatam veniunt. 23.
Iudæi fidem eis olim à regibus datam conſeruarunt. 899.
Iudæi cur olim paſtores & captiui dicti. 879.
Iudæi obſeſſi intrepide repugnant. 49.
Iudæi ab Romanis victi. 62.
Iudæi è Babylone Hieroſolyma proficiſcuntur. 32.
Iudæi à profugis & penuria coacti Macedonicæ ſe adiungunt. 34.
Iudæi prorſus nullas imagines ferunt. 96.
Iudæi è regione Galaditica in Iudæam traducti. 56.
Iudæi opprimũtur, qua clade Matthias ſit cauſſa. 57.
Iudæi templa & altaria fabricata deſtruunt. 85.
Iudæi Herodi propter beneficia fauent. 414.
Iudæorum mores & luſtrationes. 64.
Iudæorum legatio Romam. 58.
Iudæorum Reipub. mutatio. 62.
Iudæorum ad Darium legatio. 35.
Iudæorum agrum armis Samuel recuperat. 58.
Iudæorum leges antiquiſſimæ. 914.
Iudæorum cum Romanis conflictus. 89.
Iudæorum rex ſpoliorum nouiſſima. 85.
Iudæorum contra Alexandrum conſtantia. 87.
Iudæorum & Lacedæmoniorum comparatio. 91.
Iudæorum propriæ cædis amor. 88.
Iudæorum octo millia dum Alexander viuit, in exilio degunt. 35.
Iudæorum è captiuitate Hieroſolyma profecturorum merus. 38.
Iudæorum 3000. proſtrati. 86.
Iudæorum in lege conſtantia. 914.
Iudæorum in pugna conſtantia. 644.
Iudæorum in Antiochia multitudo. 85.
Iudæorum ad Aegyptum aduẽtum eorundemq; cauſſum oſtendit Manethon. 58.

Iudæorum ab Romanis captorum calamitas. 868.
Iudæorum Paſcha tranſitum ſignificat. 59.
Iudæorum ob decretum Regis luctus. 322.
Iudæorum 1700. ab Romanis perempti. 860.
Iudæorum gens multum totius orbis indigenis aſſeminata. 851.
Iudæorum origo quaſq; regiones errando peragrauerint, in hac hiſtoria repetitur. 614.
Iudæorum apud Meſopotamiam & Babyloniam graues motus. 539.
Iudæorum decem millia deditionem faciunt. 512.
Iudæis hora ſexta nobis eſt vndecima vel duodecima meridiei. 602.
Iudæorum cum Romanis acerrimus conflictus circa templum. 510.
Iudæorum contra Alexandrum in feſto die ſeditio. 620.
Iudæorum in Alexandrum odium & exacerbatio. 620.
Iudæis calamitates ab exteris & incolis illatæ. 586.
Iudæis à Romanis Aſiæ & Europæ Regibus magnus honos habitus. 412.
Iudæis apud Antiochiam altera calamitas accidit. 852.
Iudæis incommoda inferunt. 357.
Iudæos quotannis hominem Græcum immolare debere. 901.
Iudæos propter damnum paſſum mœſtos Herodes conſolatur. 441.
Iudicium contra Antipatrum, cui præſidet Varo. fol. 668.
Iulius Cæſar. 555.
Iulius Cæſar apud Alexand. inſcriptione columnæ æreæ, quod Iudæi Alexandrinæ ciuitatis ius habeãt atteſtatur. 412.
Iulius Antonius proconſ. 474.
Iuppiter. 912.
Iura & libertates Iudæorum. 897.
Ius ciuitatis Antiochiæ Iudæis conſeruatum. 340.
Iuſtitia eſt Dei potentia. 105.
Iuſtus belli fax. 587.
Iuſtus populum ad defectionem irritat. 587.
Iuſtus de bello Iudaico nihil penitus ſciuit. 606.
Iuſtus Galilææ Prouinciæ potiri cupit. 608.
Iuſtus Veſpaſiano ac Tito defuncto ſuam hiſtoriam edidit. 606.
Iuſtus ob facinora capitis damnatus. 606.
Iuſti, Piſti filij ad multitudinem oratio. 587.
Iuſtum decapolitanorum primates deſerunt. 609.
Iuuenum miſeratio omnium animos concitat. 470.
Idololatriæ à Ioſia extirpatio. 288.
Idumæi ab Hyrcano ſubiugati circumciſionem & ritus Iudaicos admittunt. 383.
Idumæi. 863.
Idumæorum apoſtaſia. 266.
Immunitas à tributis Iudæis parata. 329.
Immunitates Iudæis à Seleuco Nicanore Syriæ Rege conceſſæ. 340.
Impietas Achabi. 247.
Impietatis pœna. 278.
Impoſtores & Magi. 578.
Incredulitatis pœna. 265.
In Caij interfectores animaduertitur. 560.
In duorum aut trium ore conſiſtit veritas. 600.
In Arbela conuentus. 684.
Inguinis morbum Aegyptij Sabbatoſim vocant. fol. 896.
In ſpectaculo Cæſareæ Iudæi 25000. pereunt. 851.
Indorum ſapientiæ profeſſores ſeipſos concremãt. fol. 867.
Ingẽti ariete fabricato, Sylua crebro murum pulſari iubet, 865.
In Hieroſolymis ædificatum eſt templũ à Salomone rege ante annos 143. & menſes 8. quàm Tyrij Carthaginem condidere, 880.
Integræ mortuorum familiæ, & plena mortuis tecta. 846.
Interpretes 70. Alexandriam venientes, honorificè excipiuntur. 338.
Ingenium Samaritarum, ob quod merito Iudæis exoſi. 349.
Iniquitatis atq; delicti circa Deum cauſa. 912.
Intentio legum Iudaicarum. 915.
Indignatio Dei in Idololatras Chutæos. 282.
In caſtello magno commeatus copia. 864.
Interius ſeptũ, quod Iudæis modo ingredi conceſſum erat. 461.
Iniuſta Achimelechi cum tota familia cædes. fol. 172.
Inſidiæ Hyrcano clàm ſtructæ. 345.
Inſtauratio templi. 272.
In Hebræorum caſtra coturnices Deus immittit. fol. 64.
In Alexandrum citrea coniecta. 391.
Ingens Hebræorum ſtrages ob peſtem à Deo immiſſam. 213.
Inobedientis Prophetæ pœna & ſepultura. 239.
Inſtrumenta Muſica Dauidis. 211.
Infirmior turba ciuitate eiecta recipitur. 382.
In iuſtum Hiſtoriographum Ioſephum falſo inſimulantem. 605.
Indulgentia nimia & lenitate mali in propoſito confirmantur. 161.
In quibus victoria conſiſtat. 18.
Inconſtantia amoris in hominibus. 154.
Ingens moles ex penuria & caritate proueniens. fol. 48.
Ingens præda de Madianitis parta. 101.
In Agrippam defunctum Cæſarienſes & Sebaſteni cõuicia iactant. 566.
In Aegypto annonæ caritas. 41.
In bellum qui mittendi. 111.
Incendium templi ac ciuitatis excidium. 614.
In Hiericho Balſamum precioſiſſimum prouenit. 439.
Inimicitiæ Herodis cum liberis ex Mariamme ſuſceptis. 652.
In Paſchæ feſto miles genitalia nudans ſeditionem concitat, in qua viginti millia Iudæorum ſunt extincti. 574.
In ſingulis feſtis & ſacrificijs quid obſeruetur. fol. 82.
Inuenta bona. 110.
Inuidiæ vis & natura. 303.
In Zoor Lothus cuadit. 20.
Iracundia & crudelitas Alexandri immoderata, qui octingentos captiuorum crucifigit. 621.
Iracundiæ maternæ filij ſuccedunt. 652.
Iris ſignum fœderis inter Deum & Noe. 11.

Iromus Solomoni ligna promittit, eorumq; vice frumentum petit. 224.
Iromi legati ad Solomonem. 224.
Israelitæ possessionibus suis eiecti alio, traducuntur. regno Chuthæis dato. 281.
Israelitæ Obela suadente ex tribu Iudæ ac Beniamitica captiuos domum remittunt. 279.
Israelitæ ab Ammanitis & Palæstinis oppressi. fol. 137.
Israel Propheta populo victoriam pollicetur. 258.
Israelitæ copiarum partem in insidiis collocant, & vt impares paulatim pedem referunt. 128.
Israelitæ hostes, eorumq; idola tollere iubentur. fol. 104.
Israelitæ Pascha celebrant, terræ frugibus fruuntur, & deficit Manna. 116.
Israelitæ quomodo in terra Chanaan victuri. 404.
Israelitæ bellum omittunt. 126.
Israelitæ à Chusarthe oppressi. 130.
Israelitæ mittũt ad Gabaenos, qui sontes ad suppliciũ deposcant. 127.
Israelitæ à Palæstinis superati. 139.
Israelitæ Samueli filiorum iniquitates commemorãt, eumq; vt regem aliquem declararet, obnixè precantur. 151.
Israelitæ in deserto aquæ penuria laborant. 63.
Israelitæ petitionis suæ repulsam passi à Roboamo deficiunt. 238.
Israelitæ ab Ainatis fusi fugatiq;. 118.
Israelitæ Chananæos non vno actu deuicerunt. fol. 126.
Israelitæ ad montem Sina perueniunt. 68.
Israelitæ in deserto 40. annis erraturi. 87.
Israelitæ sexcentos Beniamitas reuocant. 128.
Israelitæ hostium copiis terrentur. 158.
Israelitæ incolumes per mare rubrum euadunt, quod Aegyptios inuoluit. 61.
Israelitæ absq; Dei mandato & Mosis cum hostibus cõgredi cogitant. 89.
Israelitæ in deserto coturnicum carnes impetrant. 86.
Israelitæ ab Aegyptiorum multitudine ad mare rubrum cinguntur. 60.
Israelitæ ex Aegypto discedunt. 59.
Israelitæ prædam opimam ab Amalecitis reportant. 68.
Israelitæ hostes insequuntur, & reges duos Oribum & Zibum occidunt. 135.
Israelitæ in Elym perueniunt, vbi contra Mosen ob commeatus penuriam murmur exoritur. 63.
Israelitæ Ionathan irato patri eripiunt. 160.
Israelitæ traiecto fluuio, altare super ripam Iordanis erigunt. 123.
Israelitæ læti certatim ad structuram tabernaculi cõferunt. 71.
Israelitæ 40. annos Manna sustentati. 65.
Israelitæ in Raphidim perueniunt, vbi laborant siti. 65.
Israelitarum ætatis annorum viginti, & supra vsq; ad annum 50. numerus. 78.
Israelitarum in acie viginti duo millia cadunt. fol. 127.
Israelitarum iterum decem & octo millia cadunt. fol. 128.
Israelitarum pœnitentia. 149.
Israelitarum Palæstini 4000. trucidant. 149.
Israelitis Deus contra Syros victoriam pollicetur. 257.
Israelitis Gabaeni sontes non tradunt. 157.
Israelitæ Aegyptij persequuntur. 61.
Israeliticum regnum Dauidi iterum offertur. fol. 207.
Israelitici populi ab Aegyptiis conclusi anxietas. 61.
Ismahel Deus exaudit. 19.
Ismahelem cum matre Abraham ablegat. 21.
Issamus. 211.
Isac mactandus annum agit vigesimum quintum. 22.
Isaac risus. 21.
Isaacus peruenit Gerara. 24.
Isaac Rebeccam vxorem ducit. 24.
Isaac mittit venatum Esau. 26.
Isaac Abrahamo promissus. 19.
Isaaci ad parentem responsio. 23.
Iter per saxum coluber dictum. 169.
Izates, Monobazo fratri regni successione relicto, succeditur. 573.
Izates Deum inuocat, qui Dahas & Sacas in Parthicam regionem mittit, iisq; Vologesus cum exercitu occurrit. 573.
Izates ad Parthos scribit, & vt suum regem reciperent, suadet. 571.
Izates Iudæis pecuniam mittit. 571.
Izates ab Artabano maximis honoribus & donis affectus. 572.
Izates ab Abemerigum Spasini regem missus eius filiam Samacham ducit. 569.
Izates ab Helena matre & magnatibus rex creatur, & Monobazum Rempub. donec frater veniat, administrare iubetur. 569.
Izates Artabanum consolatur, eiq; auxilium pollicetur. 571.
Izatæ Eleazarus, vt se circumcideret, persuadet. fol. 570.

L.

LAban cum Iacobo fœdus sancit. 31.
Laban Iacobum persequitur, Deus verò à proposito eum deterret. 31.
Labani contra Iosephum accusatio. 31.
Labani contra Iacobum dolus. 31.
Laboſordochus. 382.
Lacedæmoniorum Regis ad Iudæorum Pontificem epistola. 347.
Lances. 227.
Laniena. 571.
Latrones. 431.
Latrones capti & puniti. 441.
Latrones plerunq; ex Ananiæ cognatis quempiam intercipiunt, quem non nisi receptis aliquot ex illis dimittunt. 431.
Laus & nomen Iosaphati apud quoscunq; 258.
Laus Eleazari. 322.
Legatus Regius honorifice exceptus, Iosephi libertatem apud suos prædicat. 343.
Legati Hyrcani & Aristobuli ad Scaurum. 422.
Legati Syriæ, templi & vrbis muniendæ causam quærentes ad Iudæos missi. 314.
Legati inuiolabiles. 442.

Legatio Syri ad Achabum. 251.
Legati cum militibus ad Ioſephum miſſi. 597.
Legati Tiberiadem in ſuam poteſtatem redigere conantur. 601.
Legatorum Hieroſolymitanorum aduerſus Ioſephum conſultatio. 599.
Lex ſeptimi cuiusq; anni. 84.
Legis apud Iudæos exacta obſeruatio. 914.
Legis liber in tabernaculorum feſto prælegendus. fol. 105.
Legislatorum iniuſtitia. 914.
Leges gentium. 914.
Leges graues Iudæorum. 911.
Leges belli & conſuetudines. 85.
Leui tribus cultui ſacrata. 83.
Leuita vxorem in duodecim partes diſcerptam ad ſingulas tribus mittit. 127.
Leuitica tribus in partes 24. diuiditur. 216.
Leuitica trib. hominibus Agrippa lineæ ſtolæ vſum decernit. 581
Leproſi Samaritanis hoſtium caſtra deſerta eſſe, ſignificant. 264.
Legis tabulæ in arca. 74.
Lycurgus Lacedæmoniorum legislator. 911.
Libertas virtute paratur 554. & pretioſa res eſt. ibid.
Lia Zelpham adducit Iacobo. 29.
Liberi ob parentum iniquitatem non puniendi. folio 111.
Libertate ſeruata, optima ſepultura. 866.
Libya ſiue Africa. 14.
Libya denominatur Aphrica. 24.
Signa pretioſa Solomoni allata. 234.
Linguarum confuſio. 12.
Linum & lana. 105.
Lyſanias Barzapharni, vt Antigonum in regnum inducat, Hyrcanumque deponat, perſuadet. folio 634.
Lyſaniam Cleopatra interficit. 439.
Lyſias Antiochi filium Regem conſtituit, eiq; Eupatrois cognomen imponit. 357
Lyſias iterum in Iudã mouet, & quinque millia militum amittit. 354.
Lyſimachus Apollodotum fratrem occidit & Gazam Alexandro tradit. 390
Lyſimachus mendacij arguitur. 893.
Lothus cum ſuis ſeruatur. 20.
L. Lentulus conſul pro Iudæis ſententiam dicit. 414.
Luctus triginta dies. 109.

M.

MAchir tertius ex pueris adduci iubetur. folio 925.
Macharæ iniquitas. 641.
Macharam multos Iudæos interficit. 427.
Maccabæum Antiochus atrocius diſtendi iubet. 925.
Macedonici milites relictis præſidijs Antiochiam ſeſe recipiunt. 366.
Madianitæ Amalecitis ſocijs Iſraelitas magno prælio vincunt. 132.
Madianitæ & confœderati mutuis vulneribus cadunt. 134.
Madianitarum filiæ ad Hebræorum caſtra perueniunt. 99.
Madianitarum filiæ Hebræos ad Idololatriam perducunt. 100.
Madianitarum & confœderatorum centum viginti millia trucidati. 135.
Magnus annus. 11.
Magna ſeditioſorũ multitudo in cloacis deprehenſa. 851.
Magedo. 232.
Mandatum Dauidis de parcendo filio. 205.
Mandatum Dauidis de tranſportanda arca. folio 191.
Mandatum de arca, ceteraque ſacra ſupellectile in templum reponenda. 214.
Mandatum regium de ſtatua adoranda. 300.
Mandatum de dimittendis exteris. 317.
Mandatum de ſumptibus ad ſtructuram templi præbendis. 315.
Mandatum de altari exſtruendo. 213.
Manna quid ſignificet. 65.
Malichus Antipatro inſidiatur, deierat & eidem reconciliatur. 415.
Malchus beneficiorum Antipatri immemor. folio 632.
Malichus Antipatrum veneno necari procurat. 415.
Malichus, Hyrcano ſeſe adiungit. 632.
Malichum tribuni Herodis interficiunt. 633.
Malle expugnata. 355.
Manna Iſraelitas Deus cibat. 65.
Manaemus Iſraelis rex. 277.
Manachaſes, 75.
Manahemus regnum futurum prædicit. 458.
Manaſſes ſacerdotium, ob exteram, ſi retineat fœminam ab eo remouẽdus, ſpe maioris boni negligit. 329.
Manaſſes vrbem luſtrat & templum denuo conſecrat. 287
Manaſſes in Babyloniam captus abductus poſtquam reſipuit, regno reſtituitur. 287.
Manaſſes voti ſit compos. 329.
Manaſſæ impietas & crudelitas. 286.
Manaſſæ mors. 287.
Manochi angelus iterum apparet. 139.
Manethon Aegyptius hiſtoriographus. 888.
Manethonis & Chæremonis hiſtoriæ cõparatio. 892.
Manethonis figmenti depulſio. 890.
Manethonis de Aegyptiorum leproſis fabuloſa. 888
Manethonis & Chæremonis hiſtoriæ diſcrepantia. 893.
Mar amatorem ſignificat. 63.
Marcus Craſſus reliquum templi aurum aufert. fol. 628.
Marcus Craſſus in Parthos mouet, pecuniam Hieroſolymis ex templo aufert. 406.
M. Antoninus Tyriorum Magiſtratibus ſcribit, & vt Hyrcano ac Iudæis regionem, bona, & libertatẽ ademptam reſtituerent, iubet, ſaluis tamen ſaluandis. 418.
Marcus ſexti ſucceſſor in Syria. 415.
Marcus Agrippa. 340.
M. Antonius Dux. 627.
Marcus Sexti ſucceſſor. 631.
Mardocheus inſidiatores reges prodit. 321.

Mardochæus patruus Esther Babylone Susa migrat. 321.
Mariamme morosa fœmina. 448.
Mariamme ex odio Herodi, quæ Hyrcano auo fecerat, obijcit. 652.
Mariamme sese apud Herodem excusat eiq; recõciliatur. 438.
Mariamme ab Herode accusata, omnium suffragijs damnata in carcerem coniicitur. 448.
Mariamme Archelaum dedignata in Demetrij thalamum migrat. 577.
Mariamne soror Mosis defuncta. 95.
Mariamme. 576.
Mariammen & Iosephum Herodes interfici iubet. 652.
Mare rubrum finditur. 61.
Maris & decem labrorum vsus. 226.
Marsyas Agrippæ Tiberij mortem nunciat. 533.
Marsus Syriæ Præfectus. 564.
Marthace Archelai mater moritur. 508.
Marsus Claudio, Agrippæ scriberet, vt à muniendæ vrbe desistat, suadet. 564.
Massada. 636.
Masadæ situs. 863.
Masnaemphes. 75.
Massabazanes. 75.
Mater septem cruciatus anteque cruciaretur, excepit. 931.
Mater ambustos filios in pœnas vltro concomitatur. 331.
Matris hortatu Ioab fratris benedictionem, anteuertit. 26.
Matris ad septem filios ante supplicium adhortatio. 932.
Matthias Theophili filius Pontifex. 581.
Matthias cum filijs alijsq; nonnullis in desertum se confert. 351.
Matthias Idolorum cultum extirpat. 351.
Matthias filios ad pietatem, fortitudinem & concordiam adhortatur. 351.
Matthiæ & eius filiorum pietas, & zelus. 350.
Matthiæ mors. 352.
Matthiæ sacerdotium ademptum, in cuius locum Iozarus surrogatur. 502.
Matthias Romanis sibi sociatis Antiocho bellum infert. 616.
Matthiam seditiosi & socios quos Herodes affecerat, supplicio deflent: Herodi caros in vindictam ab Archelao deposcunt, & pontifici sacerdotium abrogari postulant. 506.
Maximum Dei lumen nefaria facta non latent. folio 620.
Megasthenes de Nabuchodonosoro. 301.
Mela Archelai Cappadocum regis filia. 484.
Melchisedeck rex iustus. 18.
Memphis in AEgypto. 408.
Memphibostus à calumnijs Sibæ se purgat. 208.
Memphibostus donatus paternis & auitis bonis mensæ Dauidis adhibetur. 194.
Menander Historiographus Solomonis & Iromi meminit. 231.
Menander de fame tempore Eliæ. 247
Menandri Ephesij testimonium. 880.
Mendacij de iuramento depulsio. 903.
Mendacij à Possidonio & Apollonio in Iudæos ficti reiectio.
Mensa aurea ponderis talenti magni.
Mensa aurea.
Mensa sacri panis.
Mensa.
Mensura.
Mensuras & pondera Cain excogitat.
Merces.
Merces meretricis.
Meretricis nuptiæ.
Messenes Amenophis filius.
Mesopotamitæ vltrò ad Dauidem deditionem ... unt.
Methir.
Michaas verus propheta.
Michol Regis seruis, Dauidem agrotare, persuadet. 168.
Michol sese quod Dauidem eripuerit, excusat.
Milites sublatis signis ad Claudium tendunt.
Milites vnum Imperatorem à senatu creari prohibent.
Milites vnum Imperatorem à Senatu creari prohibent.
Mille Iudæi Herodem accusaturi Tyrum conuenerunt, qui partim trucidantur, partim vulnerantur & fugantur.
Mille & quingenti sacerdotes Iudaorum decimas accipiunt.
Mira Maccabæi victoria, vt post multos confectos ne vnus quidem è Iudæis desideratus est.
Mira hostium excæcatio, per fluentis vmbram ... 261.
Miraculo vaticinium confirmatur.
Mithridates Antipatrum apud Cæsarem accusat. 408.
Mithridates Orsanes.
Mithridates rex Ponti à pharnace filio occisus. 402.
Mithridates Pelusium proficiscitur, eoque Antipatri ope potitur.
Mithridates ab vxore vt Anilæum bello impetat, accensus.
Mithridatis de Aegyptijs victoria.
Mithridatem Anilæus dimittit.
Moabitæ ab Israelitis fusi fugatiq;.
Moabitæ & Ammanitæ Iosaphato bellum inferunt. 258.
Moabitarum rex filium proprium sacrificat.
Moabitarum maximæ strages.
Monobazus Adiabenorum Rex, cognomine Bazæus ex Helena sorore duos filios Monobazum & Izatem suscipit.
Monumentum Ionathæ.
Morbus Alexandræ & Aristobuli conatus. 395.
Morbus Ezeciæ & vitæ prorogandæ, per miraculum confirmatio.
Mores Persarum
Mori liber, apud Iudæos honor & gloria.
Mors quarti fratris.
Mors Isaci, & sepultura in Hebrone.
Mors Nabuchodonosoris.
Mors Abiæ.

Mors Salomonis. 237.
Mors Dauidis & quantum filio ad ſtructuram templi reliquerit. 218.
Mors Ptolemæi. 372.
Mors Neemiæ. 320.
Mors Alexandri. 396.
Mors natu maximi fratris. 926.
Mors Ioſiæ. 289.
Mors Baſanis, filij item in ſuccedentis cædes. folio 246.
Mors Apionis. 905.
Mors Ioſephi. 347.
Mors ſeptimi fratris. 930.
Mors Alexandri, & bella inter ſucceſſores orta. fo. 332.
Mos in rege laudandus. 324.
Mos luſtrandi populum. 95.
Mos Athenienſium. 913.
Mos veteribus iurandi. 24.
Moſes 120. ætatis anno ablatus. 113.
Moſes ſoceri conſilium admittit. 69.
Moſes conſcenſo Sina monte acceptas à Deo decẽ præceptorum tabulas ad populum reportat. 69.
Moſes Deum orat, vt aquam vitioſam potabilẽ reddat. 63.
Moſes in Madianitas mouet. 101.
Moſes & Aaron Deo ſupplicant. 87.
Moſes populum vt Deo totum ſe dedat hortatur. folio 60.
Moſes natus. 51.
Moſes in flumen proijcitur. 51.
Moſes aquam effundit humi, quæ vertitur in ſanguinem. 56.
Moſes in Aegyptum ad liberandos Iſraelitas mittitur. 56.
Moſes ex Madian in Aegyptum proficiſcitur. 56.
Moſes populum vt animum ad Dei dona ac gratiam vertant hortatur. 64.
Moſes Dei beneficia populo Iſraelitico exhibita enumerat. 64.
Moſes opem Dei implorat. 64.
Moſes in Aethiopes mouet. 53.
Moſes in tabernaculo Deum conſulit. 80.
Moſes Regem iterum Hebræos vt dimittat, hortatur. 57.
Moſes vnde nominatus. 52.
Moſes ab Abrahamo ſeptimus. 52.
Moſes Thermuthis Pharaonis filiæ adoptiuus filius. folio 52.
Moſes ducem atque conſultorem Deum habet. 906
Moſes diuina Prouidentia morti eripitur. 53.
Moſes ad Madienam vrbem profugit. 54.
Moſes Raguelis ſacerdotis filiabus fert opem contra paſtores. 55.
Moſes populum, vt nihil aliud quàm victoriam cogitarent, hortatur. 66.
Moſes leproſus non fuit. 892.
Moſes Iudæis eos qui apud alios putãtur dij propter appellationẽ ridere ac blaſphemare interdixit. 912.
Moſes quoslibet legislatores antiquitate præcedit. 905.
Moſes & aliorum legislatorum comparatio. 907.
Moſes Imperator bonus & vates. 114
Moſes virga petram ferit, & larga proſilit vnda. 66.
Moſes Iſraelitis Codicem leges ſcriptas & inſtituta continentem tradit. 104.
Moſes Hebræos iureiurando ad legũ cuſtodiam aſtringit. 112.
Moſes retrò populum ducit in deſertum. 89.
Moſes Iſraelitarum idololatriam & voluptatem accuſat. 100.
Moſes ab Hebræis in Aegypto exceptus miracula eis exhibet. 56.
Moſes Aegypti regem vt Iſraelitas dimittat, hortatur. 56.
Moſes à Moy quod Aegyptijs aquam ſignificat, dictus 892.
Moſes vir maximæ autoritatis. 87.
Moſes populum numerat. 85.
Moſis contra Apollonium & Lyſimachum defenſio. 905.
Moſis libri ſacri in templo reperti. 288.
Moſis carmen & benedictio. 112.
Moſis & Hebræorum contra Aethiopes victoria. 54
Moſis ad Deum precatio. 92.
Moſis ad Iſraelitas oratio. 70.
Moſis virga in Draconem mutata. 55.
Moſis manus alba. 56.
Moſis ad Idumæos legatio. 95.
Moſis virga deuorat Aegyptiorum virgas. 57
Moſis ad Deum precatio. 92.
Moſes vniuerſos Iudæos ad legis auditionem congregari præcipit. 407.
Moſis ad Corem ſeditioſum oratio. 91.
Moſis vita. 916.
Moſis ad Sehonem Amoræorum regem legatio. folio 95.
Moſis ad populum Iſraeliticum ante obitum oratio. 103.
Moſis ad Iſraelitas vt Deo ipſiuſq; mandatis ſint obedientes adhortatio. 103.
Moſis duo filij Gerſo & Eleazarus. 56.
Moſi inſidiantur Aegyptij. 54.
Moſi Deus in rubo ardente apparet. 55.
Moſen & Iſraelitas miraculis Deus cõuincit, vt ipſius promiſſionibus fidem habeant. 55.
Moſen lapidibus obruendum clamant. 90.
Moſen AEgyptij exercitus ducem poſtulant. folio 53.
Moſen Pharao propellit. 58.
Mulier intemperans & libidini dedita. 439.
Multi Iudæi à Romanis deficiunt. 598.
Multi Herodi ſeſe adiungunt. 424.
Munera Solomoni allata, eiusque equitatus. folio 235.
Mutatio nominum vnde orta. 14.
Mures Azotiorum vrbem vaſtant. 148.
Murmur populi contra Moſen. 87
Mutuum dare ad vſuram Hebræorum nemini licet. 109.
Mutuum reddendum. 109

N.

NAas Ammanitarum rex Galadenis iniuſtas conditiones pacis offert. 155.
Naamis poſt mariti & filiorum obitum cum Ruth in patriam redit. 143.

Nabal in tantum se conijcit mœrorem, vt toto corpore sideratus mortem obiret. 197.
Nabalus fatuus. 176.
Nabali gregibus à Dauide parcitur. 176.
Nabathea regio. 21.
Nabathei profligati. 405.
Nabrodes siue Nemroth. 14.
Nabuchodonosorus Babylonia Rex contra Aegyptum. 290.
Nabulassarus Nabuchodonosoris parens, Babyloniorum & Chaldæorum rex. 881.
Nabuchodonosor patri in regno succedit. 882.
Nabuchodonosoris visionis oblatæ oblitus, Magos ac vates accersit, eisq; mortẽ, ni indicarent, minatur 298.
Nabuchodonosor regias extruit. 882.
Nabuchodonosorus fœdifragus. 291
Nabuchodonosor Tyrum obsidet. 883.
Nabuchodonosor rebellantes imperio subijcit. folio 882.
Nabuchodonosoris successor. 882.
Nabuchodonosoro Ioacimus tributa persoluit. folio 290.
Nabuchodonosori recepti in vrbem sæuitia. 291
Nacebus cum viginti quinque Arabum cæsus. 481.
Nadab & Abiu, Aaronis filij combusti. 79.
Nadabus rex Israelis. 244.
Nathan Dauidem propria sententia damnatum, graniter accusat, eiq; pœnas denunciat. 198.
Naula & cinnyra. 227.
Nauigatio & iter Vespasiani. 849.
Nearda Nisibis Babyloniæ vrbes. 539.
Neemias concessa potestate, populum ad restituenda mœnia & templum hortatur. 318.
Neglectus cultus diuini omnium malorum causa. folio 239.
Nephanus. 211.
Nemroth primus Tyrannus turrim Babylonicam exædificat. 12.
Nero imperator. 577.
Nero tyrannus. 577.
Nebula in templo. 228
Nicolaus Herodem *& Archelaum excusat.* 514.
Nicolaus Syllæum accusat & Herodem *excusat.* folio 485.
Nicolaus Historiographus *regis Adadi eiusq; cũ Dauide belli meminit.* 193.
Nicolaus Damascenus ab Herode *ad Cæsarem dimissus* 482.
Nicolaus coram Agrippa pro Iudæis verba facit. folio 464.
Nicolaus Damascenus de arca Noe. 10.
Nicolaus Damascenus. 382.
Nicolaus Damascenus accusationem à Rege cœptam persequitur. 498.
Nicolaus ea tantum attingit quæ ad Herodis *gloriam pertinent, facinora aut alia specie afficta fucat, aut quantum potest occultare studet.* 475.
Nicolaum Herodes *quid Romæ amici sentirent de eius filijs interrogat.* 487.
Nicanor populo nisi Iudam sibi traderent, se templum euersurum minatur. 360.
Nicanor hostem dissimulans, dolo Iudam intercipere conatur. 360.
Nicanorem & copias Iudas in fugam vertit.
Nicauli Aegypti & Aethiopiæ Regina ad Salo-nem venit.
Nigliſar.
Nihil fuit antiquis temporibus, quod faceret hu-commercium Græcorum.
Nisan vel Xanthicus, nobis est Aprilis.
Noba sacerdotum oppidum, habitatoribus ad occisis, incenditur.
Noe inebriatur, nudatur, & pro ludibrio habetur; de derisorem diris deuouet.
Noe egreditur ex arca, mactatis Deo victimis.
Noe in aliam regionem migrat.
Noe precatur, ne Deus terram iterum inundet.
Noe posteris vt terram colerent Deus mandat.
Noe ætas, 950. anni.
Nomos, Lex, hoc vocabulum nusquam apud Hebr reperitur.
Nomina regum Aegyptiorum sibi succedentium 879.
Nomina filiorum Iacobi & explicatio.
Nomina regionum & gentium.
Norbanus.
Norma magistratus & legislatorum.
Nouarum rerum studia Hierosolymis gliscunt. 586.
Nubes super tabernaculum.
Nulla fides, pietasq; ne in socero quidem.
Numerus Iudæorum è Babylone profectorum.
Numen deserto Saulo ad Dauidem commigrat, qui phetare incipit.

O.

O Basiue Soba.
Obades rex Arabum. 477.
Obedas rex Arabum.
Obedias centum Prophetas absconditos sustentat. 248.
Obodæ defuncto Aeneas in Arabum regnum succedit.
Obediam Elias Regi aduentum suum nunciare iubet 248
Obedientia erga magistratum.
Octodecim millia Iudæorum in Syria iugulata sunt. in Aegypto perempta.
Odium filij in patrem proditur. 477
Officium Iudicum.
Officia à Dauide distributa.
Oges Rex cum exercitu trucidatur.
Ochozias grauiter prolapsus decumbit, oraculum consulit, & ab Elia reprehenditur.
Ochozias Achabi filius rex Israelitarum.
Ochozias absque liberis decedens, Ioramo fratri succedenti locum facit.
Ochoziæ Regis Hierosolymitani mors & sepultura 268.
Ochoziæ milites attrahendi causa missi ab igne consumuntur.
Octauius Augustus Iulio successit.
Olda prophetissa à Iosia consulitur.
Olimpij Ludi.
Omnis beneuolentia iusque natura calumnijs 619.

...nia Græcorum noua: apud Ægyptios autem atq; Chaldæos & Phœnicas res gestæ antiquissimam habent memoriæ traditionem. 873.

...as Pontifex Ægypti, regnum non soluendo tributum, ad iram commouet. 342.

...ias annuente Ptolemæo in Ægypto oppidum & templum condit. 870.

...ias Apollonij vitam oratione promeruit. folio 929.

...ias non acquiescens petitioni Iudæorum lapidatur. 399.

...ias Pontificis filius in Ægypto templum Hierosolymitano simile extruit. 359.

...ias Pontifex, qui & Menelaus, à rege abducitur. 359.

...nias Iaddi filius Pontifex Hierosolymis. 331.

...nias & post eum Simon filius, Pontifex. folio. 347.

...nias, Pontificis Oniæ filius, in Ægypto templum ædificare molitur. 368.

...nias Pontifex ad Ptolemæum effugit. 615.

...niæ templum in Ægypto extructum. 871.

...upus Iudæis templum claudit. 871.

...pinionis Lysimachi depulsio. 894.

...pera Dei. 908.

...phin & Phinees cum 30000. cadunt, & arca in hostium potestatem deuenit. 146.

...ppida refugij. 102.

...ppida curruum. 235.

...ppugnatio Ierusalem à Dauide suscipitur. folio 189.

...ptimates Iudæorum Phasaelum & Herodem accusatum veniunt. 633.

...raculum à Ioanne petitur quod tamen negligitur. 297.

...ratio serui Abrahami & Rebeccæ. 25.

...ratio Solomonis qua primùm Deo pro acceptis beneficijs gratias agit, & vt in posterum eum conseruet, precatur. 229.

...ratio Dauidis in Ieboshthi interfectores acerrima, pœnaq; illis irrogata. 189.

...ratio Abrahami ad Isacum antè mactatum. folio 23.

...rdo castrorum cum tabernaculo. 85.

...rdo fabrorum lignariorum in Libano. 224.

...rdo cæmentariorum & aliorum operariorum. folio 224.

...rdinis & communium legum amatores mansuetudine atque virtute præstant. 905.

...rigo legum Iudaicarum. 915.

...rigo legum apud Græcos. 906.

...rigo nominis omnium rerum. 5.

...rodes rex Armeniæ. Antiochus rex Comaginæ. 521.

...ronna Iebusæus. 213.

...ronna aream Dauidi donat. ibid.

...rnamenta Solomonis regiæ. 231.

...rphonas Iebusæus ciuis Hierosol. amicus Dauidis. fol. 190.

...sarsiphus postea Moses vocatus. 890.

...sarsiphus Dux Auaris. 889.

...sea impietas & pœna. 279.

...ssa humana per templum sparsa. 519

...za Dei arcæ manum admouens è vestigio expirat. 191.

...zias vocationem suam transgressus, punitur lepra, ob quam vrbe cedere cogitur. 277.

...zias rex Iuda. 276.

...zia expeditio & vrbis per eundem restauratio. folio 276.

...ziæ diuitiæ & exercitus. 276.

P

PAcorus equites Antigono in Iudæam mittit. 419.

PAcorus Parthorum dux vrbem ingressus Phasaelo, vt legatus iret ad Barzapharnem, suadet. folio 420.

Pacori dolus & insidiæ. 635.

Palatium Tiberiade ab Herode extructum. 589.

Palatium Tiberiade incensum. 589.

Palæstina à Phylistino nominata. 14.

Palæstini Sauli filiorumq; corpora crucibus affigunt. 183.

Palæstini in Dauidem signa mouentes partim occiduntur, partim in fugam vertuntur. 190.

Palæstini ingenti exercitu multis consociatis Hebræos inuaserant. 161.

Palæstini in Hebræos bellum parant. 178.

Palæstini Hebræorum regionem populantur. folio 158.

Palæstini terga vertunt. 165.

Palæstini in Israelitas signa mouent. 158.

Palæstinorum triginta millia cæsa. 165.

Palæstinorum fuga. 191.

Palæstinos Ezecias vincit. 281

Panes propositionis. 82.

Pamphylium mare quomodo Alexandro cesserit dum moueret in Persas. 62.

Paradisus. 5.

Pharao Hebræos grauioribus operum difficultatibus premit. 57

Pharao Hebræorum masculos necari edicit. 50

Pharaonis Aegyptiorum regis somnium noctu oblatum. 40.

Pharaonis somnium de septem bobus. 40.

Pharaoni prodigia exhibet Moses. 56.

Phaceias. 278.

Pharisæi Reginon iurant, propterea mulctati Pherora vxor pro eis mulctam persoluit, ob quod beneficium regnum pollicentur. 493.

Pharisæi Alexandræ reginæ insinuati paulatim procuratores habentur cunctisq; regijs commodis fruuntur. 622.

Pharisæi administrationis regiæ consortes, auidi sunt sanguinis. 394

Pharisæi astuti & arrogantes. 493.

Pharisæorum dogma. 518.

Pharisæorum in populo licentia. 392.

Pharisæorum inuidia & accusatione temeraria multi boni trucidati. 622.

Phraates Parthorum rex per insidias à Phraatace filio sublatus. 520.

Phraates interfectus. 520.

Phasaelus beneuolentiam Hierosolymis habitantium erga se auget. 678.

Phasaelum ad saxum caput frangit. 636

Phaſaelus alliſo ad ſaxum capite vitam abrumpit. fol. 422
Phaſaelus & Herodes Antipatri filij. 630.
Phaſaelus Parthum & ciuitate & hoſpitio cum quingentis equitibus recipit. 635.
Phaſaelus Felicẽ ſuperat, Hyrcanoq; ingrati probrum obijcit. 633.
Phaſaelus turris & oppidum. 412.
Phaſaeli turris. 650.
Phaſaeli ciuitas. 650.
Phaſaeli Reipub. forma. 410.
Phaſaelo Antigonus pro remedio venenum mittit. 422.
Parthi Hieroſolymitanorum bona diripiunt, & Mariſam vrbem euertunt. 422.
Parthi Herodem quoque comprehendere cogitant, ipſe verò re cognita, ipſorum manibus effugit. 421.
Parthi Antigonum regem conſtituunt. 636.
Parthi Hyrcano & Phaſaelo inſidias ſtruunt. folio 420
Parricidium publica vitæ ac naturæ iniuria. 499.
Placidus contra Ioſephum. 598
Plantarum ante quartum annũ fructus probibiti 106
Paſcha decima quarta Aprilis dies. 82
Paſcha celebratur. 315.
Paſchatis celebratio. 289.
Paſſio ſeptem filiorum & matris. 918.
Patricida. 285.
Pauimentum ianua, omniaq; alia templi auro illita. 226.
Pax nummis redimitur. 277.
Pax tempore Ioſaphati. 254.
Phœnices & Cadmus Græcarum literarum inuentores. 873.
Phœnicum de Iudæorum antiquitate teſtimonium. folio 883.
Præda populo diſtributa. 119.
Precatio Ioſaphati in templo Hieroſolymitano pro victoria obtinenda. 258.
Precatio Eſdræ pro Leuitis qui duxerant exteras. folio 317.
Præda ex bello capta. 193.
Precatio Solomonis ad Deum. 228.
Precibus & ſacrificijs Noe Deum propitium reddit 10
Prædæ diuiſio. 123.
Prælium inter Antigoni milites & Ioſephum Herodis fratrem. 638.
Prælium inter Abſalomum & Ioabum. 205
Prælectio legis Moſaicæ. 318.
Præfecti & Duces Salomonis. 222.
Præmium piorum doctorum. 254.
Præmium obedientium legi. 910
Præſagium de Moſe. 50
Pecunia corruptus iudex. 417.
Pella diruta. 393.
Pegmatum fabricatio. 856.
Pentecoſte. 420.
Per tribus & familias ſortitio. 154.
Per 40. dies & 40. noctes in monte Sinai Moſes moratur 71
Peſtilentia Hieroſolymis graſſatur. 449.
Petra ciuitas Arabiæ. 636
Petronius priùs de Caij morte literas, quàm de nece ſibiipſi inferenda accipit. 539.
Petronius ad Caium ſcribit.
Petronius Iudæis ſe Caio ſcribere velle pollicetur, ad agriculturam adhortatur.
Petronium Caius in Syriam mittit, eiq; vt Iudæi ſtatuam in templo Dei collocare abnuentes coercituadat, mandat.
Petronio Iudæi Tiberiadem occurrunt, ſupplices ſacratam vrbem veteris imaginibus pollutam 536.
Pheroras Herodi ſe Cypron alteram ipſius filiam Eurum pollicitus, non ſtat promiſſis.
Pheroras Herodis filiam ſibi in coniugium obtulit, propter ancillam propriam faſtidit.
Pheroras Herodem, dum illum ardenter amat, Phyram dicit, vehementer commouet.
Pheroras Herodi ſe cauſam perturbationum ſuarum ingenuè fatetur, & fratri Alexandro reconciliatur 480.
Pheroras ac Salome Alexandrum & Ariſtobulum apud Herodem accuſant.
Pheroras atra veſte inſtructus cum lachrymis ad Herodis accedit, ac veniam petit.
Pheroras, mediante Archelao, Herodis iracundiam mitigat.
Pheroras moritur, & Hieroſolymis ſepelitur.
Pheroras Solomones hoc eſſe commentũ ait, quem vehementer negat.
Pheroras à mulieribus deceptus.
Pheroras vxorem dimittere recuſat.
Pheroræ Herodis fratri Cæſar tetrarchiam confirmat 457.
Pheroræ liberti vxorem veneficij accuſant.
Pheroræ coniunx quid cum veneno ſit actum, ingenuè fatetur.
Pilatus ſigna cum Cæſaris effigie in vrbem inferri, quod populus acriter inſtat, Cæſaream transfert 521.
Pilatus apud Vitellium accuſatus Romam mittitur 523.
Pilatus inducturus aquas Hieroſolyma ſeditionem excitat.
Pietas Iothani.
Pietas Ioſaphati.
Pictores & plaſtæ Deorum multitudinis autores.
Pignus.
Pij Iſraelitæ redeunt ad Roboamum.
Pincernæ ſomnij explicatio.
Piorum doctorum in hac vita conditio.
Pyræus Athenienſis portus.
Piſtoris ſomnium.
Piſtoris ſomnij enodatio.
Pythium templum ab Herode extructum.
Pythoniſſa Saulum vt menſa appoſita vires refocillet adigit.
Philippus Herodis filius.
Philippus Iacimi filius.
Philippus ab Antiocho ſupplicio affectus.
Philippus Herodis frater vir modeſtus & amantiſſimus moritur.
Philippi, Iacimi filij periculum.
Philippi ditio Syriæ attributa.
Philo Iudæorum legatus à Cæſare repulſus cauſam Deo committit.
Philoſtratus.

neis vxor Ioachaben parit & moritur. 147.
inea ad Rubenitas oratio. 124.
inees Zambriam & Chosbi vno ictu transfigit. 101.
ison, siue Ganges. 5.
istion apud Dacos. 519.
imus vini potentiam prædicat. 309.
imitiæ frugum. 82.
imogenitus ius suum retineat. 108.
incipes Israelitarum ingentem vim auri, argenti, æris & gemmarum ad templi structuram conferũt 217.
incipum tribuum sacrificia & dona. 80.
iscorum Vita quamobrem prorogata, nunc non peraquè. 11.
lybius Megalopolita de Scopa copiarum Ptolemæo duce. 341.
llio & Sameas Pharisæi apud Herodem in præcipuo honore. 433.
mpeius templum oppugnare parat. 402
mpeius Hierosolyma oppugnat. 402
mpeius multas præclaras ciuitates ab imperio Iudæorum liberat. 626.
mpeius in Aristobulum mouet. 401.
mpeius Romano simul exercitu & Syriorum instructus Aristobulum petit. 624.
mpeius in Syriam venit, eique Aristobulus insigne donum mittit. 400.
mpeius templum ingressus nihil attingit. folio 403.
mpeius illos qui maxime belli causa fuissent, securi percussit. 626.
mpeius Hyrcano pontificatum reddit. 403.
ompeius vna cum suis comitibus sanctum sanctorũ ingreditur. 625.
ompeius in vrbẽ venit, eique regia domus traditur: Aristobulus cum suis in templum concedit. 625.
ompeius fossamque vallemque replet, ac diem septimum obseruat. 625.
ompeius vrbem qua ex parte facilior esset accessus, explorat. 624.
ompeius Hierosolyma obsidione cingit. 624.
ompeius aggeri turres imponit. 625
ompeius cum suis in fanum irrumpit. 625.
ompeij continentia. 625.
œna serpentis. 6.
œna furti iux: a legem Moysis. 462.
œna talionis. 110.
œna criminum quæ furore capti Iudæi contra gentiles ausi fuerunt. 866
œna vim inferentis virgini. 909.
æna Solomoni immittenda, ob Deos alienos receptos 236.
œna mulieris pro virgine desponsatæ, talis postea nõ inuenta. 108.
œnitentia populi. 87.
ontius Pilatus Iudæorum præses. 520
ontificis aurea corona triplex. 77.
ontificis ornatus. 75.
ontifices apud Iudæos à duobus millibus annis de nominati filij à patre conscripti sunt. 875.
ontifices Hierosolymitani. 295.
ontifices in vniuersum octuaginta tres. 582.
ntificum in populo Iudaico numerus & ordo 582.
progenies Aaron. 582.
Pontificum cum sacerdotibus dissidium. 579.
Populus in proseucham conuenit. 602.
Populus Israeliticus Deum de monte Sinai loquentem audit. 70.
Populus à Roboamo onerum mitigationem petit folio 237.
Populus in proposito creandi Regem pertinaciter perseuerat. 152.
Populum Rex dimittit. 230.
Popedius apud Cæsarem à Timidio delatus. 546.
Porticus prealta superuallem extructa. 460.
Porticus ante templum. 225
Post diuturnam ac continuam siccitatem repente imber decidit. 538.
Postremum capitulum contra quorundam derogationes & maledicta. 887.
Potentia ad salutem data. 46.
Potipharis vxor de concubitu Iosephum solicitat. fol. 37.
Proceres Hebræorum Hebronem ad Dauidem conueniunt, eumque Regem declarant. 189.
Profunditas fundamentorum templi. 225.
Perfugæ Iudæi in arce ab Antiocho auxilium petunt. 375.
Progenies filiorum Gomar. 13.
Progenies filiorum Iauani. 13.
Progenies Chananæorum. 14.
Prophetia contra Basanem regem. 245.
Propheta ad Ieroboamum missus per mendacium reducitur. 239.
Prophetarum oracula veneranda. 256.
Propositio quam tractandam sumit Iosephus. 875.
1. Ptolemæus Lagi. 898.
2. Ptolemæus philadelphus. 878.
3. Ptolemæus Euergetes. 898.
4. Ptolemæus Philometor. 898.
5. Ptolemæus Physcon in Iudæos grassari desinit. 898.
Ptolemæus oppugnatus ab Hyrcano, sciens plurimum στοργὴν naturalẽ valere, matrem & germanos, quos captos tenebat, in muris, ni ab oppugnatione desistat, præcipitandos locat. 381.
Ptolemæus Asiæ regnum sibi oblatum Demetrio tradendum suadet. 372.
Ptolemæus Philometor Alexandro genero laturus auxilium in Syriam venit. 371.
Ptolemæus Epiphanes rex Aegypti, in Syriæ Reges mouet. 341.
Ptolemæus fratres Ioannis vna cum matre occidit. 618.
Ptolemæus Dorymenis filius Gorgias & Nicanor in Iudæam mouent. 352.
Ptolemais à Cleopatra obsessa & expugnata. 389.
Ptolemais vi expugnata. 389.
Ptolemæus Lathurus rex Aegypti à matre Cleopatra è regno eiectus Ptolemaidensibus auxilio venit. 388.
Ptolemæus Sepphorim aggreditur. 389.
Ptolemæus eiectus ex Aegypto. 390.
Ptolemæus Mennæus pecunia mulctatus. 401.
Ptolemæus Asochim Galilææ oppidum vi capit. folio 389.
Ptolemæus Philadelphus. 2.

Ptolemæus vt maiorem terrorem Iudæis incutiat, humanas carnes coquere iubet. 389.
Ptolemæus Herodis militum Dux interfectus. folio 640.
Ptolemæus Præfectus interficitur. 427.
Ptolemais à Ptolemæo obsessa. 388.
Ptolemæi. 232.
Ptolemæi erga Hyrcani matrem ac fratres crudelitas. 617.
Ptolemæi Epiphanis filij, Philometor & physcon. folio 348.
Ptolemæi sumptus & diligentia in templi donationē collata. 338.
Ptolemæi filius minorem Antigoni filiarum coniugio suo copulat, ob eamque causam à patre occiditur 628.
Ptolemæo à genero insidiæ structæ qua etiam de causa filia ab eo abstracta, Demetrio promittitur. folio 372.
Publius Petronius Dorienſibus, vt eos qui Cæsari statuam posuerint sibi mittant, scribit. 563.
Pueri leges ediscant. 105.
Puerorum constantia. 925.
Puerperæ leges. 83.
Pugna inter Antiochum & Hyrcanum Hierosolymis in foro commissa. 634.
Pugna Hierosolymis inter Antigonum & Herodem. 420.
Purificationes corporum. 900.
Purificationes in sacrificijs. 909.
Puteus. 110.
Phruræa festa. 327.
Pseudalexander 514. *Romam peruenit,* 515. *Cæsari imponere non potest.* ibid.
Pseudopropheta ex Ægypto Iudæos in Oliueti monte prodit. 578.
Pseudopropheta placentia prædicunt. 255.

Q.

Quadraginta dies & noctes Moses ieiunat. folio 71.
Qualis vxor sacerdoti ducenda. 84.
Quando ædificatio templi sit incepta. 225.
Quando potissimum Deus auxilium afferre soleat. 60.
Quando & quomodo iuramentum seruandum. folio 129.
Quando Iosephus volumen hoc conscripserit. folio 584.
Quare Tiberius potestates semel constitutas non facile mutauerit. 529.
Quare Moses Israelitas non duxerit per Palæstinam. fol. 60.
Quas vrbes Iudæi receperint inhabitandas. folio 627.
Quatuor millia militum à Ioanne ad Iosephum deficiunt. 607.
Quatuor reges trucidati. 120.
Quatuor Paradisi fluuij. 5.
Quæ in templo posita fuerunt. 902.
Quæ hosti potissimum in militia opponenda. 150.
Qui homines immundi. 83.
Qui homines ad sacerdotium euecti. 908.
Qui homines Cain necem iniquo animo tulerint.
Quid potissimum ex huius historiæ lectione pe-
beat.
Quid Græcorum prudentissimi de DEO sper-
906.
Quidam rerum fastigium affectant.
Quinque reges Sodomitarum.
Quinquaginta Iudæorum millia Seleucię occis-
544.
Quirinus Syriæ censor.
Quirinus vt ciuium facultates percenseret, &
lai pecunias in suam potestatem redigeret, ad
uenit.
Quirinus in Syriam à Cæsare vt iura populo
ret mittitur.
Q. Pompeius Consul cum alijs quibusdam ad C.
peruenit.
Quintilius Varus Syriæ Præfectus.
Quintiliam Caium torquere iubet, qua nihil fass
sed à Popedio muneribus affecto absoluitur.
Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium
uit.
Quomodo Iudæi Iudæam occuparint, & vrbem
solyma ædificarint.
Quando Hierosolyma expugnata.
Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus ist
ptiuos quàm reliquam prædam victor reduxit
Quomodo Moses populum ex Ægypto in Sina
tem eduxit.
Quomodo Esaus & Iacobus Isaci filij diuiserunt
tationem, & quod Esau Idumæa, Iacobo Chana
contigit.
Quomodo Deus Sodomitarum gentem excidit p
tijs eorum offensus.
Quomodo Imperatores & Magistratus colendi sint
900.
Quomodo è Chatura Abrahamo nupta Troglodi-
rum gens prouenit.
Quomodo Iosephus Iacobi filiorum natu minimus
pter somnia futura sua felicitatis prænuncia in
trum inuidiam incurrit.
Quomodo Mose duce Ægyptum reliquerunt.
Quomodo Iosephus in Ægyptum venditus a fra-
bus illustris ibi factus est, & fratres tandem in
potestate habuit.

R.

Rabatha obsidione cingitur.
Rachel ex partu moritur.
Rachel insigni forma prædita.
Rachel parentis Deos aufert.
Rachel Iacobo Balam adducit.
Rachel exploratores contegit.
Raguel Mosi vnam ex filiabus nuptum tradit.
Raguel ad Mosen, in desertum Sinai peruenit.
Raguel siue Iethro Mosis socer ex Israelitis iudices
gendos consulit.
Rapsaces conuocato Ezechia in colloquium, deditionem
suadet.
Ratio affectus domina.
Ratio principatum passionis obtinet.
Razarus cum Adero hostis Solomonis.
Rebellio Antiochiensium & vltio subsecuta.

citatio beneficiorum Herodis in filios collatorum. 668.
conciliatio inter Herodem & filios facta. 653
ex Arabum Antiochi milites ex improuiso inuadit. 621.
ex Hierosolymitarum in Cabaonitas mouet. 20.
ex cognito fratrum Iosephi aduentu lætatur. 47.
ex & populus iuramento ad Dei cultum astringitur. 271.
egis Persarum mandatum, vt nemo è domesticis inuocatus eum accederet. 321.
egis erga Iudæos liberalitas. 334.
egis ad septem fratres adhortatio. 924.
eges pastores vocati. 878.
egum Ægyptiorum cum pastoribus pacta. 879.
egia Herodis. 864.
egia Ieroboami. 238.
egia ab Iudæos obsessa. 510
egiæ literæ pro Iudæorum incolumitate. 326.
eginæ domus, aliaq; aulæ. 231.
eginæ callidum contra Antigonum consilium. 619
eformatio cultus Dei. 281.
eipublicæ forma Hierosolymis instituta. 315.
eligio in Israelitico populo renouata. 245.
epetitio præceptorum legis. 910.
es immundæ. 83.
esponsum diuinum ad Iosuæ preces. 118.
esponsum Syris legatis datum. 251.
esponsio Eleazari ad Ptolom. literas. 235
esponsio ad obiectionem de Asini capite. 900.
estauratio cultus diuini. 271.
ixæ muliebres. 475
oboamus pro scutis & Clypeis aureis parem æreorum numerum facit. 242.
oboamus moritur, eiq; Abias in regno succedit. fol. 242.
oboam apostatas vi retracturus à proposito abstinere iubetur. 238.
oboami vrbes munitæ. 239.
oboami vxores & liberi. 239.
omanus exercitus hybernatum dimissus. 425.
omæ rumor Tiberium esse incolumem spargitur. folio 533.
omani ex magnis diuitijs non minimam partem in ruinis inueniunt. 855.
omani vrbe ac victoria potiuntur. 845.
omani consilij fortitudinem & obstinatum contemptum mortis admirantur. 869.
omani totam funditus eruunt ciuitatem ac templũ. 848.
omani cloacas rimantes & sepulchra eruentes, multas opes inueniunt. 847.
omani pugnam expectant. 869.
omani vincunt & Aristobulum cum filio Romam perducunt. 627.
omanorum in Iudæos humanitas. 614.
omanorum gloria minuitur si quantum pro Hierosolymis desudauerint aliquid derogatur. 613.
omanorum de Iudæis triumphus. 614.
omanorum notitia sero ad Græcos peruenit. folio 877.
omanorũ erga Iudæos magnanimitas & modestia. 900.
uben ad Iosephum pro se & fratribus depulsio. 42.
Ruben noctu venit ad puteum. 36.
Ruben fratris necem remoratur. 35.
Ruben Iosephum in puteum proijciendum ibique necãdum suadet. 36.
Rubenitarum responsio. 124.
Rufus & Gratus Herodis exercitus Præfecti in Romanorum partes se transferunt. 510.
Rumor vanus de Herodis morte sparsus. 437.
Ruta mirabilis magnitudinis. 858.
Ruth socrus suam ad pedes Bozi cubat. 144.
Ruth in Bethlehem proficiscitur. 144.

S.

Saba regia obsidione cincta. 54.
Sabbathum. 4.
Sabbathum Iudæorum. 887.
Sabbaticus fluuius. 854
Sabachis. 211.
Sabinus Herodis pecuniã & regiam occupaturus Hierosolyma peruenit. 507.
Sabinus in corpus adacto capulo tenus gladio suamet manu optatum interitum quærit. 561.
Sabinus cum Germanis satellitibus Cæsaris interfecto res quærit. 552. Asprenas frustatim laceratus. 552.
Sabinus citius se contrucidaturum, quam passurum ut imperium committatur Claudio ait. 560.
Sabini auaritia Hierosolymis ingentem seditionem in festo Pentecostes concitat. 509.
Sabæus homo seditiosus auertit Israelitas à Dauide. 209.
Sacra scriptura liberis à teneris vnguiculis proponenda. 933
Sacerdotes in templo habitant & vinum non bibunt. 886.
Sacerdotes arcã Dei, in qua decem Præcepta tabulæ lapideæ inscriptæ asseruabantur, in suum locum deponunt. 228.
Sacerdotum tribus quatuor, quarum singulæ plusquã 5000. hominum habent. 902.
Sacerdotum in peragendis rebus diuinis perseuerantia. 625.
Sacerdotum reditus. 94.
Sacra pecunia bona pars militum furto disperit. folio 510.
Sacrificium pro gratiarum actione. 81.
Sacrificium Cain & Abel. 6.
Sacrificium mensis Octobris. 81.
Sacrificium sponte sua accenditur. 79.
Sacrificium si quis sciens peccauit. 81.
Sacrificium & precatio Samuelis. 150.
Sacrificium Pentecostes. 82.
Sacrificia & festiuitas in regni Solomonis confirmatione instituta. 217.
Sacrificia pro peccatis per ignorantiam commissis. folio 81.
Sacrificia. 78.
Sadocus & Abiatharus filios ad Dauidem mittunt. 204.
Sadoci Pontificis genealogia. 229.
Sadducæorum opinio. 518.
Salæ ciuitas ad orientem Buboſtis fluminis posita. 878.

Salome filiam ad effutienda & prodenda secreta coniugum colloquia pellicit. 47.
Salome. 514
Salome & aliæ Herodis filios calumnijs appetunt, eosque parenti infensos reddunt. 463.
Salome mortua. 519.
Salome male audit & vxores regiæ malè ei volunt. 476.
Salome hæreditario odio Mariammæ filios prosequitur. 466.
Salome & Alexas in circo clausos Iudæos domum dimittunt. 505.
Salome, Alexandra cognominata, Aristobuli vxor, Alexandrum Immæum regem constituit. 387.
Saltis Aegyptios in suam potestatem redegit. 878.
Samæas populum consolatur. 241.
Samaritæ ab ædificatione templi Iudæos prohibent. 308.
Samaritæ templi ædificationem promouere volentes reijciuntur. 313.
Samaritæ templi ædificationem impedire cogitant. 313.
Samaritæ Iudæis infensi. 315.
Samaritæ templi & vrbis restaurationem impedire conantes magis promouent. 314.
Samaritæ aliquot Galilæos Hierosolyma petentes, interficiunt. 575
Samaritani Tirathabæ Garizim occupaturi conueniunt, quos Pilatus vincit fundit, ac in fugam compellit. 523.
Samaritarum & aliorum ad Cambysem scripta de tẽpli ædificatione aucrtenda. 308.
Sames è Iudicibus vnus, Hyrcano reliquisque iudicibus cædem ab Herode imminentem prædicit, cuius rei veritatem postea euentus comprobauit. folio 411.
Samæas propheta Iudæorum impietatem arguit. folio 241.
Samphe & Emmaus cremata. 512.
Samson Ascalonitas aliquos trucidat, eius coniunx alteri nubet. 140.
Samson Palæstinorum fruges comburit. 140.
Samson traditus Palæstinis. 141
Samson Asini maxilla mille viros interficit. folio 141.
Samson fontem impetrat precibus. 141.
Samson Gazæ portas reuulsas aufert. 142.
Samson natus. 139.
Samson Palæstinam virginem ducit. 139.
Samson Leonem nudis manibus discerpit. 139.
Samson Thamnitis ænigma proponit. 140.
Samson sui roboris causam Dalilæ aperit, Palæstini oculis orbatum vinctumq; abducunt. 142.
Samson cum 3000. palæstinorum moritur. 143
Samson 20. annos regnat. 143.
Samsonis natiuitatem angelus nunciat. 139.
Samsonis vxor Thamnitis aperit ænigma. 140.
Samuel Saulo in itinere euentum, vt ipsius verbis fidem habeat, prædicit. 153.
Samuel Saulum ad conuiuium deducit. 153.
Samuel Saulum obiurgat. 161.
Samuel Regem Saul accusat. 158.
Samuel Saulum ex Dei mandato cum Amalecitis bellum vt gerat, commonefacit. 160
Samuel Deum Saulo conciliare conatur.
Samuel Israelitis incommoda sub regibus fore dicat.
Samuel innocentiam suam populo testatam fac 156
Samuel populo peccata & ingratitudinem expr 157.
Samuel Saulo iram Dei & regni amissionem ic ciat.
Samuelis de hostibus victoria.
Samuelis anima Saulo visa belli cum Palæstin tum prædicit.
Samuelis mors & sepultura.
Samuelis ad Israelitas oratio.
Samuelis ad salutarem Pœnitentiam adhortat 150.
Samuelis propheta de rege Saul ad populum 154.
Samueli DEVS Elis & filiorum pœnam ostend 145.
Samuelem populi voluntas contristat.
Samuelem consolatur Deus.
Samuelem Deus regem creare iubet.
Samuelem Anna Helcanæ coniunx genuit.
Samuelem Deus Bethlehem Dauidem in regem gat, mittit.
Samuelem Deus quem creaturus esset regem cer reddit.
Samuelem Saulus accedit.
Sanctuarium.
Sanctum sanctorum.
Salpadis filiæ parentis loco hæreditatem capiunt 102.
Sapientia Abrahami.
Sara Abrahamo in thalamum adducit Agar.
Saræ obitus Abrahami coniugis.
Saramalla Herodis legatus ad Phraatem Parthor regem.
Sareptanæ viduæ, Eliam suscipienti, oleum & fa non deficit.
Saturninus & Volumnius Syriæ præsides Herod bes reconciliant.
Saturninus eiusq; filij moderatam sententiam runt.
Saul nomen suum apud omnes Hebræos inclytum dit.
Saul laudatur à populo.
Saul Ammanitas & Naasen regem occidit.
Saulus Dauidem in satellitium assumit.
Saul recensito milite in tribu Iuda triginta mil uenit.
Saul Amalecitarum vrbes expugnat.
Saulus Dauidi filiam Melcham siue Michol collo 167.
Saulus Dauidem tollere cogitat.
Saul malignum in Dauidem animum prodit.
Saul contra Dauidem proficisci desistit.
Saul contra Dei mandatum & Samuelis voluntat victimas ad altare offert.
Saulus è regno ventriloquos ac ariolos ejicit.
Saulus Palæstinos cum copiis aduentare audiens culum Dei confugit.
Saulus Pythonissam Samuelis animam excitare bet.

Solomon Aegyptiorum Regis filiam ducit vxorem, regnumq; constabilit. 221.
Solomon Hierosolymis muros instaurat & turres erigit. 232.
Solomon vrbes aliquot condit. 232.
Solomon Tyro artificem accersit. 226.
Solomon Reginæ liberalitatem remunerat. 234.
Salomon Dauidi ex Bethsabe natus. 199.
Solomonis in templi dedicationem sacrificia. 230.
Solomonis solium ex ebore factum. 231.
Solomonis regia tredecim annis absoluitur. 230.
Solomonis tempore pax viget. 223.
Solomonis sumptus quotidiani. 223.
Solomonis currus & equites. ibid.
Solomonis sapientia & prudentia. ibid.
Solomonis templum mense Octobri consecratum. 228
Solomonis victimæ igne cœlesti absumuntur. 229.
Solomonis classis. 233.
Solomoni Deus promittit bona. 230.
Solomoni plerique Reges exquisita munera mittunt. 235.
Solomoni Deus in somnis oblatus, quod maxime cupexet, eum postulare iubet. 221.
Solomoni iuramento regnum promittitur. 215.
Salomen Herodes ad Alexæ coniugium compellit. fol. 491.
Somnium Nabuchodonosori, de quatuor Monarchijs mundi. 299.
Somnij Pharaonis enodatio. 41.
Sosius Antigonum capit. 644.
Sosius in templo coronam auream Deo consecrat, & ad Antonium proficiscitur. 432.
Stola pontificia in castello Antonia deposita. 524.
Strabo. 433. 406. 409.
Stratonis turris & maritima Cæsarea nominata. 35.
Stola pontificia in cuius potestate fuerit. 460
Stolæ Leuitarum. 227.
Stirpis Achabi excisio. 269.
Stupri pœna. 108.
Susacus magnis copijs Iudæam inuadit. 241.

T.

TAbernaculum in deserto dedicatum primo die Aprilis, anno secundo exitus ex Aegypto. 79.
Tabernaculi & sacerdotium dedicatio. 79.
Tabernaculi diuisionis significatio. 73.
Tabernaculorum festum. 82.
Thadamora siue Palmira. 232.
Talentum 600 coronati. 913.
Tapsensium trucidatio. 277.
Tharbis Aethiopum regis filia Mosis coniugium petit. 54.
Tarsus Pauli patria. 13.
Thaumastus Caij seruus potu libertatē impetrat. 531.
Theatrum & amphitheatrum. 456.
Theatrum & Athletica certamina aliaq; spectacula ab Herode instituta. 451.
Theatrum. 550.
Terra aranda. 106.
Terræmotus in Iudæa, quæ circiter 10000. hominum opprimit. 441.
Templum Hieros. obsessum. 358.
Templum integro triennio desertum. 354.
Templum, regia, & vrbs spoliata, incensa & diruta 295.
Templum dedicare. 461.
Templum ædificare cœptum. 312.
Templum in partes duas diuisum. 225.
Templum in monte Garizin. 331.
Templum quando dedicatum. 315.
Templum concedente Ptolemæo, in Aegypto ædificatur. 369.
Templi ac porticus descriptio. 902.
Templi Hierosolymitani diuitiæ vnde. 406.
Templi vasa è Babylone Hierosolyma remissa. 307.
Templi pars exterior & ima vrbs capta. 431.
Templi ministris Agrippa hymnos sacros canere permittit. 581.
Tempus exitus ex Aegypto. 59.
Termini terræ non mouendi. 106.
Thermuthis Pharaonis filia extrahit ex flumine Mosen. 51.
Theophrastus. 884.
Thesaurus ad templi structuram congestus. 214.
Thesauri diuini custodes Mosis posteri. 216.
Tiberius mathematicorum disciplinis addictior Galbæ Romanorum principatum prædicit. 532.
Tiberius Caio Romanum imperium ac Tiberium fratrem commendat. 533.
Tiberius Alexander Iudæa præses. 574.
Tiberius Isidis sacrificos & Idam in crucem agit, & Mundum in exilium ablegat. 523.
Tiberij funus. 534.
Tiberienses in Iosephum amarulenta dicteria iaciunt. 604.
Tiberienses Iosepho bellum inferre cogitant. 604.
Tigris. 5.
Tigranes. 395.
Timotheus iterum copias contrahit, & à Iuda vincitur. 355.
Timothei milites victi. 355.
Tiro vetus regis miles Herodis sæuitiam execratur. 661.
Tiro Herodem alloquitur, & dum immodestè instat à ducibus & militibus in carcerem conijcitur. fol. 488.
Tiro cum trecentis ductoribus militum apud populū accusatus interficitur. 488.
Tiro à regis tonsore & proprio filio se regi insidias struxisse accusatus. 488.
Tironem cum filio Herodes comprehendi iubet. fol. 661.
Tyriorum annales & Menander de bello Salmanasaris contra Tyrios. 282.
Tyrannides multa mala in ciuitates inuehunt. 555.
Titus militibus agit gratias. 848.
Titus fortibus militibus præmia pollicetur. 849.
Titus militibus prædam largiter distribuit. 849.
Titus aduentus sui gratulatoria sacra celebrat. fol. 853.
Titus per omnes Syriæ ciuitates magnificentissima spectacula celebrat. 854.
Titus Hierosolymæ excidium miseratur. 855.
Titus Vespasiani natalem celebrat. 851.
Titi ad Antiochiam aduentus. 854.
Titi erga populum misericordia. 613.
Tormenta. 924.

Senacheribi iuramentum & eius violatio. 283.
Senatus consultum Rom. de societate & amicitia Iudæorum. 361.
Senatus consulta & decreta Iulij Cæsaris de honoribus, priuilegijs, præeminentijs, libertatibus & immunitatibus Iudæorum. 412.
Senatus Claudio suadet vt imperium delatum resignet. 558.
Senatus populusq; Caij trucidatores quærit. 554.
Senex quidam vxorem suam cum septem liberis iugulat, postremò seipsum quoq; præcipitat. 427.
Seniorum consilium salutare. 237.
Sententia in filios Herodis. 660.
Septem viri è Sauli progenio ad supplicium Gabaonitis traduntur. 210.
Septum circa templum. 227.
Septem fratrum ad Antiochum oratio. 924.
Septuaginta interpretes. 2.898.
Sepultura Dauidis splendida. 218.
Sepphoris & Tiberias maximæ Galilæorum vrbes. 605.
Sephoritarum discrimen. 587.
Sephoris capta eiusq; incolæ sub hasta venditi. 512.
Sephoris Galilææ caput. 519.
Seron Cœlesyriæ præfectus in Iudam mouens ab eo fugatur. 352.
Scenopegiæ festum. 230.
Spectacula Cæsareæ celebrata. 850.
Seth Adami filius vir optimus. 8.
Sæuitia Herodis. 656.
Sex. Cæsari Herodes pecuniam numerat, Cœlesyriæ præfectus Hierosolyma inuadit, sed Antigoni patris & Phasaeli fratris hortatu obsidionem soluit. 412.
Sex. Cæsar ad Hyrcanum, vt Herodem absolueret, scribit. 411.
Sex. Cæsar administrator Syriæ. 410.
Sextus frater acriter increpat Antiochum. 928.
Sexti fratris magnanimitas. 928.
Sextum Cæsarem Bassus dolo necat. 631.
Siba heri falsò accusati opibus potitur. 202.
Sibylla de Babylonica turri vaticinium. 12.
Siclus. 78.
Sicarij. 579.
Sicarij nouæ calamitates autores. 870.
Sicima pascuis percommoda. 35.
Sicimitæ profugi in petra comburuntur. 136.
Siccitas diuturna & sterilitas in Iudæa. 453.
Sideritis. 77.
Signa legis. 105.
Significatio tabernaculi fabricæ & sacerdotis ornatus. 77.
Silas Agrippæ prioris fortunæ aduersitates in memoriam reuocans, eum offendit vt vinctum in ipsius patriam ad seruandum miserit. 564.
Sila Regis satellitum præfectus. 69.
Silam Agrippa ex carcere accersit, qui indignationẽ non dissimulans in custodia relinquitur. 564.
Silonis à Iudæis pecunia corrupti dolus. 639.
Syllæus capitis damnatus. 486.
Syllæus Arabs cũ Salomen in vxorẽ peteret repulsam patitur. 477.
Syllæus Herodem apud Cæsarem accusat. 452.
Syllæum Antipater Romæ apud Cæsarẽ accusat. 494.
Simon in cloacam sese demittit, eam suffodit, ut emergere posse sperat.
Simon Gioræ filius.
Simon Ionathæ frater Bethsuram occupat.
Simon Ionathæ frater conuocato in templum pop. se patris ac fratrum vestigia sequuturum pe- tur.
Simon Ionathan Absalomi filium Ioppen, vt hu- tores inde eiiceret, mittit.
Simeon & Leui Sicimitas contrucidant.
Simon Ionathæ frater Ioppen occupat.
Simon Hierosolymorum arcem expugnat.
Simon à Romanis capitur.
Simon proditor patriæ.
Simon legisperitus regem criminatur, qui dam- niam precatur, eidem reconciliatur.
Simon satelles Iosephum excitat.
Simon obtruncatur.
Simonem Iosephus per indias capit & abducit.
Simon Boethi filius in Theophili Pontificis locum ro- rogatur.
Simon Herodis seruus.
Simon insidijs Ptolemæi generi sui captus & inter- ctus.
Simon Camithi filius Pontifex.
Simonis aduersus Iosephum consilium.
Simonem & Ioannem & alios numero septingen- viros Titus ad Italiam portari præcipit.
Syri cum Ammanitis in Dauidem mouent.
Syros obcæcatos Eliseus in Samariam ducit, cog- dente Ioramus liberaliter ac splendide eos trũ- tos, remittit.
Sisseræ cum suo exercitu trucidatur.
Sisares siue Sissara præfectus exercitus.
Socrates ciues Athenienses.
Societas Dauidis & Iromi.
Sodomitas Deus excæcat.
Sodomitarum clades ab Assyrijs accepta.
Sodomitarum flagitia.
Sohemus ab Herode beneficijs ornatus.
Sohemus propter Mariammen Herodi suspectus in- terficitur.
Sohemus mandata regia effutit.
Sol immotus consistit.
Solyma postea Hierosolyma vocata.
Solomon Chananæorum reliquias tributa pendere git.
Solomon vtrunq; puerum secari mandat.
Solomon ex sermone & gestu mulierum matrem in- fantis viui agnoscit.
Solomon post obitum Dauidis rex Israelis.
Solomon ab Iromo fabros & operarios petit.
Solomon Tyrio Regi ænigmata quædam explicat.
Solomon coniurationum modos, quibus Dæmones fu- gantur, conscripsit.
Salomon sapientiam à Deo petens tãtùm, & diuitias consequitur.
Solomon populum ad laudes Dei, gratiarũ actiones & preces hortatur.
Solomon Iromo ingentem frumenti, olei & vini nu- merum mittit.
Solomõ Reginæ ænigmata cũ prudentia explicat.
Solomon exteras matrimonio sibi iungens, seduc- tur.

lomon Aegyptiorum Regis filiam ducit vxorem, regnumq; constabilit. 221.
lomon Hierosolymis muros instaurat & turres erigit. 232.
lomon vrbes aliquot condit. 232.
lomon Tyro artificem accersit. 226.
lomon Reginæ liberalitatem remunerat. 234.
lomon Dauidi ex Bethsabe natus. 199.
lomonis in templi dedicationem sacrificia. 230.
lomonis solium ex ebore factum. 231.
lomonis regia tredecim annis absoluitur. 230.
lomonis tempore pax viget. 223.
lomonis sumptus quotidiani. 223.
lomonis currus & equites. ibid.
lomonis sapientia & prudentia. ibid.
lomonis templum mense Octobri consecratum. 228
lomonis victimæ igne cœlesti absumuntur. 229.
lomonis classis. 233.
lomoni Deus promittit bona. 230.
lomoni plerique Reges exquisita munera mittunt. 235.
lomoni Deus in somnis oblatus, quod maxime cuperet, eum postulare iubet. 221.
lomoni iuramento regnum promittitur. 215.
lomen Herodes ad Alexæ coniugium compellit. fol. 491.
omnium Nabuchodonosori, de quatuor Monarchijs mundi. 299.
omnij Pharaonis enodatio. 41.
osius Antigonum capit. 644.
osius in templo coronam auream Deo consecrat, & ad Antonium proficiscitur. 432.
tola pontificia in castello Antonia deposita. 524.
trabo. 433. 406. 409.
tratonis turris & maritima Cæsarea nominata. 35.
tolæ pontificia in cuius potestate fuerit. 460
tolæ Leuitarum. 227.
tirpis Achabi excisio. 269.
tupri pœna. 108.
usacus magnis copijs Iudæam inuadit. 241.

T.

Tabernaculum in deserto dedicatum primo die Aprilis, anno secundo exitus ex Aegypto. 79.
abernaculi & sacerdotium dedicatio. 79.
abernaculi diuisionis significatio. 73.
abernaculorum festum. 82.
hadamora siue Palmira. 232.
alentum 600 coronati. 913.
apsensium trucidatio. 277.
harbis Aethiopum regis filia Mosis coniugium petit. 54.
arsus Pauli patria. 13.
haumastus Caij seruus potu libertatē impetrat. 531.
heatrum & amphitheatrum. 456.
heatrum & Athletica certamina aliaq; spectacula ab Herode instituta. 451.
heatrum. 550.
erra aranda. 106.
erræmotus in Iudæa, quæ circiter 10000. hominum opprimit. 441.
emplum Hieros. obsessum. 358.
emplum integro triennio desertum. 354.
Templum, regia, & vrbs spoliata, incensa & diruta 295.
Templum dedicare. 461.
Templum ædificare cœptum. 312.
Templum in partes duas diuisum. 225.
Templum in monte Garizin. 331.
Templum quando dedicatum. 315.
Templum concedente Ptolemæo, in Aegypto ædificatur. 369.
Templi ac porticus descriptio. 902.
Templi Hierosolymitani diuitiæ vnde. 406.
Templi vasa è Babylone Hierosolyma remissa. 307.
Templi pars exterior & ima vrbs capta. 431.
Templi ministris Agrippa hymnos sacros canere permittit. 581.
Tempus exitus ex Aegypto. 59.
Termini terræ non mouendi. 106.
Thermuthis Pharaonis filia extrahit ex flumine Mosen. 51.
Theophrastus. 884.
Thesaurus ad templi structuram congestus. 214.
Thesauri diuini custodes Mosis posteri. 216.
Tiberius mathematicorum disciplinis addictior Galbæ Romanorum principatum prædicit. 532.
Tiberius Caio Romanum imperium ac Tiberium fratrem commendat. 533.
Tiberius Alexander Iudææ præses. 574.
Tiberius Isidis sacrificos & Idam in crucem agit, & Mundum in exilium ablegat. 523.
Tiberij funus. 534.
Tiberienses in Iosephum amarulenta dicteria iaciunt. 604.
Tiberienses Iosepho bellum inferre cogitant. 604.
Tigris. 5.
Tigranes. 395.
Timotheus iterum copias contrahit, & à Iuda vincitur. 355.
Timothei milites victi. 355.
Tiro vetus regis miles Herodis sæuitiam execratur. 661.
Tiro Herodem alloquitur, & dum immodestè instat à ducibus & militibus in carcerem conijcitur. fol. 488.
Tiro cum trecentis ductoribus militum apud populū accusatus interficitur. 488.
Tiro à regis tonsore & proprio filio se regi insidias struxisse accusatus. 488.
Tironem cum filio Herodes comprehendi iubet. fol. 661.
Tyriorum annales & Menander de bello Salmanasaris contra Tyrios. 282.
Tyrannides multa mala in ciuitates inuehunt. 555.
Titus militibus agit gratias. 848.
Titus fortibus militibus præmia pollicetur. 849.
Titus militibus prædam largiter distribuit. 849.
Titus aduentus sui gratulatoria sacra celebrat. fol. 853.
Titus per omnes Syriæ ciuitates magnificentissima spectacula celebrat. 854.
Titus Hierosolymæ excidium miseratur. 855.
Titus Vespasiani natalem celebrat. 851.
Titi ad Antiochiam aduentus. 854.
Titi erga populum misericordia. 613.
Tormenta. 924.

Thucydides ſcrupoloſiſſimam ſui temporis hiſtoriam conſcripſit. 874.
Turris verſus occidentem extructa. 864.
Trabes & parietes auro incruſtati. 225.
Trachonitæ latrones. 486.
Trachonitæ ab Herode deficientes Ducum opera imperata facere coguntur. 470.
Trachonitis Herodi donatur à Cæſare. 480.
Translatio Bibliorum in Græcam linguam. 339.
Translatio Iſraelitarum. 278.
Tres in vrbe Tiberiade factiones. 587.
Tres Iudæorum ſectæ, Phariſæi, Eſſeni, Sadducæi. 376.
Trecenta ſtadia, nouem milliaria Germanica. 444.
Tribus Ruben, Gad & dimidia Manaſſis Amoritidem terram expetunt. 102.
Tribunal. 231.
Tribus Iudæ, quod inſcijs Iſraelitis regem reduxerit, accuſatio & excuſatio. 209.
Triclinium, in quo Herodes cũ conuiuis cænatus fuerat vacuum ſine cuiuſq; noxa concidit. 429.
Tria millia Iudæorum cæſa. 507.
Tryphon regno Antiochi per dolum potitur. 377.
Tryphon ad regnum euectus naturam ſuam oſtendit. 380.
Tryphon fraudulenter ſpem fratris redimendi, propoſitis conditionibus facit Simoni. 378.
Tryphonis milites ei infeſti, ad Cleopatram Demetrij vxorem deficiunt, quæ Antiocho ſorore coniugium & regnum offert. 380.
Tryphonis cades. 380.
Triumphi magnificentia. 856.
Tropæa armis contecta imagines Iudæi putant. 451.

V.

VAlerius Aſiaticus ſe Caij cædis autorẽ optat. 554.
Valerius Gratus Iudæorum Præſes. 520.
Valles ingentes, in quibus templum fuit extructum, explentur. 227.
Vardane cæſo principatus Gotarzæ eius fratri committitur. 572.
Vologeſus Parthorum rex. 572.
Variæ hiſtoriographorum differentiæ. 1.
Varus literas ferentem, iniuſte ſupplicio tradit. fol. 588.
Varus Antipatro dicendi pro ſe potoſtatem facit. 500.
Varus Hieroſolyma peruenit, ac legionem obſeſſam liberat. 512.
Varus ſeditioſos Hieroſolymis compeſcit. 509.
Varus ſeditioſorum duces ad Cæſarem mittit. 512.
Vari tyrannis & regni cupido. 588.
Vardanes poſt patris Artabani obitum Romanos bello impetere cogitat, id quod Izates diſſuadet. 572.
Vas aheneum mare appellatum. 226.
Vaticinium de exercitu à Babylonico ducendo & reliquiis Iudæorum in captiuitatem abducendis. 297.
Vaticinium de excidio Niniuæ. 278.
Vaticinium de captiuitate Babylonica & inde liberatione. 292.
Vaticinium de Adadi morte & regno Azaeli tradendo. 265.
Vaticinium de Iudæorum pœna. 288.
Vaticinium Hyrcani de filiis. 385.
Vaticinium contra altare in Bethel. 238.
Vectigalia Cœleſyriæ Ioſepho addicuntur.
Venenum capitis damnato ad bibendum datum mora cum necat.
Venenum.
Ventidius Romani militis dux pecunias auferit gono.
Ventidius Silonem contra Parthos accerſit.
Ventidius cæſo in pugna Pacoro Parthos pr 427.
Veranium & Broccum Senatus ad Claudium m qui eum non per violentiam imperium eſſe dum doceant.
Verbum Dei nunq; ſine omni fructu.
Verbum Dei ad Iacobum.
Verborum Manethonis repetitio.
Veritas oraculorum diuinorum. 268.26
Veritas hiſtoriæ Ioſephi.
Vertex fœcundus, omniq; planitie mollior.
Veſpaſianus Paci templum edificat.
Veſpaſianus & Agrippa Tyrum perueniunt.
Veſpaſiano Romani obuiam procedunt.
Veſtes triumphales Veſpaſiani & Titi.
Veſtes ſacerdotales.
Viatores à pomis maturis non arcendi.
Viæ circa Hieroſolyma ſilice ſtrata.
Via per Iudæam exercitui Aegyptio clauſa vi per tur.
Victima cœleſti flamma abſumpta, auxilij diuini dicium.
Victoria Alexandri à Dario reportata.
Victoria rationis.
Victoria Deo tribuenda.
Victoria Achabi à Syris reportata.
Virgo conſtuprata.
Vires regni Iſraelitici fractæ, & à Deo reſtaura 273.
Virtus animæ.
Virtus militum Dauidis, Ioabi præſertim. 190.
Violatio fidei & vltro eam ſubſecuta.
Vitellius in locum Ioſephi Caiaphæ Pontificis Ioan Anani filium ſurrogat.
Vitellius Hieroſolyma peruenit, & à Ionatha trem eius Pontificatum transfert.
Vitellius Hieroſolyma peruenit, Iudæis vectig mittit, eiſq; ſtolam ſacerdotalem reddit.
Vitellius cum Artabano fœdus facit.
Vites plantandæ.
Vitulæ Ieroboami cur factæ.
Viua pij principis imago.
Vologeſum Parthorum regem proceres, vt Izat terficiat, rogant.
Volumnius & alij Herodis filios capite plectend pronunciant.
Vonones Parthorum rex ab Artabano pulſus.
Vonones Syllano Syriæ Præfecto ſeſe tradit.
Vota & prandium ante triumphum.
Vltima verba Eleazari in igne.
Vltio diuina in Ethnicos ſacra Biblia tractantes 339.
Vna naſcendi & moriendi omnibus ratio.
Vnguentum ſanctum.
Vrbs Roma ſumma cum alacritate & claritudine ſpaſianum ſuſcepit.

INDEX.

bes Iudæis adempta. 403
ias cum quibusdam assultum ad mœnia faciens, à suis, vt mandatum illis erat, cũ Ammonitæ erumperent, deseritur. 197.
ias cum aliquot alijs occumbit, quod mox regi per nuncium significatur. 197.
cores Esau. 26.

X.

ianthicus Macedonibus est Aprilis. 59.
ierxes rex Persiæ. 316.
ierxes Iudæis fauet. 316.

Z.

charias lapidatur. 272.
ambrias. 100.
ambris aduersus Ioseph oratio. 100.
ameres seipsum concremat. 246.
Zelotæ. 863.
Zenodorus miserè perit. 457.
Zenodorus ex raptu viuit. 456.
Zipheni rursum Dauidem in eorum esse regione Saulo renunciant. 177
Zipheni Saulum Dauidem in agro suo morari certiorem faciunt. 174.
Zoilus Stratonis turris & Deæ tyrannus 388.
Zoilus & Gazæi à Ptolemæo contra Iudæos auxilium petunt. 388.
Zoilus captus. 388.
Zorobabel ex oratione sua laudem & munera præclara consequitur. 311.
Zorobabel tertius satelles mulierem vim præpollentem primũ ostendens, mox veritati, vt infractæ, palmam attribuit. 310.
Zorobabel. 319.

FRANCOFORTI AD MOENVM,
APVD CHRISTOPHORVM CORVINVM
IMPENSIS SIGISMVNDI FEYRABENDI.



Anno M. D. LXXXIIII.